This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest

Digitized by Google

Digitized by Google

BR
60
.M6 1
v. 32

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA SEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXII.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ SUB EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, FLORENTINOS ET ANGLICOS, NECNON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, CRITICIS PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA, NOVA SANCTI DOCTORIS VITA ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA,

OPERA ET STUDIO

Monachorum ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXII CONTINENTUR.

S. BASILIUS MAGNUS, CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

Liber de Spiritu sancto. *col.* 67
Epistolæ. 219
APPENDIX HUJUS TOMI. Simeonis Logothetæ Sermones viginti quatuor de moribus, excerpti ex operibus Basilii. 1115

Monendus est Lector nos ad seriem Orientalem amandasse Basilii opuscula nonnulla quæ Syriace nuper prodierunt.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

IN QUA DE PLURIBUS REBUS AD DOCTRINAM S. BASILII PERTINENTIBUS DISSERITUR.

Hoc volumine continentur præclarissima antiquitatis monumenta, S. Basilii liber *De Spiritu sancto*, ejusque *Epistolæ*. Magna sane cujuslibet operis commendatio, nomen S. Basilii; neque enim quidquam ab illo ingenio profectum, quod medium et tolerabile videri possit. Sed libri *De Spiritu sancto* eo majus pretium, quod eum Basilius et longo usu in hæresibus vincendis exercitatus suscepit, et summo studio, ut in tempore magnis doctrinæ præsidiis indigente, invicta animi fortitudine, ut adversus potentes hæreticos, elucubravit. In *Epistolis* S. Basilii vetus disciplina præclaris institutis et canonibus illustratur, historia ecclesiastica ditatur uberi et copiosa rerum gestarum segete, formantur mores optimis præceptis, et, quod præcepta longe superat, depictis sine arte eximiis S. Basilii virtutibus. Neque etiam spernenda quæ in appendicem conjecta sunt, viginti quatuor orationes a Simeone Logotheta ex S. Basilii verbis et sententiis constructæ, et liber *De virginitate* auctorem habens episcopum S. Basilio æqualem vel certe supparem.

Sed quo pluris fiunt hæc monumenta, eo magis verendum ne longior mora pluribus displicuerit; et quia octo annorum intervallo prodit hoc volumen, minus curæ habuisse publicum commodum videamur. Non tamen negligentia, sed necessariæ causæ moras attulerunt. Nam eruditus sodalis, qui edendorum sancti Basilii operum curam suscepit, jam gravi ægritudine correptus erat, cum secundum volumen in lucem edidit. Defunctum hoc labore cupiditas bene de re ecclesiastica et litteraria merendi incitavit, ut tertium tomum repugnante valetudine pararet. Sed languidos conatus ingravescens morbus abrupit, vixque dimidium interpretationis suæ retractaverat, appositis e Tillemontio historicis notis, quas, abjecto scribendæ *S. Basilii Vitæ* consilio, necessarias ducebat; vix, inquam, hæc navaverat, cum vires penitus defecerunt, ac tandem piam et laudabilem vitam pretiosa in conspectu Domini morte conclusit anno 1725, die 3 Junii. Ad desiderium, quod illius virtutum ornamenta omnium nostrum animis incusserunt, illud accessit molestiæ, ut opus ab eruditis exspectatum, quodque multi ære suo jamdudum emerant, non tamen cito eorum manibus et judiciis committi posset. Jam enim quisque intelligit quantum laboris et operæ impendendum fuerit, non quidem in evolvendis codicibus mss. (collati enim cum editis fuerant diligenti manu, excepto tamen Harlæano, qui cum Medicæo et Coisliniano maximum exstitit præsidium), sed in aliis rebus, quæ ad accuratam editionem necessariæ sunt, præsertim in disponendis ordine chronologico epistolis, in concinnanda *S. Basilii Vita*, ejusque explananda doctrina, id quod jam nobis, misso longiori exordio, aggrediendum est.

§ I.

I. *S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænæ*, ex alia essentia aut hypostasi. II. *Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt.* III. *Novitas unius hypostasis.* IV. *Tres hypostases apud scriptores Nicæna synodo antiquiores.* V. *Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro et S. Athanasio spectatur.* VI. *Occidentalium sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in sæcularibus scholis.*

I. Sanctus Basilius, ut erat acerrimus trium hypostasium defensor, dare noluit adversariis suis, vocem hypostasis eodem sensu ac essentiam a synodo Nicæna usurpatam fuisse. Refellit Basilii interpretationem Petavius (1), eamque hoc argumento impugnat, *quod qui isti synodo interfuere Patres aliqui, aut paulo certe postea floruerunt, tum collecti aliis in synodis, tum seorsim singuli* ὑπόστασιν *pro* οὐσίᾳ *sumpserunt : quod nunquam fecissent, si contrarium apud Nicæam ante fecissent.* Duo continentur hac Petavii sententia, quæ nobis distinguenda sunt, quamvis ipse non distinguat : nam non solum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumptam a Nicænis Patribus hoc loco fuisse, sed etiam unam in tribus personis hypostasim ab hac synodo et ab aliis quos citat Patribus admissam contendit. Examinandum ergo nobis est an Basilius in utroque reprehendendus sit, et quod hypostasim in fide Nicæna idem valere ac essentiam, et quod unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam fuisse negaverit.

Locus ex quo ambigendi nata materia, legitur in fidei formula ab Eustathio, postulante Basilio, subscripta, quæ est epistola 125, olim 78 inter Basilianas. Ibi Sabelliani his synodi verbis abuti dicuntur : Ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ

(1) Lib. IV *De Trin.*, cap. 1.

255252 Digitized by Google

ἀποστολικὴ Ἐκκλησία : *Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit catholica et apostolica Ecclesia.* Deinde additur : Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, τῶν δὲ λεγόντων, οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀμφότερα, ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἀπηγόρευσαν· ἐπεὶ ὅπουγε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· οὐκέτι προσθέντες καὶ τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. *Non enim idem dixerunt illic essentiam et hypostasim. Etenim si una et eadem notio subjecta vocibus, quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tanquam a sententia ecclesiastica alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjicientes illud, ex hypostasi.*

Non facile est statuere quosnam hæreticos Basilius, ob Filii originem ex alia quam Patris hypostasi deductam, a synodo notatos dicat. Videtur vel Valentinianos dicere, ut existimat Petavius, qui ex collatitia velut stipe ab æonibus conflatum esse Jesum asserebant; vel generatim Gnosticos, qui Christum non mundi creatoris, sed ignoti cujusdam dei filium esse fingebant. Legendum putat Combefisius, ut est in uno codice ms., ὅτι ἐξ οὐσίας, *aliis ex essentia illum quidem esse, sed ex alia hypostasi dicentibus.* Sed hæc emendandi ratio nec lucem affert, nec difficultatem minuit. Equidem non invitus concedam Petavio nihil omnino de ejusmodi hæreticis pronuntiasse synodum, nec satis firmo argumento Basilium niti, dum his vocibus, *ex alia essentia aut hypostasi*, duas res significari pertendit. Nihil enim vetat eamdem sententiam diversis verbis confirmari : neque hæc in symbolo Nicæno damnata propositio, *Erat aliquando, quando non erat*, dissimilis est sequenti, *Non erat antequam nasceretur.* Videtur ergo idem evenisse Basilio, quod interdum optimam sententiam tuentibus evenit, ut in iis solvendis quæ adversarii objiciunt, minus commode versentur. Difficile enim est non fateri his verbis, *ex alia hypostasi*, essentiam designari. Sed levissimus hic Basilii nævus est, nec causæ summam attingit, quæ tota vertebatur hoc cardine, utrum synodus Nicæna unam in tribus personis hypostasim admisisset. Etiamsi Basilius unius testimonii explicationem longius repetat, etiamsi concedere adversariis nolit, quod incolumi sua causa concedere poterat; in eo certe synodi mentem accuratissime perspexit, quod tres hypostases ab ea sublatas negaverit. Atque id quidem nobis paulo accuratius examinandum est, ac demonstrandum Nicænam synodum, etsi hypostasim pro essentia hoc loco sumpsit, non idcirco unam in tribus personis hypostasim admisisse : tres autem hypostases semper in Oriente, saltem a Noeti temporibus, summo consensu viguisse. Petavio assentiuntur alii theologi, in primis Thomassinus, qui in libro tertio *De incarnatione Verbi*, cap. 1, contendit, *non nisi senescente quarto Ecclesiæ sæculo hypostasis nomen ab usia seu essentia discriminatum esse*, idque allatis synodi Nicænæ et Athanasii testimoniis efficere conatur.

II. Fucum doctissimis viris fecit hypostasis voci subjecta interdum essentiæ significatio; et quoties vident apud antiquos scriptores hypostasim hoc sensu usurpari, inde concludunt unam his scriptoribus hypostasim placere. At plurimum peccat hæc rationis conclusio. Nam trium hypostasium acerrimus defensor Basilius sæpe hypostasim hoc sensu accipit. Ait in libro *De Spiritu sancto*, cap. 16, p. 33, Spiritum sanctum gratiam suam conferre angelis, Εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν καὶ συμπλήρωσιν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, *In hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia.* Non potest hoc loco ὑπόστασις aliter accipi ac οὐσία. Hinc in eodem capite, p. 32, sanctitas dicitur esse *extra substantiam* angelorum, ἔξωθεν τῆς οὐσίας, quia sanctitatem accipiunt a Spiritu sancto, nec eam a sua ipsorum essentia habent. Similiter lib. v *adversus Eunom.*, p. 321, omnis substantia justorum a Spiritu sanctificari dicitur : Πᾶσα ὑπόστασις δικαίων. . . ἡγίασται. In libro secundo, p. 252, totam Patris naturam ait in Filio imprimi velut in sigillo : aut quemadmodum artium substantia ex docentibus in discipulos tota transit, ὁποία τῶν τεχνῶν ἡ ὑπόστασις ἐκ τῶν διδασκόντων ὅλη τοῖς μαθητευομένοις ἐγγινομένη.

Gregorius Nazianzenus, cujus summa exstitit cum Basilio in tribus hypostasibus defendendis consensio, divinam essentiam hypostasis nomine designat in orat. 34, p. 542, ubi de Deo et de iis quæ circa Deum prædicantur, sic loquitur : Τί γὰρ ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, ὑπάρχει τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἐξίστασθαι, μηδὲ περατοῦσθαι, ἀλλὰ ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν, λείπεται προσφιλοσοφεῖν τε καὶ προσεξετάζειν· *Quid enim secundum naturam et hypostasim exsistenti, conveniat ei nec principium habere, nec a se unquam desciscere, nec fine ullo terminari, sed totum esse complecti, id præterea philosophandum et inquirendum relinquitur.*

Cyrillus Hierosolymitanus, quem cum S. Meletio et aliis trium hypostasium defensoribus conjunctissimum fuisse constat, interdum hypostasis nomine substantiam intelligit. Sic enim loquitur in cat. 6, n. 5 : Ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἡ θεία· *Comprehendi non potest substantia divina*; et cat. 16, de Spiritu loquens ait : Φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν μὴ πολυπραγμόνει· *Naturam aut substantiam ne curiose investiges.*

Sic etiam Epiphanius interdum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumit, velut cum ait hæres. LXXIV, n. 4, Μία

Digitized by Google

θεότης τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως· *Una divinitas, ejusdem virtutis, ejusdem hypostasis.* Idem tamen sentiebat, τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις, ὁμολογεῖν, *necesse esse tres hypostases confiteri*, idque conceptis verbis Basilio scripserat, qui hanc illius doctrinam plurimum laudat in epist. 258. Quare vitio non caret Epiphanii contextus in *Ancorato*, n. 6, ubi sic legitur: Ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν· ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστι δηλωτικόν. Addendam esse negationem ac legendum οὐ μιᾶς vidit ipse Petavius, qui sic interpretatur: *Usurpando consubstantialis vocabulo Sabellii robur infringis: non enim consubstantialis vox singularem hypostasim significat.*

Ruunt ergo argumenta Petavii, et ex allatis exemplis perspicitur hypostasim interdum pro οὐσίᾳ sumi posse, quamvis tres hypostases admittantur, ac proinde Nicænos Patres, etiamsi hypostasim pro οὐσίᾳ sumpserint, non idcirco unam in tribus personis hypostasim decrevisse. Neque hujus rei longe petenda explicatio. Quamvis enim essentia sit id quod commune est tribus personis, hypostasis vero id quod proprium; sæpe tamen essentiæ nomine hypostasis comprehenditur, ac vicissim ipsa hypostasis essentiam comprehendit. Dum enim essentia sive natura consideratur, quatenus conjuncta est cum personalibus proprietatibus, sive cum hypostasi, tunc eodem sensu usurpatur ac persona sive hypostasis: unde S. Alexander Alexandrinus, cujus verba mox referemus, Patrem et Filium *duas hypostasi naturas vocat.* Sic etiam hypostasis, dum consideratur quatenus cum essentia conjuncta est, interdum pro essentia sumitur. Quemadmodum ergo sancti Patres, etsi interdum essentiam sumunt pro hypostasi, sive persona, non idcirco tres essentias admittunt; ita ex eo quod hypostasim nonnunquam sumant pro essentia, non sequitur unam ab illis hypostasim admitti.

III. Sed jam longius nobis promovenda Basilii defensio: hactenus enim probatum, immerito affingi synodo Nicænæ unam hypostasim: nunc probandum tres hypostases semper in Oriente usurpatas summo consensu fuisse, saltem a Sabellii et Noeti tempore, nec ullos habuisse adversarios, præter Antiochenos nonnullos, quos Latini hac voce ob linguæ suæ inopiam offensi in sententiam suam traxerunt.

Ipsa illa controversia, quæ de hypostasibus exorta est, eximio nobis argumento perpetuam Orientis doctrinam demonstrat. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno tres hypostases, antequam hæc prodiret dissensio, Ecclesiæ Orientalis usu, nemine repugnante, contritas fuisse. Sic enim loquitur S. Gregorius in orat. 21, p. 395: Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας, νοουμένων δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένοις διὰ στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης [*leg.* ἀντεισάγουσι] τὰ πρόσωπα· ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδειχθῶσι, τί γίνεται; Ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· πίστεως ἔδοξε διαφορὰ, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία. *Nam cum essentia una, et tres hypostases a nobis pie dicerentur (quod alterum divinitatis naturam, alterum trium personarum proprietates declaret), atque eodem quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam et verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eoque factum esset, ut ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum inducerent, quid tandem contigit? Res profecto ridicula vel potius miseranda: diversæ fidei speciem præbuit levis illa et jejuna de vocum sono altercatio.*

Habemus ergo totius dissensionis originem, et initium unius hypostasis. Antequam Latinis in interpretanda hypostasis voce molestiam facesseret linguæ inopia, nulla erat apud Græcos ea de re controversia, nulla varietas; ac proinde non solum Nicæni Patres, sed et quotquot hypostasis vocabulo ad efferendum dogma usi sunt, non unam hypostasim, sed tres hypostases dixerunt. Gregorii testimonium confirmat Acacius Beræensis, qui sic loquitur apud Cyrillum Alexandrinum, epist. 13: *Beatus Paulinus,* inquit, *tres hypostases aperte dicere recusabat, quamvis eadem virtute et veritate sentiret ac prædicaret. Secutus est autem piissimos Occidentis episcopos propterea quod angustior est lingua Romana, quam ut secundum Græcam nostram phrasim tres hypostases dicere queat.*

Illud etiam novitatem unius hypostasis demonstrare possit, quod cum epistolæ Sardicensis synodi adjuncta a nonnullis fuisset quædam fidei confessio, in qua una hypostasis, ut apostolica doctrina, tradebatur, hanc fidei confessionem Alexandrina synodus ut spuriam rejecit, ac Antiochenos hortata est (2), ut eam nec legi nec proferri paterentur. Eusebius Vercellensis in subscribendo eam ne proferendam quidem esse pronuntiat.

IV. Sed præcipuum nobis argumentum suppeditant scriptorum ecclesiasticorum testimonia, tum eorum qui ante concilium Nicænum floruerunt, tum eorum qui synodo interfuerunt, aut post eam scripsere. Nullus sane proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim dixerit: quotquot autem in explicando Trinitatis mysterio hypostasis voce usi sunt, tres hypostases summo consensu numerant.

Origenes tom. II *in Joannem*, p. 56, sic contra Sabellianos pronuntiat: Ἡμεῖς μέντοιγε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Nos autem persuasum habemus tres esse hypostases, Patrem et Filium et Spiritum sanctum.* Refellit in libro VIII *contra Cel-*

(2) Athanas. epist. ad Antiochenses.

Digitized by Google

sum, pag. 386, eosdem hæreticos, qui Patrem et Filium duas esse hypostases negabant; ipse vero *duas hypostasi res esse* asseverat, ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα.

S. Basilius in libro *De Spiritu sancto* cap. 29, n. 72, p. 61, citat illud Dionysii Alexandrini : Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι κἂν μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θείαν Τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν· *Si eo quod tres sunt hypostases, divisas esse dicunt, tres sunt etiamsi nolint : aut divinam Triadem prorsus tollant.* Tres ergo hypostases admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, ut perspiciamus quam immerito Dionysium Romanum cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius (3) et Pet. Coustant (4). Uterque enim unam hypostasim asseri contendit a Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanasium, lib. *De Decret. Nic.*, n. 26, p. 231 : Ἐξῆς δ' ἀνεικότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς· *Jam vero*, inquit, *æquum fuerit adversus illos disputare, qui augustissimam Dei Ecclesiæ prædicationem monarchiam in tres quasdam virtutes ac separatas hypostases tresque divinitates dividunt, discindunt destruuntque.* Nulla sane inter utrumque Dionysium sententiæ varietas : uterque hypostases divisas vituperat· neque una hypostasis Romano affingi potest, cum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non obscura conclusio est nihil eum reprehensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia fuisset admissa. Nullus ergo scriptor ante Nicænam synodum proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim docuerit.

V. Quid senserint Nicæni Patres ex duobus locupletissimis testibus perspici potest, S. Alexandro Alexandrino et S. Athanasio. Primus sic loquitur in epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum apud. Theodoret. l. I *Hist. eccl.*, c. 4, p. 15 : Οἷόν ἐστι τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων, etc. *Cujusmodi est illud : « Ego et Pater unum sumus* [1]. » *Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas hypostasi naturas* (hoc est, duas hypostases) *unam esse demonstret*, etc. Alibi explicabitur, cur S. Alexander duas hypostasi naturas dicat : nunc satis est monere, eum hac loquendi ratione usum esse, quia naturam, quæ una prorsus est numero, ut conjunctam cum personalibus proprietatibus in unaquaque persona considerabat.

Non discedit ab optimi decessoris et magistri vestigiis Athanasius, qui sub finem libri, quem de verbis Domini scripsit, *Omnia mihi tradita sunt* [2], etc., sic loquitur (pag. 108) : Τὸ γὰρ τρίτον τὰ τίμια ζῶα ταῦτα προσφέρειν τὴν δοξολογίαν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, λέγοντα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τελείας δεικνύντα ἐστίν· *Dum ter veneranda illa animalia glorificationem proferunt, « Sanctus, sanctus, sanctus* [3], » *tres hypostases perfectas ostendunt.* Et in libro *Περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου* (p. 878) : Μία γὰρ ἡ θεότης καὶ εἷς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· *Una enim deitas et unus Deus in tribus hypostasibus.* Hypostasis eodem sensu sumitur in libro, *Quod unus est Christus.* Postremum hoc opus abjudicant nonnulli Athanasio, de secundo non deest omnino dubitandi locus. At primum a nemine in dubium revocatur; si tamen excipias Tillemontium, qui fatetur se hac una re detineri quominus hoc opus certissime attribuat Athanasio, quod illud de tribus hypostasibus testimonium pugnare videatur cum tribus aliis Athanasii locis, in quibus sanctus Pater hypostasim pro essentia sumit, nempe in *Epistola ad Afros*, in libro *De synodis*, et in quarta *adversus Arianos oratione.* Sed etiamsi demus his in locis, quæ Petavius argumenti loco protulit, hypostasim idem esse ac essentiam; certe non ait Athanasius unam esse in tribus personis hypostasim, sed idem facit quod ab acerrimis trium hypostasium defensoribus factum demonstravimus. Sed tamen si excipias librum *De synodis*, ubi ait Basilium Ancyranum *confiteri ex Patris essentia esse et non ex alia hypostasi Filium*, καὶ μὴ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, in aliis duobus testimoniis ad personam ipsam hypostasis revocari potest. Sic enim loquitur in *Epist. ad Afros* (pag. 894) : Ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν· ὅπερ Ἱερεμίας ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων, *Καὶ οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως.* Ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία, ὕπαρξίς ἐστιν· ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. *Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam hoc ipsum quod est : quod Jeremias vocat* ὕπαρξιν, *seu exsistentiam, dicens : « Et non audierunt vocem exsistentiæ meæ* [4]. » *Nam hypostasis et substantia, idipsum est quod* ὕπαρξις, *seu exsistentia : est enim et exsistit.* Et in orat. quarta *in Arianos* (pag. 617) : Ὥσπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς Θεὸς, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις, μία ἐστὶν ἡ λέγουσα· *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*·, καὶ οὐ δύο, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί· *Porro quemadmodum unum est principium et proinde unus Deus, ita quæ verissime est essentia et hypostasis, una est quæ dicit : « Ego sum qui sum* [5], » *non autem duæ, ne scilicet duo sint princi-*

[1] Joan. x, 30. [2] Luc. x, 22. [3] Apoc. iv, 8. [4] Jerem. ix, 10. [5] Exod. iii, 14.

(3) Lib. iv *De Trin.*, cap. 1.

(4) *Epist. Rom. Pont.* p. 290.

Digitized by Google

pia. In primo testimonio mirifice consentit Athanasius cum aliis Patribus Græcis, qui hypostasis nomen opposuere hæreticis Verbum et Spiritum sanctum exsistere negantibus, et idcirco tres hypostases defenderunt. In altero Patrem manifeste designat, et deitatis unitatem ex eo probat, quod solus Pater principium sit, a quo duæ aliæ personæ.

Atque etiamsi Athanasius in aliis operibus unam hypostasim admisisset, nihil id detrahere posset de testimonio, quod eruimus ex libro in illud, *Omnia mihi tradita sunt.* Scriptus enim hic libellus ante mortem Eusebii Nicomediensis, id est, ante annum 342. Nondum tunc percrebuerant de hypostasi controversiæ; nec causa suberat ulla, cur Athanasius eam loquendi rationem fugeret, qua non solum Alexander, sed etiam Origenes et Dionysius Alexandrinus usi fuerant. Quamobrem etiamsi Athanasium arcta cum Latinis et Antiochenis conjunctio ad professionem unius hypostasis adduxisset, non idcirco priora illius scripta in dubium venire deberent. Sed tamen asseverare licet nusquam eum unam in tribus personis hypostasim ponere; imo ex quarta illius adversus Arianos oratione duo proferam testimonia, in quibus hypostasim eodem prorsus sensu ac Origenes et S. Alexander, usurpat. Sic igitur loquitur n. 25, p. 636 : Μαίνεται μὲν οὖν Ἄρειος ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν Υἱόν, καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· μαίνεται δὲ καὶ Σαβέλλιος λέγων τὸν Πατέρα εἶναι Υἱόν, καὶ ἔμπαλιν τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ὑποστάσει μὲν ἕν, ὀνόματι δὲ δύο· *Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Filium ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset; insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse, et Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos.* Et sub finem ejusdem orationis : Τὸ τοίνυν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ὀρθὸν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς κηρύσσει, οὐ τὴν ὑπόστασιν χωρίζων τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀπὸ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου· *Rectum est igitur quod ait beatus Petrus qui veram Unigeniti prædicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disjungit ab homine ex Maria assumpto.* In hoc postremo testimonio hypostasis multo aptius ad personam quam ad substantiam revocatur. In primo autem contendit Petavius non personam, sed id tantum quod revera exsistit, intelligendum esse. At negare non potest unam hypostasim rejici. Porro tres hypostases non alio consilio sancti Patres defenderunt, nisi ut Filium et Spiritum non efficientias quasdam ac nomine tenus personas esse, sed Filium vere ut Filium, Spiritum sanctum vere ut Spiritum exsistere probarent. In eamdem prorsus sententiam loquitur Athanasius, dum Patrem et Filium hypostasi unum dici non patitur. In quo consentit cum decessore suo, qui duas in Patre et Filio hypostases agnoscit; consentit cum Basilio, qui unum hypostasi Deum a Sabellio prædicari docet, epist. 214, n. 3. Unum addam Athanasii locum, in quo manifeste tres hypostases, ut supra Dionysius uterque, admittit. Οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις, inquit in *Expos. fid.* n. 2, μεμερισμένας κατ' ἑαυτὰς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἔστι λογίσασθαι. *Neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare.*

Post concilium multo uberiorem habemus testium copiam : nam si singulos sæculi quarti scriptores Græcos enumeremus, totidem erunt trium hypostasium defensores, quibus etiam adjungendum est concilium primum CPol., sive œcumenicum secundum. Docet enim hæc synodus in epistola ad Damascum unam esse Patris et Filii et Spiritus sancti essentiam, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις, *in tribus perfectis hypostasibus, sive tribus perfectis personis.* Non utar auctoritate Gelasii Cyziceni, qui in Actis Nicæni concilii Osium inducit (parte II, c. 12) ex mandato ac decreto totius synodi respondentem ac τριάδα ὑποστάσεων prædicantem. Nemo est enim qui multum hujus scriptoris testimonio tribuat. At sequentibus sæculis summum fatetur Petavius consensum exstitisse Græcorum in tribus hypostasibus prædicandis.

VI. Ipsi Occidentales eamdem loquendi rationem libenter ad usus suos asciverunt, postquam subsistentiæ voce inventa difficultas omnis evanuit. Atque id quidem sæculo quinto contigit. Sed tamen longe antea videntur perspexisse tres hypostases percommode Græco sermone usurpari. Id colligitur ex epistola 214 Basilii, n. 4, ubi sic loquitur : Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ὑπόστασις καὶ οὐσία οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ὑπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς Δύσεως ἀδελφοὶ, ἐν οἷς τὸ στενὸν τῆς ἑαυτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν· ἵνα, εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτὴ ἐν τῇ εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων· *Quod autem hypostasis et essentia idem non sunt, id et ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua Græca tradiderunt, ut si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara et minime confusa nominum diversitate.*

Quinetiam ipse Damasus tres hypostases videtur admisisse. Nam in epistola ad Paulinum prædicat *unum Deum in tribus hypostasibus :* Θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Spuria videntur hæc postrema verba doctissimo Epistolarum pontificum Romanorum editori propterea quod desunt in exemplaribus Latinis. Sed tamen confirmari possent Flaviani testimonio, qui Paulinum coram magistro militum sic alloquitur apud Theodoretum l. v, c. 3, p. 201 : Εἰ τὴν Δαμάσου, ὦ φιλότης, κοινωνίαν ἀσπάζῃ, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συγγένειαν. Ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς Τριάδος οὐσίαν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει· σὺ δὲ ἀντικρυς τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖς τὴν Τριάδα. *Si Damasi communionem amplecteris, o amice, doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eamdemque Trinitatis substantiam*

Digitized by Google

confitens, tres hypostases diserte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostaseων. Ex his patet Damasum sui cum Græcis consensus aliquod monumentum edidisse, quod in Oriente notum omnibus et testatum esset. Nam nihil prorsus respondere potuit Paulinus, teste Theodoreto. Nullum autem videtur aptius proferri posse monumentum, in quo id præstiterit Damasus, quam epistola ad Paulinum. Objicit Petavius synodi Romanæ epistolam sub eodem Damaso, in qua una hypostasis et essentia docetur. Sed hypostasis vocem merito deesse in exemplaribus Latinis probavimus, not. ad epist. 93, p. 186.

Videor mihi ex his posse concludere neminem prorsus exstitisse inter Catholicos Orientales, qui unam in tribus personis hypostasim admitteret, præter Paulinum Antiochenum ejusque amicos. Neque etiam dicere verebor tres hypostases immerito a S. Hieronymo, ut loquendi rationem sua sponte non accuratam vituperari. *Tota sæcularium litterarum schola*, inquit in epistola ad Damasum papam, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit: et quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* Etsi abundabat eruditione S. Hieronymus, videntur tamen hac in re opiniones anticipatæ ei illusisse. Nam Budæus et post eum Henricus Stephanus observant sæpe apud antiquos scriptores hypostasim de iis dici quæ vere exsistunt, et iis opponi quæ specie tantum aut cogitandi ratione. Unde Budæus in *Commentariis* profert hunc Aristotelis locum *De mundo*, cap. 4 : Συλλήδδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν · *Ad summam eorum, quæ in aere apparent, alia specie tenus exsistunt, alia habent etiam hypostasim.* Addit etiam illud Themistii in *Phys.* II : Ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωριστὰ, ταῦτα καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι · *Quæ ne ratione quidem separari possunt, ea etiam hypostasi separant.* Cum ergo hypostasis opponatur iis quæ sola ratione aut specie tantum exsistunt, merito sancti Patres, ut Patrem vere esse patrem, Filium vere esse filium, Spiritum vere esse spiritum ostenderent, tres hypostases prædicarunt contra Sabellium et Noetum, qui cum tres quidem personas dicerent, teste Basilio epist. 214, n. 3, sed hoc personæ nomen ad metaphoricos sensus detorquerent; aliquid eis opponi debuit, quod pariter eludere non possent. At nihil ad eam rem aptius, nihil significantius hypostasis voce. Unde Sabellius unum prorsus hypostasi Deum esse contendebat, ut ibidem testatur Basilius.

§ II.

I. *Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio et S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis.* II. *Non tamen discedit a debita animi moderatione. Quo sensu hanc quæstionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem ineundam negavit.*

I. Quamvis S. Basilius in defendendis tribus hypostasibus traditionem Ecclesiæ secutus sit, forte tamen a nonnullis eo nomine accusabitur, quod nimio abreptus studio a temperamentis in synodo Alexandrina præscriptis discesserit. Cum enim audivisset anno 375 Paulinum acceptis Roma perhonorificis litteris vehementer efferri, ejusque amicos cum Ecclesia S. Meletii conjungi velle, ac operam dare ut Terentium in partes suas traherent; statim scripsit ad hunc comitem, ut ejus animum præoccuparet, aut si qua eum opinione adversarii præocupassent, penitus convelleret. In hac autem epistola sic suam de hypostasibus sententiam exponit : Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν δυνάμεθά ποτε ἑαυτοὺς πεῖσαι, ἢ Μελέτιον ἀγνοῆσαι, ἢ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἐπιλαθέσθαι, ἢ τὰ ζητήματα, ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς ἡ διάστασις γέγονε, μικρὰ ἡγήσασθαι, καὶ ὀλίγην ἔχειν διαφορὰν νομίσαι πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπόν. Ἐγὼ γὰρ, οὐχ ὅπως εἴ ἐπιστολήν τις ἀνθρώπων δεξάμενος ἐπ' αὐτῇ μέγα φρονεῖ, τούτου ἕνεκεν ὑποσταλῆναί ποτε καταδέξομαι · ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἦκῃ τῶν οὐρανῶν, μὴ στοιχῇ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίστεως, δύναμαι αὐτὸν κοινωνὸν ἡγήσασθαι τῶν ἁγίων · *Non idcirco tamen mihi ipse unquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut Ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata dissensio, exiles putem, et parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me unquam et subduci patiar : sed neque, si ex ipsis missa sit cœlis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.* Cur autem de hac quæstione et de Paulino sic sentiat, hanc affert rationem, quod Paulinus, dum unam hypostasim, tres personas perfectas admittit, in hoc a Sabellio non discedat, qui pariter unam hypostasim, et tres personas admiserat. Quare contendit Basilius conjunctionem cum ejusmodi hominibus unam hypostasim profitentibus, sine gravissimis incommodis iniri non posse : Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς διαβολῆς ταύτης χαλεπωτέρα, καὶ μᾶλλον δυναμένη τοὺς πολλοὺς διασαλεῦσαι, ἢ εἰ φανείησάν τινες ἐξ ἡμῶν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν ὑπόστασιν λέγοντες · *Quænam autem hac calumnia gravior esse possit, et ad multos commovendos aptior, quam si qui ex nobis videantur Patris et Filii et Spiritus sancti unam hypostasim dicere?* In eamdem sententiam sic alloquitur Epiphanium in epistola 258, n. 3 : Ἱκανῶς δέ μου κἀκεῖνο τὴν ψυχὴν παρεκάλεσε, τὸ προστεθὲν παρὰ τῆς σῆς ἀκριβείας τοῖς λοιποῖς καλῶς καὶ ἀκριβῶς θεολογηθεῖσι· τὸ τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν. Ὥστε τοῦτο καὶ οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ διδασκέσθωσαν παρὰ σοῦ, πάντως δέ που καὶ ἐδιδάχθησαν· οὐ γὰρ ἂν εἶλου δηλονότι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, μὴ τοῦτο αὐτῶν μάλιστα τὸ μέρος ἀσφαλισάμενος · *Valde autem meum illud etiam animum recreavit, quod diligentia tua cæteris præclare et accurate tractatis adjecit,*

Digitized by Google

necesse esse tres hypostases confiteri. Quapropter fratres Antiocheni hoc etiam a te edoceantur; profecto autem jam edocti sunt : nam sine dubio eorum amplexus non esses communionem, nisi maxime tibi de hoc capite cautum esset.

Videntur hæc prima specie pugnare cum Gregorii Nazianzeni de hac quæstione judicio, et summa Athanasii in sedanda discordia animi moderatione. Hæc enim controversia videtur Gregorio (or. 21, p. 396) *res prorsus ridicula vel miseranda, ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· levis et jejuna de vocum sono altercatio, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία.* Plenis manibus Athanasium laudat, qui *utraque parte leniter et benigne accita, verborumque sententia diligenter et accurate perpensa, posteaquam concordes reperit, nec, quantum ad doctrinam, ullo modo inter se dissidentes, ita negotium transegit, ut nominum usum concedens rebus eos constringeret.* Num igitur Basilius cum Gregorio et Athanasio pugnat, ac permagni ad pietatem momenti esse censet, quod isti levissimi esse momenti ducebant? Num necessarium confiteri esse statuit, quod cujusque arbitrio relinquebant; et quibus nullam prorsus modestiam volebant exhiberi, eos ad communionem negat admitti oportere?

II. Ut S. Patris sententia perspiciatur, observandum est 1° eum accuratissime servare quod præcipue ab Alexandrina synodo sancitum fuerat, ut neutra pars alteri hæresis aut erroris notam inureret. Hoc maxime ridiculum vel potius miserandum Gregorio videbatur, quod *de fide controversia esse videretur levis et jejuna de vocum sono altercatio:* quod objiceretur *Sabellianismus ob tres personas, et Arianismus ob tres hypostases;* quod eo tandem res adducta esset, *ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis abrumperentur.* Nihil ejusmodi commissum a Basilio, qui in hac ipsa ad Terentium epistola adversarios suos domesticos fidei appellat, eosque simplicitate magis, quam malitia ad Sabellianorum loquendi similitudinem accedere fatetur, et in pluribus aliis locis eorum fidei testimonium tribuit, ut in epist. 156, n. 1, ubi eos, qui Antiochiæ inter se dissident sententia divisos esse negat. Hinc etiam in epist. 258, n. 3, fratres Antiochenos vocat eos qui a Paulini partibus stabant, precatur ut Ecclesiam Antiochenam, quæ in doctrina consentit, aliquando conjunctam videre contingat, nec jam ipsa contra se recta fides scissa sit.

Non erat ergo Basilius ex vehementi illo hominum genere, de quibus Hieronymus in epistola ad Damasum papam sic loquitur: *Interrogemus*, inquit, *quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt : respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant : quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres hypostases, ut tria enypostata, hoc est tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, hæretici judicamur.* Deerat sane ejusmodi hominibus eximia illa virtus, quæ in omnibus Basilii dictis et factis elucebat, lenitas et animi moderatio. Suspicatur tamen Tillemontius (t. XII, p. 46) Hieronymum non sibi constare in his narrandis. Nam cum vehementes illi trium hypostasium defensores, inquit eruditus scriptor, nihil aliud peterent ab Hieronymo, nisi ut tres hypostases confiteretur; quomodo non eos placasset trium hypostasium confessione? Deinde vero postquam tres hypostases confessum se esse narravit, cur statim addit, *Et quia vocabula non ediscimus?* Videntur hæc pugnantia Tillemontio. Sed minus animadvertit doctissimus criticus Hieronymum hoc loco non tres hypostases confiteri, sed medium se esse velle inter utrasque partes. Non enim dicit, Si quis tres hypostases non confitetur, anathema sit: sed is est sensus illius verborum: Si quis tres hypostases confitendo, non ut tres personas subsistentes, sed ut tres substantias confitetur, anathema sit. Id patet ex his quæ sequuntur: *Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est.* Secum ergo non pugnabat Hieronymus, sed neutram loquendi rationem amplectens, quidquid utrique poterat inesse vitii, id prorsus rejiciebat, nec tamen placare poterat morosos illos adversarios.

2° Neque etiam reprehendendus Basilius, quod exortam de hypostasibus controversiam magni esse momenti duxerit, neque in hoc pugnat cum synodo Alexandrina. Etsi enim hæc quæstio tanti esse non debebat, ut inter Catholicos idem sentientes pax dissiliret; erat tamen satis magni momenti, si spectetur hæreticorum ad accusandam Ecclesiam ingenium proclive. Cum enim Catholicis Sabellianismum affingere non desinerent, campum illis ad calumnias aperuisset unius hypostasis ad exemplum Sabellii confessio. Quare cum Epiphanio assentitur, necesse esse tres hypostases confiteri; nequaquam id necessarium esse putat, ut Catholicus aliquis habeatur, sed ut locus Arianorum calumniis non detur, addo etiam, ut servetur accepta a majoribus traditio.

3° Cum tanto animi ardore in id incumbit Basilius, ne unius hypostasis defensores cum Ecclesia Meletii conjungantur, seque adduci posse negat, ut Paulinum communionis sanctorum participem agnoscat; diligenter expendendum quid ei propositum fuerit. Non enim id agebatur, ut schismati Antiocheno finis imponeretur, et ad legitimum pastorem S. Meletium oves redirent. Si tanti commodi spes affulsisset, certo scio Basilium omnia paci et charitati posthabiturum fuisse, ac libenter suscepturum Paulini plebem et clerum, etiamsi unam hypostasim admitterent. Sed Paulini amicorum consilia omnia eo spectabant, ut Paulinus, excluso S. Meletio, solus Antiochiæ præesset. Hinc Basilius in eadem epist. 214, n. 1, adduci se posse negat, *ut aut Meletium ignoret, aut Ecclesiæ cui præest Meletius obliviscatur.* Non immerito ergo

Digitized by Google

communionem cum Paulino ineundam negabat; quippe cum iniri non posset, quin Meletius rejiceretur, qui solus Antiochiæ legitimus erat episcopus. Eadem de causa Basilius (epist. 258, n. 3) leniter reprehendit in Epiphanio initam cum Paulini Ecclesia communionem : non quod unius hypostasis defensores excommunicandos et ab Ecclesia ejiciendos duceret; sed Epiphanii constantiam requirebat, qui cum tres hypostases necesse esse confiteri censeret, cum hominibus unam hypostasim profitentibus communicaverat, spreta et rejecta Meletii communione. Fecit eadem defendendi Meletii necessitas, ut unius hypostasis professio, quæ magno aliquo commodo compensata, levis visa esset, cum maximis in Meletium injuriis conjuncta, permagni esse momenti videretur. Neque etiam ab Arianorum calumniis valde metuendum fuisset, si una hypostasis, veluti nævus quidam tolerabilis et ignoscendus, veniam apud Catholicos habuisset, sed si summum honorem ac celebritatem adepta esset, ac magna Meletii Ecclesia pusillo Paulini conventui fuisset adjuncta, velut si flumen rivulo adjungatur; tunc Arianis patuisset latissimus ad calumniandum campus.

§ III.

I. Vituperatus a nonnullis S. Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit. II. Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret et Ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret. III. Neutrum prorsus vituperandum. IV. Objecta solvuntur. V. Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur.

I. Nunc aliud reprehensionis genus, longe diversum superiori, propulsandum a S. Basilio. Quod enim interdum de sancto Spiritu sic disserit, ut nomen Dei non tribuat, id et nonnullis olim indignationem movit, nec desunt hodie qui Basilii hac in re fortitudinem animi et constantiam requirant. Prodiit paucis ab hinc annis opusculum quoddam, in quo de Basilii facto disseritur. Basilium reprehendit auctor opusculi, non tamen sine debita tanto doctori reverentia, quod animi moderationem et lenitatem longius produxerit. Existimat illius consilium non modo eos exitus non habuisse, quos sibi proponebat, ut placarentur Pneumatomachi, et reducerentur infirmi, sed etiam locum dedisse occultis hæreticis, qualis erat Eustathius Sebastenus, sese cum Basilio conjungendi; pluribus autem displicuisse non solum monachis, sed etiam episcopis ac ipsi S. Meletio. Negat idem scriptor certo constare an S. Athanasio probata fuerit Basilii agendi ratio : variam ea de re censet fuisse Gregorii Nazianzeni sententiam : ac ipsum etiam Basilium, cum videret se rem præclarissimam non facere, in gratiæ loco hoc petiisse a Spiritu sancto ejusque divinitatis defensoribus; postea autem hoc temperamentum missum fecisse, quo nunquam usus est in defendendo consubstantiali. Nemo fere est qui tot rationum momentis undique exquisitis et comportatis, non prima specie manus dandas esse putet. Sed si singula vestigentur accuratius, aliud prorsus feretur de S. Basilio judicium,

II. Duabus potissimum de causis S. doctor Dei voce interdum in prædicanda S. Spiritus divinitate abstinuit. Prima erat, ut infirmis consuleret : altera ut furentibus hæreticis locum præriperet perturbandæ et vastandæ Cappadociæ.

Cum Tarsensis Ecclesia in Arianorum manus incidisset, catholici presbyteri cum episcopo hæretico communicare nolebant, ac seorsim, ut in pluribus aliis Ecclesiis factum est, plebem suam regebant. Sed inter eos exorta dissensio, ac Cyriaco presbytero, cujus fides in suspicionem venerat, alii presbyteri conditiones nonnullas ferebant, quibus ille assentiri nolebat. Consultus Basilius duas ea de re epistolas scripsit, alteram ad presbyteros Tarsenses, alteram ad ipsum Cyriacum. Demonstrat (epist. 113) presbyteris in eo statu res Ecclesiæ versari, ut nihil antiquius esse debeat, quam membra divulsa conjungere. *Fiet autem conjunctio*, inquit, *si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacutæ, rogamus vos ut, quantum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; et qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemi relinquantur soli, ac vel pudore suffusi ad veritatem redeant, vel, si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus : sed volentibus nobiscum conjungi fratribus fidem Nicænam proponamus : ac, si ei assentiuntur, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum creaturam duci non oportere, et eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo.* Ipsum autem Cyriacum hortatur (epist. 114), ut fidem Nicænam profiteatur, nec ullam in ea vocem rejiciat, ac præterea Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt, communicandum esse declaret. Non probabat ergo Basilius hanc legem Cyriaco imponi, ut Dei nomen Spiritui sancto tribueret, modo rem hoc nomine significatam confiteretur

Quod autem observari voluit ad sanandos et reducendos infirmiores, id ipse observavit, ut pravorum hæreticorum insidias Ecclesia Cæsariensis effugeret. Res a S. Gregorio Nazianzeno sic narratur, or. 20, p. 364 : Οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους ἐν κρίσει, τῶν ἀναγκαίων ἐνόμιζε, τῷ θείῳ Δαβὶδ περὶ τούτου συμβούλῳ χρώμενος, καὶ μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν διαφέρειν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας ἐπιλάθοι καιρός, καὶ δῷ τῇ γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν ἐζήτουν λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος φωνῆς, ὡς εἴη Θεὸς (ὅπερ ὂν ἀληθὲς, ἀσεβὲς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, καὶ τῷ κακῷ προστάτῃ τῆς ἀσεβείας), ἵνα τὸν

Digitized by Google

μὲν τῆς πόλεως μετὰ τῆς θεολόγου γλώσσης ὑπερορίσωσιν, αὐτοὶ δὲ κατασχόντες τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κακίας ὁρμητήριον ποιησάμενοι, ἐντεῦθεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἔκ τινος ἀκροπόλεως καταδράμωσιν. Ὁ δὲ ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφικαῖς καὶ μαρτυρίαις ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμέναις, καὶ ταῖς τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκαις οὕτως ἦγχε τοὺς ἀντιλέγοντας, ὥστε μὴ ἀντιβαίνειν ἔχειν, ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς, ἥπερ δὴ καὶ μεγίστη λόγου δύναμις καὶ σύνεσις· δηλώσει δὲ καὶ ὁ λόγος ὃν περὶ τούτου συνέγραψε κινῶν τὴν γραφίδα, ὡς ἐκ πυξίδος τοῦ Πνεύματος. Τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τέως ὑπερετίθετο, παρά τε τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, καὶ τῶν γνησίων τούτου συναγωνιστῶν χάριν αἰτῶν, τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ μιᾶς ἀντεχομένους φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι δι' ἀπληστίαν, τῷ καιρῷ παρασυρείσης τῆς εὐσεβείας. Αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν εἶναι ζημίαν ὑπαλλαττομένων μικρὸν τῶν λέξεων, καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις· οὐδὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτηρίαν μᾶλλον ἢ πράγμασι· μηδὲ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν ἄν, εἰ τὴν ἠλειμμένου φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι· τῷ δὲ κοινῷ μεγίστην ἂν βλάβην γενέσθαι, τῆς Ἐκκλησίας κατασχεθείσης· *Cæterum sermones cum judicio disponere, de Davidis consilio et sententia* [6], *necessarium esse judicabat, ac belli tempus, et hæreticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad libertatis tempus successisset linguæque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam et apertam vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere studebant* (*quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis atque improbo impietatis antistiti videbatur*), *ut eum quidem cum theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent, atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne, quod reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, testimoniisque minime dubiis eamdem vim habentibus, necessariisque argumentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent : sed, quæ maxima sermonis virtus et prudentia est, propriis vocibus constringerentur, quemadmodum is liber, quem hoc argumento edidit, perspicue ostendet, in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide movet. Sed tamen propriam vocem interim usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus in gratiæ loco hoc petens, ne hoc suo consilio offenderentur; nec committerent, ut dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, convulsa nimirum turbulento tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paulum immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur* (*neque enim salutem nostram in*

A *verbis potius quam in rebus consistere : quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem Uncti sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem ascribi velint*) : *at reipublicæ non posse majorem perniciem ac pestem afferri, quam si Ecclesia ab hæreticis occuparetur.* In hac Basilii agendi ratione, sive infirmis consulat, sive hæreticorum furori Ecclesiam suam objicere caveat, haud equidem video quid reprehendi possit.

III. Quod spectat ad lenitatem in infirmos adhibitam : 1° nihil illa catholico dogmati, nihil usitato ad exprimendum dogma sermoni nocebat. Tutum erat dogma cum Nicænæ fidei professione, tum iis quæ huic formulæ Basilius adjicienda du-
B cebat. Quinetiam tota illa accommodatio eo spectabat, ut quamplurimi ad confitendam in Ecclesia divinitatem sancti Spiritus allicerentur : nec sane consentaneum erat (ep. 113), ut cum hæretici libenter in sua communione retinerent eos etiam qui hæretice non sentiebant, Catholici a sua removerent eos qui catholice sentiebant. Neque etiam de catholici sermonis auctoritate quidquam detrahebatur. Etsi enim infirmis concedebatur ut Spiritum sanctum non appellarent Deum, non tamen concedebatur ut hanc vocem damnarent, nec idcirco illam alii Catholici usurpare et prædicare desinebant. Quare spes erat infirmos, dum quotidie in Ecclesia Spiritum sanctum Deum appellari audiunt,
C atque huic voci aures assuefaciunt, brevi inanem illum scrupulum deposituros. Atque hæc maxime spes Basilium fovebat. *Enimvero persuasum mihi est*, inquit (ep. 113), *diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si quid etiam amplius adjiciendum sit explanandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum* [7].

2° Non animadvertunt ii, quibus hæc agendi ratio non placet, magnum esse discrimen inter ea quæ hæreticis ignave et turpiter, et ea quæ infirmis benigna quadam accommodatione conceduntur (5). Hoc tantum petebat a Basilio Modestus imperatoris nomine, ut unam vocem, nempe consubstantiale, e fidei symbolo tolli pateretur. At Basi-
D lius ne unam quidem syllabam sacrorum dogmatum prodi, nihil prorsus addi aut demi, ac ne ipsum quidem formulæ ordinem mutari debere respondit. Idem tamen iis qui, cum catholice sentirent, nondum Nicænam formulam receperant, benignæ excusationis veniam non denegabat, saltem in episcopatus primordiis, ut perspicitur ex epist. 52. Aliud est enim infirmis unam aliquam vocem remittere, aliud hæreticorum artibus aut minis concedere; ut ea vox e catholici sermonis usu amandetur. Si concessum fuisset hæreticis ut consubstantiale deleretur, triumphum illi egissent

[6] Psal. CXI, 5. [7] Rom. VIII, 28.

(5) Nyss. I, Eunom. 314. Theodoret., lib. IV, c. 18.

Digitized by Google

ex Ecclesia, quæ non eos recepisse, sed ab eis recepta videretur; quod quidem nunquam committendum esse merito docet Basilius in epist. 266. At iisdem redeuntibus sine consubstantialis professione, non tamen sine professione fidei hac voce contentæ; numerum filiorum suorum augebat Ecclesia, incolumi prorsus traditionis deposito.

3° Sententiæ suæ magnos ascriptores et imitatores habuit Basilius. Præter Athanasium, qui Basilii factum probavit et defendit, ut modo videbimus, Basilium imitatur Gregorius Nazianzenus in oratione 44, p. 710, ubi sic loquitur: Συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς· γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλαυτοι. Δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ δώσομεν ὑμῖν τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν· ὁμολογήσατε τὴν φύσιν ἐν ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον· καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν, ἔστιν ἃ καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν παρακλέψαντες. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ, αἰσχρὸν καὶ ἱκανῶς ἄλογον, κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους, μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας, ἢ μὴ καὶ τὴν γλῶσσαν ἁγιάσητε δεδοικότας· αἴσχιον δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας, αὐτοὺς μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα. Μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν Τριάδα ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ τὴν Θεὸς φωνὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ὑμῖν αἰτήσομεν. Δώσει γὰρ, εὖ οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δοὺς καὶ τὸ δεύτερον, καὶ μάλιστα, εἰ δειλία τις εἴη πνευματικὴ. ἀλλὰ μὴ ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μαχόμενον. Ἔτι σαφέστερον εἴπω καὶ συντομώτερον, μήτε ὑμεῖς ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς (φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἀναβάσεως), οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν τέως ὑμῖν ἐγκαλέσομεν, ἕως ἂν καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον· οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαρασσόμεθα· *Verum spiritualiter inter nos hanc controversiam transigamus: fraternæ potius charitatis studium, quam nostri amorem præ nobis feramus. Vim divinitatis ac potentiam nobis date, et nos vicissim divinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus tribuitis, confiteamini: ac vos, ut infirmos curabimus, nonnulla vobis grata et jucunda suffurantes. Etenim turpe quidem illud est, turpe, inquam, ac perabsurdum, cum animo optime valeatis, circa vocis sonum jejunos et minutos vos præbere, ac thesaurum occultare, quasi aliis eum invidentes aut metuentes, ne linguam quoque vestram sanctificetis; turpius autem nobis est eodem vitio teneri, quod vobis objicimus, atque, cum anxiam vestram de minutis rebus contentionem damnemus, litterarum tamen minutias anxie urgere. Trinitatem, o viri, unius deitatis esse fateamini, aut, si magis placet, unius naturæ: atque hanc vocem, Deus, a Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profecto secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si id de quo pugnatur, spiritualis quædam timiditas fuerit, ac non diabolica contentio. Atque, ut apertius et compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos, sublimioris vocis* A *ergo, nos in crimen vocetis (nec enim invidia et reprehensione premi debet hujusmodi ascensus), nec nos vicissim eam vocem, cujus modo capaces estis, vobis objiciemus: quandiu alio itinere ad idem hospitium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed ut fratres, quorum separatione distorquemur, ad nos redeant, laboramus.* Hæc Gregorius disserebat Constantinopoli: ejusque animi moderationem paulo post ipsa synodus Constantinopolitana judicii sui auctoritate comprobavit, quæ Dominum appellavit Spiritum sanctum, sed ut iis consuleret, quorum animis scrupulus, subabsurdus ille quidem, sed tamen ignoscendus insidebat, Dei vocem in symbolum inserendam esse non censuit.

Sed forte indulgentia in infirmos ipsa humanitatis B specie placebit, at minus considerata, nimiumque remissa videbitur Basilii eum improbis hæreticis agendi ratio. Sed tamen si alterum probetur, alterum improbari non potest. Nam cum Arianis aditum in Cappadociam hoc temperamento intercluderet Basilius, tunc, si unquam alias, plurimis infirmis consulebat, quos persecutio in maximum periculum conjecisset. Deinde vero non indigna res erat charitate Basilii, ne furentibus quidem hæreticis amplius quidquam proponere, quam quod omnino necessarium ad catholicum dogma judicabat?

Illud autem in primis observandum est, nequaquam commisisse Basilium, ut Dei nomen Spiritui sancto in Ecclesia tribui desineret, sed sæpe illi C hunc titulum et per se et per alterum seipsum, Gregorium Nazianzenum, tribuisse. Id testatur Gregorius Nazianzenus, qui his, quæ modo retulimus, statim addit (p. 364): Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἦδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴ ποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε, σαφέστερον δὲ πεποίηκεν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ λόγοις, πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόῤῥητον ἦν αὐτῷ περὶ τούτων κοινολογουμένῳ, μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο ἀποφηνάμενος, ἀλλ', ὃ μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποίηκεν, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπεσεῖν, εἰ μὴ σέβοι τὸ Πνεῦμα μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. Εἰ δέ μέ τις δέξαιτο κοινωνὸν ἐκείνου κἀν τοῖς τοιούτοις, ἐξαγορεύσω τι καὶ D τῶν τοῖς πολλοῖς τέως ἀγνοουμένων, ὅτι τοῦ καιροῦ στενοχωροῦντος ἡμᾶς, ἑαυτῷ μὲν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν, ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν, οὓς οὐδεὶς ἔμελλε κρίνειν, οὐδὲ ἀποβάλλειν τῆς πατρίδος ἀφανείᾳ τετιμημένους, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρὸν εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς Εὐαγγέλιον· *Nam quod alioqui melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnosceret, cum ex eo perspicue constat, quod et hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicavit, et privatim apud eos, a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum vero in suis ad me sermonibus apertius id demonstravit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed, quod antea ipsi perraro accidera-*

Digitized by Google

sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre et Filio Spiritum, ut consubstantialem et honore parem, veneraretur. Quod si quis me in tantis quoque rebus, illius socium admiserit, aliquid, quod plerisque incognitum ante fuit, evulgabo. Nam cum tempus in summas angustias nos redigeret, hanc ipse rationem inibat, ut sibi quidem œconomiam, nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo in judicium adducturus, patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium nostrum firmum et validum erat, utriusque præsidio suffultum.

IV. Jam vero perfacile refelluntur quæ eruditum opusculi auctorem detinuerunt, quominus sancti Basilii agendi rationem probaret. Quod ait consilium illius nec ad reducendos infirmos, nec ad placandos Pneumatomachos profuisse, fateor me nescire ex quibus id fontibus hauserit. Quis enim ei dixit pacem inter presbyteros Tarsenses Basilii opera restitutam non fuisse? quis ei dixit nullum exitum habuisse susceptos ab eo labores, ut, quotquot catholice sentiebant, eos in unam consensionem ac communionem adduceret; cum præsertim in epist. 69, ad sanctum Athanasium, spem hujus consilii ad exitum perducendi præ se ferat : in alia autem ad eumdem Athanasium (ep. 82) aliquanto post scripta declaret, quidquid circa fidem sanum est in Cappadocia et vicinis locis vere ad eorum, qui idem sentiunt, communionem et unitatem propendere? Quod spectat ad Pneumatomachos, semper illi quidem bellum inexpiabile cum Basilio gessere, sed tamen certa et explorata res est, gravissimas eum procellas a Cappadocia propulsasse, non solum magnis præliis sustinendis, sed etiam prudenti secessu, cum hæreticorum insidias anno 371 declinavit. Erant enim in insidiis collocati, ut una voce ex ejus ore arrepta, impetum in Ecclesiam facerent. Quare tot ac tanta prælia non certasset Basilius, nisi cauta et provida consilia præcessissent : non tot fulsissent miracula, non Cappadociam Valens unam ex omnibus provinciis eximiam habuisset, si Basilium non plus movisset Ecclesiarum utilitas, quam calidiorum ingeniorum querelæ.

Non tutiori fundamento nititur quod ait idem scriptor, occultos hæreticos, qualis erat Eustathius, hac Basilii accommodatione et facilitate usos esse, ut sese cum eo conjungerent, ac gravissimis postea illum calumniis vexarent. Jamdudum conjunctissime cum Eustathio et amantissime vixerat Basilius, antequam hæc de Spiritu controversia prodiret. Non multo post exortam hanc controversiam dissiluit eorum amicitia, propterea quod Basilius, etsi in probanda et periclitanda hominum suspectorum fide morosus non erat, ita tamen in constringendo et firmissimis nodis tenendo Eustathio cautus fuit, ut cum iste hæc vincula effugere non posset, odium et iracundiam in Basilium palam et aperte evomuerit. Basilii ergo lenitas in defendenda Spiritus divinitate nequaquam Eustathium cum eo conjunxit, sed potius summa in hoc dogmate tuendo constantia disjunxit.

Formula autem, cui subscripsit Eustathius, non solius Basilii, sed etiam Theodoti et Meletii opus est; et cum temperamento et accommodatione non careat, nec Spiritum sanctum appellet Deum, quis credat cum opusculi auctore, Basilium propterea Theodoto et Meletio in offensionem venisse, quod Dei nomen interdum Spiritui sancto non tribueret? Magnæ profecto exstiterunt Theodoti Nicopolitani in Basilium injuriæ (ep. 99); sed illius morositatis causa, Basilii communio cum Eustathio, non vocis unius prætermissio. Metuit aliquandiu Basilius ne S. Meletio, in iis quæ ad Eustathium spectabant, parum æquo uteretur. Sed statim atque in Armeniam profectus, consilii sui rationem sancto exsuli exposuit, summam illius æquitatem expertus est. Quod autem egerat in defendenda Spiritus divinitate, nunquam id ei aut apud alium episcopum purgandi sui laborem attulit.

Auctor opusculi non solum adversarios affingit Basilio, qui nulli exstitere; sed etiam quos habuit defensores, ab eo avellere conatur, S. Athanasium et S. Gregorium Nazianzenum : ac de altero quidem dubitat, an factum Basilii aliquando probaverit, alterum non semper probasse contendit. Equidem non video quid nobis relictum sit, quo nitamur in rebus criticis, si Basilio patrocinium eripiatur S. Athanasii. Exstant duæ illius epistolæ in Basilium perhonorificæ, altera ad Palladium, altera ad Joannem et Antiochum. In utraque Basilium defendit, accusatum a monachis Cæsariensibus, quod in dogmatis defensione remissius aliquid egisset. Unde Athanasius ait : *Si suspectus esset Basilius in iis quæ ad veritatem spectant, laudabilem fore eorum contentionem.* Declarat eum *magis pro veritate certare, et eos qui doctrina egent edocere.* Hortatur monachos, *ut, respicientes ad propositum veritatis illius et œconomiam, glorificent Dominum*, etc. Quænam illa œconomia, quæ monachis Basilii accusandi materiam dedit? quodnam dogma visus est remissius defendere? Nihil sane reperias præter quæstionem de Spiritu sancto. Huc accedit testimonium Gregorii Nazianzeni, cujus ex epistola 27 discimus Basilium, cum die festo S. Eupsychii Deum non appellasset Spiritum sanctum, monachorum querelas in se concitasse. Res ergo et personæ congruunt. Ipsum etiam congruit tempus. Nam Basilius hac usus est œconomia, ac in has incurrit criminationes, antequam sanctus Athanasius e vita migrasset, nempe anno 371.

Quod spectat ad S. Gregorium Nazianzenum, tempus assignari posse non puto, quo factum amici probare desierit. Hanc enim illius animi moderationem, et vivente ipso et mortuo, laudavit, nec laudavit solum, sed etiam imitatus est. Ubi primum accusatus est in quodam convivio Basilius, exarsit in illius reprehensorem indignatio Gregorii.

Digitized by Google

Postquam venit Constantinopolim Gregorius (6), ut ibi catholicam fidem pene exstinctam exsuscitaret, non solum in refellendis hæreticis acrem se et indefessum præbuit, sed etiam in sanandis exemplo Basilii infirmis lenem et moderatum, ut declarat illius testimonium, quod ex oratione 44 deprompsimus. Reversus Constantinopoli orationem habuit in laudes Basilii, in qua inter alia illius præclare facta prudentem illam molestissimo tempore accommodationem recenset.

Temperamentum a Basilio adhibitum eo etiam nomine minus probatur, quod suum ipse consilium repudiaverit, nec quidquam simile in defendendo consubstantiali commiserit. Utrumque sua ponte refellitur. Nullum inconstantiæ vestigium hac in re neque in operibus Basilii, neque apud Gregorium Nazianzenum, qui non tam multam operam in defendendo amico insumpsisset, si sui illum facti credidisset pœnituisse. Ipsum etiam consubstantiale infirmioribus animis condonavit Basilius, ut supra diximus.

V. Atque ut tota illius in ejusmodi rebus agendi ratio perspiciatur, abs re non erit breviter exponere, quid ab hæreticis redeuntibus aut ab hominibus suspectis pro temporum varietate postulaverit. Sanæ doctrinæ Basilius ab infantia ad extremum usque spiritum retinentissimus fuit : nunquam in ejus cor ulli sermoni a sana doctrina alieno patuit aditus ; nulla illi sententiæ mutatio affingi poterat ; sed tamen accepta a teneris doctrinæ semina fatetur ipse usu crevisse (ep. 204, n. 6, p. 306 ; ep. 223, n. 3, p. 338. In iis autem quæ usu et exercitatione illi accesserunt, numerari potest quædam in dignoscendis hæreticorum cavillationibus prudentia, quæ cum in horas mutari solerent, non uno et eodem modo caveri debuerunt. In ea rerum perturbatione, quam Arianorum de simili et dissimili tricæ induxerunt anno 360, nec simile nec dissimile placebat Basilio, sed identitatem naturæ et consubstantiale profitebatur (ep. 8, p. 82). Postea rebus mutatis, cum jam ab Arianorum perfidia non tanta essent pericula, simile secundum essentiam suscipiebat Basilius, modo illud adderetur, *citra ullam differentiam* ; secus vero hanc vocem suspectam existimabat (ep. 9, n. 3). Atque hæc quidem Basilius non sua causa statuebat (ipse enim consubstantiale profitebatur), sed si qui suspecti essent, satis esse putabat ad eorum fidem purgandam, ut simili secundum essentiam adderent illud *citra ullam differentiam* (*ibid.*). Ex quo illud etiam perspici potest, Basilium nemini necessitatem imposuisse consubstantialis profitendi. Neque id mirum videri debet. Nam cum epistolam nonam scriberet, ex qua hæc desumpsimus, communione et amicitia conjunctus erat cum Silvano Tarsensi et pluribus aliis episcopis, qui, etsi fidem Nicænam acerrime defenderent, nondum tamen consubstantialis vocem palam et aperte receperant. Notum est omnibus quanta lenitate Athanasius et Hilarius cum ejusmodi hominibus agendum censuerint.

Videntur consubstantiale nondum recepisse qui fidei confessionem e Scripturis depromptam (tom. II, p. 223), ἔγγραφον ὁμολογίαν, a Basilio petierunt. Unde Basilius eorum consulens infirmitati promittit se non usurum *nominibus et verbis, quæ ipsis litteris et syllabis non reperiuntur quidem in divina Scriptura, sed tamen insitam Scripturæ sententiam servant.* In fidei confessione, quam ad eos misit, consubstantiale non adhibuit (p. 224) : quod quidem Basilius cum metueret ne reprehenderetur, declarat idem sibi propositum non esse ac in aliis operibus ; aliud enim esse hæreticos refellere, aliud sanam fidem simpliciter exponere (p. 225).

Non deerant initio episcopatus Basilii, qui consubstantiale nondum recepissent. Hos Basilius partim vituperandos, partim venia dignos judicat (ep. 52, n. 1, p. 145). Sed ejusmodi homines perpauci videntur fuisse. Nam post concilium Tyanense plerique consubstantiali manus dederunt, exceptis triginta quatuor Asianis episcopis, quos minime mirum est communi consilio obstitisse (7). Erat enim hæc regio sic emancipata errori, ut gratias Deo habendas existimet Basilius, *si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint.* Sensim itaque evenit, ut ex iis qui catholice sentiebant vix quisquam consubstantiale non admitteret (ep. 331). Postquam autem grassari cœpit hæresis Pneumatomachorum, tum vero non modo nihil amplius detractum est de fide Nicæna, sed etiam aliquid visum est huic formulæ addendum Basilius Cyriacum Tarsensem presbyterum hortatur (ep. 114, p. 207), ut fidem Nicænam recipiat, nec ullam in ea vocem rejiciat ; imo huic fidei addat *Spiritum sanctum dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt communicandum.* Non multo post Basilius, re cum sancto Meletio et Theodoto deliberata, illud etiam Eustathio præscripsit (ep. 125, p. 216), ut Spiritum sanctum itidem ut Patrem et Filium glorificaret : atque hanc glorificationem deinceps, ut rem necessario addendam synodo Nicænæ, proposuit, ut perspici potest ex epistolis 175 et 258, n. 2. Nihil magis incendit Pneumatomachos, quam hæc Spiritus glorificatio cum Patre et Filio. Sed Basilius declarat (*De Spir. S.* c. 29, p. 65) se nec gladii nec ignis metu usitatam constanti traditione glorificationem relicturum. Hoc tantum eis concedit (*ib.* c. 25, p. 54) ut quamvis præpositio *cum* aptior sit ad glorificationem persolvendam, si tamen uti malint conjunctione, etc., ut in baptismo, id eis, nemine repugnante, liceat.

(6) Naz., ep. 27.

(7) Sozom., lib. VI, c. 12.

Digitized by Google

§ IV.

I. *Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur.* II. *Græcorum scriptura magnis incommodis laborat.* III. *Latinorum lectio apte cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione cohæret.* IV. *Latinorum causa codicum mss. auctoritate defenditur.*

I. Exstat initio libri tertii *Adversus Eunomium* insignis locus, qui cum manifestum habeat de Spiritus ex Filio processione testimonium, si sine lituris ac sine additamentis legatur, gravissimæ Græcos inter et Latinos controversiæ materiam dedit. Defendit hoc catholicæ veritatis præsidium R. P. Ludovicus Vallée, emeritus theologiæ professor ac bibliothecæ Sanctæ Genovefæ præfectus, in erudita dissertatione, anno 1721 Parisiis edita apud Delaunay, via Jacobæa. Nihil potius aut melius facere possint, qui rem omnibus vestigiis indagare volunt, quam si eximium illud opus accurate perlegant : quod quidem cum omni argumentorum genere ita cumulatum et illustratum sit, ut nec dubitandi nec addendi locum relinquat, cumque non incommode cum nostris S. Basilii voluminibus compingi possit; libenter sane conticescerem. Sed quia celeberrimus Basilii locus in hac nova editione ita prodiit, ut in codicibus mss. hac in urbe exstantibus legebatur, non ut aliorum codicum longe plurium longeque antiquiorum auctoritas, ac ipsius sententiæ series et junctura postulabant, operæ pretium est huic incommodo mederi, et ex memorata dissertatione in gratiam eorum, quibus ad ipsum fontem adire non vacat, nonnulla derivare.

Ut facilius perspiciatur quid Græci, quid Latini in testimonio Basilii probent aut rejiciant, uncinis includemus quæ a Græcis addita Latini queruntur, asteriscis vero quæ a Latinis propugnata Græci aversantur.

Initio libri tertii proponit Basilius hanc Eunomii blasphemiam ita loquentis : *Cum autem hæc nobis de Unigenito sufficiant, consequens fuerit, ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias secuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes : a quibus cum didicerimus cum dignitate et ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.*

Sic respondet Basilius : *Quod igitur non putet oportere in simplici ac nuda multorum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis rationibus veritatem rursus ad id quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis quæ dixit ostendit. Nam multorum opinione contempta, qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctrinam : at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc eadem faciens quæ, dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse, tertium esse ordine et dignitate Spiritum, a seipso autem credere, natura quoque tertium esse. Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax in inducendis divinorum dogmatum innovationibus? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque tertium esse? Dignitate quidem secundum esse a Filio, ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis et omnino ex illa causa pendeat tradit [fortasse] pietatis sermo. At natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex Scripturæ dictis consecutione ulla colligi potest.*

Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus a Patre est, quoniam ab illo est, et dignitate, quia origo ejus et causa est, quatenus est illius Pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem; non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est : ita profecto et Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus est a Filio, [ut hoc etiam omnino concedamus,] tamen non jure sequi ut alienæ sit naturæ, inde patet, etc.

Tum Basilius, argumento ex angelis petito, quorum diversi ordines et dignitatis gradus, nec tamen diversa natura, sic concludit : *Sic profecto et Spiritus sanctus : etsi dignitate inferior est atque ordine [ut aiunt]; accepimus enim ipsum, [inquit,] tertium a Patre et Filio numeratum; cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* (Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti;) *at in quamdam naturam tertiam a Filio et Patre ejectum eum fuisse nusquam didicimus.*

Non difficile est animadvertere illud Græcis maxime molestum esse, quod Spiritus S. a Filio esse habere dicitur : iisdem autem plurimum placere, quæcunque uncinis inclusa eo spectant, ut Basilius non asseveranter pronuntiare, sed velut hæsitans concedere videatur Spiritum ordine et dignitate minorem Filio esse. Vident enim, si id Basilius asseveret, inde sequi ut Spiritum ex Filio procedere crediderit. Sed hæc scriptura, quam Græci per fas et nefas defenderunt, longe alteri posthabenda, sive interiora quædam indicia spectentur, ut consensus cum Basilii cæterorumque Patrum doctrina, et sententiæ ipsius series et continuatio; sive ex antiquorum codicum mss. numero et auctoritate res dijudicetur. Utrumque argumentum breviter explanabimus, his qui uberiorem hujus quæstionis cognitionem percipere volent, ad supra dictam dissertationem dimissis.

II. Inest sane magnum hoc vitium lectioni Græcorum, quod Basilium inducat de re omnibus testata, et ab ipso Basilio sæpe confirmata turpiter dubitantem. Quid enim absurdius, quam Filium Patre minorem ordine et dignitate asseverare, Spiritum Filio minorem ordine et dignitate dicere non audere? Hoc profecto non cadebat in Basilium, qui conceptis verbis docet in libro *De Spiritu sancto*, cap. 17, eumdem ordinem intercedere inter Spiritum ac Filium, ac inter Filium et Patrem : *Ut se habet Filius ad Patrem*, inquit, *sic ad Filium Spiritus secundum verbi Dei ordinem in baptismo traditum.* Ridiculam ergo formidinem Basilio affingit

Digitized by Google

illud, *fortasse*, ac illud, *ut hoc etiam omnino concedamus*, et infra, *ut aiunt*. Huic rationi non parum addit momenti quod ait Basilius Eunomium *etiam nunc eadem* facere, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est*. Indicat enim Basilius his verbis initium libri primi, ubi nudat artificia Eunomii, qui cum *piam traditionem, Patrum fidem*, rejecta multitudinis opinione apposuisset, statim de suo impietatem et blasphemiam addebat. Sic ergo illum interrogat Basilius : in hac fide *ubinam scriptum est, Credimus ingenerationem esse essentiam Dei universorum; aut, Credimus Unigenitum essentia dissimilem esse Patri?* Demonstrat eum sic aperte loqui debuisse, non insidias lectoribus struere, *et opinioni suæ velut hamo ad mortem trahenti simplicitatem fidei, ceu escam quamdam circumdare, ut imperiti ad id quod apparet festinantes, incaute impietatis scelere transfigantur*. Cum ergo Eunomium Basilius disputare incipientem de Spiritu, eadem facere dicat, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est;* necesse est ut in utroque loco principia illa, quæ impietati mox efferendæ velut escam hamo prætendebat, nec dubia visa fuerint nec incerta Basilio.

In eo etiam secum aperte pugnat Basilius, si Græcorum scriptura recipiatur, quod postquam ab Eunomio auctores doctrinæ celari dixit, ipsum Eunomium hanc doctrinam ex Christi verbis repetere asserat. *Simulat se servare doctrinam sanctorum; at eos qui illam ipsi tradiderunt tacet.* Et infra : *Accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre et Filio numerari : cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* « *Euntes baptizate* [7], » etc. Licet ergo oculis ipsis cernere perfidas manus, quæ hunc locum corruperunt. Nihil enim magis repugnat, quam ut Eunomium Basilius auctores hujus doctrinæ tacuisse dicat, quem tamen eamdem doctrinam Christi verbis acceptam fateatur retulisse. Delendum ergo illud, *inquit*, ac manifestum est non Eunomium hic loqui, sed Basilium qui Eunomii verba non solet in suam orationem intexere, nisi postquam ea ordine suo retulit. At verba modo citata nusquam refert Basilius ut Eunomii verba, nec profecto referre potuit.

Jam vero, si hæc spuria sunt, sequitur genuina esse quæ in lectione Græcorum desunt de processione Spiritus ex Filio. Eadem enim manu facinus utrumque commissum, nec alio consilio assuta dubitationis indicia, nisi ut minus miraremur Basilium, qui de Filio disserens, accurate explicat, quo sensu minor sit ordine et dignitate, non idem etiam de Spiritu disserentem fecisse. Erat enim hæc explicatio prorsus necessaria asseveranti Spiritum ordine et dignitate minorem esse Filio; dubitanti et hæsitanti minus necessariam Græci existimarunt.

[7] Matth. xxviii, 19.

A Antequam veniam ad propugnatam a Latinis lectionem, libet aliud additamentum animadvertere in his verbis : Τίνες δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει· *Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest.* Hæc verba, εἰπεῖν οὐκ ἔχει, *dicere non potest*, quæ ex quatuor Regiis mss. eruta sunt, in tribus autem aliis et in antiquis editionibus desunt, manifestum habent perfidiæ et corruptelæ indicium. Quis enim credat Basilium ita in ecclesiastica traditione hospitem et peregrinum fuisse, ut cum ipse Filium ordine et dignitate minorem pronuntiet, illius doctrinæ, quæ de Spiritu idem tradit, auctores nullos ab Eunomio citari posse diceret? Sive Basilii sunt, quæ infra B leguntur, *Cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem*, etc., ipsum Dominum agnoscit Basilius hujus doctrinæ auctorem, nedum auctores nullos proferri posse existimet. Sive Eunomio tribuenda hæc verba; non laborat auctorum doctrinæ suæ penuria, qui ipsum Dominum citat auctorem. Mendose ergo in hanc nevam editionem irrepserunt hæc verba : sed tamen non parum prosunt ad demonstrandam Græcorum in hoc Basilii contextu adulterando audaciam.

Assentiri enim non possum erudito dissertationis auctori, qui Basilium putat ad impiam Eunomii de tertia substantia sententiam respicere, dum ait : *Simulat se servare sanctorum doctrinam, at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet.* Distinguit enim accu- C rate Basilius ea quæ Eunomius *a sanctis se didicisse* aiebat, nempe, *tertium esse ordine et dignitate Spiritum*, ab iis quæ se *a seipso credere fatebatur*, nempe, *natura quoque tertium esse*. Quod ergo addit Basilius, *Quinam autem sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam edidere?* id prorsus immerito referretur ad ea quæ se Eunomius *a seipso credere*, non a sanctis accepisse aiebat. Quare cum eum sic interrogat Basilius : *Quinam autem sunt sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam edidere?* non obscure declarat Eunomium callide reticuisse sanctorum testimonia ac præsertim Christi verba, ex quibus Spiritum sanctum ordine tertium esse colligitur, quia, cum hæc verba Spiritus sancti divinitatem evidenter astruant, si ea retulisset Eunomius, manifestior exstitisset eorum, quæ de suo statim addebat, impietas.

III. Scriptura, quam defendunt Latini, non solum apte et commode cum tota Basilii doctrina, sed etiam necessario cum illius ratiocinatione ejusque argumentis cohæret. Spiritum ex Patre et Filio procedere vel hoc unum testimonium demonstrare possit, quod sub finem libri II *in Eunomium* habemus. Nam cum Eunomius impie Filium creaturam Patris, Spiritum creaturam Filii vocaret, Basilius impietatem illius perhorrescit, quod creaturam diceret Spiritum sanctum : ac deinde illum sic arguit,

Digitized by Google

quod Spiritus originem non Patri et Filio, sed soli Filio attribueret. *Illud vero*, inquit (p. 270), *cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam sit in rerum natura, quod ad Filium pertineat, et a Patre alienum sit?* « *Omnia enim, inquit, mea tua sunt, et tua mea*[8]. » *Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit, et ad ejus accusandam naturam illius creationem usurpat?* Luce clarius est Basilium inter et Eunomium convenisse, Spiritus originem Filio attribuendam, sed in eo controversiam exstitisse, quod Eunomius soli Filio attribueret, Basilius Patri et Filio. Sententiam suam Basilius non perfunctorie probat. Contendit duo fore principia, si Spiritus origo soli Filio tribuatur. Demonstrat eum non dirimendum esse a Patre, cum et Apostolus conjuncte Spiritum Christi et Spiritum Dei Patris appellet; *ac Dominus Spiritum veritatis dicat (est enim ipse* Christus *veritas) et de eo dicat: A Patre procedit*

Neque etiam obscure perspicitur Basilii sententia ex his verbis epist. 52, n. 2: *Non enim quæ fratrum inter se cognationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant, sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Manifesta est et aperta conclusio, quam theologi ex his verbis deducunt. Nam si ea tantum dici debent consubstantialia, quorum alterum ex altero originem habet, non potuit Spiritus tot locis apud Basilium consubstantialis Filio dici, nisi eum ex Filio originem habere constaret. Equidem hoc testimonium paulo aliter interpretatus sum ac Petavius; sed nihil de argumenti pondere decedit. In ea enim, quam infra afferam, interpretatione negat Basilius ea tantum dicenda consubstantialia, quæ fraterna tenentur cognatione, ut nonnulli existimabant; sed tunc etiam hanc vocem congruere contendit, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.* Ex quo patet Basilium inter et adversarios convenisse, Filium ex Patre, Spiritum ex Patre et Filio exsistentiam habere, ejusdemque esse naturæ, sed isti, quanquam erant Catholici, nec Filium Patri, nec Spiritum Patri et Filio consubstantialem dicere volebant, quia videbatur eis illa vox minus convenire, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.*

In eadem epistola Basilius sanctum et inviolabilem esse contendit ordinem personarum, *quem in Evangelio didicimus a Domino dicente:* « *Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*[9]. » Idem docet in ep. 125, n. 3. Qualis sit ille ordo personarum, perspicimus ex lib. I *in Eunomium*, ubi sic loquitur: *Nos autem*, inquit (p. 252), *secundum relationem causarum ad ea quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus.* Idem autem de sancto Spiritu dicendum demonstrant hæc verba ex cap. 17 libri *De Spiritu sancto* jam citata: *Ut se habet Filius ad Patrem, sic ad Filium Spiritus*, etc. Atque hæc relatio fusius explicatur in cap. 18 ejusdem libri.

His addi possunt nonnulla ex quinto *in Eunomium* libro, qui liber etiamsi Basilii non sit, ei tamen a Græcis adjudicatur, ac totus ex ejus sententiis compositus est. Ibi (pag. 305) legimus Spiritum esse *Verbum Filii, imaginem Filii, Spiritum Filii, procedere ex Deo per Filium.* Nec omittenda illa quæstio (*ibid.*), *Cur et Spiritus Filius Filii non dicitur?* Quæ quidem perabsurda fuit, si ex Filio Spiritus non procedit.

Quod si unquam Basilius Spiritum a Filio procedere docuit, tum maxime hujus depromendæ doctrinæ necessarium exstitit tempus, cum illum Filio minorem ordine et dignitate esse, in suscepta adversus subtiles hæreticos disputatione pronuntiavit. Nam qui de Filio obiter agens, eum ordine et dignitate minorem Patre non ausus est dicere, nisi statim causam adderet, quia a Patre est, et Pater ejus origo, quanto magis hæc illi cautio adhibenda fuit, cum Spiritum sanctum, de quo data opera disserebat, Filio minorem ordine et dignitate diceret? Quinetiam manca erit vel potius absurda Basilii ratiocinatio, nisi Spiritum Filio minorem esse ordine et dignitate, quia a Filio esse habet, si minus dixerit, saltem cogitaverit et crediderit. Huc enim tota rediret hæc ratiocinatio: Quemadmodum Filius qui a Patre esse habet, ordine et dignitate minor est Patre, non tamen natura; sic Spiritus, qui a Filio esse non habet, ordine et dignitate minor est Filio, non natura. Quo quid absurdius fingi potest? Necesse est ergo ut causa, cur Spiritus ordine et dignitate tertius sit, si minus a Basilio verbis expressa, saltem illius animo obversata sit. Sed hujus causæ, ut jam dixi, conceptis verbis efferendæ necessitatem imponebat Eunomii perfidia, qui hoc principium in alienissimos sensus rapiebat, et Spiritum natura tertium esse inde colligebat. Unde Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 6, Filium negat inferiorem dignitate, ac prorsus æqualem esse contendit.

IV. Ad tot et tanta rationum momenta, quæ etiam sine codicibus mss. valerent, accedit codicum mss. auctoritas, non eorum quidem, qui nunc in bibliothecis nostris exstant, sed eorum quos olim exstitisse certissimis monumentis cognoscimus. Hugo Etherianus, sæculi duodecimi scriptor, qui tres libros ad Latinorum defensionem Alexandro tertio nuncupavit anno 1177, citat in secundo libro, cap. 19, illud Basilii de Spiritu dictum, *a Filio esse habens.* In libro tertio, cap. 12, sensum magis quam verba refert. At in cap. 13 ejusdem libri locum integrum refert sine additamentis dubitationem Basilio affingentibus, non vero sine insigni illa sententia, quæ Spiritum a Filio esse habere declarat.

[8] Joan. XVII, 10. [9] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google

Atque hæc Etherianus laudat, ut minime dubia minimeque controversa. Nec Nicetas Maroniensis, qui Etherianum eodem sæculo oppugnavit, ullam huic testimonio suspicionem falsi injicere conatus est, ut discimus tum ex Bessarione, qui se hoc testimonium in libro Nicetæ vidisse testatur (8); tum maxime ex Leone Allatio, qui hoc testimonium a Niceta, ut integrum, susceptum fuisse asseverat (9). Neque etiam codicibus, quibus sæculo duodecimo utebatur Euthymius Zigabenus, inerant spuria additamenta. Is enim in *Panoplia* testatur Basilium non dubitasse, *an Spiritus sanctus esset ordine et dignitate posterior Filio.*

Sæculo decimo tertio prodire cœperunt nonnulli codices, in quibus deerat testimonium Græcis incommodum, additamenta cum illis facientia non deerant. Sed velim laudatam dissertationem evolvant, qui scire avent, quomodo Beccus, ejusque duo comites et archidiaconi, Constantinus Meliteniotes, et Georgius Metochita hos codices et recentes esse et perpaucos et ab aliis longe antiquioribus ubique terrarum dispersis refelli ostenderint. Eamdem causam strenue defenderunt sæculo decimo quarto duo alii inter Græcos doctissimi scriptores, Demetrius Cydonius et Manuel Calecas. In concilio autem Florentino sex prolatis codicibus, unus tantum papyraceus Græcis favit, quinque alii Latinis; quorum codicum quatuor in membranis scripti erant. Cum autem in eodem concilio Marcus Ephesius dictitasset, se scire libros esse apud Constantinopolim supra mille, in quibus Græcorum lectio contineretur; mendacium illius oculis suis ac manibus comprehendit Bessarion, qui Constantinopolim reversus, ut ipse testatur in epist. ad Alexium Lascarim, omnibus inspectis bibliothecis, lectionem Græcis incommodam nullo prorsus in codice recenti ac post dissensionem scripto reperit; at in aliis non paucioribus ac longe antiquioribus reperit. In primis autem memorabile est quod de duobus codicibus in monasterio Christi Salvatoris Pantepoptæ a se inventis narrat; quorum in altero antiquissimo et membranaceo veritas violata fuerat, spatio vacuo adhuc facinus testante; in altero autem papyreo et ante annos trecentos scripto perfusa erat atramento tota illa pars, quæ Spiritum ex Filio tanquam ex causa docet dependere.

Ejusmodi codices etiamsi in bibliothecis Græcorum nulli jam exstarent, nihil tamen de eorum auctoritate decederet; quippe cum certissimis historiæ monumentis et testimoniis memorentur, quæ nullo prorsus facinore deleri, nullo furto abscondi possunt. Neque etiam ambiguum esse possit, utri codices potiores sint existimandi, antiqui an recentes: scripti ante exortam de Spiritu sancto controversiam, antequam Græcorum interesset quidquam in contextu Basilii attentare, an quos postea iidem Græci in ipso contentionis æstu protulere, cum nihil ad causæ suæ defensionem non auderent. Quare eorum, qui S. Basilii operibus in lucem edendis præfuerunt, videtur in eo requirenda diligentia, quod nulla prorsus editio, si tamen excipias Trapezuntii Latinam interpretationem, eximium de Spiritus sancti processione testimonium in avitam sedem restituerit, ac nævos de industria injectos expunxerit.

§ V.

I. Utrum S. Basilius ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet. II. *Utrum mundum temporis momento creatum crediderit.*

I. Jam observavimus argumentum non leve processionis Spiritus sancti ex Filio reperiri in epistola 52 S. Basilii ad canonicas. Sed quia idem illo locus negotium facessit doctissimis theologis, aliquid operæ insumendum in eo explicando. Videtur enim ea sola existimare consubstantialia, quorum unum ab altero originem accepit. Sic autem loquitur pag. 145, n. 2: Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν· ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον, τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ φύσεως, ὁμοούσια λέγεται· *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Basilii verba sic explicat Petavius (10) cum Caleca, Bessarione et Demetrio Cydone, ut illum ea proprie consubstantialia dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur; cætera vero minus proprie, ut Petrus et Paulus. Sed si S. Patris verba expendantur accuratius, non videtur hoc loco id negare, quod ipse conceptis verbis asseverat in epist. 38, homines esse inter se consubstantiales; sed eos tantum refellit, qui consubstantialis notionem rebus inter se fraterna cognatione junctis ita proprie attribuebant, ut divinis aptari non posset.

1° Fatetur Basilius consubstantialis notionem, qualis exponebatur ab adversariis, locum aliquem habere in ære et conflatis ex ære numismatibus. Ibi enim est substantia quædam anterior, quæ in multa dividitur. 2° Examinandum est quinam refellantur his verbis: *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, consubstantialia dicuntur, id quod quidam existimant.* Non eos sane refellit, qui Petrum et Paulum consubstantiale esse dicebant ob naturæ similitudinem, ac inde concludebant Patrem et Filium, utpote lumen et lumen, esse consubstantiales. His tantum adversatur, qui consubstantiale rejiciebant. Sed quid in eis reprehendit? Nihil aliud profecto, nisi quod consubstantiale iis tantum attribuerent, quæ fraternam habent cogna-

(8) Ep. ad Alex. Lascarim.
(9) *Enchirid.*, c. 20.
(10) *De Trinit.* lib. VII, cap. 4.

Digitized by Google

tionem. Hanc enim arripiebant causam, cur a personis divinis, ut fraternam cognationem, ita etiam consubstantiale excluderent. Quare non erat cur Basilius in contrarium vitium curreret, et quod adversarii negabant sine fraterna cognatione posse consistere, id cum ea conciliari non posse diceret. Satis erat ostendere, non ea tantum dici consubstantialia, quæ fraternam habent cognationem : *sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ*, tunc recte dici consubstantialia. 3° Non leviter prætereunda hæc verba, *id quod quidam existimant.* Ex his enim patet non communem a Basilio opinionem refelli, quam ipse alibi profitetur, ut modo observavimus, sed singulare nonnullorum hominum commentum, qui putabant *consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ, et eorum quæ ex substantia, adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis in quæ divisa est.*

II. S. Basilii mentem minus calluerunt, qui eum in opere sex dierum explicando sic versari existimarunt, ut mundum temporis momento cum suo ornatu creatum a Deo doceat. Omnibus certe Moysis vestigiis accuratissime insistit. Quærit homil. 2, n. 1, pag. 22, cur terra dicatur incomposita, idem vero de cœlo non dicatur. Terram ideo incompositam dici statuit, quia nondum plantas, arbores et flores protulerat. At ipsum cœlum incompositum fuisse contendit. *Hæc eadem*, inquit, *et de cœlo dixerimus, nondum illud excultum fuisse, nec proprium recepisse ornatum : utpote quod nondum sole nec luna splendesceret, neque astrorum choris coronaretur. Nondum enim istæc condita erant. Quare a veritate non aberraveris, si cœlum incompositum dicas. Invisibilem autem terram appellavit ob duas causas ; vel quod nondum esset illius spectator homo ; vel quod demersa innatantibus super ipsius superficiem aquis videri non posset. Nondum enim erant aquæ in suas stationes congregatæ, quas postea aggregatas Deus maria appellavit.*

Hæc profecto nihil redolent ex subtili illa opinione, quæ mundum cum suo ornatu temporis puncto prodiisse censet. Idem perspicitur ex num. 3 ejusdem homiliæ, p. 15, et ex homil. 5, n. 5, p. 44. Occurrit in homil. 4, n. 4, huic quæstioni : *Si aqua erat super terram, cava omnia quæ nunc pelagus continent, referta erant. Quo igitur colligendæ erant aquæ, concavis jam occupatis?* Sic respondet : *Ad hæc respondebimus, tunc et receptacula fuisse præparata, cum aquam oportuit in unam secerni congregationem. Neque enim erat illud quod est extra Gades mare*, etc.

His addere non pigebit, quæ Basilius de creatione solis peracute observat. Sic loquitur homil. 4, n. 5, p. 37 : Ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν τὴν γῆν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς τοῦ ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς παρεσκεύασεν· *Ne soli aridilatis terræ causam attribueremus, antiquiorem solis generatione aridilatem terræ opifex effecit.* Et homil. 6, n. 2, p. 51 : *Cœlum et terra præcesserant, post hæc creata lux fuerat, dies et nox discretæ fuerant; item firmamentum, et aridæ detectio. Terra propriis germinibus erat referta, quandoquidem et innumera protulerat herbarum genera, et omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, neque luna : ne lucis auctorem et patrem appellarent solem, nere rerum e terra nascentium opificem qui Deum ignorant existimarent.*

Jam vero perfacile est exponere quo sensu Basilius mundum temporis momento productum dixerit. Testimonium quod objicitur, exstat homil. 1, n. 6, ubi sic loquitur : Ἡ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, » ἐπειδὴ ἀμερές τι καὶ ἀδιάστατον ἡ ἀρχή. Ὡς γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ὁδοῦ οὔπω ὁδός, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς οἰκίας οὐκ οἰκία· οὕτω καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ οὔπω χρόνος, ἀλλ' οὐδὲ μέρος αὐτοῦ τὸ ἐλάχιστον... Ἵνα τοίνυν διδαχθῶμεν ὁμοῦ τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ ἀχρόνως συνυφεστάναι τὸν κόσμον, εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν· » ὅπερ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, σαφέστερον τὸν νοῦν ἐκδιδόντες, εἰρήκασιν, « Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, » τουτέστιν ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ· *Aut fortasse ob factam in momento et citra tempus creationem dictus est, « In principio fecit [10] : » quandoquidem partium et divisionis expers principium. Quemadmodum enim principium viæ nondum est via, et domus principium nequaquam domus est : sic et temporis principium nondum tempus est, imo neque pars ipsius minima... Igitur ut mundum voluntate Dei citra ullam temporis moram simul substitisse edoceamur, dictum est : « In principio fecit. » Quod ipsum interpretes alii, sententiam dilucidius reddentes, dixerunt : « In capitulo fecit Deus, » hoc est, subito et brevi.* Sed ex his verbis nihil aliud colligi potest, nisi id quod Christiani omnes semper tenuerunt, omnia temporis momento e nihilo educta, nec quidquam Dei restitisse voluntati. Hinc idem docet Basilius de iis quæ sigillatim ad mundi ornatum prodiere. Sic enim de terræ germinibus loquitur homil. 5, n. 5, pag. 44 : *In minimo etiam temporis puncto a germinatione exorsa terra, ut Conditoris leges servaret, per omnem accretionis speciem progrediens, confestim germina deduxit ad perfectionem.*

§ VI.

I. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium et Pneumatomachos. II. Valde etiam studiosus exstitit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat. III. Cur adversarios ad Scripturam provocat. IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit. V. Quo sensu auditores probare debere quæ a magistris dicuntur.

I. Non interest eorum, qui sectas an ecclesia

[10] Gen. I, 1.

Digitized by Google

dissidentes defendunt, in his argumentis, quæ ad Ecclesiæ et traditionis ei commissæ auctoritatem spectant, sese venditare. Cum enim eventui unius pugnæ sua omnia committunt, semelque hac in re victis nihil superest ad causæ defensionem; tum vero eo facilius in hoc dogmate quam in aliis vincuntur, quod ne erroris quidem novitate molestiam facessunt, sed omnium hæreticorum, qui unquam exstitere, vestigiis insistunt. Ausus est tamen Scultetus (10*) ad acerrimum traditionis defensorem Basilium provocare, nec timide aut verecunde versatur in illius testimoniis colligendis. Sed ut Scultetı temeritas in promptu omnibus sit, paucis exponenda S. doctoris sententia : quanquam Ecclesiæ traditionem non magis eruditis scriptis, quam rebus fortiter gestis defendit. Non segnis sane et indiligens opera illius in explicandis Scripturis : sed idem acerrimus exstitit traditionis defensor. Probe enim sciebat verbum Dei non solum scripto ab apostolis, sed etiam viva voce traditum Ecclesiæ fuisse; et quod Ecclesia in omnibus sæculis constanter docuit, id non aliunde quam ab apostolis acceptum esse, nec ab eo, quod scripserunt apostoli, divelli posse, nisi aliud scripto apostoli, aliud viva voce docuisse fingantur. Hujus sententiæ præclarum reliquit testimonium in libro primo *adversus Eunomium*, qui cum in doctrina divinitus revelata eamdem ac in rebus philosophicis licentiam peteret, ac in Catholicos jocaretur, quasi *ex multitudine verum a falso secernerent, majori parti tributa palma, ac priorum agmini concessa victoria, aures posterioribus obturarent*, sic a sancto doctore refellitur (p. 210) : *Quid dicis? palmamne demus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum qui nunc sunt, neque eorum qui fuerunt, ex quo prædicatum est Evangelium? Ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cujuscunque generis claruerunt; quibus omnibus inimicam et adversam hanc viam impietatis recens excogitasti; sed clausis prorsus animæ oculis, et sancti cujuslibet viri memoria e mente depulsa, unusquisque eor nostrum otiosum ac purgatum captionibus ac sophismatis tuis subdamus?* Ambigi non potest utrum imitatæ sint recentes sectæ, Basilium an Eunomium : utrum cum Basilio sanctorum Patrum auctoritatem, ac multitudinem Christianorum omnium, tum eorum qui nunc sunt, tum eorum qui ab Ecclesiæ ortu exstiterunt, reveritæ sint; an cum Eunomio tantam auctoritatem tricis et cavillationibus exagitaverint.

Non minoris momenti videntur esse quæ sequuntur. *Magna profecto*, inquit (*ib.*, p. 211), *foret tua potentia, si quæ multiplici suo artificio diabolus consecutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret; si videlicet persuasu ac inductu tuo traditionem, quæ per præteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus.* Ex his perspicimus omnia diaboli artificia in suscitandis hæresibus eo spectasse, ut apostolicam prædicationem, quam Ecclesia veluti sacrum depositum custodit, penitus convelleret; sed ejus conatus irritos fuisse. Qui ergo *traditionem per præteritum omne tempus apud tot sanctos prædicatam* impugnarunt, hi non Spiritum sanctum in Scripturis interpretandis ducem habuerunt, sed diaboli ad evertendam Ecclesiam emissarii fuere. Hinc hæresum originem ex contemptu sanctorum Patrum repetit Basilius in commentario *in Isaiam*. *Nonnulli sunt*, inquit (p. 555), *qui cum Patres et tradita ab eis dogmata fastidiant, ipsi hæresum cupiunt esse auctores.*

Si qua sane dogmata sine traditione defendi possent propter apertissima Scripturæ testimonia, id potissimum de Filii ac Spiritus sancti divinitate statui deberet. Nullo tamen in dogmate acrius defensa traditio. Quam necessarium sit hoc Ecclesiæ præsidium, pluribus locis declarat Basilius. *At ne separes*, inquit in homil. 24 (p. 194), *a Patre et Filio Spiritum sanctum, absterreat te traditio. Sic Dominus docuit, prædicavere apostoli, Patres conservavere, confirmavere martyres.*

Sed præcipue in libro *De Spiritu sancto* omnes ingenii vires in defendenda catholici dogmatis traditione profundit. *Id quod impugnatur fides est*, inquit (cap. 10, pag. 21), *isque scopus est communis omnibus adversariis et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes.* Et cap. 27 (p. 54) : *Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus et prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione apostolorum : quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicet : nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti, aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* Cur ad traditionem confugiendum sit, ut doctrina Ecclesiæ percipiatur, hanc etiam affert rationem (p. 55), quod non solum omnia Scripturis consignata non fuerint, sed etiam ipsa Scriptura obscuritate quadam involvatur. *Est autem silentii species etiam obscuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam idque ad legentium utilitatem* (p. 206).

Speravit Scultetus hæc eludi posse, si hanc partem libri *De Spiritu sancto*, ex qua postremum te-

(10*) *Medul. theol.*, part. IV.

Digitized by Google

stimonium deprompsimus, non Basilii fetum esse, sed manus alienæ facinus; aut saltem Basilium hoc loco non de præcipuis fidei capitibus, sed de ritualibus traditionibus, *quarum aliæ nullius momenti, aliæ ex hominum memoria in ipsa Ecclesia Romana pridem deletæ*, disserere responderet.

Primum illud commentum, quod perfidæ manus suspiciones in librum *De Spiritu sancto* injicere conatur, sic jam ab omnibus explosum est, ut nova opera non sit refellendum. Quod autem spectat ad alteram Sculteti responsionem, verum illud quidem est Basilium hoc loco nonnulla commemorare quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent : sed non idcirco minus exploratum est ejus principium, nempe utraque eamdem vim ad pietatem habere, et quæ Scripturis prodita sunt, et quæ recepimus ex traditione apostolorum. Nam illa etiam, quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent, par habent momentum, sive Scripturis, sive traditione apostolorum contineantur; pariter enim immutari possent, quemadmodum ritus mergendi in aquam, qui in Scripturis memoratur ac ipsa baptismi voce significatur, quia tamen ad essentiam baptismi non pertinet, immutatus est ab Ecclesia. Frustra ergo S. Basilium exagitat Scultetus, quasi in hoc Basilii loco regula cum exemplis et exempla cum regula pugnent. Non enim id dicit Basilius, Evangelium in præcipuis partibus lædi, et prædicationem ad nudum nomen redigi, si ritus nonnulli immutentur ab Ecclesia : sed ex contemptu traditionis hoc gravissimum incommodum consequi docet, ut nihil prorsus in Ecclesiæ cultu et doctrina supersit integrum, sed ipsa eucharistiæ consecratio, confirmationis sacramentum, ipsa etiam fidei professio in Patrem et Filium et Spiritum sanctum evertantur (pag. 57). Hujus sententiæ veritatem demonstrant exemplo suo recentes sectæ, quæ, traditione semel rejecta, non solum pios Ecclesiæ ritus, sed etiam eucharistiæ consecrationem, qualis a Basilio describitur, ac sacramentum confirmationis sustulerunt, et prædicationem Evangelii ita ad nudum nomen redegerunt, ut tota religio cujusque arbitrio et libidini permissa sit, ac ne ipsa quidem Trinitatis doctrina adversus Unitarios defendi possit.

II. Testis est etiam locuples Basilius, quanto animi ardore defendi debeat usitatus in Ecclesia ad dogma exprimendum sermo. Nam, cum pati non possent Pneumatomachi Spiritum sanctum una cum Patre et Filio glorificari, demonstrat hanc glorificandi rationem et apud antiquos Patres usitatam esse, et in toto Occidente et in Oriente vigere. Deinde sic loquitur (cap. 29, pag. 63) : *Qui fit igitur, ut ego sim innovator, et recentiorum verborum architectus? cum totas nationes, civitates, et consuetudinem omni hominum memoria vetustiorem, insuper et viros Ecclesiæ columnas, omni scientia ac virtute Spiritus claros, duces ac patronos hujus vocis exhibeam? Ob hæc hostilis illa acies adversus nos commota est, omnisque civitas, vicus et omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem : verum quoniam est magna patientiæ merces, toleratas pro fide afflictiones secutura, præter hæc et gladius splendescat, et securis acuatur, et ignis ardeat Babylonico illo vehementius, et omnia suppliciorum instrumenta in nos moveantur; quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas Dominus in Spiritum blasphemias jacientibus intentavit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adeo gratam ac familiarem sanctis, insuper et tam diutino usu confirmatam. Nam ex quo tempore est annuntiatum Evangelium usque ad præsens, ostenditur in Ecclesiis usitatam fuisse : et quod est omnium maximum, pium ac religiosum sensum habere demonstratur.*

Non minus enituit Basilii studium et animi ardor in defendenda conciliorum auctoritate. Hinc declarat (epist. 114) *trecentos decem et octo Patres, nec sine Spiritus sancti afflatu locutos esse.* Quamvis ergo ab eo non peteretur, ut a synodi fide et sententia discederet, sed tantum ut unam vocem illius auctoritate consecratam imperatori cederet (11); nec exsilii, nec tormentorum minis, nec, quod sancto episcopo gravius esse debebat, luporum gregi imminentium metu adduci potuit, ut hoc nefas admitteret.

III. Objicit Scultetus illud Basilii ex epist. 189 : *Criminantur*, inquit (p. 277, n. 3), *quod unam bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem dicamus. Neque id extra veritatem : dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudinem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem et normam ducamus. Etenim, si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet et nobis profecto usitatum apud nos morem opponere. Quod si hunc illi rejiciunt, neque nobis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra; et apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omnino veritatis suffragium.* Ex his concludit Scultetus soli Scripturæ judicium a Basilio ac arbitrium attribui controversiarum.

Sæpe alias hunc locum Basilii decantavere Protestantes ; sed tamen quid eis prosit non video. Nam, 1° etiamsi Basilius Pneumatomachis vere et ex animo concessisset controversiæ, quam cum eis habebat, judicium ex sola Scriptura petendum ; quid hoc faceret cum Protestantibus ? Consuetudini Cæsariensi unam in personis divinis bonitatem, unam potentiam prædicanti contrariam Eccle-

(11) Nyss., I, Eunom., p. 314; Theodoret., lib. IV. c. 18.

Digitized by Google

siæ suæ consuetudinem opponebant Pneumatomachi: in hac consuetudinum varietate, quid mirum si ad Scripturam provocat Basilius? At Protestantes, cum novum religionis genus condiderunt, non habuere consuetudinem aut traditionem, quam constanti Ecclesiæ traditioni opponerent. Uti ergo non possunt auctoritate Basilii, qui traditionem non rejicit, sed quia inesse fingebatur in Ecclesiarum consuetudinibus varietas, ad Scripturam confugit.

2° Hæc traditionis varietas merum est commentum Pneumatomachorum. Solebant enim ut novum exagitare, quidquid illorum evertebat hæresim. Hinc consuetudinem glorificandi cum Patre et Filio Spiritus, quam Basilius in omnibus Ecclesiis vigere et semper viguisse demonstrat, (12) novam esse et ab Ecclesia minime probatam dictitabant. Quin etiam in hac ipsa epistola 189, postquam Ecclesiæ suæ consuetudinem objecere, statim vanitatem et mendacium confitentur, ac unam in personis divinis deitatem non improbant, modo ad Spiritum sanctum non extendatur. *Sed apertius*, inquit Basilius (n. 4), *orationis suæ nudant propositum : Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes ; Spiritum vero, qui una cum Patre et Filio numeratur, divinitatis notione minime comprehendi, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni.*

3° Quo tempore Basilius ad Eustathium archiatrum hanc scripsit epistolam, consilium suscepit, Amphilochii rogatu, scribendi adversus Pneumatomachos libri *De Spiritu sancto* : et cum in hoc opere traditionem tam acriter defendat, nemo illam in epistola rejectam suspicari possit. Præterea cum provocat ad Scripturas Basilius, non, ut Protestantes, earum interpretationem cujusque arbitrio permittit. Ne ipsi quidem Pneumatomachi hanc sibi licentiam arrogabant. Quamvis enim sub Valente plurimum possent, quia tamen in Ecclesia dominari et plebem suam facere volebant, cogebantur ut plurimum sese ad usitatas in Ecclesia interpretationes Scripturæ accommodare. Hinc anno 371 cum Basilium malo animo observarent, de Spiritus sancti divinitate disserentem patienter audierunt (13); et cum Spiritum nominatim Deum non appellasset, belli ei inferendi causam arripere non valuerunt. Anno autem 374 hoc tantum in eo reprehenderunt, quod Spiritum cum Patre et Filio glorificaret (14) : cætera non ausi sunt improbare.

IV. Utitur etiam Scultetus regula morali sancti Basilii 26, cap. 1, ubi sic habetur : *Quod verbum omne aut res testimonio divinæ Scripturæ obfirmanda sunt ad integram persuasionem bonorum et ad malorum verecundiam.* Et reg. 80, cap. 22, ubi statuit proprium esse fidelis nihil ex his quæ scripta sunt rejicere audere aut quidquam his addere. *Etenim*, inquit Basilius, *si omne quod non est ex fide peccatum est*, ut ait Apostolus [11], « *fides autem ex auditu est, auditus autem per verbum Dei* [12], » *omne quod est extra divinam Scripturam, cum ex fide non sit, peccatum est.* Idem Scultetus nonnulla alia colligit loca, in quibus similiter sancitur, ne quid addatur aut detrahatur sacræ Scripturæ. Quæ autem non sunt scripta, ea pro liberis habenda concludit ex his verbis (15) : *Quoniam alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa ; de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum quæ vetita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ jussa sunt... de iis vero quæ silentio prætermissa sunt, regulam nobis tradidit apostolus Paulus, cum dixit : « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Nemo quod suum est quærat : sed quod alterius unusquisque. » Quare necesse omnino est aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis propter mandatum illius.*

Inutilis sane Sculteti labor in ejusmodi testimoniis colligendis. In primo Basilius auctor est, ut in adhortando et increpando adhibeantur Scripturæ testimonia ; deinde ait in sequenti capite, *iis etiam quæ in natura aut consuetudine vitæ nota sunt, utendum esse ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.* Quis inde sequi suspicetur, penes Scripturam solam arbitrium esse et normam dirimendarum controversiarum, nec verbi divini, quod ab apostolis viva voce prædicatum tota Ecclesia custodit, habendam esse rationem?

Cum vetat Basilius ne quid addatur Scripturæ aut detrahatur, nequaquam excludit traditionem. Docet enim (16) adhibenda esse in refellendis hæreticis ea nomina et verba, *quæ ipsis quidem litteris et syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, sed tamen eam quam præfert Scriptura sententiam servant. Quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam sensum et peregrinum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina et a pia fide aliena* aversari se declarat. Traditionem ergo Basilius non dissociat a Scriptura, sed quæ traditione nituntur, et a sanctis usurpata sunt, ea negat peregrina et a fide aliena, etiamsi nominatim non legantur in Scripturis. Hinc in testimonio, quod depromptum est ex reg. mor. 80, verbum divinum, sive scriptum sit, sive voce prædicatum, nullo habet discrimine. Probat enim, quid

[11] Rom. xiv, 23. [12] Rom. x, 17.

(12) Lib. *De Spir*, c. 1, n. 3, et c. 27, n. 65, et c. 29, n. 75.
(13) Naz., or. 20, p. 364.
(14) Lib. *De Spir.*, cap. 1, n. 3.
(15) Reg. brev. 1, p. 364.
(16) Tom. II, pag. 224 et 225.

Digitized by Google

quid extra Scripturam est peccatum esse, quia peccatum est quidquid non est ex fide, fides autem ex auditu, verbi videlicet divini, sive prædicati, sive scripti. In libro secundo *adversus Eunomium* (p. 243) idem præceptum inculcat, ne quid addatur aut detrahatur iis quæ a Spiritu sancto tradita sunt; ac nominatim Scripturæ et traditionis meminit. *Proinde oportet*, inquit, *eum, qui Christi judicium ob oculos habet, novitque quam periculosum sit quidpiam subtrahere, aut addere iis, quæ a Spiritu tradita sunt, non conari quidquam a seipso innovare, sed in iis quæ prius a sanctis nuntiata sunt, acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit : id audere, nonne summæ dementiæ est?*

Magnæ indiligentiæ arguitur Scultetus ex testimonio, quod e reg. 1 brev. desumpsit. His enim verbis, *quæ silentio prætermissa sunt*, non ea intelligit Basilius, de quibus nihil in Scriptura legitur, sed de quibus nihil nominatim præscribitur aut vetatur : quales erant cibi simulacris immolati. Perspicua res est ex verbis Pauli, quæ citat Basilius.

V. Non omittendum est aliud testimonium ab eodem Sculteto objectum, ex regula morali 72, cap. 1, ubi hæc leguntur : *Quod debeant auditores qui in Scripturis eruditi sunt, explorare ac probare ea quæ a magistris dicuntur : et quæ quidem consona sunt Scripturis suscipere; quæ vero aliena, rejicere, eosque qui in ejusmodi doctrinis perseverant, vehementius aversari.*

Non imprudens Scultetus hæc verba resecuit, *qui in Scripturis eruditi sunt*, τοὺς πεπαιδευμένους τὰς Γραφάς. Ex his enim manifesta conclusio est Scripturam non omnibus proponi, ut unicam fidei regulam, nec omnibus claram et perspicuam esse in iis quæ ad fidem pertinent. Hinc Basilius in capite sequenti iis, *qui non multum in Scripturis versati sunt*, præcipit ut bonos ac malos pastores a fructibus eorum dignoscant. Quin etiam ne primis quidem concedit, ut Scripturam arbitrio suo interpretentur, et prout quisque sibi videbitur a Spiritu sancto edoctus. Sed eam Scripturæ interpretationem intelligit, quæ Ecclesiæ auctoritate et constanti traditionis consensu nititur. Ipse enim (ep. 204, n. 6) hac potissimum via Arianas novitates evitaverat. Nam, cum edoctus fuisset ab avia Macrina, quæ ei tradebat beatissimi Gregorii verba, quæcunque ad ipsam memoriæ continuatione servata pervenerant; postquam e patria in exteras provincias profectus est, si quos inveniebat secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos et patrum loco habebat, et animæ suæ duces sequebatur. Sic veritatem ab hæresi, pastores a lupis dignoscebat, non propriis suis Scripturæ studiis innitendo, sed ea constanter retinendo, quæ S. Gregorius Neocæsariensis ante exortam hæresim Arianam tota Ecclesia probante et applaudente prædicaverat.

Suppeditat nobis Ecclesia Neocæsariensis argumenta quædam, quæ hic videntur non omittenda. Musonius, qui hanc Ecclesiam rexit difficillimis temporibus, sic solebat admonere, cum concionaretur : *Cavete canes* (ep. 28, p. 108), *cavete operarios malos*. Quomodo autem hos canes arcebat a grege? *Erat ille vir novitatis inimicus, ostendens* (p. 106) *in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos et amplius luminarium instar resplenduerant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat : sed secundum Moysis benedictionem proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, et vetera ante faciem novorum.*

Quanta fuerit talis institutionis utilitas, inde demonstrat Basilius (p. 107), quod soli Neocæsarienses, vel certe cum paucis admodum in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam vitam Musonio gubernante egerint. Non enim eos attigit ventorum hæreticorum æstus, submersiones importans et naufragia animabus facile mutabilibus.

Musonii sedi Atarbius, non fidei ac virtuti successit; cumque hæresim Arianæ contrariam conaretur inducere, Basilius in tanta animarum pernicie silere non potuit, ac Neocæsarienses pluribus litteris admonuit, ut ab hoc sibi magistro caverent. Sic eos compellat in epist. 210 : *Fidei eversio*, inquit (n. 3, p. 314), *apud vos excogitatur inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, et eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri exstinctum, conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, somnia in nos fingunt.*

§ VII.

I. *S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in eucharistia.* II. *Requirit ut illud, « Hoc est corpus meum [13], » non minus certo credamus quam illud, « Verbum caro factum est [14]. »* III. *Insignis locus a Sculteto depravatus explicatur.* IV. *Basilii sententia confirmatur ex precibus liturgiæ.*

I. Sive Basilio ascribantur libri *De baptismo*, sive non, certe sub ejus nomine citari ac laudari possunt, cum toti ex ejus sententiis ac verbis compositi sint. In libro secundo quæritur, cap. 2 : *An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, citra periculum possit sacrificare.* Quæstioni apponitur re-

[13] Matth. xxvi, 26; Marc. xiv, 22; Luc. xxii, 19; I Cor. xi, 24. [14] Joan. i, 14.

Digitized by Google

sponsum, ducta comparatione ex his quæ in sacerdotibus veteris legis requirebantur. Tum de sacerdotibus novæ legis sic statuitur: Ὁ δὲ Κύριος λέγων, *Μεῖζον τοῦ ἱεροῦ ὧδε*, παιδεύει ἡμᾶς ὅτι τοσοῦτον ἀσεβέστερός ἐστιν ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει κριῶν καὶ ταύρων· οὐκ ἐκ συγκρίσεως, ἀσύγκριτος γὰρ ἡ ὑπεροχή· *Dominus autem cum dicit: « Templo majus hic est* [15], » *nos docet tanto magis impium esse eum, qui audet sacrificare corpus Domini qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem et hostiam in odorem suavitatis* [16], *quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris: quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis enim est excellentia.* Sic etiam in capite tertio ex pœna iis in lege imposita, qui sancta immundi tangere audebant, demonstratur, quantum sit scelus corpore Domini indigne vesci: Ὅσῳ γὰρ πλεῖον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν, τοσούτῳ δεινότερον καὶ φοβερώτερον τὸ ἐν μολυσμῷ ψυχῆς τολμῆσαι ἅψασθαι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, παρὰ τὸ ἅψασθαι κριῶν ἢ ταύρων, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ, etc.: *Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem, tanto gravius est et formidabilius in animæ inquinamento audere tangere corpus Christi, quam arietes aut tauros tangere; cum Apostolus dicat, « Itaque quicunque manducaverit* [17], » etc. Nihil sane in his exstat testimoniis, quod eludi vel detorqueri possit. Sacrificatur et consecratur corpus Christi: Christus præsens adest in altari, « *Templo major hic est.* » Illud discrimen statuitur inter antiquæ et novæ legis sacrificia, quod in primis vituli et tauri occisi fuerint, in nostris corpus Christi offeratur: discrimen sane commentitium, si sacrificium novæ legis corpus absentis Christi repræsentet; quippe cum idem præstiterint sacrificia veteris legis; idque eo aptius et significantius, quo cædes alicujus animalis aptior ad mortem Christi repræsentandam, quam res inanimæ, panis et vinum.

Eadem sententia paucioribus verbis statuitur in *Regulis brevioribus. Si quis autem*, inquit Basilius interrog. 309, *cum in immunditia sit, accedat ad sancta; etiam ex Veteri Testamento terribile illius discimus judicium. Quod si amplius templo hic est, nos utique modo magis formidando docebit Apostolus, qui dixit: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* [18]. »

II. Basilius inter ea, quæ certo credere debemus, etiamsi repugnet natura, eucharistiam numerat. Hanc enim in *Moralium* libro habemus regulam (reg. 8, p. 240): Ὅτι οὐ δεῖ διακρίνεσθαι, καὶ διστάζειν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγομένοις, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι πᾶν ῥῆμα Θεοῦ ἀληθὲς εἶναι καὶ δυνατόν, κἂν ἡ φύσις μάχηται· ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ ἀγὼν τῆς πίστεως· *Quod non oportet ambigere et dubitare de iis quæ a Domino dicuntur: sed persuaderi omne Dei verbum verum esse ac possibile, etsi natura repugnat; hic enim situm est fidei certamen.* Ad hanc regulam comprobandam inter alia refert illud: *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem ad manducandum? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis* [19].

Pluribus in locis pertractat Basilius de optima communicandi ratione, quam in eo positam esse docet, ut cum certo credamus Christum pro nobis crucifixum esse, ejusque carnem et sanguinem nobis apponi, hac illius passionis recordatione ad eum amandum accendamur. Sic in regula breviore 172 hæc instituitur quæstio, Ποταπῷ φόβῳ, ἢ ποίᾳ πληροφορίᾳ, ἢ ποίᾳ διαθέσει μεταλάβωμεν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; *Quali cum timore, aut qua animi persuasione, aut qua affectu participes simus corporis et sanguinis Christi?* Argumento est ejusmodi interrogatio magnum aliquod agi mysterium, quod tremorem incutere debeat, magnamque fidem ac sanctitatem postulet.

Interrogationi hæc subjicitur responsio: Τὸν μὲν φόβον διδάσκει ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, λέγων· Ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει· τὴν δὲ πληροφορίαν ἐμποιεῖ ἡ πίστις τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου εἰπόντος· Τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, etc.: *Timorem quidem docet nos Apostolus, cum ait: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* [20]: » *persuasionem autem efficit fides verborum Domini, qui dixit: « Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem* [21]. » *Item ex fide testimonii Joannis, qui memorata prius Verbi gloria, posthac Incarnationis modum induxit, his verbis: « Verbum caro factum est* [22], » etc. *Itidem quoniam Apostolus scripsit: « Qui cum in forma Dei esset* [23], » etc.

Nemo est, qui hæc legens non facile perspiciat, 1° Christi verba, *Hoc est corpus meum*, ut firmissima fide credenda, a Basilio proponi; 2° non minus certo credenda esse, quam sequentia, *Verbum caro factum est*, etc. *Qui cum in forma Dei esset*, etc. Utraque enim testimonia, tum quæ ad eucharistiam, tum quæ ad incarnationem spectant, eodem prorsus modo proponuntur, ut verbis quidem clara et aperta, sed mysterii magnitudine difficilia: ita ut explicatione non indigeant ad lucem verbis afferendam, sed fide ad res credendas. Nec quisquam est profecto, qui, si prima co-

[15] Matth. XII, 6. [16] Ephes. V, 2. [17] I Cor. XI, 27. [18] ibid. 29. [19] Joan. VI, 53, 54. [20] I Cor. XI, 27. [21] Luc. XXII, 19. [22] Joan. I, 14. [23] Philipp. II, 6.

Digitized by Google

netur eludere, secunda non eodem modo prodat eludenda.

Postquam Basilius exposuit quo timore et qua animi persuasione communicandum sit, tertiæ interrogationis parti, quo affectu accedendum sit ad hoc mysterium, sic satisfacit: *Cum igitur animus his et talibus verbis fidem adhibens, gloriæ majestatem didicerit, humilitatisque et obedientiæ magnitudinem admiratus fuerit, quod talis ac tanius ad mortem usque Patri obtemperavit vitæ nostræ causa, eum arbitror ita affici, ut simul Deum et Patrem diligat, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, simul unigenitum ejus Filium, qui obedivit usque ad mortem pro nostra redemptione et salute.* Addit eum, qui sic affectus et præparatus est, adimplere illud Pauli: *Charitas enim Christi urget nos* [24], etc. Sic autem affici et præparari debere concludit, quisquis panis et poculi fit particeps.

Eadem doctrina statuitur in *Regulis moralibus*, et in libro I *De baptismo*. Sic enim in regula 21, cap. 2 (tom. II, p. 253), legimus: *Quod qui accedit ad communionem non considerata hac ratione secundum quam corporis et sanguinis Christi participatio datur, is nullam ex ea utilitatem capiat: et quod qui indigne assumit, condemnatus sit.* Et cap. 3: *Qua ratione manducandum sit corpus Domini et sanguis bibendus in commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem, ut qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [25]. Similiter in libro I *De baptismo*, cap. 3, postquam eadem Scripturæ testimonia retulit, ac in libro *Moralium*, nempe ex cap. VI (vers. 54) Joannis: *Amen, amen dico vobis, Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*, etc., et ex Matthæo [26] et Paulo [27] institutionem eucharistiæ referentibus; tum vero sic concludit: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes et bibentes, semper memores simus ejus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit; sicque discamus necessario servare coram Deo et Christo ipsius traditum ab Apostolo dogma, qui dicit: « Charitas Christi urget nos, judicantes hoc, quod, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est; ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [28]. » Nihil verbis opus est, ut in his locis eamdem prorsus sententiam ac in *Regulis brevioribus* constitui pateat. Res per se clara et manifesta. Quemadmodum enim in *Regulis brevioribus* hic animi affectus ad communionem requiritur, ut ex persuasione, quam animis nostris verba Christi, *Hoc est corpus meum* [29], imprimere debent, item ex verbis Joannis, *Verbum caro factum est* [30], et Pauli, *Qui cum in forma Dei esset* [31], etc., ad eum amandum, qui pro nobis mortuus est, accendamur; ita in libris *Moralium* et *De baptismo* eamdem prorsus communicandi ratio in commemorationem passionis Domini præcipitur.

Perabsurde ergo Scultetus (16*) secum facere putat illud Basilii: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes et bibentes, semper memores ejus simus, qui*, etc. Nam, 1° Modus ille communicandi in commemorationem Domini repetitur, ut jam diximus, ex fide et persuasione, quam in animis nostris efficere debent verba Christi, *Hoc est corpus meum*, et alia testimonia, quibus ejus divinitas et incarnatio ac passio continentur. 2° Non dicit manducationem corporis Domini et potum ejus sanguinis in commemoratione ipsius passionis positam esse; sed illud corpus sic manducari, et sanguinem sic bibi debere, ut commemorationem illius passionis celebremus. 3° Eos etiam qui indigne communicant, corpus et sanguinem Domini sumere in commemorationem passionis illius, sed non in seipsis hanc memoriam exprimere docet: *Qui enim edit et bibit*, inquit, *videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, rationem vero memoriæ obedientiæ Domini usque ad mortem, juxta doctrinam Apostoli non adimplet, qui, ut dictum est, ait, « Charitas Christi urget nos, »* etc., *is nihil capit utilitatis.*

Quæ sequuntur, a Combefisio ut duriora et severiora reprehenduntur. *Præterea sibi ipsi accersit qui ejusmodi est judicium quoque Apostoli dicentis: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [32]. » *Etenim horrendum judicium est non modo ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne accedit ad sancta, cum enim accedit, reus fit corporis et sanguinis Domini; sed etiam ei qui otiose inutiliterque edit ac bibit.* Hæc prorsus immerito vituperantur. Is enim otiose inutiliterque edere dicitur, qui sine charitate edit; idque patet cum ex superioribus verbis, tum ex ratione, quam addit Basilius, cur ejusmodi hominem horrendum judicium maneat: *Quod*, inquit, *non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, servat quod dictum est: « Charitas Christi urget nos, »* etc.

III. Alio utitur Basilii testimonio Scultetus, quod sic refert: *Carnem et sanguinem totam suam mysticam conversationem in carne et doctrinam Evangelii vocavit Christus.* Unde concludit Scultetus

[24] II Cor. v, 14. [25] ibid. 15. [26] Matth. xxvi, 26 sqq. [27] I Cor. xi, 23 sqq. [28] I Cor. v, 14, 15. [29] Matth. xxvi, 26. [30] Joan. i, 14. [31] Philipp. i, 6. [32] I Cor. xi, 29.

(16*) *Medul. theol.*, part. IV, p. 229.

Digitized by Google

(p. 230) *neminem alium hanc carnem edere, hunc sanguinem bibere, quam qui fideli corde ista omnia sibi applicarit.*

Sed Sculteti in hoc testimonio referendo non laudabilior fides, quam in explicando peritia. Sic enim hunc locum legimus in epist. 8, n. 4, ubi Basilius objecti ab Arianis hujus testimonii, *Ego vivo propter Patrem* [33], solutionem affert: Δύναται δὲ καὶ ζωὴν λέγειν, ἣν ζῇ ὁ Χριστὸς, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσόμεθα. *Καὶ τρώγων με*, φησὶ, *ζήσεται δι' ἐμέ.* Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι, διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς, τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας· σάρκα γὰρ καὶ αἷμα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι' ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται· *Potest autem et vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbimus.* « *Et qui manducat me, inquit, vivit propter me* [34]. » *Edimus enim ipsius carnem, et bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem et sensibilem vitam, Verbi et sapientiæ. Carnem enim et sanguinem, totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, et doctrinam ex practica et naturali et theologica notione constantem declaravit: per quam et nutritur anima, et ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur.*

Comparat ergo Basilius vitam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, cum vita, quam ex eucharistia ducimus. In utroque autem catholicum dogma mirifice commendat, et dum nos Christi carnem edere et illius sanguinem bibere dicit, et dum vitæ genus, quam ex illius carne et sanguine percipimus, exponit. Illud certe conceptis verbis declarat nos ita carnem Christi edere, ejusque sanguinem bibere, ut simul participes fiamus Verbi et sapientiæ, quia carnis et sanguinis nominibus tota Christi persona, tota illius in carne mystica conversatio, sive mysticus adventus, designatur. Sed si carnem et sanguinem Christi non re, sed sola fide sumeremus, absurdum dictu esset nos per hanc carnem et sanguinem participes fieri Verbi et sapientiæ. Tunc enim et caro et Verbum eodem modo sumerentur, nempe fidei beneficio. Deinde vero cur monet Christi carne et sanguine totum Christi mysticum in carne adventum, sive totam illius personam designari; cur, inquam, id monet, nisi ut nobis non inanimam carnem, non a divinitate separatam apponi demonstret? Sed si hæc caro sola fide percipitur, quis metuendi locus ne A inanima sit, aut a divinitate separata? Sic etiam Basilius, ut similitudinem demonstret inter eam vitam, quam ex eucharistia ducimus, et eam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, hanc vitam ad animam pertinere admonet. At inutilis prorsus admonitio, si carnem et sanguinem non ore, sed sola mente percipimus: perabsurda etiam tota comparatio, si cum humanitas Christi cum Verbo hypostatice conjuncta sit, nos sola mente cum illius carne et sanguine conjungimur.

IV. His addi debent quæ in libro *De Spiritu sancto* leguntur, non Basilii solum, sed etiam omnium Christianorum fidem exhibentia: Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς B εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; Οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες· *Invocationis verba*, inquit (cap. 27, n. 66), *cum conficitur panis eucharistiæ et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus.* Nemo negaverit indicari a Basilio has preces, quæ in liturgia ipsi attributa C leguntur (tom. II, p. 679): Ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου ἐπὶ τὰ προκείμενά σου δῶρα ταῦτα, καὶ ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι ἅγια ἁγίων· καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον, τοῦτον γίνεσθαι εἰς τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσι· τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, τὸ τίμιον αἷμα τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc.: *Ut veniat Spiritus sanctus tuus super nos, servos tuos, et super proposita hæc dona tua, sanctificetque et efficiat ea sancta sanctorum. Et faciat panem quidem istum fieri corpus sanctum ipsius Domini* D *Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum et vitam æternam, ex illo participantibus; et calicem hunc, pretiosum sanguinem novi testamenti ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi*, etc. Unde autem ejusmodi preces in omnibus Ecclesiis, nisi ex certissima fide, qua Christiani omnes panem et vinum mutari in corpus et sanguinem Christi credebant? Cui enim id precari in mentem venisset? quis has preces, *tanquam multum habentes momenti ad mysterium* addidisset verbis evangelicis, si Ecclesiæ propositum non erat mutationem impetrare?

[33] Joan. VI, 58. [34] Ibid.

Digitized by Google

§ VIII.

I. S. *Basilii testimonia de peccatorum confessione.* II. *Invidia et alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta.* III. *De peccato originali.* IV. *De Christi gratia.*

I. Longius, quam mihi propositum est, tempus extraherem, si in omnibus colligendis immorarer, quæcunque ex S. Basilii operibus ad dogmata confirmanda erui possunt. Quare hanc finiemus pertractationem appositis de peccatorum confessione, de peccato originali et de Christi gratia testimoniis.

Confessionem peccatorum necessariam esse ad veniam a Deo consequendam docet Basilius in homil. *in psal.* XXXII: *Vult tui misereri judex*, inquit (p. 134), *teque miserationum suarum facere participem; si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, ac ea quæ clam facta sunt evulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam.* In *Regulis brevioribus* hæc instituitur quæstio (quæst. 229): *Utrum oporteat vetitas actiones citra verecundiam omnibus detegere, an aliquibus duntaxat: et quinam hi sint:* sic respondet S. Basilius: *Servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui horum curandorum periti sunt: ita fieri quoque debet peccatorum confessio coram iis qui curare hæc possint, prout scriptum est:* « *Vos qui fortes estis, infirmitates debilium portate*[35], » *hoc est, cura ac diligentia vestra tollite.* Similis est quæstio 288: *Qui vult confiteri peccata sua, debetne confiteri omnibus et quibuslibet, an certis quibusdam?* Sic respondet Basilius: *Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est:* « *Non volo mortem peccatoris, sed ut convertatur ipse, et vivat*[36]. » *Quoniam igitur pœnitentiæ modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus dignis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam,* « *Facite fructus dignos pœnitentiæ*[37], » *ut ne fructuum penuria locum habeant eæ quæ subsequuntur minæ.* « *Nam, inquit, omnis arbor non faciens fructum bonum, exscinditur, et in ignem mittitur*[38]; *peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est*[39]. *Sic enim et qui olim pœnitentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evangelio quidem*[40], *quod peccata sua Joanni Baptistæ confitebantur; in Actis vero*[41], *apostolis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti.* Vide commentarium *in Isaiam* p. 553.

Negat Scultetus (17) ex his locis specialem peccatorum enumerationem aut confessionis necessitatem erui posse. Sed eludendi locum non relinquit petitum ex corporeis morbis exemplum, tum etiam quod ait Basilius pœnitentiæ imponendæ modum peccato congruere debere. Quomodo enim morbus animi curabitur, si peccatorum numerus et graves circumstantiæ celentur? aut quomodo pœna peccatorum numero et magnitudini congruet, nisi singula peccata et circumstantiæ aperiantur? Illud autem, τῆς ἐπιστροφῆς ὁ τρόπος, reddi debet, *pœnitentiæ imponendæ modus, vel pœnæ modus:* minime vero, *conversionis modus.* Hanc enim in sententiam usurpari solet ea vox in ejusmodi locis: cujus rei multa suppetunt apud Basilium exempla, ut in epist. 73. Frustra ergo Scultetus confitendi necessitatem, de qua in quæst. 288 agitur, in eo positam esse contendit, quod, si quis confiteri velit peccata, quamvis necesse id non sit, is non aliis confiteri debeat, quam iis quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Si confessio cujusque arbitrio permissa esset, nec ulla esset confitendi necessitas; satius multo ac tutius foret apud prudentes ac pietate insignes viros peccata confiteri, quam apud presbyteros, qui non semper prudentia ac pietate excellunt. Quare Basilius, cum ait necesse esse peccata iis confiteri, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, simul et confessionem peccati necessariam esse, et pœnitentiam inter sacramenta numerandam esse demonstrat.

Mitto aliam cavillationem Sculteti, qui memoratas a S. Basilio peccatorum confessiones ante baptismum, nec præscriptas fuisse, nec singulorum peccatorum enumerationem habuisse objicit. At minime probat his exemplis uti non debuisse Basilium, ut ad præscriptam a Christo omnium peccatorum confessionem hortaretur, et a pravo pudore avocaret.

Utitur etiam Scultetus regula breviore 110, in qua præcipitur, ut virgines per præfectam, sive seniorem suam presbytero confiteantur. Sed hoc vitium superiorum editionum in hac novissima emendatum est, nec quidquam aliud præcipit Basilius, nisi ut adsit decori causa præfecta virginum, dum sorores confitentur presbytero. Idem antea præscripserat in reg. 108, ut præfectus, absente præfecta, cum sororibus de rebus ad fidei ædificationem pertinentibus non loquatur. Sed ne peccatorum confessio excipi debere videretur, huic rei occurrendum esse duxit.

Hanc Basilii doctrinam confirmant tres illius epistolæ canonicæ, quæ dum varias peccatorum species et gradus accurate persequuntur, quam arcte servatum fuerit confitendi præceptum demonstrant; quantaque exstiterit episcoporum in peccatis pro merito puniendis diligentia. Mulieres adulteræ (ep.

[35] Rom. xv, 1; Gal. vi, 2. [36] Ezech. xxxiii, 11. [37] Luc. iii. 8. [38] ibid. 9. [39] I Cor. iv, 1. [40] Matth. iii, 6. [41] Act. xix, 8.

(17) *Medul. theol.*, part. iv, p. 236.

Digitized by Google

200, can. 34), vel sponte confessæ, vel convictæ, non percurrebant varios pœnitentiæ gradus, sed inter consistentes tempus explebant. Cautio enim erat ne in periculum mortis conjicerentur, si peccatum vulgaretur. Sed, si nullum erat confitendi et puniendi peccati præceptum, cur non illa etiam remittebatur inter consistentes pœnitentia, quæ periculo prorsus non carebat? cur furti (ep. 217, can. 61) convictus duplo graviorem pœnam sustinebat, quam sponte confessus? Nemo prorsus ab hac lege confitendorum peccatorum immunis. Presbyteri et diaconi (can. 70), qui se labiis tenus peccasse confitebantur, excidebant gradu suo : ac ne illis quidem communio cum presbyteris aut diaconis relinquebatur, si quid amplius peccasse deprehenderentur.

II. In his canonibus avaritiæ, invidiæ et aliis ejusmodi vitiis nullæ nominatim constituuntur pœnæ. Sed non idcirco putandum est confessionis legi subjecta non fuisse. Nam Basilius in *Regulis brevioribus*, postquam (reg. 288) statuit peccata iis solis confitenda esse, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, hanc quæstionem instituit : Ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἁμαρτήματι, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἐμπεσὼν ἁμάρτημα, τί ποιήσει (reg. 289); *Qui pœnitentiam egit peccati, ac rursus in idem labitur peccatum, quid faciet?* Declarat Basilius ejusmodi homines idcirco relabi, quia radicem peccati non tollunt : ac profert exempli loco invidiam et jurgium, quæ ex radice amoris gloriæ pullulant. Unde sic concludit : *Si quis, igitur, ubi se ipse semel condemnaverit invidiæ aut jurgii, in eadem rursus incidat; noverit se ex primaria invidiæ aut jurgii causa, gloriæ studio in intimis laborare.*

Ejusmodi ergo peccata sacerdotum prudentiæ curanda permittebantur : sed non idcirco confessionis legi subtrahebantur. Atque id confirmare possumus testimonio Gregorii Nysseni, qui cum in epistola canonica queratur, quod de nonnullis peccatis, qualia sunt convicia (p. 119), maledicta (p. 121), usura et alienarum rerum sub negotii prætextu raptus, conditi a Patribus canones non fuerint, nec tantum sibi auctoritatis assumat, ut ejusmodi constituat canones; hæc tamen peccata confessioni subjecta esse manifeste indicat, ac summo studio a sacerdotibus curanda. Sic enim loquitur de illo inter negotiandum alienæ rei raptu : Ὁ δὲ δι' ὑφαιρέσεως λανθανούσης σφετερι:ζόμενος τὸ ἀλλότριον, εἶτα δι' ἐξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα αὐτοῦ τῷ ἱερεῖ φανερώσας, τῆς περὶ τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους σπουδῇ θεραπεύει τὴν ἀῤῥωστίαν· λέγω δὲ διὰ τοῦ τὰ προσόντα παρέχειν τοῖς πένησιν, ἵνα τῷ προέσθαι ἃ ἔχει, φανερὸς γένηται καθαρεύων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι, μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχοι, κελεύει ὁ Ἀπόστολος, διὰ τοῦ σωματικοῦ κόπου τὸ τοιοῦτον ἐξιλάσασθαι πάθος· *Qui autem latenti ablatione sibi rem alienam usurpat, ac deinde per confessionem peccatum suum sacerdoti aperit, per contrarium vitio studium ægritudinem curabit : dico autem, largiendo, quæ habet, pauperibus, ut dum quæ habet profundit, se ab avaritiæ morbo liberum aperte ostendat : sin autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, jubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi* [61]. Similia habet Basilius de usuris (can. 14, ep. 188), quas qui accepit, eum a sacerdotio non excludit, modo injustum lucrum in pauperes insumat et ab avaritiæ morbo liberum se exhibeat.

III. Peccatum, quod ex primo omnes parente traximus, sic prædicat Basilius, ut facile pateat nihil aliud S. Augustinum contra Pelagianos defendisse, nisi quod perpetua Ecclesiæ prædicatione constabat. *Exsolve*, inquit Basilius homil. *in famem* p. 70, *peccatum primigenium, cibariorum largitione. Quemadmodum enim Adam improbo esu peccatum transmisit : sic nos insidiantem escam abolemus, si fratris necessitatem famemque curamus.* Et *in psal.* XXIX (p. 129) : *Pulcher quidem eram*, inquit, *secundum naturam, sed languidus, propterea quod ex serpentis insidiis peccato mortuus eram.* Alibi (*in psal.* XXXII, p. 152) vocat serpentem peccati auctorem. Ibidem (p. 135) : *Propter condemnationem in nos ob peccatum prolatam terra dicimur, nos qui a Deo audivimus : « Terra es, et in terram ibis. »* Et *in psal.* XXXIII (p. 158) : *Quandoquidem ii, qui ideo creati erant ut Domino servirent, sub inimici servitute detinebantur, illorum animas pretioso suo sanguine redimet.*

Sæpe alias Basilius de peccato primorum parentum loquitur, ut de culpa nequaquam Adami et Evæ propria, sed ad eorum posteros pertinente. *Adamus*, inquit in homil. de eo, *Quod Deus non est auctor malorum* (tom. II, p. 79), *secedendo a Deo mortem conscivit sibi ipsi, juxta id quod scriptum est : « Ecce qui elongant se a te, peribunt* [62]. » *Sic non creavit Deus mortem, sed nos nobis ipsis ex prava mente eam accersivimus.* Non omittendum est insigne testimonium ex epist. 261, n. 2, ubi sic loquitur Basilius : *Itaque, si Domini in carne adventus non fuit, non dedit Redemptor pro nobis pretium morti, nec per seipsum mortis regnum resecuit. Si enim aliud esset, quod mortis imperio subjectum erat, aliud quod assumptum a Domino; non desiisset mors ea quæ sua sunt, operari, nec lucrum nostrum factæ fuissent deiferæ carnis passiones : non interemisset peccatum in carne : non Christo vivificati fuissemus, qui eramus in Adamo mortui; non resartum fuisset, quod collapsum erat; non instauratum, quod confractum; non conjunctum Deo, quod serpentis fraude fuerat abalienatum.* In libro

[61] Ephes. IV, 28. [62] Psal. LXXII, 27.

Digitized by Google

De baptismo hæc leguntur (cap. 2, n. 7) : *Illud igitur, « denuo, » arbitror prioris generationis, quæ in peccatorum sordibus facta est, emendationem ostendere, cum Job dicat : « Nemo purus est a sordibus, ne si unus quidem dies sit vita ejus* [46]*; » et David lugeat, ac dicat : « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* [47]*; » et Apostolus ita contestetur : « Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* [48]*. » Quapropter etiam peccatorum venia datur credentibus, Domino ipso dicente : « Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum* [49] *: » quemadmodum Apostolus rursus testatur, dicens : « Secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus de qua nobis impertivit ubertim* [50]*; » ut quemadmodum statua contrita ac confracta, amissa regis forma eximia, denuo conformatur a sapiente artifice ac bono opifice, gloriam operis sui resarciente, atque pristino splendori restituitur : sic etiam nos ob præcepti transgressionem male affecti, velut scriptum est, « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [51]*, » ad pristinam imaginis Dei gloriam revocemur.

IV. Sic affectum hominem indigere, ut eum Dei gratia præveniat, et novam ei creationem impertiat, mirifice pluribus locis demonstrat Basilius, cujus testimonia nonnulla hic apponemus. *Unde vero facultas mihi*, inquit *in psal.* XXIX (p. 125), *te exaltandi : Quoniam tu me præveniens suscepisti. Perspicue dixit, « Suscepisti me, » pro « sublevasti me, » et superiorem insurgentibus in me effecisti. Veluti si quis puerum quempiam natandi imperitum manu suscipiens, eum aquis altiorem sustineat. Qui igitur, opitulante Deo, a casu exsurgit, is grati animi significatione per bona opera exaltationem Deo pollicetur. Aut velut si quis debilem quempiam luctatorem suffulciens, ab imminente lapsu liberet, ac colluctante reddat superiorem : illi quidem victoriæ præbet occasionem, huic vero conceptam de lapsu alterius lætitiam adimit.* Vide ejusdem homiliæ n. 3, p. 126; et n. 5, p. 129, et aliam homiliam *in psalmum* XLIV, n. 4, et reg. moral. 55, et *in Isaiam*, p. 610. Et in homilia *De humilitate* (p. 159) : *Nihil unde gloriari queas, relictum est tibi, o homo... Quid igitur, dic, quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? « Quid enim habes quod non accepisti? quod si etiam accepisti, quia gloriaris quasi non acceperis* [52]*? » Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam; sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. « Cum cognoveritis Deum, inquit, qui potius cogniti sitis a Deo* [53]*. » Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus te per suum adventum apprehendit. « Insequor, inquit, si etiam apprehendam, in quo et apprehensus sum a Christo* [54]*. Non vos me elegistis, inquit Dominus* [55]*, sed ego elegi vos. » An quoniam honore affectus es, gloriaris et misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso, velut Saul desertus a Spiritu Dei, velut Israel a radice sancta resectus. « Fide, inquit, stas : noli altum sapere, sed time* [56]*. » Judicium sequitur gratiam; et quomodo datis usus fueris, expendit judex.* In his quæ sequuntur perseverantiæ donum commendatur : *Quod si ne hoc quidem intelligis, fuisse te gratiam consecutum, aut si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed, quoniam animo elatiore locutus est cum dixit : « Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalizabor* [57]*, » timiditati humanæ traditus est, ceciditque in inficiationem, lapsu erudiendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere et debilibus, quod et suam cognovit infirmitatem, et perspicue intellexit quod quemadmodum cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit. In psal.* XXXIII, n. 2 : *Neque enim in potentia hominis, neque in sapientia, sed in Dei gratia salus est.* Vide homiliam *in psal.* VII. ad hæc verba : *Et diriges justum.* Sic loquitur in homilia *in psal.* XXXII, n 5 (p. 137) : *Atque etiam multum est discriminis in peccatis ac recte factis : hæc enim lenæ vendita, vi in peccato est, illa vero ab initio heram bonam nacta, in virginitate educata est. Cur hæc affecta beneficio sit, illa vero condemnata : et quid sit unicuique horum a judice retribuendum; quibus omnibus tibi in mentem venientibus, cogita Dei judicia abyssos esse, nec a quolibet facile comprehendi posse, quod in divinis thesauris conclusa sunt. Sed et credendi data promissio est a Deo, videlicet, « Dabo tibi thesauros absconditos et invisibiles* [58]*. » Postquam igitur ea cognitione, quæ est facie ad faciem, digni habiti fuerimus, etiam eas quæ in Dei thesauris sunt abyssos intuebimur. Quod si ea quæ in Scriptura de utribus dicta sunt, collegeris, propheticæ sententiæ intelligentiam magis assequeris.* Et n. 7 : *Et quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi* [59]*, beatum*

[46] Job XIV, 4, juxta LXX. [47] Psal. L. 7. [48] Rom. III, 23-25. [49] Matth. XXVI, 28. [50] Ephes. I, 5-8. [51] Psal. XLVIII, 13. [52] I Cor. IV, 7. [53] Gal. IV, 9. [54] Philipp. III, 12. [55] Joan. XV, 16. [56] Rom. XI, 20, 17. [57] Matth. XXVI, 33. [58] Isa. XLV, 3. [59] Matth. XXII, 14.

Digitized by Google

aicit non vocatum, sed electum. Beatus namque, quem elegit. Quæ autem beatitudinis causa? Exspectata bonorum æternorum hæreditas... Salvus autem fit non quivis, sed reliquiæ solum secundum electionem gratiæ [58]. Vide homil. *in psal.* CXIV, n. 5, p. 202.

Satis patet ex his quæ attulimus, quantum eniteat divina potentia in humani cordis conversione. Sed præterea in eamdem sententiam nonnulla referenda. *Subjiciamur ergo Deo*, inquit (*in psal.* LXI, n. 2), *quod salutare ab ipso est. Quid autem sit salutare, explicat. Non nuda quædam est operatio, aliquam nobis beneficentiam afferens, qua ab infirmitate liberemur, bonaque corporis habitudine utamur. Sed quid est salutare?* « *Etenim ipse Deus meus, et Salvator meus, susceptor meus, non movebor multum* [59]. » *Filius qui ex Deo est, Deus noster est. Idem etiam Salvator est generis humani, debilitatem nostram fulciens, ac commotionem ex tentationibus animis nostris advenientem corrigens.* Vide homil. *in psal.* XXXII, n. 3, p. 133, et *in psal.* XXXIII, n. 4, p. 146, et *Homil. de fide*, p. 133, reg. moral. 55, cap. 1.

Divinitatem Filii demonstrat Basilius ex summo illius in humanas mentes imperio. *Petra dicitur*, inquit in libro *De Spiritu sancto*, c. 8, p. 15, *eo quod validum sit et inconcussum, et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus.* Et pag. 16 : *Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus : sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem.*

Nullo alio argumento libentius utitur ad divinitatem sancti Spiritus demonstrandam. *Neque enim fieri potest*, inquit (cap. 12, p. 25), *ut Filium quis adoret nisi in sancto Spiritu, aut ut Patrem invocet nisi in adoptionis Spiritu.* Vide cap. 13, et epist. 38, n. 4. Demonstrat in cap. 15 ejusdem libri, Spiritum sanctum a Patre et Filio disjungi non posse (p. 29), si quidem in baptismo *vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam : ac vitam nostram operatur.* Et cap. 19, pag. 41 : *Sive quis creationem accipiat de exstinctorum reviviscentia; an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione, et ad spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnunquam usurpatur juxta Scripturæ consuetudinem, velut cum Paulus dicit,* « *Si qua in Christo nova creatura* [60]), » *renovatio quæ hic fit, et a vita terrestri ac turbulentis affectibus obnoxia ad cœlestem conversationem transmutatio, quæ fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros.* Similiter in epist. 8, n. 11 : *Tria creationis genera in Scriptura nominata invenimus. Unum quidem ac primum, ex nihilo productionem : secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre et Filio operantem.* Sæpe alias cordis conversio vocatur nova creatio, ut *in psal.* XXXII, pag. 138; et in homilia, *Quod Deus non est auctor malorum*, p. 75, et lib. v *adversus Eunomium*, p. 303, et Comment. *in Isaiam*, p. 423.

Quantum fiduciæ in divina gratia poneret Basilius ex his perspici potest, quæ de conciliandis Antiochenæ Ecclesiæ dissensionibus loquitur in epist. 66, p. 160 : *Hæc vero conciliare*, inquit, *et ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui et siccis ossibus, ut ad nervos et carnem denuo redeant, non enarrabili sua potestate largitur. Dominus autem omnino magna per eos, qui se digni sunt, efficit.* Et in epist. 203 (p. 300) : *Non enim ignoratis, nos palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere; eosque dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem,* « *nos,* » *cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gratiam, qui in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum ait propheta ex persona Domini dicens :* « *An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui* [61]? » *Nam omnium infirmissima ac vilissima re, arena, ingens ac grave pelagus constrinxit Omnipotens.* Similia habes in homilia *in psal.* XXXII (p. 138) : *Cum igitur audieris quempiam magna minitantem, jactantemque se tibi omnis generis ærumnas, damna, aut plagas, aut mortem illaturum, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, et populorum cogitationes reprobantem.* Et postea, n. 9 (p. 140) : *Neque igitur rex ex armis sufficiens ad salutem auxilium habet, neque fortis vir sibi ad omnia sufficere potest. Imbecillitas enim et infirmitas sunt omnia simul humana, si cum vera*

[58] Rom. XI, 5. [59] Psal. LXI, 6. [60] II Cor. V 17. [61] Jerem. V, 22.

Digitized by Google

potentiæ comparentur. Propterea « Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia [62]*. Et, ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum et ultorem* [63]*; » nam divina gratia in infantibus ac rudibus operans, maxime resplenduit.* Præclarissimum est initium epist. 161, ad Amphilochium : *Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus eligit, electionisque secernit vasa, et his utitur ad ministerium sanctorum : qui nunc etiam te, cum fugeres, ut tumet dixisti, non nos, sed-oa cationem quam per nos futuram suspicabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit ut homines Domino capias, et ex profundo pertrahas ad lucem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius faciant voluntatem.*

Agmen claudet insigne testimonium, quod e S. Basilii Liturgia depromptum Petrus Diaconus (18) citat in libro *De incarnatione et gratia* cap. 8 : *Hinc etiam*, inquit, *beatus Basilius Cæsariensis episcopus in oratione sacri altaris, quam pene universus frequentat Oriens, inter cætera :* Dona, *inquit*, Domine, virtutem et tutamentum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva ; omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi : cum enim volueris, salvas, et nullus resistit voluntati tuæ. *Ecce quam breviter, quamque docte doctor egregius olim huic controversiæ finem posuit, docens per hanc precem non a seipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, nec sua virtute, sed divinæ gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare.*

[62] I Cor. I, 27. [63] Psal. VIII, 3; Matth. XXI, 16.

(18) *Biblioth. Patr.*, tom. XI, p. 198.

ELENCHUS

Veterum librorum ad quos exacta et emendata sunt Basilii opera, quæ in hoc volumine continentur.

Liber *De spiritu sancto* collatus cum quinque Regiis codicibus et uno Colbertino.

Ad *Epistolas* S. Basilii magno exstitere præsidio tres potissimum codices antiquissimi, Coislinianus n. 237, sæculo circiter undecimo scriptus ; Harlæanus, decimo aut undecimo, et Medicæus, quem manu sua accuratissime cum editis contulit vir inter litteratos celeberrimus Antonius Maria Salvinius. His tribus codicibus, saltem cum inter se consentiunt, plus visum est tribuendum, quam aliis omnibus. Primus complectitur epistolas 351, Harlæanus 249, Medicæus 323.

Huc accessere codex Reg. 2293, olim cardinalis Mazarini, complectens epistolas 272. Hic codex annorum est 500, et primus Regius a nobis vocatur. Codex Reg. 2897, quem secundum vocamus, complectitur epistolas 334. Codex Reg. 2896, continens epistolas 33. Codex Reg. 2502, continens epistolas 29. Codex Reg. 1824, in quo tres epistolæ, nempe 45, 243 et 260. Codex Reg. 1906, in quo epistolæ duæ, nempe 2 et 46. Codex Reg. 1908, in quo reperitur epistola ad Chilonem.

Habuimus etiam varias lectiones ex codicibus Combefisianis, Bigotianis duobus, Claromontano Anglicano, in quo epistolæ 28, Vaticano, in quo epistolæ 327, nec non insignis Ecclesiæ Parisiensis codice, qui idem videtur esse ac Bigotianorum alter. Suppeditavit bibliotheca Coisliniana codicem 288, in quo epistolæ 328, quem Coislinianum secundum vocamus ; et alios nonnullos, in quibus aliquot Basilii epistolæ. Canones Basilii collati fuerunt cum pluribus codicibus ejusdem bibliothecæ, ex quibus codex 209 noni esse sæculi existimatur, et cum Regiis codicibus 2038, 2039, 2043, 2044, 2502, 2505, 2508, 2509, 3027.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ (19) ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΙΚΟΝΙΟΥ.

S. P. N. BASILII

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI

LIBER DE SPIRITU SANCTO

AD S. AMPHILOCHIUM ICONII EPISCOPUM (20).

1 CAPUT I.

Proœmium in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis theologiæ partibus perscrutationes.

1. Collaudavi in moribus tuis discendi et laborandi studium ; ac supra modum delectatus sum attentione, atque vigilantia elucente in tua illa sententia, qua vocem nullam ex iis quæ in omni sermonis usu de Deo proferuntur, citra examen relinquendam 2 putas, o caput charum, mihique maxime omnium pretiosum, frater Amphilochi. Postquam enim recte audivisti hanc Domini admonitionem : *Quisquis petit, accipit, et qui quærit, invenit*[a], petendi diligentia, vel desidiosissimum mihi videris ad impartiendum excitare posse. Quin et illud in te majorem in modum admiror, quod non tentandi gratia, ut nunc plerique, quæstiones proponis, sed ut quid sit verum investiges. Nam qui curiosis auribus nostra verba captent, quique

A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Προοίμιον, ἐν ᾧ ὅτι ἀναγκαῖαι (21) αἱ περὶ τῶν μικροτάτων μερῶν τῆς θεολογίας ἔρευναι.

1. Ἐπῄνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνὴν, τῶν ὅσαι περὶ Θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε. Καλῶς γὰρ ἀκούσας τῆς παραινέσεως τοῦ Κυρίου, ὅτι *Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει*, τῇ περὶ τὸ αἰτεῖν ἐμμελείᾳ, καὶ τὸν ὀκνηρότατόν μοι δοκεῖς ἂν διαναστῆσαι πρὸς τὴν μετάδοσιν. Ἐκεῖνο δέ σου καὶ πλέον ἄγαμαι, ὅτι οὐ πείρας ἕνεκεν κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν τὰς ἐρωτήσεις
B προτείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐξευρεῖν. Τῶν μὲν γὰρ ὠτακουστούντων νῦν καὶ διερωτώντων ἡμᾶς εὐθηνία πολλή· φιλοματὲς δὲ ψυχῇ,

[a] Luc. xi, 10.

(19) *Πρὸς Ἀμφιλόχιον.* Duo Regii codices et Colbertinus sic habent, Τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου τῆς Λυκαόνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα. *Sancti Basilii ad Amphilochium episcopum Iconii Lycaonum de Spiritu sancto in capitibus triginta.* Titulus in Reg. tertio et Colb. non solum hoc loco occurrit, sed etiam antea summariis totius operis in ordinem digestis præmittitur, his vocibus additis : προσφωνητικῶς προσερωτήσαντος, ubi recte Combefisius monet legendum esse, προσφωνητικός. Designant enim hæ voces præmissam a Basilio perhonorificam salutationem Amphilochii, a quo consultus fuerat. Regius quintus addit κατ' Εὐνομίου. Sed non tam Eunomium quam Pneumatomachos oppugnat Basilius ; quamvis istius quoque impietatem eadem opera subvertat.

(20) Ex interpretatione Erasmi pluribus locis emendata.

(21) *Ὅτι ἀναγκαῖαι.* Sic veteres libri, melius quam in editis ὅτι καί. Paulo post nonnulli codices καὶ νηφαλέῳ. Ibidem utraque editio δι' ὧν, sed codices omnes mss., id est, quinque Regii et Colbertinus, ut in contextu.

Digitized by Google

καὶ πρὸς ἀγνοίας ἴασιν τὴν ἀλήθειαν ἐκζητούσῃ χαλεπώτατον ἐντυχεῖν. Ὡς γὰρ παγὶς θηρατῶν, καὶ πολεμούντων ἐνέδρα, κεκρυμμένον τὸν δόλον (22) καὶ ἐγκατάσκευον ἔχει τὰ τῶν πολλῶν ἐρωτήματα, οἳ προβάλλουσι λόγους, οὐχ ἵνα τι χρήσιμον λάβωσιν ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ συμβαινούσας τῇ ἑαυτῶν ἐπιθυμίᾳ τὰς ἀποκρίσεις εὕρωσι, ταύτην ἀφορμὴν δικαίαν ἔχειν δόξωσι τοῦ πολέμου.

A quæstiones nobis objiciant, horum hoc tempore magna est copia. At in animum discendi avidum, quique ad ignorationis medelam verum inquirat, difficillimum est incidere. Etenim ut venatorum laqueus et hostium insidiæ, ita fraudem occultam et arte instructam habent multorum interrogationes, qui proferunt in medium quæstiones, non ut ex his aliquid capiant utilitatis, sed ut, si minus accommodatas suæ cupiditati responsiones inveniant, hanc belli causam habere justam videantur.

2. Εἰ δὲ τῷ *Ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι* (23) *σοφία λογισθήσεται*· τὸν συνετὸν ἀκροατὴν, τὸν ὑπὸ τοῦ προφήτου τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ παραζευχθέντα, πόσου ἄξιον λογισόμεθα; Ἢ που δίκαιον πάσης μὲν ἀποδοχῆς ἀξιοῦν, προάγειν δὲ εἰς τὸ πρόσω, συνεφαπτομένους αὐτῷ τῆς σπουδῆς, καὶ πάντα συνεκπονοῦντας, ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν τελείωσιν. Τὸ γὰρ μὴ παρέργως ἀκούειν τῶν θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ ἐν ἑκάστῃ (24) συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν· ὅτι πρόκειται ἡμῖν ὁμοιωθῆναι Θεῷ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπου φύσει. Ὁμοίωσις δὲ, οὐκ ἄνευ γνώσεως· ἡ δὲ γνῶσις, οὐκ ἐκτὸς (25) διδαγμάτων. Λόγος δὲ διδασκαλίας ἀρχή· λόγου δὲ μέρη συλλαβαὶ καὶ λέξεις. Ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. Οὐ μὴν ὅτι μικρὰ, ὡς ἂν τῳ δόξαι, τὰ ἐρωτήματα, διὰ τοῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια· ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. Εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι, οὕτω καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας (26) ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τὴν γνῶσιν εἰσαγομένοις· ὡς εἴ τις τῶν πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, οὐδέποτε τῶν τελείων τῆς σοφίας ἐφάψεται. Τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ συλλαβαὶ δύο· ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας, τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται. Καὶ τί ταῦτα λέγω; Ἤδη τις καὶ μόνον κατανεύσας τῇ κεφαλῇ ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις, πάσης πληρωτὴς εὐσεβείας ἐκρίθη (27). Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί τῶν θεολογικῶν ῥημάτων οὕτω μικρὸν, ὡς ἢ καλῶς ἢ ἐναντίως ἔχον, μὴ μεγάλην παρέχειν τὴν ῥοπὴν ἑφ' ἑκάτερα; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ παρελεύσεται, πῶς ἂν ἡμῖν ἀσφαλὲς ὑπερβαίνειν καὶ τὰ σμικρότατα; Ἅ γε μὴν αὐτὸς διευκρινηθῆναι παρ' ἡμῶν ἐπεζήτησας, καὶ βραχέα

2. Quod si *Stulto interroganti sapientia imputabitur* [65] : auscultatorem prudentem, quem propheta cum admirabili consiliario copulavit [66], quanti æstimabimus? Æquum est profecto, ut eum approbatione omni complectamur, ac longius provehamus, manum illius studio simul admoventes, et in omnibus cum eo ad perfectionem contendente laborantes. Nam haud perfunctorie voces theologicas audire, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, non est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui vocationis nostræ scopum intelligunt : quandoquidem nobis propositum est, ut similes efficiamur Deo, quatenus humanæ naturæ fas est. Porro similitudo non est absque cognitione : cognitio vero sine documentis non paratur. Doctrinæ autem initium, est oratio, orationis partes syllabæ ac dictiones. Proinde syllabas excutere, non est aberrare a scopo. Nec vero quoniam minutæ, ut alicui forte videbuntur, quæstiones ; idcirco et negligendæ sunt : imo quoniam difficilis est inventu veritas, undique nobis est vestiganda. Etenim si, ut artes, ita et pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augescit ; nihil est contemnendum iis qui ad cognitionem instituuntur : quemadmodum si quis prima elementa ut minuta contemnat, nunquam perfectorum sapientiam assequetur. Næ et Non, syllabæ duæ sunt : attamen bonorum optimum veritas, et extremus pravitatis terminus mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid hæc commemoro, cum jam si quis vel capite annuat, tum cum martyrio pro Christo perfungendum est, totam pietatem explevisse judicetur? Quod si hæc ad hunc habent modum, quid esse possit in verbis, quæ de Deo dicuntur, 3 adeo pusillum, ut vel recte vel secus dictum, non magnum habeat

[65] Pruv. xvii, 28. [66] Isa. iii, 3.

(22) *Τὸν δόλον*. Editio Basileensis τὸν λόγον.

(23) *Ἐπερωτήσαντι*. Addunt editi σοφίαν, *interroganti sapientiam sapientia reputabitur*, sed ea vox addita videtur a recentioribus librariis, et cum eam deleverim initio Epistolæ primæ Canonicæ, quia deest in antiquissimis codicibus, delenda etiam hoc loco fuit.

(24) *Ἐν ἑκάστῃ*. Addita præpositio ex quatuor codicibus mss. Mox duo codices Regii, primus et tertius, σκοπὸν τῆς γνώσεως, *scopum nostræ scientiæ*. Hæc scriptura manifestum est erratum, ac sententiæ seriem penitus denormat ; sed tamen Combefisio probatur.

(25) *Οὐκ ἐκτός*. Sic duo Regii et Colb. et Regius quintus in margine. Editi γνῶσις ἐκ διδαγμῶν. Duo codices mss. γνῶσις ἐκ διδαγμάτων, *cognitio e doctrina paratur*.

(26) *Εὐσεβείας*. Reg. quartus ἀληθείας. Paulo post editi ποτέ, tres Regii codices οὐδέποτε.

(27) *Ἐκρίθη*. Reg. primus ἐδείχθη, et ad marginem ἐκρίθη.

Digitized by Google

momentum in utramque partem? Nam si ex lege nec unum iota nec apex unus præteribit [67], quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transilire? At quæ tute a nobis enucleari postulasti, eadem exigua sunt et magna : prolationis quidem compendio exigua, atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum significatarum vi magna : ad similitudinem sinapis, quod cum sit minutissimum inter arida semina, si cura debita adhibeatur, in altitudinem satis magnam exsurgit, ubi vis in eo latens sese explicuerit [68]. Quod si quis ridet, nostram videns circa syllabas, ut psalmi verbis utar, fabulationem [69] ; ipse quidem futurum sciat, ut infrugiferum sui risus fructum metat : nos vero haudquaquam cedentes hominum conviciis, nec illorum vituperatione victi studium investigandi deseramus. Tantum enim abest, ut me harum rerum tanquam minutarum pudeat, ut si vel minimam dignitatis earum partem attingam, tum mihi gratulaturus sim, ut magna quædam assecuto, tum fratri nobiscum hæc perscrutanti non mediocre lucrum hinc dicturus obvenisse. Itaque, cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe præmii non detrecto laborem : ratus sermonem tum mihi fore utilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cum ipso jam (dicendum enim est) sancto Spiritu ad explanationem accedam. Et si vis ut me in disputationis viam inducam, ad hujus quæstionis originem paulisper divertam.

A ἐστι τα αὐτὰ καὶ μεγάλα· τῷ μὲν συντόμῳ τῆς προφορᾶς βραχέα, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως εὐκαταφρόνητα· τῇ δὲ δυνάμει τῶν σημαινομένων μεγάλα, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ σινάπεως, ὃ μικρότατον ὂν τῶν φρυγανικῶν σπερμάτων, τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιωθὲν, εἰς ὕψος αὔταρκες διανίσταται, τῆς συνεσπαρμένης ἐν αὐτῷ δυνάμεως ἁπλωθείσης. Εἰ δέ τις γελᾷ, βλέπων τὴν περὶ τὰς συλλαβὰς ἡμῶν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀδολεσχίαν, αὐτὸς μὲν (28) ἴστω ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γέλωτος δρεπόμενος· ἡμεῖς δὲ μὴ τοῖς ὀνείδεσι τῶν ἀνθρώπων ἐνδόντες, μήτε τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθέντες, τὴν ἔρευναν καταλίπωμεν. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τούτοις ὡς μικροῖς ἐπαισχύνεσθαι, ὥστε, εἰ καὶ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐφικοίμην, ἐμαυτῷ τε ἂν συνησθείην ὡς μεγάλων ἀξιωθέντι, τῷ τε συνδιερευνῶντι (29) ἡμῖν ἀδελφῷ οὐ μικρὸν ἂν φαίην ἐντεῦθεν ἀπηντηκέναι τὸ κέρδος. Μέγιστον οὖν ὁρῶν ἐν μικροῖς ῥήμασι τὸ ἀγώνισμα, ἐλπίδι τῶν μισθῶν τὸν πόνον οὐκ ἀναδύομαι, ἐμαυτῷ τε ἡγούμενος ἔγκαρπον τὸν λόγον ἔσεσθαι, τοῖς τε ἀκούουσι διαρκῆ τὴν ὠφέλειαν ὑπάρξειν. Διόπερ ἤδη σὺν αὐτῷ γε, φάναι (30), τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐξήγησιν. Καὶ εἰ βούλει ὥστε με εἰς ὁδὸν καταστῆναι τοῦ λόγου, μικρὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ προβλήματος ὑποστρέψω (31).

B

3. Nuper precanti mihi cum populo, et utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu ; quidam ex iis qui aderant, crimen intenderunt, dicentes nos non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tu porro maxime illorum utilitati consulens, aut si prorsus ipsi insanabiles sint, tamen propter eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitatem, postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Jam igitur nobis breviter dicendum est, quantum orationi ratum quoddam et exploratum principium ponentibus fieri potest.

3. Προσευχομένῳ μοι πρώτην μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ C ἀμφοτέρως τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, νῦν μὲν μετὰ τοῦ Υἱοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ (32) ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπέσκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζούσαις ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες, καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχούσαις. Σὺ δὲ μάλιστα μὲν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ἕνεκεν ὠφελείας, εἰ δὲ ἀνιάτως ἔχουσι παντελῶς, διὰ τὸ τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς ἀσφαλὲς ἠξίωσάς τινα εὐκρινῆ περὶ τῆς ἐν ταῖς συλλαβαῖς ταύταις δυνάμεως διδασκαλίαν ἐκφωνηθῆναι. Λεκτέον δὴ οὖν ἡμῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε ἀρχήν τινα ὁμολογουμένην τῷ λόγῳ διδόντας (33).

[67] Matth. v, 18. [68] Matth. xiii, 31, 32. [69] Psal. cxviii, 85.

(28) *Αὐτὸς μέν*. Reg. tertius αὐτὸς μὲν ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γελοίου δρεπέσθω. Videtur Erasmus ita legisse ; sic enim interpretatur : *Ipse quidem infrugiferum risus sui fructum metat.*

(29) *Συνδιερευνῶντι*. Hac voce Basilius non adjutorem et socium aliquem operis designat, ut suspicatur Tillemontius, sed lectorem studiosum, idque paulo post declarat apertius.

(30) *Σὺν αὐτῷ γε, φάναι*. Sic reddit Erasmus, *cum ipso, ut ita dicam, Spiritu;* quasi metueret Basilius ne paulo audacior hæc loquendi ratio videretur. Visa est Combefisio *rudis Erasmi expressio*, ac illud φάναι in ejusmodi locis vacare pronuntiat. Sed multo minus mihi probatur Combefisii observatio, quam ipsius interpretatio Erasmi. Non enim otiose positum esse, et quo sensu accipiendum sit illud φάναι perspici potest ex libro secundo *adversus Eunomium*, p. 256, ubi Basilius difficilis Scripturæ testimonii explicationem promittens, hæc D interponit, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω, *quod quidem cum Deo dictum sit.* Quibus verbis significantius monet se non suis viribus, sed Dei auxilio confidere. Si quis autem observet inde natam libri *De Spiritu sancto* scribendi occasionem fuisse, quod Pneumatomachi furiis exarsissent, cum Basilius Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam redderet ; is facile perspiciet non sine causa Basilium illud φάναι addere, sed ut indicet sibi adversariorum minas tanti non esse, ut hanc loquendi rationem, *cum sancto Spiritu*, quam in toto hoc libro defendit, usurpare desinat. Basilianæ ergo sententiæ nervos elidit Combefisius, cum ita reddendum esse pronuntiat, *ipso Spiritu favente beneque propitio.*

(31) *Ὑποστρέψω*. Sic libri veteres. Editi ἐπιστρέψω. Ibidem Reg. quartus προσευχομένῳ μοι πάλαι, *me quondam precante.*

(32) *Ἐν τῷ*. Articulus additus ex mss. codicibus.

(33) *Διδόντας*. Duo codices Regii δοῦσιν, quod

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ποίαν ἔσχεν ἀρχὴν ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς τῶν αἱρετικῶν παρατήρησις.

4. Ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς καὶ τὰς λέξεις τῶν ἀνδρῶν τούτων μικρολογία οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ὡς ἄν τῳ δόξαι, οὐδὲ εἰς μικρὸν τοῦ κακοῦ φέρουσα, ἀλλὰ βαθεῖαν ἔχει καὶ συνεσκιασμένην βουλὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας. Φιλονεικοῦσι γὰρ ἀνομοίαν (34) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδεικνύναι τὴν προφοράν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίαν ἔξοντες καὶ τῆς κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν. Ἔστι γάρ τι αὐτοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Ἀετίου τοῦ προστάτου τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐξευρεθὲν, ὃς ἔγραψέ που τῶν ἑαυτοῦ ἐπιστολῶν, λέγων τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοίως προφέρεσθαι· καὶ ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίως προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν φύσιν. Καὶ εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου τὸν Ἀπόστολον ἐπεσπάσατο λέγοντα· *Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα* (35). Ὡς οὖν ἔχουσιν αἱ φωναὶ πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἔξουσι, φησὶ, καὶ αἱ δι' αὐτῶν σημαινόμεναι φύσεις· ἀνόμοιον δὲ τῷ *ἐξ οὗ* τὸ *δι' οὗ*· ἀνόμοιος ἄρα καὶ τῷ (36) Πατρὶ ὁ Υἱός. Ταύτης τοίνυν τῆς νόσου καὶ ἡ περὶ τὰς προκειμένας λέξεις ἀδολεσχία τῶν ἀνδρῶν τούτων ἤρτηται. Ὅθεν τῷ μὲν Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὥσπερ τινὰ κλῆρον ἐξαίρετον, προσνέμουσι τὸ, *ἐξ οὗ*· τῷ δὲ Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀφώρισαν τὸ, *δι' οὗ*· τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ, *ἐν ᾧ*· καί φασι μηδέποτε τὴν χρῆσιν ταύτην τῶν συλλαβῶν ἐπαμείβεσθαι· ἵν', ὅπερ ἔφην, τῷ παρηλλαγμένῳ τῆς ἐκφωνήσεως καὶ ἡ τῆς φύσεως παραλλαγὴ συνεκφαίνηται (37). Ἀλλὰ γὰρ οὐ λελήθασιν ἐν τῇ περὶ τὰς λέξεις λεπτολογίᾳ τῷ ἀσεβεῖ λόγῳ τὴν ἰσχὺν διασώζοντες. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐξ οὗ*, τὸν δημιουργὸν σημαίνειν βούλονται· τὸ δὲ, *δι' οὗ*, τὸν ὑπουργὸν ἢ τὸ ὄργανον· τὸ δὲ, *ἐν ᾧ*, τὸν χρόνον δηλοῦν ἢ τὸν τόπον· ἵνα μηδὲν μὲν ὀργάνου σεμνότερος ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων νοῆται, μηδὲν δὲ τῆς ἀπὸ τόπου ἢ χρόνου συνεισφορᾶς εἰς τὰ ὄντα πλεῖον φαίνηται (38) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεχόμενον.

4 CAPUT II.

Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio.

4. Exilis illa istorum hominum de syllabis ac dictionibus observatio non simplex est, quemadmodum alicui videri possit, neque ad mediocre malum tendit, sed profundum habet atque obtectum adversus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti, tanquam inde facilem habituri ipsius etiam secundum naturam dissimilitudinis probationem. Habent enim isti vetus quoddam commentum, ab Aetio hujus hæreseos principe inventum, qui in epistolis suis alicubi scripsit ea quæ secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri : ac vice versa, quæ dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Atque ad hujus dicti confirmationem traxit Apostolum dicentem, *Unus Deus et Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [70]. Quemadmodum igitur voces se habent inter sese ; ita, inquit, se habebunt et naturæ, quæ per ipsas significantur : sed inter se discrepant *per quem* et *ex quo* : dissimilis igitur Patri Filius. Ex hoc itaque morbo et istorum circa præpositiones nugacitas dependet. Unde Deo quidem et Patri tanquam eximiam quamdam portionem attribuunt illud, *ex quo* ; Filio vero et Deo assignarunt illud, *per quem* ; Spiritui autem sancto, illud, *in quo;* negantque hunc syllabarum usum usquam inverti, ut, quemadmodum dixi, *ex* discrepantia prolationis simul appareat et naturæ discrepantia. Atqui non obscurum est, eos, dum de syllabis subtiliter nugantur, impiæ doctrinæ vim ac robur astruere. Siquidem his syllabis, *ex quo*, conditorem volunt significari ; rursus his, *per quem*, ministrum aut instrumentum ; his denique, *in quo*, tempus aut locum declarari, ut is qui condidit universa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento : Spiritus autem sanctus nihilo plus, quam locus aut tempus, ad res condendas attulisse videatur.

[70] I Cor. VIII. 6.

quidem a librariis positum videtur nimio grammaticæ studio. Vulgatæ lectioni favent plurima Basilii loca prorsus similia. Habet unus ex Regiis codicibus δόντες, Colbertinus δόντας. Porro Erasmus sic interpretatur : *Jam igitur nobis quam fieri potest brevissime dicendum est.* Posset etiam hic afferri sensus : *Orationi ratum quoddam, quantum fieri potest, et exploratum principium ponentibus.* Sed accuratior videtur interpretandi ratio, quam adhibuimus. Cum statuisset Basilius orationem altius repetere, breviter dicturum se monet, quantum brevitas cum ejusmodi proposito conciliari potest.

(34) *Ἀνομοίαν.* Sic vetusti codices. Editi ἀνόμοιον.

(35) *Τὰ πάντα.* Addunt editiones Basileenses secunda et Paris. Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· *Et unus Spiritus sanctus in quo omnia.* Sed hæc neque in prima editione Basileensi, neque in Regiis quatuor codicibus, neque in Colbertino leguntur.

(36) *Ἅρα καὶ τῷ.* Reg. tertius ἄρα κεῖται τῷ.

(37) *Συνεκφαίνηται.* Duo antiqui codices συνεμφαίνηται.

(38) *Φαίνηται.* Unus cod. ms. φανῆται. Sic autem reddit hunc locum Erasmus : *Spiritus sanctus nihilo plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis.* At non tantum honoris Spiritui sancto habebant impii hæretici, ut ab eo tempus et locum creata dicerent ; sed eum comparabant cum loco et tempore, ut Filium cum instrumento : ac ei appellationem loci imponebant, ut ait Basilius cap. 4 ; cujus cavillationis ansam videntur arripuisse ex usitata apud scriptores ecclesiasticos sententia, qui Spiritum sanctum dicere solent *plenitudinem bonorum Dei* esse, ut ait Didymus lib. 1 *De Spiritu sancto*, ac in eo *cuncta Dei dona consistere.* Ipse Basilius probat, cap. 26 hujus libri, Spiritum sanctum esse veluti locum eorum qui sanctificantur.

Digitized by Google

CAPUT III.

E mundana philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem.

5. Induxit porro ipsos in hunc errorem externorum quoque scriptorum observatio, qui voces, *ex quo* et *per quem*, rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his vocibus, *ex quo*, significari materiam; his vero, *per quem*, instrumentum designari, 5 aut prorsus ministerium. Vel potius (quid enim vetat, tota illorum doctrina repetita, paucis arguere, et quam isti homines dicant a vero dissidentia et quam ipsi non constent sibi?) qui inani philosophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt causæ naturam, eamque in propria significata dividunt, alias aiunt esse causas principales, alias cooperantes, aut concausales, alias autem hanc rationem habere ut sine iis nihil efficiatur. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, ita ut aliter opifex, aliter instrumentum significetur. Nam opifici congruere existimant illud, *a quo*; aiunt enim proprie dici, a fabro factum fuisse scamnum: at instrumento convenire illud, *per quem*; dicunt enim, per securim et terebellum et reliqua. Similiter hanc particulam, *ex quo*, illi faciunt propriam materiæ; siquidem e materia fit opificium. Porro particulam, *juxta quod*, putant significare conceptum animo, vel extrinsecus objectum artifici exemplar. Vel enim prius cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, et sic quod animo concepit, ad opus perducit: vel ad exemplar jam editum respiciens, ad illius similitudinem operationem dirigit. Hanc autem particulam, *propter quod*, volunt competere fini; scamnum enim esse factum ad usum hominum. Denique his verbis, *in quo*, tempus aut locum indicari. Quando enim factum est? in tali tempore. Ubi factum est? in tali loco. Hæc autem tametsi nihil conferunt ad id quod fit, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim et loco et tempore opus est. Has observationes ex inanibus disciplinis ac vana deceptione desumptas cum isti didicerint atque admirati sint, eas etiam ad simplicem et arte omni carentem Spiritus doctrinam transferunt, ut et Deum Verbum diminuant, et Spiritum sanctum rejiciant: qui quidem vocem instrumentis inanimis aut servili ac prorsus humili ministerio a profanis scriptoribus assignatam, loquor de dictione, *per quem*, ad Dominum universorum non veriti sunt transferre; nec pudet Christianos serræ aut mallei vocabulum universæ creaturæ Conditori attribuere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν (39) σοφίας ἡ περὶ τῶν συλλαβῶν τεχνολογία.

5. Ὑπηγάγετο μέντοι αὐτοὺς πρὸς τὴν ἀπάτην ταύτην καὶ ἡ τῶν ἔξωθεν παρατήρησις, οἱ τὸ, *ἐξ οὗ*, καὶ τὸ, *δι' οὗ*, κεχωρισμένοις κατὰ τὴν φύσιν πράγμασι προσδιένειμαν. Ἐκεῖνοι γὰρ οἴονται τὸ μὲν ἐξ οὗ τὴν ὕλην δηλοῦν, τὸ δὲ *δι' οὗ* τὸ ὄργανον παριστᾷν, ἢ ὅλως τὴν ὑπουργίαν. Μᾶλλον δὲ (τί γὰρ κωλύει, πάντα τὸν ἐκείνων λόγον ἀναλαβόντας, τό τε πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀσυνάρτητον καὶ τὸ πρὸς ἐκείνους αὐτοὺς (40) ἀσύμφωνον τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐν βραχεῖ διελέγξαι;) οἱ περὶ τὴν ματαίαν φιλοσοφίαν ἐσχολακότες, τοῦ αἰτίου τὴν φύσιν πολλαχῶς ἐξηγούμενοι, καὶ τοῦτο εἰς τὰ οἰκεῖα σημαινόμενα διαιροῦντες, τὰ μὲν προκαταρκτικὰ λέγουσι τῶν αἰτίων εἶναι, τὰ δὲ συνεργὰ ἢ συναίτια, τὰ δὲ τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχειν (41). Ἑκάστῳ μέντοι τούτων ἰδιάζουσαν καὶ τὴν ἐκφώνησιν ἀφορίζουσιν· ὥστε ἄλλως τὸν δημιουργὸν σημαίνεσθαι, καὶ τὸ ὄργανον ἄλλως. Τῷ μὲν γὰρ δημιουργῷ πρέπειν οἴονται τὸ *ὑφ' οὗ*· κυρίως γάρ φασι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ τέκτονος γεγενῆσθαι τὸ βάθρον· τῷ δὲ ὀργάνῳ τὸ *δι' οὗ*· διὰ γὰρ σκεπάρνου φασὶ, καὶ τερέτρου, καὶ τῶν λοιπῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ *ἐξ οὗ* τῆς ὕλης ἴδιον τίθενται ἐκεῖνοι· ἐκ ξύλου γὰρ εἶναι τὸ δημιούργημα· τὸ δὲ *καθ' ὃ* τὸ ἐνθύμιον δηλοῦν, ἢ τὸ ἐκκείμενον ὑπόδειγμα τῷ τεχνίτῃ. Ἡ γὰρ προαναζωγραφήσας τῇ διανοίᾳ (42) τὸ κατασκεύασμα, οὕτως εἰς ἔργον τὴν φαντασίαν ἤγαγεν· ἢ πρὸς ἤδη ἐκκείμενον παράδειγμα ἀποβλέπων, καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὴν ἐνέργειαν (43) κατευθύνει. Τὸ δὲ *δι' ὃ* τῷ τέλει προσήκειν βούλονται· διὰ γὰρ τὴν χρῆσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι τὸ βάθρον· τὸ δὲ *ἐν ᾧ* τὸν χρόνον παριστᾷν ἢ τὸν τόπον. Πότε γὰρ γέγονεν; Ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. Καὶ ποῦ; Ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ μηδὲν τῷ γινομένῳ συμβάλλεται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἄνευ τούτων δυνατόν τι γενέσθαι. Χρεία γὰρ καὶ τόπου καὶ χρόνου τοῖς ἐνεργοῦσι. Ταῦτα μαθόντες καὶ θαυμάσαντες (44) οὗτοι τὰ ἐκ τῆς ματαιότητος καὶ κενῆς ἀπάτης παρατηρήματα, καὶ ἐπὶ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτεχνολόγητον τοῦ Πνεύματος διδασκαλίαν μετακομίζουσιν, εἰς ἐλάττωσιν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀθέτησιν δὲ τοῦ ἁγίου (45) Πνεύματος· οἵ γε τὴν ἐπὶ ἀψύχων ὀργάνων, ἢ τῆς ὑποχειρίου καὶ ταπεινῆς παντελῶς ὑπηρεσίας φωνὴν ἀφωρισμένην παρὰ τῶν ἔξωθεν, τὴν *δι' οὗ* λέγω, ταύτην ἐπὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων οὐκ ὤκνησαν μεταθεῖναι, καὶ οὐκ αἰσχύνονται οἱ Χριστιανοὶ πρίονος ἢ σφύρας τῷ δημιουργῷ τῆς κτίσεως φωνὴν ἀφορίζοντες.

(39) *Ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν.* Huc transferre coacti sumus hunc titulum a librariis infra ante hæc verba, οἱ περὶ τὴν *ματαίαν*, vitiose prorsus, ut patet ex parenthesi, quam adjicimus, appositum. Ibidem Reg. tertius συλλαβῶν θεολογία.

(40) *Ἐκείνους αὐτούς.* Sic libri veteres. Editi αὐτοὺς ἐκείνους.

(41) *Ἐπέχειν.* Non male in uno ex Regiis ὑπέχειν. Paulo post articulus ex mss. codd. additus ante τέκτονος.

(42) *Τῇ διανοίᾳ.* Duo codices mss. ἐν τῇ διανοίᾳ.

(43) *Ἐνέργειαν.* Sic codices mss. sex. Editi ἐργασίαν.

(44) *Καὶ θαυμάσαντες.* Hæc desunt in nonnullis codicibus mss. Paulo post editi τὴν τοῦ Πνεύματος, sed primus articulus non invenitur in mss. codd.

(45) *Τοῦ ἁγίου.* Duo antiqui codices τοῦ θείου. Duo alii τοῦ θείου καὶ ἁγίου.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι ἀπαραπήρητος τῇ Γραφῇ τῶν συλλαβῶν τούτων ἡ χρῆσις.

6. Ἡμεῖς δὲ κεχρῆσθαι μὲν πολλαχοῦ ταῖς φωναῖς ταύταις καὶ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁμολογοῦμεν· οὐ μὴν τήν γε τοῦ Πνεύματος ἐλευθερίαν δουλεύειν πάντως φαμὲν τῇ σμικροπρεπείᾳ τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀεὶ προστυγχάνον, οἰκείως ταῖς χρείαις ὑπαλλάττειν τὰς ἐκφωνήσεις. Οὐ γὰρ πάντως τὸ, *ἐξ οὗ*, τὴν ὕλην σημαίνει, καθὼς ἐκείνοις δοκεῖ· ἀλλὰ συνηθέστερον τῇ Γραφῇ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω αἰτίας τὴν φωνὴν ταύτην παραλαμβάνειν. Ὡς ἐπὶ τοῦ, *Εἷς Θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα*· καὶ πάλιν· *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Κέχρηται μέντοι καὶ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τῇ λέξει ταύτῃ καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων*· καὶ, *Ποιήσεις τὴν λυχνίαν ἐκ χρυσίου καθαροῦ*· καὶ, *Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός*· καὶ, *Ἐκ πηλοῦ διήρτισαι σὺ ὡς καὶ ἐγώ*. Ἀλλ' οὗτοι, ἵνα, ὡς ἔφαμεν (46), τῆς φύσεως τὸ διάφορον παραστήσωσι, τῷ Πατρὶ μόνῳ προσήκειν τὴν λέξιν ταύτην ἐνομοθέτησαν· τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς παρατηρήσεως λαβόντες παρὰ τῶν ἔξωθεν, οὐ πάντα δὲ ἐκείνοις δι' ἀκριβείας δουλεύσαντες· ἀλλὰ τῷ μὲν Υἱῷ, κατὰ τὴν ἐκείνων νομοθεσίαν, τὴν τοῦ ὀργάνου προσηγορίαν ἐπέθηκαν, τῷ δὲ Πνεύματι τὴν τοῦ τόπου· *Ἐν Πνεύματι* γὰρ λέγουσι· καὶ *διὰ Υἱοῦ* λέγουσι· τῷ δὲ Θεῷ τὴν *ἐξ οὗ* (47), οὐκέτι ἐνταῦθα κατακολουθοῦντες τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀποστολικὰς, ὥς φασι, μεταβαίνοντες χρήσεις, καθὰ εἴρηται· *Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· καὶ, *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Τί οὖν ἐκ τῆς τεχνολογίας ταύτης τὸ συναγόμενον; Ἄλλη φύσις αἰτίου, καὶ ἄλλη ὀργάνου, καὶ ἄλλη τόπου· ἀλλότριος ἄρα (48) κατὰ τὴν φύσιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄργανον τῷ τεχνίτῃ· ἀλλότριον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, καθόσον κεχώρισται τόπος, ἢ χρόνος, τῆς τῶν ὀργάνων φύσεως, ἢ τῆς τῶν μεταχειριζομένων αὐτά

CAPUT IV.

Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi.

6. Nos porro frequenter his uti vocibus etiam veritatis sermonem confitemur, haud tamen Spiritus libertatem humilibus et abjectis exterorum disciplinis ullo modo servire dicimus : verum habita ratione ejus quod subinde occurrit, enuntiationes congruenter usui convenienterque immutari. Neque enim illud, *ex quo*, prorsus significat materiam, quemadmodum illi putant : sed est Scripturæ familiarius hanc vocem ad supremam causam adhibere. Exempli causa in hoc loco, *Unus Deus, ex quo omnia* [71]. Ac rursum : *Omnia autem ex Deo* [72]. Utitur tamen veritatis sermo hac ipsa dictione etiam sæpe de materia, veluti cum ait : *Facies arcam e lignis imputrescibilibus* [73] ; et : *Facies candelabrum ex auro puro* [74] ; et : *Primus homo e terra terrenus* [75] ; et : *E luto compositus es tu æque atque ego* [76]. At isti, ut naturæ, quemadmodum diximus, diversitatem constituant, definierunt hanc vocem soli Patri congruere. Ac principia quidem observationis acceperunt ab externis scriptoribus, non tamen his in omnibus accurate inserviunt : sed Filio quidem, secundum præscriptionem illorum, instrumenti vocabulum imposuerunt, Spiritui vero sancto, loci. Aiunt enim, *in Spiritu* : et aiunt, *per Filium*. At Deo vocem, *ex quo*, attribuerunt, non amplius hic alienos sequentes, sed ad apostolicos, ut ipsi dicunt, usus transeuntes ; secundum quod dictum est : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu* [77] ; et : *Omnia autem ex Deo* [78]. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Alia natura causæ, alia instrumenti, alia loci · alienus ergo secundum naturam Filius a Patre, si quidem et instrumentum ab opifice ; alienus etiam et Spiritus sanctus, quandoquidem separatur locus aut tempus ab instrumentorum aut eorum qui instrumentis utuntur natura.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι καὶ ἐπὶ Πατρὸς λέγεται τὸ « δι' οὗ » καὶ ἐπὶ Υἱοῦ τὸ « ἐξ οὗ, » καὶ ἐπὶ Πνεύματος.

7. Τὰ μὲν δὴ (49) ἐκείνων τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προεθέμεθα, ὅτι οὔτε ὁ Πατὴρ, τὸ *ἐξ οὗ* λαβὼν, τῷ Υἱῷ προσέρριψε τὸ *δι' οὗ*, οὔτε ὁ Υἱὸς πάλιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν τούτων νομοθεσίαν εἰς τὴν τοῦ *ἐξ οὗ*, ἢ τὴν *δι' οὗ* κοινωνίαν

CAPUT V.

Et de Patre dici, « per quem, » et de Filio, « ex quo, » et de Spiritu sancto.

7. Ad hunc quidem modum se habent, quæ ab istis afferuntur : nos autem demonstrabimus quod proposuimus, nec Patrem sibi sumentem has voces *ex quo*, ad Filium projecisse has, *per quem*, neque rursus a Filio, sicut isti præscribunt, non recepi

[71] I Cor. VIII, 6. [72] I Cor. XI, 12 [73] Gen. VI, 14. 6. [77] I Cor. I, 30. [78] I Cor. XI, 12. [74] Exod. XXV, 31. [75] I Cor. XV, 47. [76] Job XXXIII,

(46) *Ὡς ἔφαμεν.* Unus codex ὡς ἔφημεν.

(47) *Τῷ δὲ Θεῷ τὴν ἐξ οὗ.* S. Ambrosius qui plurima ex Basilio in suos *De Spiritu sancto* libros transtulit, minus commode videtur hoc loco Basilii sententiam accepisse. Nam observat Basilius Pneumatomachos, dum omnia ex Deo tanquam ex causa efficienti esse dicunt, discedere a principiis philosophorum, qui illud, *ex quo*, materiæ proprium attribuunt quia, e materia fit opificium. Contra Ambrosius de Pneumatomachis loquens : *Illi volunt*, inquit lib. II, cap. 9, *ex Deo tanquam ex natura Dei esse materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse fa-ciam, ex lapide statuam : ita ex Deo materiam processisse.*

(48) *Ἀλλότριος ἄρα.* Hæc S. Ambrosius legit cum interrogationis nota. Sic enim interpretatur. lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 : *Nunquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre, quia alienum instrumentum ab operatore proprio vel auctore? aut nunquid alienus Filius a Spiritu, quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?*

(49) *Τὰ μὲν δή.* Sic mss. codices. Editio Paris. Τὰ μὲν δέ, etc. Paulo post legitur in editis τὸ δι' οὗ προσέρριψε τῷ Υἱῷ. Libri veteres ut in contextu.

Digitized by Google

Spiritum sanctum in consortium harum vocum, *ex quo*, aut, *per quem*, quod tamen nova istorum distributio definit. *Unus Deus et Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [79]. Non sunt hæ voces legem ferentis, sed hypostases distinguentis. Non enim ut naturæ induceret diversitatem, sed ut inconfusam Patris et Filii notionem exhiberet, ita locutus Apostolus. Nam quod hæ voces inter se contrariæ non sint, neque velut in prælio separatæ adversus hostilem aciem, ad bellum inter se gerendum excitent naturas ad quas accesserint, inde liquet. Collegit ambas in una et eadem persona beatus 7 Apostolus dicens : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* [80]. Quod autem hæc ad Dominum referat, quivis fatebitur, qui vel tenuiter inspiciat mentem orationis. Cum enim Apostolus prius ex Isaiæ prophetia posuisset illud : *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit ?* subjecit : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum sunt omnia* [81]. Quæ certe de Deo Verbo universorum conditore dicta esse a propheta, ex iis quæ præcedunt, discas licebit. *Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et totam terram pugno ? Quis statuit montes in libra, et colles in statera ? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit* [82] ? Nam hæc dictio, *quis*, hic non prorsus id quod haberi nequit, significat, sed quod est rarum : velut in hoc : *Quis insurget mihi adversus perverse agentes* [83] ? Et : *Quis est homo qui vult vitam* [84] ? Et : *Quis ascendet in montem Domini* [85] ? Similiter et hoc loco dictum : *Quis est qui cognovit sensum Domini, et consilii illius particeps fuit* [86] ? *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [87]. Hic est qui continet terram, eamque pugno complexus est ; qui cuncta digessit in ordinem, eaque ornavit ; qui et montes æqualiter libravit, et aquis terminos præscripsit, et omnibus quæ in mundo sunt, suum designavit ordinem : qui totum cœlum modica totius suæ potestatis particula comprehendit : quam sermo propheticus figurate palmum appellavit. Unde congruenter Apostolus adjecit : *Ex*

A οὐ παραδέχεται· ὅπερ ἡ καινὴ (50) τούτων κληροδοσία διώρισεν. Εἷς Θεὸς (51) *καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα.* Αὗται οὐκ εἰσι νομοθετοῦντος φωναὶ, ἀλλὰ διευκρινουμένου τὰς ὑποστάσεις. Οὐ γὰρ ἵνα τὸ ἀλλότριον τῆς φύσεως εἰσαγάγῃ, ἀλλ' ἵνα ἀσύγχυτον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ἔννοιαν παραστήσῃ, οὕτω προήνεγκεν ὁ Ἀπόστολος. Ἐπεὶ ὅτι γε αἱ φωναὶ ἀλλήλαις οὐκ ἀντιτάσσονται, οὐδ' ὥσπερ ἐν πολέμῳ πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀποκριθεῖσαι συνεκπολεμοῦσι τὰς φύσεις αἷς προσεχώρησαν, ἐκεῖθεν δῆλον. Συνήγαγεν (52) ἀμφοτέρας ἐπὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Τοῦτο δὲ προδήλως εἰς τὸν Κύριον φέρειν πᾶς τις ἂν εἴποι ὁ καὶ μικρὸν B τῷ βουλήματι τῆς λέξεως ἐπιστήσας. Προτάξας γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἐκ τῆς προφητείας τοῦ Ἡσαΐου τὸ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου ; καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ;* ἐπήγαγεν· *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Ἅπερ ὅτι περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦ δημιουργοῦ πάσης κτίσεως εἴρηται τῷ προφήτῃ, ἐκ τῶν κατόπιν (53) ἂν μάθοις. *Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί ; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη ἐν σταθμῷ καὶ τὰς νάπας ἐν ζυγῷ ; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ;* Τὸ γὰρ, *τίς* ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ ἄπορον παντελῶς, ἀλλὰ τὸ σπάνιον δηλοῖ, ὡς ἐπὶ τοῦ· *Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους* (54) ; καὶ, *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος* C *ὁ θέλων ζωήν ;* καὶ, *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου ;* Οὕτω δὴ οὖν καὶ ἐνταῦθά ἐστι, *Τίς ὁ εἰδὼς τὸν νοῦν τοῦ Κυρίου, καὶ τῆς βουλῆς αὐτοῦ κοινωνός ; Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ.* Οὗτός ἐστιν ὁ συνέχων τὴν γῆν, καὶ περιδεδραγμένος αὐτῆς· ὁ εἰς τάξιν πάντα καὶ διακόσμησιν ἀγαγών· ὁ καὶ ὄρεσιν ἰσορροπίαν, καὶ ὕδασι μέτρα, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποκληρώσας (55)· ὁ τὸν οὐρανὸν ὅλον μικρῷ μέρει τῆς ὅλης ἑαυτοῦ δυνάμεως περιέχων, ἢν σπιθαμὴν τροπικῶς ὁ προφητικὸς ὠνόμασε λόγος. Ὅθεν οἰκείως ἐπήγαγεν ὁ Ἀπόστολος τὸ, *Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Ἐξ

[79] I Cor. VIII, 6. [80] Rom. XI, 36. [81] ibid. 34, 36 ; Isa. XL, 13. [82] Isa. XL, 12, 13. [83] Psal. XCIII, 16. [84] Psal. XXXIII, 13. [85] Psal. XXIII, 3. [86] Isa. XL, 13. [87] Joan. V, 20.

(50) *Ἡ καινή.* Duo codices mss. et alius prima manu habent ἡ κενή.

(51) *Εἷς Θεός.* Totus hic locus sic legitur in Regio quarto : Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος..... καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.

(52) *Συνήγαγεν.* Addunt editi γὰρ καί, sed hæ voculæ absunt ab antiquis codicibus. Erasmum carpit Combefisius, quod ἀμφοτέρας interpretatur *ambas*, ac reddendum esse contendit *utrasque tres ipsas*. Venia non careret observatio Combefisii, si illud, εἰς αὐτόν, idem esset ac *in ipso*. Tunc enim merito diceretur Basilius tres illas loquendi rationes, *ex quo*, *per quem*, et *in quo*, de quibus eum inter et Pneumatomachos erat controversia, ex Paulo collegisse. At illud, εἰς αὐτόν, *in ipsum*, sive *ad ipsum*, non erat materia cavillationum ab hæreticis inventarum. Unde miror S. Ambrosium sic interpretari : *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia*, lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 ; cum præsertim sanctus doctor illud εἰς αὐτόν sic explicet, quasi idem valeat ac omnia *in* eum intuentur. Ejus verba mox referam.

D

(53) *Ἐκ τῶν κατόπιν.* Erasmus : *ex his quæ subjiciunt ;* sed, ut sæpe alias, ita hic quoque designantur hac voce, *quæ retro* sive *supertus dicta sunt*, ut observat Combefisius. Mox ἐν præpositio bis addita ex duobus libris veteribus.

(54) *Πονηρευομένους.* Codices quinque πονηρευομένοις.

(55) *Ἀποκληρώσας.* Sic utraque editio ; atque hanc lectionem, ut aptiorem et significatiorem retinuimus, quamvis quinque codices mss. habeant ἀποπληρώσας. Quod etiam prima manu exstitit in Colbertino, sed postea inducta mutatio.

Digitized by Google

αὐτοῦ γὰρ τοῖς οὖσιν ἡ αἰτία τοῦ εἶναι κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γίνεται. Δι' αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἡ διαμονὴ καὶ ἡ σύστασις· τοῦ κτίσαντος τὰ πάντα, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν ἑκάστῳ τῶν γενομένων ἐπιμετροῦντος. Διὸ δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπέστραπται τὰ σύμπαντα, ἀσχέτῳ (56) τινὶ πόθῳ καὶ ἀῤῥήτῳ στοργῇ πρὸς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς καὶ χορηγὸν ἀποβλέποντα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι·* καὶ πάλιν· *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι·* καὶ, *Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.*

8. Εἰ δὲ πρὸς ταύτην ἡμῶν τὴν ἐκδοχὴν ἐνίστανται, τίς αὐτοὺς ἐξαιρήσεται λόγος τοῦ μὴ οὐχὶ φανερῶς ἑαυτοῖς περιπίπτειν; Εἰ γὰρ μὴ ἐπὶ τοῦ Κυρίου δώσουσι τὰς τρεῖς εἰρῆσθαι φωνὰς, τήν τε *ἐξ αὐτοῦ*, καὶ *δι' αὐτοῦ*, καὶ *εἰς αὐτὸν* (57), ἀνάγκη πᾶσα προσοικειοῦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐκ δὲ τούτου προδήλως αὐτοῖς διαπεσεῖται τὸ παρατήρημα. Εὑρίσκεται γὰρ οὐ μόνον τὸ *ἐξ οὗ*, ἀλλὰ καὶ τὸ *δι' οὗ*, τῷ Πατρὶ προσσγόμενον. Ὅπερ εἰ μὲν οὐδὲν ταπεινὸν ἐμφαίνει, τί δήποτε ὡς ὑποδεέστερον ἀφορίζουσι τῷ Υἱῷ; εἰ δὲ πάντως ἐστὶ διακονίας δηλωτικὸν, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν· Ὁ Θεὸς τῆς δόξης καὶ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ τίνος ἐστὶν ἄρχοντος ὑπηρέτης; Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ὑφ' ἑαυτῶν περιτρέπονται, ἡμῖν δὲ ἑκατέρωθεν τὸ ἰσχυρὸν φυλαχθήσεται. Ἐάν τε γὰρ νικήσῃ περὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸν λόγον, εὑρεθήσεται τὸ *ἐξ οὗ* τῷ Υἱῷ προσαρμόζον· ἐάν τέ τις φιλονεικῇ (58) ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρειν τοῦ προφήτου τὴν λέξιν, πάλιν τὴν *δι' οὗ* φωνὴν τῷ Θεῷ πρέπειν δώσει, καὶ τὴν ἴσην ἕξει ἀξίαν ἑκατέρα, τῷ κατὰ τὸν ἴσον λόγον ἐπὶ Θεοῦ παρειλῆφθαι. Καὶ οὕτω γε κἀκείνως ὁμότιμοι ἀλλήλαις ἀναφανήσονται, ἐφ' ἑνὸς προσώπου καὶ τοῦ αὐτοῦ τεταγμέναι. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

9. Γράφων ὁ Ἀπόστολος πρὸς Ἐφεσίους, φησίν· *Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ Χριστὸς, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβάζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους* (59) *τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται.* Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς πρὸς τοὺς οὐκ ἔχοντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν γνῶσιν εἴρηται, ὅτι *Ὁ κρατῶν τὴν κεφαλὴν*, τουτέστι τὸν Χριστὸν, *ἐξ οὗ πᾶν τὸ*

ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia [88]. Ex hoc siquidem iis quæ sunt, causa ut sint manat, juxta voluntatem Dei et Patris. Per ipsum perseverant ac consistunt omnia; universorum conditore unicuique rei creatæ ea etiam quæ ad sui conservationem necessaria sunt dimetiente. Quapropter sane etiam universa sese ad illum convertunt, invincibili atque insedabili quodam desiderio, et arcano affectu ad auctorem et largitorem vitæ respicientia, juxta illud quod scriptum est : *Oculi omnium in te sperant* [89]; et rursum : *Omnia a te exspectant* [90]; et : *Aperis tu manum tuam, et implet omne animal benedictione* [91].

8. Quod si adversus hanc nostram expositionem instabunt, quæ illos ratio liberabit, quominus evidenter in se ipsos incurrant? Etenim si concessuri non sunt de Domino dictas esse has tres voces, *ex ipso*, et *per ipsum*, et *in ipsum* : omnino necessum est, ut Deo et Patri proprie tribuantur. Atque hinc palam conciderit illorum observatio. Reperitur enim non modo, *ex quo*, sed etiam, *per quem*, accommodari ad Patrem. Quæ vox si nihil præ se fert humile, quam tandem ob causam eam velut inferioris dignitatis assignant Filio? Quod si omnino declarat ministerium, respondeant nobis : Deus gloriæ et Pater Christi, cujus principis est minister? Igitur isti quidem ad hunc modum a seipsis undique subvertuntur, nobis autem utrinque quod firmum est servabitur. Etenim sive de Filio evicerit dictum esse quod recitavimus, comperietur hæc particula, *ex quo*, Filio convenire : sive quis contendat prophetæ verba ad Deum esse referenda, rursus concedet vocem hanc, *per quem*, Deo congruere; et utraque vox parem dignitatem obtinebit, eo quod pari ratione de Deo usurpetur. Atque juxta modum utrumque, perspicuum erit has particulas parem inter se habere dignitatem, quod de una eademque persona usurpatæ sint. Sed ad propositum revertamur.

9. Apostolus scribens Ephesiis, ait : *Veritatem autem loquentes in charitate, crescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus dum compingitur et connectitur, per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensura uniuscujusque partis incrementum corporis facit* [92]. Et rursus in Epistola ad Colossenses, ad eos qui non habebant Unigeniti notitiam dictum est : *Qui tenet caput*, hoc est, Christum, *ex quo totum corpus, per juncturas et connexiones subminis-*

[88] Rom. xi, 36. [89] Psal. cxliv, 13. [90] Psal. ciii, 27. [91] Psal. cxliv, 16. [92] Ephes. iv, 15, 16.

(56) Ἀσχέτῳ, etc. Sic reddit hunc locum S. Ambrosius, lib. ii *De Spiritu sancto*, cap. 9 : In ipso, *quid est? Quia omnia admirabili quodam desiderio et inenarrabili amore auctorem vitæ et ministratorem gratiæ suæ ac muneris intuentur, secundum quod scriptum est : « Oculi omnium, »* etc. In Commentario *in Isaiam* cap. v, p. 477, hæc leguntur : *Unigenitus ipsum bonum, quod appetunt omnia, cujus amor naturali et inenarrabili modo omnium ratione utentium animis instillatus.*

(57) *Καὶ εἰς αὐτόν*. Addunt editi et Reg. secundus τὰ πάντα. Sed hæc prorsus inutilia, nec in quinque aliis codicibus reperiuntur.

(58) *Φιλονεικῇ*. Sic editiones Basileenses et antiqui codices. Unus cum editione Paris. φιλονεικήσῃ. Aliquanto post veteres aliquot libri Καὶ οὕτω δέ.

(59) *Μέρους*. Consentiunt in hac voce omnes codices mss. Habent tamen editi μέλους.

Digitized by Google

stratum, augescit augmento Dei [93]. Quod enim Christus caput est Ecclesiæ, alio loco didicimus, Apostolo dicente: *Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ* [94]. Et: *E plenitudine ejus accepimus nos omnes* [95]. Et ipse Dominus: *De meo accipiet, et annuntiabit vobis* [96]. Et in summa, diligenter legenti varii usus videbuntur illius *ex quo*. Nam et Dominus: *Novi*, inquit, *virtutem ex me exiisse* [97]. Similiter autem et de Spiritu compluribus locis observavimus illud, *ex quo*, positum esse. *Qui enim*, inquit, *seminat in Spiritu, e Spiritu metet vitam æternam* [98]. Item Joannes: *Ex hoc cognoscimus quod in nobis est, e Spiritu quem nobis donavit* [99]. Et angelus: *Quod enim in ea generatum est, e Spiritu sancto est* [1]. Et Dominus ait: *Quod natum est e Spiritu, Spiritus est* [2]. Atque id quidem ad hunc habet modum. ἄγγελος· *Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἅγιον.* Καὶ ὁ Κύριός φησι (61)· *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστι.* Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον.

A *σῶμα, διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον, αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ.* Ὅτι γὰρ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, ἑτέρωθι μεμαθήκαμεν, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ·* καὶ, *Ἐκ τοῦ* (60) *πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν.* Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, ὅτι *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.* Καὶ ὅλως τῷ φιλοπόνως ἀναλεγομένῳ πολύτροποι αἱ χρήσεις ἀναφανήσονται τοῦ *ἐξ οὗ.* Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος, *Ἔγνων,* φησὶ, *δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ.* Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τετηρήκαμεν πολλαχοῦ τὸ *ἐξ οὗ* κείμενον. *Ὁ γὰρ σπείρων,* φησὶν, *εἰς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον·* καὶ ὁ Ἰωάννης· *Ἐκ τούτου γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν* B *ἐστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκε·* καὶ ὁ *ἐστιν ἅγιον.* Καὶ ὁ Κύριός φησι (61)· *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστι.* Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον.

10. Jam vero demonstrandum est hanc vocem, *per quem*, pariter et de Patre, et de Filio, et de Spiritu sancto in Scripturis usurpari. Ac de Filio sane supervacaneum fuerit proferre testimonia, tum quia hoc notum est, tum quod hoc ipsum ab adversariis astruitur. Nos porro demonstrabimus hanc particulam, *per quem*, etiam de Patre fuisse positam. *Fidelis*, inquit, *Deus, per quem vocati estis in consortium Filii ipsius* [3]; et: *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei* [4]; et rursum: *Itaque non es jam servus, sed filius, et hæres per Deum* [5]. Item illud: *Quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris* [6]. Et Isaias: *Væ*, inquit, *qui profunde facitis consilium, et non per Dominum* [7]. Quin et de Spiritu sancto possunt etiam apponi multa hujus vocis testimonia. *Nobis autem,* C inquit, *Deus revelavit per Spiritum* [8]. Et alio loco: *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum* [9]; ac rursus: *Alii quidem per Spiritum datus est sermo sapientiæ* [10].

10. Ὅτι δὲ τὴν *δι' οὗ* φωνὴν ὁμοίως ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἡ Γραφὴ παραδέχεται, ἤδη δεικτέον. Ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ Υἱοῦ παρέλκον ἂν εἴη μαρτυρίας κομίζειν, διά τε τὸ γνώριμον, καὶ διὰ τὸ παρὰ τῶν ἐναντίων αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζεσθαι· ἡμεῖς δὲ δείκνυμεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ *δι' οὗ* τέτακται. *Πιστὸς,* φησὶν, *ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε* (62) *εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ·* καὶ, *Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ·* καὶ πάλιν· *Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος διὰ* C *Θεοῦ·* καὶ τό· *Ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρός·* καὶ ὁ Ἡσαΐας, *Οὐαὶ,* φησὶν, *οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες, καὶ οὐ διὰ Κυρίου.* Πολλὰς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τῆς φωνῆς ταύτης μαρτυρίας ἔξεστι παραθέσθαι. *Ἡμῖν δὲ,* φησὶν, *ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος* (63)· καὶ ἑτέρωθι· *Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος τοῦ ἁγίου·* καὶ πάλιν· *ὯΙ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας.*

11. Eadem vero et de syllaba, *in*, dicere possumus, quod etiam hanc de Deo et Patre Scriptura usurparit, velut in Veteri Testamento: *In Deo*, inquit, *faciamus virtutem* [11]; et· *In te cantatio mea semper* [12]; et rursus: *In nomine tuo exsultabo* [13]; et apud Paulum: *In Deo*, inquit, *qui condidit omnia* [14]; et, *Paulus ac Silvanus et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre* [15]; et, *Si tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad*

11. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῆς, *ἐν,* συλλαβῆς εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς ἡ Γραφὴ παραδέδεκται, ὡς ἐπὶ μὲν Παλαιᾶς, *Ἐν τῷ Θεῷ,* φησὶ, *ποιήσωμεν* (64) *δύναμιν·* καὶ, *Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός·* καὶ πάλιν· *Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσομαι.* Παρὰ δὲ D Παύλῳ, *Ἐν τῷ Θεῷ,* φησὶ, *τῷ τὰ πάντα κτίσαντι·* καὶ, *Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ Πατρὶ·* καὶ (65),

[93] Col. II, 19. [94] Ephes. I, 22. [95] Joan. I, 16. [96] Joan. XVI, 14. [97] Luc. VIII, 46. [98] Gal. VI, 8. [99] I Joan. III, 24. [1] Matth. I, 20. [2] Joan. III, 6. [3] I Cor. I, 9. [4] II Cor. IV, 1. [5] Gal. IV, 7. [6] Rom. VI, 4. [7] Isa. XXIX, 15. [8] I Cor. II, 10. [9] II Tim. I, 14. [10] I Cor. XII, 8. [11] Psal. CVII, 14. [12] Psal. LXX, 6. [13] Psal. LXXXVIII. 17. [14] Ephes. III, 9. [15] II Thess. I, 1.

(60) *Καὶ, Ἐκ τοῦ,* etc. Sic omnes codices mss. Editi vero καὶ ὁ Ἰωάννης, Ἐκ τοῦ, etc.

(61) *Φησί.* Hanc vocem addidimus ex quatuor codicibus mss. Statim editi Τοῦτο μὲν οὖν, aliter quatuor codices mss., quos secuti sumus. Subinde codices tres ἤδη λεκτέον.

(62) *Ἐκλήθητε.* Regius quartus Ἐκλήθημεν.

(63) *Διὰ τοῦ Πνεύματος.* Editi addunt αὐτοῦ, sed ea vox in nullo ex nostris codicibus reperta. Paulo post unus cod. Reg. καλὴν παρακαταθήκην.

(64) *Ποιήσωμεν.* Reg. quartus ποιήσομεν.

(65) *Καὶ εἰ δήποτε.* Editi et veteres aliquot libri καὶ ἤδη ποτέ. Combefisius legendum putat ex textu sacro, Εἴπως ἤδη ποτέ. Secuti sumus scripturam Reg. secundi. Paulo post idem codex καυχᾶσαι, Alii nonnulli καυχᾶσθε. Editi καυχᾶσθαι.

Digitized by Google

Εἰ δήποτε εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς · καὶ, *Καυχᾶσαι*, φησὶν, *ἐν Θεῷ*. Καὶ ὅσα οὐδὲ ἀριθμῆσαι ῥάδιον. Ἔστι δὲ ἡμῖν οὐ πλήθους μαρτυριῶν ἐπίδειξις, ἀλλ' ἔλεγχος τοῦ μὴ ὑγιῶς αὐτοῖς (66) τὰς παρατηρήσεις ἔχειν. Τὸ γὰρ περὶ τοῦ Κυρίου ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρειλημμένην τὴν χρῆσιν ταύτην ἐπιδεικνύναι ὡς γνώριμον ὑπερβήσομαι. Ἐκεῖνο δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι συνετῷ ἀκροατῇ ἱκανὸς ἔλεγχος τῶν προταθέντων ὁ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. Εἰ γὰρ τὸ διάφορον τῆς ἐκφωνήσεως παρηλλαγμένην ἐδείκνυ (67) τὴν φύσιν κατὰ τὸν τούτων λόγον, ἡ τῶν φωνῶν ταὐτότης ἀπαράλλακτον νῦν τὴν οὐσίαν αὐτοὺς ὁμολογεῖν δυσωπείτω.

12. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἐπαλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται, ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ. Οἷον, *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ*, φησὶν ὁ Ἀδάμ (68), ἴσον λέγων τῷ, *ἐκ τοῦ Θεοῦ* · καὶ ἑτέρωθι· *Ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ προστάγματος Κυρίου* · καὶ πάλιν· *Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν ;* ὁ Ἰωσὴφ, περὶ τῶν ἐνυπνίων τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος, σαφῶς καὶ αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ *ἐκ Θεοῦ* εἰπεῖν, *διὰ τοῦ Θεοῦ εἰρηκε*. Καὶ ἀνάπαλιν τῇ ἐξ οὗ προθέσει ἀντὶ τῆς *δι' οὗ* κέχρηται Παῦλος · ὡς ὅταν λέγῃ, *Γενόμενος ἐκ γυναικὸς* ἀντὶ τοῦ *διὰ γυναικός*. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, γυναικὶ μὲν προσήκειν λέγων τὸ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ τὸ διὰ τῆς γυναικὸς, ἐν οἷς φησιν, ὅτι *Ὥσπερ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς, οὕτως ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός*. Ἀλλ' ὅμως ἐνταῦθα, ὁμοῦ μὲν τὸ διάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἡ θεοφόρος σὰρξ (69) συνεπάγη, τὴν ἐμφατικωτέραν (70) φωνὴν προετίμησε (τὸ μὲν γὰρ *διὰ γυναικὸς* παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γενέσεως ὑποφαίνειν· τὸ δὲ *ἐκ τῆς γυναικὸς* ἱκανῶς παραδηλοῦν τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν), οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι ῥᾳδίως ἀλλήλαις ἀντεπιχωριάζουσιν αἱ φωναί. Ὁπότε τοίνυν καὶ ἐφ' ὧν διωρίσθη τὸ *δι' οὗ* κυρίως λέγεσθαι, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τούτων τὸ *ἐξ οὗ* μετελήφθη, τίνα λόγον ἔχει ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῆς εὐσεβείας πάντη ἀλλήλων ἀφορίζειν τὰς λέξεις;

A *vos* [16]; et : *Gloriaris*, inquit, *in Deo* [17]. Et reliqua quæ ne enumerare quidem facile sit. At nobis non est propositum ostentare testimoniorum multitudinem, sed probare observationes ipsorum rectas non esse. Siquidem hanc particulam de Domino ac Spiritu sancto usurpatam esse, tanquam per se notum, demonstrare omittam. Illud tamen necessario dicendum est, prudenti auditori sufficere illam objectorum confutationem, quæ a contrario ducitur. Nam si prolationis diversitas arguit naturam diversam, quemadmodum isti dicunt : jam vocum identitas vel pudore cogit eos fateri essentiam in nullo discrepantem.

12. Neque enim solum cum de Deo fit sermo, harum vocum usus variat ; verum etiam ad mutuos B invicem significatus sæpenumero transferuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti, *Possedi hominem per Deum* [18], inquit Adam, perinde atque si dixisset *ex Deo*. Et alibi : *Quæ præcepit Moyses Israeli per mandatum Domini* [19]. Et rursus : *Nonne per Deum horum manifestatio est* [20]? Joseph de iusomniis cum iis qui in carcere erant, disserens et ipse aperte pro *ex Deo* dixit *per Deum*. Et contra, *ex quo*, pro *per quem* usurpavit Paulus, velut cum ait : *Factus ex muliere* [21], pro *per mulierem*. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, cum ait feminæ convenire, e viro natam esse, viro autem per feminam : *Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem* [22]. Sed tamen hic Apostolus, C simul ostendens diversum harum vocum usum, simul obiter corrigens quorumdam errorem, existimantium Domini corpus esse spirituale ; ut ostenderet carnem Dei gestatricem ex humana massa concretam fuisse, maluit uti verbo significantiore (nam hæ dictiones, *per mulierem*, transitoriæ generationis suspicionem erant daturæ : at hæ, *ex muliere*, abunde declarant communionem, quam natura geniti cum genitrice habet), non quod ille secum pugnet, sed ut ostendat has voces facile sibi vicissim cedere. **10** Quando igitur de quibuscunque definitum est proprie dici, *per quem*, de iisdem etiam vox, *ex quo*, usurpatur ; qua ratione fit, ut ad pietatis calumniam hæ dictiones inter se prorsus separentur?

[16] Rom. I, 10. [17] Rom. II, 17. [18] Gen. IV, 1. [19] Levit. VIII, 21. [20] Gen. XL, 8. [21] Gal. IV, 4. [22] I Cor. XI, 12.

(66) *Αὐτοῖς*. Sic libri veteres, melius quam editi D Basileensibus. αὐτούς. Aliquanto post in quatuor codicibus mss. Ἔλεγχος τῶν προτεθέντων.

(67) *Ἐδείκνυ*. Sic omnes codices mss. ; editi vero Ἐνδείκνυται. Non multo post ἤδη τὰ ὑπ' ἀλλήλων in tribus codicibus.

(68) *Ὁ Ἀδάμ*. Non hoc solum loco Basilius hæc verba Adamo ascribit, sed. et lib. II *in Eunom.*, num. 20. In his quæ sequuntur nonnulla mutavimus antiquis codicibus freti. Habebant enim editi διὰ προστάγματος τοῦ Κυρίου. Et paulo post διαλεγόμενός φησι· σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς..... κέχρηται. Ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος..... ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι..... ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Deest etiam φησί in editionibus

(69) *Ἡ θεοφόρος σάρξ*. Christi caro Deifera vocatur Homil. *in psalmum* XXXIX, et Comment. *in caput* II *Isaiæ*, ut observat Ducæus. Addit idem vir doctissimus, Theodoretum gravifer olim hallucinatum fuisse in reprehensione anathematismi quinti, ubi ait Christum a Basilio θεοφόρον ἄνθρωπον, *hominem Deiferum*, vocatum fuisse in libro *De Spiritu sancto* et in Explanatione psalmi quinquagesimi. Non enim parum interest inter hominem Deiferum et carnem Deiferam.

70) *Ἐμφατικωτέραν*. Legitur in duobus codicibus Ἐμφαντικωτέραν.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Occurrit iis qui affirmant Filium non esse cum Patre, sed post Patrem; ubi et de gloriæ æqualitate.

13 Atqui nec ad ignorantiæ excusationem confugere possunt, cum tanto artificio tantaque perversitate dicta nostra excipiant: qui quidem nobis palam indignantur, quod una cum Patre adimpleamus Unigenito glorificationem, quodque Spiritum sanctum a Filio non separemus. Unde novatores nos appellant, novitatisque architectos et verborum inventores, et quibus non aliis probrosissimis nominibus? Quorum convicia tantum abest ut indigne feram, ut nisi nos ipsorum exitium dolore perpetuoque cruciatu afficeret, propemodum dicerem me etiam ipsis pro maledictis habere gratiam, ut qui mihi concilient beatitudinem. *Beati enim*, inquit, *estis, cum probris vos impetiverint propter me*[9]. Hujusmodi autem sunt ea quorum causa indignantur. Non est, inquiunt, cum Patre Filius, sed post Patrem; unde consequitur ut per eum gloria Patri tribuatur, sed cum eo nequaquam. Nam illud, *cum eo*, æqualitatem declarat, *per eum* autem, ministerium significat. Neque etiam cum Patre, inquiunt, et Filio collocandus est sanctus Spiritus, sed sub Filio et Patre, sic ut non una cum illis collocetur, sed subdatur, neque connumeretur, sed subnumeretur. Atque talibus quibusdam verborum versutiis pervertunt fidei sinceritatem simplicitatemque. Proinde quam veniam assequentur imperitiæ prætextu, per quos ob istam curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet?

14. Nos vero primum illud ipsos rogemus, quomodo dicant Filium post Patrem? num tempore recentiorem, num ordine, an dignitate? Sed nullus adeo demens est ut dicat conditorem sæculorum, quoquam esse tempore posteriorem, cum nullum sit intervallum, quod naturalem Filii cum Patre conjunctionem dirimat. Neque etiam hominum cogitatione filius patre recentior dici possit, non ob id modo quod simul intelligantur secundum relationem, verum etiam quod ea dicuntur posteriora tempore, quæ a præsenti tempore minus absunt: et rursus illa priora, quæ longius absunt a præsenti tempore. Exempli causa, quæ Noe temporibus acta sunt priora sunt iis quæ narrantur de subversis Sodomis, quod illa longius dissita sint a præ-

[9] Matth. v, 11.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'

Ἀπάντησις (71) πρὸς τοὺς ἀποφαινομένους μὴ μετὰ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, ἀλλὰ μετὰ τὸν Πατέρα, ἐν ᾧ τὰ περὶ τῆς ὁμοτίμου δόξης.

13. Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς τὴν ἐξ ἀγνοίας συγγνώμην δυνατὸν αὐτοὺς καταφυγεῖν, οὕτω τεχνικῶς καὶ κακοήθως τὸν λόγον ὑπολαμβάνοντας· οἵ γε προδήλως ἡμῖν χαλεπαίνουσιν, ὅτι μετὰ Πατρὸς ἀποπληροῦμεν τῷ Μονογενεῖ τὴν δοξολογίαν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μὴ διϊστῶμεν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ (72). Ὅθεν νεωτεροποιοὺς ἡμᾶς καὶ καινοτόμους καὶ ἐφευρετὰς ῥημάτων, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἐπονειδίστων ἀποκαλοῦσιν; Ὧν τοσοῦτον ἀπέχω δυσχεραίνειν ταῖς λοιδορίαις, ὥστε, εἰ μὴ λύπην ἡμῖν ἐνεποίει καὶ ἀδιάλειπτον ὀδύνην ἡ κατ' αὐτοὺς ζημία, μικροῦ ἂν εἶπον καὶ χάριν αὐτοῖς τῆς βλασφημίας ἔχειν, ὡς μακαρισμοῦ προξένοις. *Μακάριοί γάρ ἐστε*, φησὶν, *ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς* (73) *ἕνεκεν ἐμοῦ*. Ἔστι δὲ ἐφ' οἷς ἀγανακτοῦσι, ταῦτα. Οὐ μετὰ Πατρὸς, φασὶν, Υἱὸς, ἀλλὰ μετὰ τὸν Πατέρα· διόπερ ἀκόλουθον δι' αὐτοῦ τὴν δόξαν προσάγειν τῷ Πατρὶ, ἀλλ' οὐχὶ μετ' αὐτοῦ. Τὸ μὲν γὰρ *μετ' αὐτοῦ* τὴν ἰσοτιμίαν δηλοῖ· τὸ δὲ *δι' οὗ* τὴν ὑπουργίαν παρίστησιν. Οὔτε μὴν σὺν τῷ Πατρὶ, φασὶ, καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τακτέον, ἀλλ' ὑπὸ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα, οὐ συντεταγμένον, ἀλλ' ὑποτεταγμένον, οὐδὲ συναριθμούμενον, ἀλλ' ὑπαριθμούμενον. Καὶ τοιαύταις τισὶ τεχνολογίαις ῥημάτων τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀκατάσκευον (74) τῆς πίστεως διαστρέφουσιν. Ὥστε τίνος ἂν δι' ἀπειρίαν συγγνώμης τύχοιεν, οἱ μηδὲ τοῖς ἄλλοις ἀπείρως ἔχειν ἐκ τῆς αὐτῶν φιλοπραγμοσύνης (75) ἐπιτρέποντες;

14. Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖνο πρῶτον αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, τὸ μετὰ τὸν Πατέρα πῶς τὸν Υἱὸν λέγουσιν; ὡς χρόνῳ νεώτερον, ἢ ὡς τάξει, ἢ ὡς ἀξίᾳ; Ἀλλὰ χρόνῳ μὲν, οὐδεὶς οὕτως ἀνόητος, ὡς δευτερεύειν λέγειν τὸν ποιητὴν τῶν αἰώνων, οὐδενὸς διαστήματος μεσιτεύοντος τῇ φυσικῇ πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ συναφείᾳ. Ἀλλὰ μὴν οὔτε τῇ ἐννοίᾳ τῶν ἀνθρώπων (76) συμβαίνει νεώτερον λέγειν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐ μόνον τῷ σὺν ἀλλήλοις νοεῖσθαι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνα λέγεται τῷ χρόνῳ δεύτερα, ὅσα τὴν πρὸς τὸ νῦν ἀπόστασιν ἐλάττονα ἔχει· καὶ πάλιν ἐκεῖνα πρότερα, ὅσα περισσότερον ἀπέχει τοῦ νῦν Οἷον πρότερα τῶν Σοδομιτικῶν (77) τὰ κατὰ Νῶε, ὅτι τοῦ νῦν ἐπὶ πλέον ἀπῴκισται· καὶ ὕστερα ταῦτα ἐκείνων, ὅτι μᾶλλόν πως δοκεῖ προσεγγίζειν τῷ νῦν. Τῆς δὲ πάντα

(71) *Ἀπάντησις*. Regius tertius ἡ ἀντίστασις.

(72) *Ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ*. Reg. tertius ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

(73) *Ὑμᾶς*. Addunt editi, repugnantibus omnibus veteribus libris, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι. *Et persecuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes.*

(74) *Ἀκατάσκευον*. Ita mss. quatuor. Editi ἀκατασκεύαστον. Ibidem duo codices ἐνδιαστρέφουσι. Quibus favet alius, in quo legitur ἐνδιατρίβουσιν.

(75) *Φιλοπραγμοσύνης*. Sic quinque codices mss. Editi πολυπραγμοσύνης. Mox editi ἐρωτήσομεν. Plerique codices mss. ut in contextu.

(76) *Τῶν ἀνθρώπων*. Codices quinque τῶν ἀνθρωπίνων, *ex rerum humanarum notione*. At longe potior est vulgata Scriptura. Propositum enim est Basilio, cum antea probaverit Filium non esse tempore posteriorem, nunc aliquid significantius addere, eumque liquet in hoc argumento versari, ut Filium ne cogitatione quidem Patre posteriorem dici posse demonstret. Statim editi συναλλήλους, codices omnes mss. ut in contextu.

(77) *Τῶν Σοδομιτικῶν*. Tres codices τῶν Σοδομιτῶν.

Digitized by Google

χρόνον καὶ πάντας αἰῶνας ὑπερεχούσης ζωῆς τῇ πρὸς τὸ νῦν ἀποστάσει τὸ εἶναι καταμετρεῖν πῶς οὐχὶ πρὸς τῇ ἀσεβείᾳ ἔτι καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀνοίας ἔχει· εἴπερ καθ' ὃν τρόπον τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ πρότερα εἶναι ἀλλήλων λέγεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ τῷ ὑπάρχοντι πρὸ τῶν αἰώνων παραμετρούμενος ὑπερέχοι; Ἀλλὰ γὰρ ἡ πρὸς τὸ ἄνω ὑπέροχὴ τοῦ Πατρὸς ἀθεώρητος, τῷ ἁπαξαπλῶς μήτε ἐνθύμησιν, μήτε τινὰ ἔννοιαν τὴν τοῦ Κυρίου γέννησιν ὑπεραίρειν, καλῶς τοῦ Ἰωάννου διὰ δύο φωνῶν εἴσω περιγράπτων ὅρων τὴν διάνοιαν ἀποκλείσαντος, ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Ἀνέκβατον μὲν γὰρ διανοίαις τὸ *ἦν*· ἀνυπέρβατον δὲ φαντασίαις (78) ἀρχή. Ὅσον γὰρ ἂν ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ ἄνω, οὐκ ἐκβαίνεις τὸ *ἦν*. Καὶ ὅσον ἂν διαταθῇς ἰδεῖν τοῦ Υἱοῦ τὰ ἐπέκεινα, ὑπεράνω γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐ δυνήσῃ. Εὐσεβὲς οὖν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἅμα νοεῖν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί.

A senti 11 tempore: et hæc illis posteriora, quod quodammodo appareant præsenti tempori vicinniora. At ejus vitæ, quæ omne tempus et omnia sæcula transcendit, exsistentiam metiri distantia a præsenti tempore, an non præter impietatem, omnem etiam dementiam superat; si quemadmodum res generationi corruptionique obnoxiæ, aliis aliæ priores esse dicuntur, eumdem ad modum Deus et Pater, collatus cum Filio et Deo qui est ante sæcula, superat? At enim Patrem esse anteriorem nemo possit animo concipere, eo quod Domini generationem nec ulla prorsus cogitatio, neque ulla notio transcendat: Joanne pulchre duabus vocibus cogitationem intra circumscriptos terminos recludente, cum ait: *In principio erat Verbum* [24]. Nam neque B ex hac voce, *erat*, cogitatio exitum reperire potest; neque principium imaginatio transcendere. Quantumvis enim cogitatione curras ad anteriora: ex voce, *erat*, exitum non reperis. Et quantumvis institeris videre quæ sint ultra Filium, non poteris tamen superare principium. Itaque pium est juxta hanc rationem Filium simul cum Patre intelligere.

15. Εἰ δ' ὡς ἐν τόπῳ ὑποκειμένῳ ὑπόβασίν τινα τοῦ Υἱοῦ νοοῦσι πρὸς τὸν Πατέρα, ὥστε ὑπεράνω μὲν τὸν Πατέρα καθῆσθαι, πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς εἰς τὸ κάτω τὸν Υἱὸν ἀπεῶσθαι, ὁμολογείτωσαν τοῦτο, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν (79), τῆς ἐναργείας (80) αὐτόθεν τὸ ἀπεμφαῖνον ἐχούσης. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζουσιν οἱ διὰ πάντων διήκειν τῷ Πατρὶ μὴ διδόντες, τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἐννοίας τὰ πάντα τὸν Θεὸν πεπληρωκέναι πιστευούσης· οὐδὲ μέμνηνται τοῦ προφήτου λέγοντος· *Ἐὰν ἀναβῶ εἰς* C *τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει·* οἱ τὸ ἄνω καὶ κάτω εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν διαιροῦντες. Ἵνα δὲ τῆς ἀμαθείας τὸν ἔλεγχον σιωπήσω, τόπον ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων ἀφοριζόντων· τί τὴν πρὸς τὰς Γραφὰς μάχην καὶ ἐναντίωσιν αὐτῶν οὕτως ἀναίσχυντον οὖσαν παραμυθήσεται, τὸ, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*, καὶ τὸ, *Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ*; Τὸ γὰρ δεξιὸν οὐ τὴν κάτω χώραν δηλοῖ (ὡς ὁ τούτων λόγος), ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ἴσον σχέσιν· οὐ σωματικῶς τοῦ δεξιοῦ λαμβανομένου (οὕτω γὰρ ἄν τι καὶ σκαιὸν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ εἴη), ἀλλ' ἐκ τῶν τιμίων τῆς προσεδρείας (81) ὀνομάτων τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς περὶ τὸν Υἱὸν τιμῆς παριστῶντος τοῦ λόγου. Λειπόμενον τοίνυν (82) αὐ-

15. Quod si velut in loco humiliore Filium Patri subesse imaginantur; ut in sublimi sedeat Pater, ac dein Filius in locum inferiorem detrusus sit; fateantur istud, et nos tacebimus, aperta loquendi ratione per se absurditatem habente. Nam nec in ratiocinando sibi constant, qui non concedunt Patrem ad universa pertingere, cum eorum qui sani sunt, cogitatio credat Deum implesse universa: nec recordantur Prophetæ dicentis: *Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero ad inferos, ades* [25]; qui supra et infra partiuntur inter Patrem et Filium. At ut nihil dicam ad redarguendam illorum imperitiam, rebus incorporeis locum attribuentium; quid excusabit eorum impietatem, qua tam impudenter repugnant adversanturque Scripturis? quod genus est illud: *Sede a dextris meis* [26]; et: *Consedit in dextra majestatis Dei* [27]. Neque enim dextrum significat locum inferiorem quod isti prædicant, sed relationem ad id quod æquale est; quippe cum dextrum non accipiatur corporaliter (sic enim possit etiam esse aliquid sinistrum in Deo) sed honorificis assidendi verbis Filii majestatem honoremque Scriptura ob oculos ponat. Reliquum est igitur, ut hac voce dignitatis inferiorem gradum indicari

[24] Joan. I, 1. [25] Psal. CXXXVIII, 8. [26] Psal. CIX, 1. [27] Hebr. I, 3.

(78) *Διανοίαις... φαντασίαις.* Sic duo libri veteres, quibus favet aliorum trium scriptura διανοίας... φαντασίας. Editi διανοίᾳ... φαντασίᾳ. Aliquanto post editi ἐπὶ τὰ ἄνω, codices mss. ut in contextu.

(79) *Σιωπήσομεν.* Tres codices σιωπήσωμεν.

(80) *Τῆς ἐναργείας.* Sic duo codices mss. Quatuor alii cum editis habent ἐνεργείας. Sed proclive fuit errare librariis, quos pariter in eadem voce sæpe alias offendisse videbimus. Scriptura, quam secuti sumus, hæret et conducit proposito Basilii, qui provocat hæreticos ut aperte dicant Patrem superiore loco sedere, Filium inferiore; tunc enim verbis ad eos refellendos opus non futurum, cum ejusmodi sententia, si palam ac sine dissimulatione enuntietur, manifestam habeat repugnantiam. Non D diverso sensu, licet diverso verborum ordine, dixit Basilius in epistol. al. 344: Αὐτόθεν ἔχει τὸ ἐναργὲς ἡ βλασφημία. *Sua sponte manifesta est blasphemia.*

(81) *Προσεδρείας.* Quamvis hæc scriptura in uno tantum exstet codice ms., assentior tamen Combefisio eam vulgatæ προεδρίας, quæ in aliis reperitur mss. codicibus et editis, præferendam esse. Filius cum Patre comparatus non habet προεδρίαν, nec illi Erasmus sine absurdo commento *præsidentiam* (sic enim reddidit hanc vocem) attribuere potuit.

(82) *Λειπόμενον τοίνυν.* Cod. Colbert. Λείπεται τοίνυν. Contendit autem hoc loco Combefisius legendum esse, ut in margine codicis Henriciani, οὐδὲ ἀξίας, et sic reddendum: *Relinquitur igitur illis, ut nec inferiorem dignitatis gradum per hanc vocem*

Digitized by Google

asserant. Discant igitur quod Christus est Dei virtus, et Dei sapientia [28], et imago Dei invisibilis [29], et splendor **12** gloriæ [30], quodque hunc Pater signavit Deus, seque totum in eo expressit. Hæc igitur et quæcunque his similia sunt per universam Scripturam testimonia, utrum dicemus humilitatis habere significationem, an ceu præconia quædam, Unigeniti majestatem, et æqualem cum Patre gloriam ebuccinari? Audiant insuper et ipsum Dominum palam suam gloriam cum Patre æqualem asserentem, cum ait : *Qui videt me, videt et Patrem* [31] Ac rursum : *Cum venerit Filius in gloria Patris* [32]; et : *Ut honorificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem* [33]. Item illud : *Vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam Unigeniti a Patre* [34]. Rursus : *Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris* [35]. Horum dum isti nihil considerant, locum hostibus destinatum attribuunt Filio. Nam sinus paternus sedes est digna Filio; scabelli vero locus iis convenit, quibus opus est subjectione. Nos igitur ad alia properantes, obiter in transcursu testimonia attigimus; tibi vero per otium licet, collectis probationibus, gloriæ sublimitatem, ac virtutis eminentiam in Filio perspicere. Quanquam ne hæc quidem auditori æquo parva videbuntur, nisi quis carnaliter et abjecte intelligat has voces, *dextrum* et *sinum* : ut loco circumscribat Deum, fingatque figuram ac formam situmque corporalem : quæ ab intelligentia rei simplicis et immensæ ac incorporeæ longe semota sunt, præterquam quod illius cogitatio humilis, pariter in Patrem cadit atque in Filium. Quare non dejicit Filii dignitatem, sed adjungit blasphemiæ crimen adversus Deum quisquis talia disserit. Quæcunque enim ausus fuerit evomere in Filium, necesse est ut eadem transferat in Patrem. Nam qui Patri superiorem locum ad præsidendum tribuit, ac Filium dicit humiliore loco sedere, is quæcunque corporeis accidunt, ea omnia habiturus est suum figmentum consequentia. Quod si istæ imaginationes sunt vino delirantium, ac per phrenitidem mente commotorum; quomodo pium fuerit eum, qui natura, gloria dignitateque conjunctus est, non simul cum Patre adorari et glorificari ab his qui ab ipso edocti sunt, eum qui non honorificat Filium, non honorificare Patrem [36]? Quid porro dicemus? quid justæ excu-

τοὺς τὸ τῆς ἀξίας ὑποδεὲς διὰ τῆς φωνῆς ταύτης δηλοῦσθαι λέγειν. Μανθανέτωσαν τοίνυν, ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ ὅτι εἰκὼν Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ ὅτι τοῦτον ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς, ὅλον αὐτῷ ἑαυτὸν ἐντυπώσας. Ταύτας τοίνυν, καὶ ὅσαι ταύταις συγγενεῖς κατὰ πᾶσάν εἰσι τὴν Γραφὴν μαρτυρίαι, πότερον ταπεινωτικὰς εἶναί φαμεν (83), ἢ ὥσπερ τινὰς ἀναῤῥήσεις, τὸ μεγαλοπρεπὲς τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἴσον τῆς δόξης ἀνακηρύττειν; Ἀκουέτωσαν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου σαφῶς ὁμότιμον ἑαυτοῦ τὴν δόξαν τῷ Πατρὶ παριστῶντος, ἐν τῷ λέγειν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα·* καὶ πάλιν· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός·* καὶ τὸ, *Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα·* καὶ τὸ, *Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός·* καὶ τὸ, *Ὁ μονογενὴς Θεὸς* (84), *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός.* Ὧν μηδὲν ὑπολογισάμενοι, τὴν τοῖς ἐχθροῖς ἀφωρισμένην χώραν προστιθέασι τῷ Υἱῷ. Κόλπος μὲν γὰρ πατρικὸς Υἱῷ καθέδρα πρέπουσα· ἡ δὲ τοῦ ὑποποδίου χώρα τοῖς ἐπιδεομένοις (85) τῆς ὑποπτώσεως. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἐφ' ἕτερα τὴν ὁρμὴν ἔχοντες, παρατρεχόντως τῶν μαρτυριῶν ἐφηψάμεθα· ἔξεστι δέ σοι κατὰ σχολὴν, συναγαγόντι τὰς ἀποδείξεις, τὸ τῆς δόξης ὕψος καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ὑπερέχον τοῦ Μονογενοῦς κατιδεῖν. Καίτοι εὐγνώμονι ἀκροατῇ οὐδὲ ταῦτα μικρά· εἰ μή τις σαρκικῶς καὶ ταπεινῶς ἐξακούοι τοῦ *δεξιοῦ* καὶ τοῦ *κόλπου*, ὥστε τόπῳ τε τὸν Θεὸν περιγράφειν, καὶ ἀναπλάττειν σχῆμα, καὶ τύπον, καὶ θέσιν σωματικὴν, ἃ παρὰ πολὺ τῆς ἐννοίας τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπείρου καὶ ἀσωμάτου διώρισται· πλήν γε δὴ, ὅτι τὸ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ ταπεινὸν ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ παραπλήσιον. Ὥστε οὐ καθαιρεῖ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ προσλαμβάνει τὸ κρίμα τῆς εἰς τὸν Θεὸν βλασφημίας ὁ τὰ τοιαῦτα διεξιών. Ἐν οἷς γὰρ ἂν κατατολμήσῃ τοῦ Υἱοῦ, ταῦτα ἀνάγκη αὐτῷ μετατιθέναι πρὸς τὸν Πατέρα. Ὁ γὰρ τῷ Πατρὶ τὴν ἄνω χώραν εἰς προεδρίαν ἀποδιδοὺς, τὸν δὲ μονογενῆ Υἱὸν ὑποκαθῆσθαι λέγων, πάντα ἀκολουθοῦντα ἕξει τὰ σωματικὰ συμπτώματα τῷ ἑαυτοῦ ἀναπλασμῷ. Εἰ δὲ ταῦτα οἰνοπλήκτων καὶ ἐκ φρενίτιδος παραφόρων τὸν νοῦν τὰ φαντάσματα, πῶς εὐσεβὲς, τὸν τῇ φύσει, τῇ δόξῃ, τῷ ἀξιώματι συνημμένον μὴ μετὰ Πατρὸς προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν τοὺς παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας, ὅτι Ὁ

[28] 1 Cor. I, 24. [29] Coloss. I, 15. [30] Hebr. I, 3. [31] Joan. XIV, 9. [32] Marc. VIII, 38. [33] Joan. V, 23. [34] Joan. I, 14. [35] ibid. 18. [36] Joan. V, 23.

dicant significari. Addit vir eruditus : *Quæ plana Basilii littera, abhorrente prorsus quod editis est.* Sed præterquam quod Basilius adversarios nequaquam inducit de Filii æqualitate conflictentes, sed potius eam negantes refellit; certe diligens Combefisius in legendo codice quem citat. Non enim legitur in margine οὐδὲ ἀξίας, sed οὐδὲ ἀξίᾳ. Quod quidem scholium ad Basilii sententiam indicandam appositum est, non ad contextum emendandum. Nam in superiore ejusdem codicis pagina duo alia occurrunt scholia, quorum primum sic habet : Ὅτι οὐ χρόνῳ ὁ Υἱὸς ὕστερος τοῦ Πατρός. *Quod Filius tempore non inferior Patre;* deinde aliquanto post οὐδὲ τάξει, *neque ordine :* denique οὐδὲ ἀξίᾳ, *nec dignitate;* accommodate ad institutam a Basilio divisionem.

(83) *Φαμέν.* Duo codices mss. φῶμεν.

(84) *Ὁ μονογενὴς Θεός.* Hæc desunt in uno codice ms., sed in quinque aliis leguntur. Editi ὁ μονογενὴς Υἱός contra veterum codicum fidem et ipsius Basilii testimonium, qui declarat, cap. 8 hujus libri, Christum a Scriptura vocari unigenitum Deum. Unde patet eum sic legisse uti edidimus. Hoc ipso in loco codices duo ἐν τοῖς κόλποις, alius ἐν τῷ κόλπῳ.

(85) *Ἐπιδεομένοις.* Sic mss. quatuor. Editi ὑποδεομένοις.

Digitized by Google

μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα; Τί γὰρ καὶ φήσομεν; τίνα ἔξομεν δικαίαν ἀπολογίαν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ κοινοῦ τῆς κτίσεως πάσης δικαστηρίου, εἰ τοῦ Κυρίου σαφῶς ἐπαγγελλομένου ἥξειν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, καὶ Στεφάνου θεασαμένου Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ Παύλου ἐν Πνεύματι διαμαρτυρομένου (86) περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· καὶ τοῦ Πατρὸς λέγοντος, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*· καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυροῦντος, ὅτι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ· ἡμεῖς τὸν σύνθρονον καὶ ὁμότιμον ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ ἴσον σχέσεως ἐπὶ τὸ κάτω καταβιβάζοιμεν (87); Οἶμαι γὰρ τὴν μὲν στάσιν καὶ τὴν καθίδρυσιν τὸ πάγιον τῆς φύσεως καὶ πάντη στάσιμον ὑποφαίνειν, καθὸ καὶ ὁ Βαρούχ, τὸ ἀκίνητον καὶ ἀμετάθετον τῆς τοῦ Θεοῦ διεξαγωγῆς ἐνδεικνύμενος, ἔφη τὸ, *Σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι εἰς τὸν αἰῶνα*· τὴν δεξιὰν δὲ χώραν δηλοῦν τὸ τῆς ἀξίας ὁμότιμον. Πῶς οὖν οὐ τολμηρὸν ἦς κατὰ τὴν δοξολογίαν (88) κοινωνίας ἀποστερεῖν ἄξιον·

sationis afferemus in formidabili ac communi totius creaturæ judicio, si posteaquam Dominus aperte denuntiavit se venturum in gloria Patris [37], et Stephanus Jesum vidit stantem a dextris Dei [38], et Paulus Spiritu afflatus testificatus est de Christo, quod est in dextra Dei [39]; atque etiam cum Pater dicat, *Sede a dextris meis* [40], et Spiritus sanctus testimonium perhibeat, quod consederit ad dextram majestatis Dei [41]; nos throni consortem, et honoris ejusdem participem, ab æqualitatis statu ad inferiorem dejiciamus locum? Siquidem arbitror statione et consessu naturæ, firmitatem ac stabilitatem omnimodam significari; juxta quem tropum et Baruch Deum immobilem et immutabilem semper **13** esse ostendens, ait: *Tu sedes in æternum, et nos perimus in ævum* [42]: dextro autem loco indicari dignitatis æqualitatem. An non igitur audax facinus fuerit, Filium glorificationis consortio privare, veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἁρμόζειν ἐπὶ Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ « μεθ' οὗ » ἀλλὰ τὸ « δι' οὗ. »

16. Ἀλλὰ τὸ *μετ' αὐτοῦ* λέγειν, φασὶν, ἀπεξενωμένον παντελῶς καὶ ἀσύνηθες· τὸ δὲ *δι' αὐτοῦ* τῷ τε λόγῳ τῆς Γραφῆς οἰκειότατον καὶ ἐν τῇ χρήσει τῆς ἀδελφότητος τετριμμένον. Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτα; Ὅτι μακάρια τὰ ὦτα τὰ μὴ ἀκούσαντα ὑμῶν, καὶ καρδίαι ὅσαι ἄτρωτοι ἀπὸ τῶν (89) ὑμετέρων λόγων διεφυλάχθησαν. Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς φιλοχρίστοις, ὅτι ἀμφοτέρας οἶδεν ἡ Ἐκκλησία τὰς χρήσεις, καὶ οὐδετέραν αὐτῶν παραιτεῖται ὡς ἀναιρετικὴν τῆς ἑτέρας. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως τοῦ Μονογενοῦς καὶ τὴν τῆς ἀξίας ὑπεροχὴν θεωρῶμεν, μετὰ Πατρὸς εἶναι αὐτῷ μαρτυροῦμεν τὴν δόξαν· ὅταν δὲ τὴν εἰς ἡμᾶς χορηγίαν τῶν ἀγαθῶν ἐννοήσωμεν, ἢ τὴν ἡμῶν αὐτῶν προσαγωγὴν καὶ οἰκείωσιν πρὸς τὸν Θεὸν (90), *δι' αὐτοῦ* καὶ *ἐν αὐτῷ* ἐνεργεῖσθαι ὑμῖν τὴν χάριν ταύτην ὁμολογοῦμεν. Ὥστε ἡ μὲν ἰδία τῶν δοξολογούντων ἐστὶν, ἡ *μεθ' οὗ*· ἡ δὲ *δι' οὗ* τῶν εὐχαριστούντων ἐξαίρετος. Ψεῦδος δὲ κἀκεῖνο, ὅτι ἡ *μεθ' οὗ* φωνὴ τῆς τῶν εὐλαβῶν χρήσεως ἀπεξένωται. Ὅσοι γὰρ δι' εὐστάθειαν τρόπων τὸ τῆς ἀρχαιότητος σεμνὸν τοῦ καινοπρεποῦς προετίμησαν, καὶ ἀπαραποίητον τῶν πατέρων διεφύλαξαν τὴν παράδοσιν, κατά τε χώραν καὶ πόλιν ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ. Οἱ δὲ διακορεῖς τῶν συνήθων καὶ τῶν παλαιῶν ὡς ἐώλων κατεπαιρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὰς νεωτεροποιίας παραδεχόμε-

CAPUT VII.

Adversus eos qui dicunt non congruenter de Filio dici, « cum quo, » sed, « per quem. »

16. Sed hoc loquendi genus, *cum ipso*, aiunt, omnino peregrinum est et inusitatum: contra, istud, *per ipsum*, tum sermoni Scripturæ familiarissimum tum fratrum usu tritum esse. Quid igitur nos ad ista? Nimirum beatas esse aures quæ non audierunt vos, et beata corda, quæ a vestris sermonibus servata sunt illæsa. Vobis porro qui Christum diligitis, dico Ecclesiam utrumque harum vocum usum agnoscere, neutrumque rejicere, quasi alter alterum destruat. Cum enim in Unigenito naturæ majestatem ac dignitatis excellentiam contemplamur, ei cum Patre gloriam esse testamur. Rursus cum cogitamus quæ bona nobis suppeditarit, aut quomodo nos ad Deum adduxerit ac Deo asseruerit, confitemur hanc gratiam, *per ipsum* et *in ipso* nobis effici. Quare altera particula, *cum quo*, propria est glorificantium; altera, *per quem*, propria est gratias agentium. Quin et illud mendacium est hanc vocem, *cum quo*, ab usu piorum alienam esse. Quotquot enim morum constantia, antiquitatis majestatem speciosis novitatibus prætulerunt, ac majorum traditionem citra mutationem conservarunt, tum ruri, tum in civitatibus hac voce utuntur. Cæterum qui consueta fastidiunt, et in vetera tanquam in obsoleta insurgunt, ii sunt qui novitates suscipiunt, quemadmodum in vesti-

[37] Matth. xvi, 27. [38] Act. vii, 55. [39] Rom. viii, 34. [40] Psal. cix, 1. [41] Hebr. viii, 1. [42] Baruch iii, 3.

(86) *Διαμαρτυρομένου*. Sic tres codices; alii et editi διαμαρτυραμένου.

(87) *Καταβιβάζοιμεν*. Sic tres codices; melius quam in aliis et in editis καταβιβάζομεν.

(88) *Δοξολογίαν*. Reg. quartus ἀξιολογίαν. Has voces, τὸν Υἱόν, quæ mox sequuntur, e Reg. secundo addidimus.

(89) *Ἀπὸ τῶν*. Deest præpositio in nonnullis codicibus. Paulo post duo codices mss. τὸ τέλειον τῆς φύσεως.

(90) *Πρὸς τὸν Θεόν*. Additus ex veteribus libris articulus; moxque iisdem auctoribus mutatum quod legebatur in editis, ἐνεργεῖσθαι ἐν ἡμῖν.

Digitized by Google

mento, qui ornatum amant, novum semper præferunt communi. Videas itaque etiamnum rusticanæ plebis in hac voce morem antiquum : istorum autem artificum, et in verborum pugnis contritorum signata novæ sapientiæ cauterio verba. Proinde quod a majoribus nostris dictum est, et nos dicimus, gloriam videlicet communem esse Patri ac Filio, quapropter cum Filio glorificationem Patri persolvimus. Quanquam hoc nobis non est satis, sic a Patribus esse traditum ; nam et illi Scripturæ secuti sunt sententiam, ex testimoniis, quæ paulo ante vobis e Scriptura citavimus, principia sumentes. Splendor enim cum gloria intelligitur, et imago cum archetypo, et Filius omnino cum Patre, cum nec nominum consequentia, nedum rerum natura, separationem admittat.

A νοι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐσθῆτος οἱ φιλόκοσμοι τὴν ἐξηλαγμένην ἀεὶ τῆς κοινῆς προτιμῶντες. Ἴδοις ἂν οὖν τῶν μὲν ἀγροίκων ἔτι καὶ νῦν ἀρχαιότροπον τὴν φωνήν· τῶν δὲ ἐντέχνων τούτων, καὶ ταῖς λογομαχίαις ἐντετριμμένων, ἐκ τῆς νέας σοφίας κεκαυτηριασμένα τὰ ῥήματα. Ὅπερ ἔλεγον (91) τοίνυν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἡ δόξα κοινὴ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, διὸ μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν δοξολογίαν προσάγομεν τῷ Πατρί. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι τῶν πατέρων ἡ παράδοσις· κἀκεῖνοι γὰρ τῷ βουλήματι τῆς Γραφῆς ἠκολούθησαν, ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἃς μικρῷ πρόσθεν ὑμῖν ἐκ τῆς Γραφῆς παρεθέμεθα, τὰς ἀρχὰς λαβόντες. Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα μετὰ τῆς δόξης νοεῖται· καὶ ἡ εἰκὼν μετὰ τοῦ ἀρχετύπου· καὶ ὁ Υἱὸς (92) πάντως σὺν τῷ B Πατρὶ· οὐδὲ τῆς τῶν ὀνομάτων ἀκολουθίας, μή τί γε τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, τὸν χωρισμὸν δεχομένης.

14 CAPUT VIII.

Quot modis intelligatur hæc particula, « per quem, » et in quo sensu congruentius dicitur, « cum quo : » ubi etiam exponitur, quomodo mandatum accipit Filius, et quomodo mittitur.

17. Itaque cum Apostolus gratias agit Deo per Jesum Christum [43], ac rursus cum ait sese per illum accepisse gratiam et apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus [44], aut cum dicit nos per eum accessum habere ad gratiam hanc in qua stamus et gloriamur [45], illius erga nos beneficia declarat, nunc quidem ut a Patre gratiam bonorum in nos transfundentis, nunc rursum ut per se ipsum conciliantis nos Patri. Siquidem cum ait, *Per quem accepimus gratiam et apostolatum* [46], significat bonorum largitionem ab illo proficisci. Rursum cum ait : *Per quem accessum habemus* [47], assumi nos, ac Deo per Christum conjungi ostendit. Num igitur gratiæ quam in nobis operatur confessio diminuit illius gloriam ? an potius dictu verius fuerit, enarrationem beneficiorum decens esse glorificandi argumentum ? Hanc ob causam comperimus Scripturam non uno nomine nobis significare Dominum, nec his tantum quæ divinitatem ac magnitudinem ejus declarant, sed interdum quidem uti vocibus naturam exprimentibus ; novit enim nomen Filii, quod est super omne nomen [48], et D Filium verum dicere, et Unigenitum Deum, et virtutem Dei, et sapientiam, et Verbum. Et rursus, ob multiplicem in nos beneficentiam, quam ob divitias bonitatis pro varia sua sapientia egentibus præstat, aliis innumeris appellationibus eumdem designat, dum aliquando vocat illum pastorem,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ποσαχῶς τὸ « δι' οὗ » καὶ ἐπὶ ποίας (93) ἐννοίας ἁρμοδιώτερον τὸ « μεθ' οὗ · » ἐν ᾧ καὶ ἐξήγησις, πῶς ἐντολὴν λαμβάνει ὁ Υἱὸς, καὶ πῶς ἀποστέλλεται.

17. Ὅταν οὖν ὁ Ἀπόστολος εὐχαριστῇ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ λέγῃ τὴν χάριν εἰληφέναι καὶ τὴν ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἢ καὶ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχηκέναι εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα, τὰς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας αὐτοῦ παρίστησι, νῦν μὲν ἀπὸ Πατρὸς εἰς ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν C τὴν χάριν διαβιβάζοντος, νῦν δὲ ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ προσάγοντος τῷ Πατρί. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγειν, *Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν*, τὴν ἐκεῖθεν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν ἐμφαίνει· ἐν δὲ τῷ λέγειν, *Δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν*, τὴν ἡμετέραν πρόσληψιν καὶ οἰκείωσιν διὰ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν γινομένην παρίστησιν. Ἆρ' οὖν ἡ ὁμολογία τῆς ἐνεργουμένης παρ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς χάριτος ὑφαίρεσίς ἐστι τῆς δόξης; ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὅτι πρέπουσα δοξολογίας ὑπόθεσις ἡ τῶν εὐεργετημάτων διήγησις; Διὰ τοῦτο (94) εὕρομεν τὴν Γραφὴν οὐκ ἐξ ἑνὸς ὀνόματος τὸν Κύριον ἡμῖν παραδιδοῦσαν, οὐδὲ ἐκ τῶν ὅσα τῆς θεότητός ἐστιν αὐτοῦ μόνον καὶ τοῦ μεγέθους δηλωτικά, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῖς τῆς φύ- D σεως (95) χαρακτηριστικοῖς κεχρημένην· οἶδε γὰρ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα τοῦ Υἱοῦ καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν λέγειν, καὶ μονογενῆ Θεὸν, καὶ δύναμιν Θεοῦ, καὶ σοφίαν, καὶ Λόγον. Καὶ πάλιν μέντοι διὰ τὸ πολύτροπον τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος, ἣν διὰ τὸν τῆς ἀγαθότητος κατὰ τὴν πολυποίκιλον αὐτοῦ σοφίαν τοῖς δεομένοις παρέχεται, μυρίαις αὐτὸν ἑτέραις προσ-

[43] Rom. I, 8. [44] ibid. 5. [45] Rom. V, 2. [46] Rom. I, 5. [47] Rom. V, 2. [48] Philipp. II, 9.

(91) *Ὅπερ ἔλεγον*. Deest ὅπερ in duobus codicibus. Legitur in tribus aliis ἃ ἔλεγον. Statim editi διὸ καὶ μετά, sed deest conjunctio in codicibus mss.

(92) *Ὁ Υἱός*. Sic codices mss. Deest articulus in editis.

(93) *Ἐπὶ ποίας ἐννοίας*. Colbert. ἐπὶ ποίαις ἐννοίαις. Unus ex Regiis ἐπὶ ποίαν ἔννοιαν.

(94) *Διὰ τοῦτο*. Hic incipit caput octavum in Reg. tertio et Colbert.

(95) *Τῆς φύσεως*. Erasmus perabsurde reddidit, *naturam assumptam* ; quod erratum non impune tulit a Combelisio. Mox editio Paris. λέγει. Libri antiqui et edit. Basil. λέγειν.

Digitized by Google

ηγορίαις ἀποσημαίνει· ποτὲ μὲν ποιμένα λέγουσα, ποτὲ δὲ βασιλέα, καὶ πάλιν ἰατρὸν, καὶ τὸν αὐτὸν νυμφίον, καὶ ὁδὸν, καὶ θύραν, καὶ πηγὴν, καὶ ἄρτον, καὶ ἀξίνην, καὶ πέτραν. Ταῦτα γὰρ οὐ τὴν φύσιν παρίστησιν, ἀλλ', ὅπερ ἔφην, τὸ τῆς ἐνεργείας παντοδαπὸν, ἣν ἐκ τῆς περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα εὐσπλαγχνίας κατὰ τὸ τῆς χρείας ἰδίωμα τοῖς δεομένοις παρέχεται. Τοὺς μὲν γὰρ προσπεφευγότας (96) τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐμετάδοτον (97) δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας, πρόβατα λέγει, καὶ ποιμὴν εἶναι τῶν τοιούτων ὁμολογεῖ, τῶν κατακουόντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ μὴ προσεχόντων διδαχαῖς ξενιζούσαις. *Τὰ γὰρ ἐμὰ πρόβατα, φησὶ, τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει·* βασιλεὺς δὲ τῶν ὑπεραναβεβηκότων ἤδη, καὶ τῆς ἐννόμου δεομένων ἐπιστασίας (98)· καὶ θύρα δὲ, τῷ ἐπὶ τὰς σπουδαίας πράξεις διὰ τῆς ὀρθότητος τῶν προσταγμάτων ἐξάγειν, καὶ πάλιν ἀσφαλῶς αὐλίζειν τοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀγαθὸν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καταφεύγοντας. Ὅθεν, *Δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.* Πέτρα δὲ, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀσειστον καὶ παντὸς ἐρύματος ἀρραγέστερον εἶναι φυλακτήριον τοῖς πιστοῖς. Ἐν τούτοις τὸ, *δι' αὐτοῦ*, ἁρμοδιωτάτην τὴν χρῆσιν καὶ εὔσημον ἀποδίδωσιν, ὅταν ὡς θύρα (99) καὶ ὡς ὁδὸς λέγηται. Ὡς μέντοι Θεὸς καὶ Υἱὸς, μετὰ Πατρὸς καὶ σὺν Πατρὶ τὴν δόξαν ἔχει· *Ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.* Διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς, τῇ μὲν τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἀξίαν, τῇ δὲ τὴν χάριν τὴν πρὸς ἡμᾶς διαγγέλλοντες.

18. Δι' αὐτοῦ γὰρ πᾶσα βοήθεια τῶν ψυχῶν, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιμελείας ἰδιάζουσά τις προσηγορία ἐπινενόηται. Ὅταν μὲν γὰρ τὴν ἄμωμον ψυχὴν, τὴν μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ὡς ἀγνὴν παρθένον ἑαυτῷ παραστήσηται, νυμφίος προσαγορεύεται· ὅταν δὲ κεκακωμένην ὑπὸ τῶν πονηρῶν πληγῶν τοῦ διαβόλου λάβῃ, βαρέως ἐνασθενοῦσαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτὴν ἐξιώμενος, ἰατρὸς ὀνομάζεται. Ἆρ' οὖν αἱ τοιαῦται ἡμῶν ἐπιμέλειαι εἰς τὸ ταπεινὸν τοὺς λο-

A alius regem, et rursus medicum, denique sponsum, viam, ostium, fontem, panem, securim ac petram. Hæc enim non naturam indicant, sed, quod aiebam, operationis varietatem: quam ex affectu, quem gerit erga suum figmentum, indigentibus, ut cuique opus est, impartit. Eos enim qui ad ejus regimen confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præstiterunt, oves appellat; seque talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis. *Oves enim meæ*, inquit, *vocem meam audiunt* [50]. Rex autem vocatur eorum, qui jam altius 15 assurrexerunt, ac legitimo imperio, et gubernatione opus habent. Quin et ostium dicitur, eo quod per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones: et B rursus tuto perducit ad caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Unde, *Per me si quis introierit, et ingredietur, et egredietur, ac pascua inveniet* [50]. Petra dicitur [51], eo quod validum sit et inconcussum et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus. In his hæc vox, *per ipsum*, aptissimum ac clarum usum habet, quoties velut ostium et velut via dicitur. At vero ut Deus et Filius, cum Patre communem habet gloriam: *Quoniam in nomine Jesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria sit Dei Patris* [52]. Quam ob rem ambabus vocibus utimur, altera propriam illius dignitatem, altera ejus erga nos munificentiam prædicantes.

C 18. Omne enim animarum auxilium per ipsum est, atque juxta singula curandi ac providendi genera excogitata est peculiaris quædam appellatio. Cum enim animam incontaminatam, non habentem maculam aut rugam, quasi puram virginem sibi adjungit, sponsus appellatur; cum vero eam pravis diaboli plagis afflictatam recipit, ac peccatis graviter laborantem sanat, medicus vocatur. Utrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogita-

[50] Joan. x, 27. [50] Joan. x, 9. [51] I Cor. x, 4. [52] Philip. II, 10, 11.

(96) *Προσπεφευγότας*. Codices nonnulli προσφεύγοντας.

(97) *Τὸ εὐμετάδοτον*. Vitii suspicione aliqua laborat hic locus. Etsi enim justos appellari oves observat Basilius *in psalm.* XXVIII, p. 121. διὰ τὸ ἥμερον καὶ μεταδοτικὸν ὧν ἔχει, *ob lenitatem et rerum suarum communicationem*; hic tamen non considerat in ovibus communicandi facilitatem, sed constantiam in sequendo pastore et peregrinis doctrinis rejiciendis. Regius secundus habet τὸ εὐμετάβολον, quæ scriptura etsi vulnus augere videtur (pugnat enim animus facile mutabilis cum constantia in sequendo pastore), ad illud tamen sanandum magno usui esse potest. Nam si legamus levi facta immutatione τὸ ἀμετάβολον, *qui per patientiam animum immutabilem præbueruni*, plana erit et apta sententia. Usitatæ apud antiquos ejusmodi rationes loquendi, quamvis justos gratiæ resistere et justitiæ statu excidere posse non dubitarent. Sic Cyprianus coram proconsule aiebat: *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest: Act. mart.*, p. 216. Sic etiam S. Felicitas Publio Urbis præfecto dicebat: *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi.* Et Felix illius filiorum natu secundus: *Immineant verbera, stent cruenta consilia; fides nostra nec vinci potest nec mutari.* Basilius *in psalm.* VII, p. 103, gratiæ acceptum refert rectum justi propositum et mentis immutabilitatem. Reg. 39 *Moral.*, p. 263.

(98) *Ἐπιστασίας*. Reg. tertius βασιλείας. Mox e veteribus libris conjunctio καί addita ante θύρα, eademque auctoritate verbum φησὶ sublatum post vocem ἐμοῦ.

(99) *Ὡς θύρα*. Editi addunt καὶ ὡς ποιμήν, sed assentior Combefisio has voces rejiciendas esse; nec leguntur in tribus codicibus. Paulo post codices mss. δόξαν. Editi δοξολογίαν.

Digitized by Google

tiones nostras eo deducet, ut humilius de eo sentiamus? an potius e diverso efficiet, ut Servatoris et ingentem potentiam et humanitatem erga nos admiremur, quod et compati nostris infirmitatibus sustinuit, et se ad nostram infirmitatem potuit demittere? Neque enim cœlum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis vel in terris degentia, nec plantæ, nec astra, nec aer, nec anni tempora, nec multiplex universi ornatus, excellentiam potentiæ illius perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem citra noxam cum morte conflictari, ut nobis sua ipsius passione largiretur immortalitatem, quod si Apostolus ait: *In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos* [83]: nequaquam hac voce humile quoddam ministerium indicat, sed auxilium potius, quod per imperium suæ potentiæ operatur in nobis. Siquidem ipsum alligavit fortem, diripuitque vasa illius [84], videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus; fecitque vasa utilia Domino, apparatos ad omne opus bonum [85], per liberi arbitrii nostri præparationem. Hoc pacto accessum ad Patrem habuimus per ipsum, translati de potestate tenebrarum in partem sortis sanctorum in lumine [86]. Ne igitur dispensationem Filii coactum ex servili humilitate ministerium existimemus: sed voluntariam sollicitudinem ex bonitate ac misericordia, juxta voluntatem Dei et Patris, erga suum figmentum exhibitam. Sic enim servabimus pietatem, si in omnibus rebus ab eo peractis et **16** perfectam illi potentiam testimonio nostro tribuerimus, nec usquam illum a paterna voluntate separaverimus. Quemadmodum utique cum Dominus appellatur via [87], ad sublimiorem intelligentiam potius, quam ad vulgarem ac communem animo ferimur. Audientes enim viam; profectum eum, qui serie atque ordine per justitiæ opera et scientiæ illuminationem ad perfectionem tendit, intelligimus, semper id quod anterius est appetentes, et ad ea quæ restant nosmetipsos extendentes [88], donec perveniamus ad beatum finem, quæ est Dei cognitio, quam Dominus per sese in ipsum credentibus largitur. Revera enim bona est via, exorbitationis errorisque nescia, Dominus noster, ad Patrem, qui verum bonum est, perducens. *Nemo enim*, inquit, *venit ad Patrem nisi per me* [89]. Talis est igitur noster ad Deum ascensus per Filium.

γισμοὺς κατάγουσιν; ἢ τὸ ἐναντίον ἐκπληξιν τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίας τοῦ σώζοντος ἐμποιοῦσιν, ὅτι καὶ ἠνέσχετο συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ ἐδυνήθη πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς καταβῆναι; Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελαγῶν, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν, τὸν ἀχώρητον, ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. Κἂν λέγῃ δὲ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς*, οὐχὶ ταπεινήν τινα ὑπηρεσίαν ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὑποβάλλει, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος ἐνεργουμένην βοήθειαν. Αὐτὸς γὰρ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, διήρπασεν αὐτοῦ τὰ σκεύη, ἡμᾶς, οἷς εἰς πᾶσαν ἐνέργειαν πονηρὰν κατεκέχρητο· καὶ ἐποίησε σκεύη εὔχρηστα τῷ Δεσπότῃ, τοὺς κατηρτισμένους εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐκ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ ἐφ' ὑμῖν. Οὕτω τὴν δι' αὐτοῦ προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν πρὸς τὸν Πατέρα, μεταστάντες ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. Μὴ τοίνυν ἐκ δουλικῆς ταπεινότητος ἠναγκασμένην ὑπηρεσίαν νοῶμεν, τὴν διὰ Υἱοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὴν ἑκούσιον ἐπιμέλειαν, ἀγαθότητι καὶ εὐσπλαγχνίᾳ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα ἐνεργουμένην. Οὕτω γὰρ (1) εὐσεβήσομεν, ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις καὶ τελείαν αὐτῷ μαρτυροῦντες τὴν δύναμιν, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρικοῦ διϊστῶντες. Ὥσπερ οὖν καὶ ὅταν ὁδὸς ὁ Κύριος λέγηται, πρὸς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ προχείρου λαμβανομένην ὑποφερόμεθα. Τὴν γὰρ εἱρμῷ καὶ τάξει διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν ὁδὸν ἐξακούομεν, ἀεὶ τοῦ πρόσω ἐπορεγόμενοι (2), καὶ τοῖς λειπομένοις ἑαυτοὺς ἐπεκτείνοντες, ἕως ἂν φθάσωμεν ἐπὶ τὸ μακάριον τέλος, τὴν Θεοῦ κατανόησιν, ἣν ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίζεται (3). Ἀγαθὴ γὰρ ὄντως ὁδὸς, ἀπαρεξόδευτος καὶ ἀπλανὴς, ὁ Κύριος ἡμῶν, πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν, τὸν Πατέρα, φέρων. *Οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται*, φησὶ, *πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ*. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ ἡμετέρα πρὸς Θεὸν ἄνοδος διὰ τοῦ Υἱοῦ.

19. Rursus autem qualis sit etiam Patris erga nos per eumdem bonorum suppeditatio, consequens jam fuerit disserere. Nimirum cum omnis natura creata, tum hæc visibilis, tum intelligibilis, ad hoc

19. Ὁποία δὲ πάλιν καὶ ἡ παρὰ τοῦ Πατρὸς (4) εἰς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ χορηγία τῶν ἀγαθῶν, ἐξῆς ἂν εἴη λέγειν. Ὅτι, πάσης τῆς φύσεως, τῆς ἐν τῇ κτίσει, τῇ τε ὁρωμένῃ ταύτῃ καὶ τῇ νοουμένῃ, ἐπιμελείας

[83] Rom. VIII, 37. [84] Matth. XII, 21. [85] II Tim. II, 29. [86] Coloss. I, 12, 13. [87] Joan. XIV, 6. [88] Philipp. III, 13. [89] Joan. XIV, 6.

(1) *Οὕτω γάρ*, etc. Editi contra codicum mss. fidem habebant: ἐνεργουμένην ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις. Οὕτω γὰρ εὐσεβήσομεν.

(2) *Ἐπορεγόμενοι*. Quidam codices ὀρεγόμενοι.

(3) *Χαρίζεται*. Sic codices mss.. non ut editi χαρίσεται. Mox in editis ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς πρὸς τόν, etc. Veteres libri ut in contextu.

(4) *Παρὰ τοῦ Πατρός*. Περὶ in omnibus fere codicibus mss. Ibidem male in editis καὶ δι' αὐτοῦ. Conjunctio deest in mss.

Digitized by Google

ἐκ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ συνέχεσθαι δεομένης, ὁ δημιουργὸς Λόγος, ὁ μονογενὴς Θεὸς, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου χρείας, τὴν βοήθειαν ἐπινέμων, ποικίλας μὲν καὶ παντοδαπὰς διὰ τὸ τῶν εὐεργετουμένων πολυειδὲς, συμμέτρους γε μὴν ἑκάστῳ, κατὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον, τὰς χορηγίας ἐπιμετρεῖ. Τοὺς ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει· διὰ τοῦτο φῶς τὸ ἀληθινόν. Κρίνει (5), κατὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν ἀντιμετρῶν τὴν ἀντίδοσιν· διὰ τοῦτο κριτὴς δίκαιος. *Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Ἀνίστησιν ἐκ τοῦ πτώματος τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ζωῆς πρὸς ἁμαρτίαν ὑπολισθήσαντας· διὰ τοῦτο ἀνάστασις. Πάντα δὲ ποιεῖ τῇ ἐπαφῇ τῆς δυνάμεως, καὶ τῷ βουλήματι ἀγαθότητος ἐνεργῶν. Ποιμαίνει, φωτίζει, τρέφει, ὁδηγεῖ, ἰατρεύει, ἀνίστησιν. Οὐσιοῖ τὰ μὴ ὄντα, τὰ κτισθέντα συνέχει. Οὕτω τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται, πλείονι τάχει τὰ καθ' ἕκαστον ἐνεργοῦντος ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξίκοιτο. Οὔτε γὰρ ἀστραπαὶ, οὔτε φωτὸς ἐν ἀέρι οὕτω ταχεῖα διαδρομή· οὐκ ὀφθαλμῶν ὀξεῖαι ῥιπαί (6)· οὐκ αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοήματος αἱ κινήσεις· ἀλλὰ πλέον τούτων ἕκαστον τῆς θείας ἐνεργείας κατὰ τὸ τάχος λείπεται, ἢ καθόσον τὰ νωθρότατα τῶν παρ' ἡμῖν ζώων, οὐκ ἂν εἴποιμι, πτηνῶν, οὐδὲ ἀνέμων, ἢ τῆς τῶν οὐρανίων φορᾶς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοῦ, κατὰ τὴν κίνησιν ὑστερεῖ. Τίνος γὰρ ἂν καὶ παρατάσεως δέοιτο χρονικῆς ὁ φέρων τὰ σύμπαντα (7) τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ μὴ σωματικῶς ἐνεργῶν, μηδὲ χειρουργίας εἰς τὴν δημιουργίαν ἐπιδεόμενος, ἀλλὰ βουλήματι ἀδιάστῳ, ἀκολουθοῦσαν ἔχων τὴν φύσιν τῶν γινομένων; Ὡς ἡ Ἰουδὶθ, *Ἐπόησας*, φησὶ, *καὶ παρέστησάν σοι πάντα ὅσα ἐπόησας.* Ὅμως μέντοι, ἵνα μή ποτε ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν ἐνεργουμένων περισπασθῶμεν εἰς τὸ φαντασθῆναι ἄναρχον εἶναι τὸν Κύριον, τί φησιν ἡ αὐτοζωή; *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα·* καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν·* καὶ ἡ αὐτοτελὴς σοφία· *Ἐντολὴν ἔλαβον, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω·* διὰ πάντων τούτων πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς σύνεσιν ὁδηγῶν, καὶ τὸ θαῦμα τῶν γινομένων ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρων, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα γνῶμεν. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς τῶν ἔργων διαφορᾶς ὁ Πατὴρ θεωρεῖται, τῷ ἰδιάζουσαν καὶ κατακεχωρισμένην ἐνέργειαν ἐπιδείκνυσθαι (ὅσα γὰρ βλέπει (8) τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ), ἀλλ' ἐκ τῆς προσαγομένης αὐτῷ παρὰ τοῦ Μονογενοῦς δόξης τὸ θαῦμα τῶν γινομένων καρποῦται, πρὸς τῷ μεγέθει τῶν ποιημάτων καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἀγαλλόμενος καὶ ὑφούμενος παρὰ τῶν ἐπιγινωσκόντων αὐτὸν Πατέρα

ut consistat, Dei cura egeat; opifex Verbum, unigenitus Deus opem, quantum cuique opus est, distribuens, varia quidem et omnis generis auxilia, ob varietatem eorum qui beneficio juvantur, sed tamen unicuique congruentia juxta necessitatis modum dimetitur. Eos qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur. Judicat, juxta operum meritum remetiens præmium; ob id judex justus dicitur. *Pater enim neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio* [60]. Erigit e ruina, qui e sublimitate vitæ ad peccatum delapsi sunt; ob id vocatur resurrectio [61]. Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit, ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis, per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus: sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat qui portat omnia verbo virtutis suæ [62], quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem? Sicuti Judith: *Cogitasti*, inquit, *et præsto fuerunt tibi omnia quæ cogitasti* [63]. Attamen ne forte ex magnitudine eorum quæ fiunt rapiamur in imaginationem, ut putemus Dominum principio carere, quid ait is qui per se vita est? **17** *Ego vivo propter Patrem* [64]. Et Dei virtus: *Non potest Filius a se facere quidquam* [65]. Rursus, is qui ex se perfecta est sapientia: *Mandatum accepi, quid dicam, et quid loquar* [66]: per hæc omnia ducens nos ad Patris cognitionem, et admirationem eorum quæ gerebat, ad illum referens, ut per ipsum cognoscamus Patrem. Non enim ex operum differentia Pater conspicitur, quasi peculiarem atque separatam actionem exhibeat (quæcunque enim videt Patrem facientem, hæc et Filius similiter facit [67]), verum ex gloria, quæ ei ab Unigenito defertur, operum miraculum carpit, dum præter operum magnitudinem, de ipso etiam auctore operum gloriatur, et exaltatur ab iis qui agnoscunt eum Patrem Domini nostri Jesu Christi: *Per quem omnia, et propter quem omnia* [68]. Ideo dicit Dominus: *Om-*

[60] Joan. v, 22. [61] Joan. xi, 25. [62] Hebr. i, 3. [63] Judith ix, 4. [64] Joan. vi, 58. [65] Joan. v, 19. [66] Joan. xii, 49. [67] Joan. v, 19. [68] Hebr. ii, 10.

(5) *Κρίνει.* Plerique codices mss. κρινεῖ, *judicabit.* Sed tamen nihil videtur mutandum.

(6) *Ῥιπαί.* Sic editio Paris. ac Reg. secundus. Quinque alii et editio Basil. *ῥοπαί.*

(7) *Τὰ σύμπαντα.* Sic codices sex, et paulo post χειρουργίας. Editi τὰ πάντα et χειρῶν ἐργασίας.

(8) *Βλέπει.* Sic antiqui codices: editi βλέπῃ. Non multo post sic habet Reg. secundus δι' οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα.

Digitized by Google

nia mea tua sunt, ut ad ipsum originem rerum conditarum referens : *Et tua mea* [69]; ut inde principia creandi accipiens; non quod auxiliis utatur ad operandum, neque quod ei particularibus mandatis uniuscujusque operis ministerium concredatur : nam istud quidem servile, et a divina dignitate immenso semotum intervallo : sed quod Verbum paternis bonis plenum, resplendens a Patre, omnia facit ad similitudinem ejus qui ipsum genuit. Nam si juxta essentiam nihil differt a Patre, nec potentia etiam a Patre differet. Porro quorum æqualis est potentia, horum omnino æqualis est et operatio. Christus siquidem Dei virtus est, et Dei sapientia [70]. Et sic omnia per ipsum facta sunt [71], omniaque per ipsum et in ipsum condita sunt [72], non quod instrumentali quodam ac servili ministerio fungatur : sed quod tanquam conditor paternam impleat voluntatem.

20. Itaque cum ait : *Ego ex me ipso locutus non sum* [73]; et rursum : *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor* [74]; et : *Sermo quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me* [75]; et alibi : *Quemadmodum mandavit mihi Pater, sic facio* [76] : non quod careat libero arbitrio ac voluntatis motu, neque quod ex datis signis veniam ac licentiam agendi exspectet, ideo talibus utitur verbis : sed ut declaret propriam voluntatem conjuncte atque inseparabiliter Patri adhærentem. Proinde quod dicitur mandatum, ne sermonem imperiosum per vocalia organa prolatum intelligamus, Filio velut subdito præscribentem quid facere debeat : sed juxta sensum Deo dignum, intelligamus voluntatis communicationem, veluti formæ cujuspiam in speculo imaginem, a Patre in Filium sine tempore demanantem. *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [77]. Itaque quæcunque habet Pater, Filii sunt; non quod hæc illi paulatim accrescant, sed adsunt semel universa. Non enim inter homines qui artem perdidicit, ac diutina exercitatione firmum artis in animo fixumque habitum gerit, deinceps potest juxta scientiæ rationes, quas in mente tenet, per sese operari, Dei vero sapientia, architectus universæ creaturæ, semper perfectus, citra doctorem sapiens, Dei virtus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ occulti [78], eget speciali **18** mandato, quo ei modus ac mensura operationum præfiniatur. Scilicet tu quidem etiam pædagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, et hunc quidem facies

A τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' ὃν τὰ πάντα.* Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος· *Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν·* ὡς ἐπ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης· *Καὶ τὰ σὰ ἐμά·* ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ (9) τῆς αἰτίας τοῦ δημιουργεῖν καθηκούσης, οὐ βοηθείαις χρωμένῳ πρὸς τὴν ἐνέργειαν, οὐδὲ ταῖς κατὰ μέρος ἐπιτροπαῖς· τὴν ἑκάστου ἔργου διακονίαν πιστευομένῳ· λειτουργικὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ τῆς θείας ἀξίας παμπληθὲς ἀποδέον· ἀλλὰ γὰρ πλήρης (10) ὁ Λόγος τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν, τοῦ Πατρὸς ἀπολάμψας, πάντα ποιεῖ κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος ὁμοιότητα. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀπαραλλάκτως ἔχει, ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. Ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, ἴση που πάντως καὶ ἡ ἐνέργεια. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, B καὶ Θεοῦ σοφία. Καὶ οὕτω πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, οὐκ ὀργανικήν τινα οὐδὲ δουλικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντος, ἀλλὰ δημιουργικῶς τὸ πατρικὸν ἐπιτελοῦντος θέλημα.

20 Ὅταν οὖν λέγῃ· *Ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα·* καὶ πάλιν· *Καθὼς εἰρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ·* καὶ, *Ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με·* καὶ ἑτέρωθι· *Καθὼς* (11) *ἐνετείλατό μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω ποιῶ·* οὐκ ἀπροαίρετος ὢν, οὐδὲ ἀνόμητος, οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν συνθημάτων ἐνδόσιμον ἀναμένων, ταῖς τοιαύταις χρῆται φωναῖς· ἀλλὰ δηλῶν τὴν οἰκείαν γνώμην ἡνωμένως καὶ ἀδιαστάτως τοῦ Πατρὸς ἐχομένην. Ἆρα C οὖν καὶ τὴν λεγομένην ἐντολὴν μὴ λόγον προστακτικὸν διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἐξαγγελλόμενον ἐκδεχώμεθα (12), περὶ τῶν ποιητέων τῷ Υἱῷ, ὡς ὑπηκόῳ, νομοθετοῦντα· ἀλλὰ θεοπρεπῶς νοῶμεν θελήματος διάδοσιν οἷόν τινος μορφῆς ἔμφασιν (13) ἐν κατόπτρῳ, ἐκ Πατρὸς εἰς Υἱὸν ἀχρόνως διϊκνουμένην. *Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ.* Ὥστε πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, οὐ κατὰ μικρὸν προσγινόμενα, ἀλλ' ἀθρόως παρόντα. Οὐ γὰρ δήπου ἐν μὲν ἀνθρώποις ὁ τὴν τέχνην ἐκδιδαχθεὶς καὶ παγίαν αὐτῆς διὰ τῆς χρονίας μελέτης ἔχων τὴν ἕξιν ἐνιδρυμένην δύναται λοιπὸν κατὰ τοὺς ἐναποκειμένους αὐτῷ τῆς ἐπιστήμης λόγους καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὁ δημιουργὸς πάσης (14) κτίσεως, ὁ ἀεὶ τέλειος, ὁ ἀδιδάκτως σοφὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐν ᾧ D πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, τῆς κατὰ μέρος ἐπιστασίας προσδεῖται, τὸν τρόπον αὐτῷ καὶ τὸ μέτρον τῶν ἐνεργειῶν ὁριζούσης. Ἦπου σύ γε καὶ παιδαγωγεῖον ἀνοίξεις ἐν τῇ ματαιότητί σου τῶν λογισμῶν, καὶ τὸν μὲν προ-

[69] Joan. XVII, 10. [70] I Cor. I, 24. [71] Joan. I, 3. [72] Coloss. I, 16. [73] Joan. XII, 49. [74] ibid. 50. [75] Joan. XIV, 24. [76] ibid. 31. [77] Joan. V, 20. [78] Coloss. II, 3

(9) *Αὐτῷ*. Sic plerique codices mss., melius multo quam in editione Paris. et secunda Basileensi αὐτοῦ.

(10) *Ἀλλὰ γὰρ πλήρης*. Quamvis codices mss. habeant ἀλλὰ πλήρης γάρ, præferenda tamen videtur vulgata scriptura.

(11) *Καθώς*. Male in editis ante hanc vocem additur conjunctio καί quæ abest a mss. Aliquanto post duo codices κέχρηται φωναῖς.

(12) *Ἐκδεχώμεθα*. Unus codex ἐπιδεχώμεθα. Alius ἐπιδεχόμεθα. Duo alii ἐκδεχόμεθα.

(13) *Ἔμφασιν*. Tres codices ἔνδοσιν.

(14) *Πάσης*. Tres mss. ἀπάσης.

Digitized by Google

κεθῆσθαι ποιήσεις ἐν διδασκάλου τάξει, τὸν δὲ παρεστάναι ἐν μαθητοῦ ἀπειρίᾳ· εἶτα ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τῶν διδαγμάτων ἐκμανθάνοντα τὴν σοφίαν, καὶ προβιβαζόμενον εἰς τὸ τέλειον. Ἐκ δὲ τούτου, ἐὰν ἄρα εἰδῇς τὸ ἐν λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζειν, εὑρήσεις ἀεὶ μὲν τὸν Υἱὸν διδασκόμενον, οὐδέποτε δὲ φθάσαι πρὸς τὸ τέλειον (15) δυνάμενον, διὰ τὸ ἄπειρον μὲν εἶναι τοῦ Πατρὸς τὴν σοφίαν, ἀπείρου δὲ τέλος καταληφθῆναι μὴ δύνασθαι. Ὥστε ὁ μὴ διδοὺς πάντα ἔχειν ἐξ ἀρχῆς τὸν Υἱὸν οὐδέποτε δώσει πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν. Ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνομαι τὸ ταπεινὸν τῆς ἐννοίας, εἰς ἣν ἐκ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας ὑπῆχθην (16). Ἐπὶ οὖν τὰ ὑψηλὰ τοῦ λόγου πάλιν ἐπανέλθωμεν.

21. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· οὐ τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τὴν μορφήν· καθαρὰ γὰρ συνθέσεως ἡ θεία φύσις· ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θελήματος, ὅπερ, σύνδρομον ὂν τῇ οὐσίᾳ, ὅμοιον καὶ ἴσον, μᾶλλον δὲ ταὐτὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ θεωρεῖται. Τί οὖν τὸ, *Γενόμενος ὑπήκοος* (17); καὶ τὸ, *Ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν*; Ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνεργῆσαι κατ' ἀγαθότητα (18). Σὺ δὲ κἀκείνων ἄκουε· ὅτι *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου*· καὶ ὅτι *Ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε*. Πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς καὶ ταῖς φωναῖς τοῦ Κυρίου, ὅτι, ὅταν ἡμᾶς περὶ τοῦ Πατρὸς (19) ἐκπαιδεύσῃ, οὐδὲ ταῖς αὐθεντικαῖς καὶ δεσποτικαῖς κεχρῆσθαι φωναῖς, λέγων· *Θέλω, καθαρίσθητι*· καὶ, *Σώπα, πεφίμωσο*· καὶ, *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν*· καὶ τὸ, *Ἄλαλον καὶ κωφὸν δαιμόνιον, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω*· καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἵνα διὰ τούτων μὲν τὸν Δεσπότην ἡμῶν καὶ ποιητὴν γνωρίσωμεν, δι' ἐκείνων δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ ποιητοῦ διδαχθῶμεν. Οὕτω πανταχόθεν ὁ λόγος ἀληθὴς ἐπιδείκνυται, ὅτι τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν Πατέρα οὔτε ἀτελῆ τοῦ Πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν, οὔτε ἄτονον τοῦ Υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀλλὰ τὸ ἠνωμένον τοῦ θελήματος παριστᾷ (20). Ὥστε ἡ, *δι' οὗ*, φωνὴ ὁμολογίαν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται.

A præsidentem loco doctoris, illum vero astantem cum discipuli imperitia : dein paulatim additis præceptionibus discentem sapientiam, et ad perfectionem procedentem. At ex hoc, si modo noveris consequentiam, quæ est in ratiocinationibus, observare, invenies Filium semper quidem discere, nec unquam ad perfectionem pervenire posse, eo quod infinita sit Patris sapientia, nec infinitæ rei finis possit apprehendi. Itaque qui non concesserit Filium ab initio habere omnia, nunquam concessurus est illum ad perfectionem perventurum. Sed pudet me istius humilis cogitationis, in quam e sermonis serie deductus sum. Igitur ad ea quæ sunt in oratione sublimia iterum revertamur.

B 21. *Qui vidit me, vidit Patrem*[79] : non figuram, non formam : pura enim est a compositione divina natura ; sed bonitatem voluntatis, quæ cum essentia concurrens, similis et æqualis, imo potius eadem in Patre et Filio intelligitur. Quid igitur sibi vult illud, *Factus obediens*[80] ? item illud : *Pro nobis omnibus tradidit eum*[81] ? Significatur videlicet Filium a Patre hoc habuisse, ut pro sua bonitate operaretur pro hominibus. Tu vero et illa audito : *Christus nos redemit a maledicto legis*[82] ; item : *Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*[83]. Diligenter autem attende etiam verba Domini, quod postquam nos de Patre erudivit, authenticis et herilibus vocibus uti solet, dicens : *Volo, mundare*[84] ; et, *Tace, obmutesce*[85] ; et, *Ego autem dico vobis*[86] ; et illud, *Mutum et surdum dæmonium, ego tibi præcipio*[87] : et quæcunque alia id genus : ut ex his quidem Dominum et conditorem nostrum cognosceremus, per illa vero Patrem Domini et conditoris nostri disceremus. Ita doctrina undelibet vera monstratur, scilicet ex eo quod Pater per Filium creet, neque propterea Patris vim creandi imperfectam argui, neque Filii operationem ostendi infirmam ; sed voluntatis unitatem conjunctionemque declarari. Itaque hæc vox, *per quem*, confessionem habet causæ principalis ; non autem sumitur ad insectationem ac reprehensionem causæ efficientis.

[79] Joan. XIV, 9. [80] Philipp. II, 8. [81] Rom. VIII, 32. [82] Galat. III, 13. [83] Rom. V, 8, 9. [84] Matth. VIII, 3. [85] Marc. IV, 39. [86] Matth. V, 22 seqq. [87] Marc. IX, 24.

(15) *Πρὸς τὸ τέλειον*. Sic Regii primus et tertius cum Colbert., quæ scriptura paulo post confirmatur his verbis, πρὸς τὸ τέλειον ἔξειν. Editi πρὸς τὸ τέλος in primo loco.

(16) *Ὑπήχθην*. Sic codices mss. Editi vero ὑπηνέχθην. Nec multo post veteres quatuor libri ἀνέλθωμεν. Subinde editi ante hæc verba, ἑώρακε τὸν Πατέρα, addunt φησί, quod abest a codicibus mss. et prima Basilecnsi editione.

(17) *Ὑπήκοος*. Editi addunt μέχρι θανάτου, sed præter codicum mss. fidem. Ibidem editi et nonnulli codices παρέδωκεν ἑαυτόν. Sed cum sensus postulet, ut Filius a Patre traditus dicatur, sequi maluimus duos Regios codices, qui cum Colbertino habent αὐτόν. Præterea manifestum est caput D octavum Epistolæ ad Romanos citari, non quintum Epistolæ ad Ephesios, ubi non legitur *pro omnibus*.

(18) *Κατ' ἀγαθότητα*. Reg. secundus κατ' υἱότητα, *secundum filiationem*.

(19) *Περὶ τοῦ Πατρός*. Legendum contendit Combefisius, οὐ περὶ τοῦ Πατρός, sicque reddendum : *cum de Patre non erudiret. Sic meo periculo emendes*, inquit, *quidquid decoquat Erasmus, et antiquo errore repræsentent codices*. Sed doctissimi viri emendationem explodit codicum mss. auctoritas, ac ipsius etiam contextus clara et perspicua sententia, si sic interpretemur, *Postquam nos de Patre erudivit* ; non ut Erasmus, *cum nos de Patre eruditet*.

(20) *Παριστᾷ*. Duo codices παρίστησιν.

Digitized by Google

19 CAPUT IX.

Propriæ ac distinctæ de Spiritu notiones, doctrinæ Scripturarum congruentes.

22. Jam vero etiam de Spiritu communes nostræ notiones cujusmodi sint expendamus, tum eas quæ nobis de illo e Scripturis collectæ sunt, tum eas quas Patrum traditione non scripta accepimus. Primum igitur, quis, auditis Spiritus appellationibus, animo non erigitur, et ad supremam naturam cogitationem non attollit? Nam Spiritus Dei dictus est, et Spiritus veritatis, qui ex Patre procedit [88]: Spiritus rectus, Spiritus principalis [89]. Spiritus sanctus, propria est illius ac peculiaris appellatio: quod sane nomen omnium maxime rem incorpoream et ab omni materia puram et incompositam declarat. Quapropter et Dominus cum eam, quæ Deum in loco adorari existimabat, edoceret, rem incorpoream comprehendi non posse, *Spiritus*, inquit, *est Deus* [90]. Proinde fieri non potest, ut qui audit Spiritum, naturam loco circumscriptam, aut mutationibus et alterationibus obnoxiam, aut omnino creaturæ similem sibi animo fingat: sed ad id quod summum est cogitatione progrediens, intelligentem substantiam cogitet necesse est, virtute infinitam, magnitudine incircumscriptam, nec temporum nec sæculorum dimensionem recipientem, ea quæ habet bona large impartientem. Ad quem omnia convertuntur quæ egent sanctificatione: quem omnia appetunt juxta virtutem viventia, cujus afflatu velut irrigantur et adjuvantur, ut perveniant ad proprium suum naturalemque finem. Qui perficit cætera, ipse vero in nullo deficit: qui non vivit per instaurationem, sed vitam suppeditat; nec accessionibus augescit, sed statim plenus est: qui in seipso firmatur, et nusquam non adest. Origo sanctificationis, lux intelligibilis: universæ potentiæ rationali ad veritatis investigationem velut illustrationem quamdam ex sese præbens. Natura inaccessus, sed qui capi possit ob benignitatem; omnia quidem implens virtute, sed solis iis qui digni sunt communicabilis, quibus sese non eadem impertit mensura, sed juxta proportionem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἀφοριστικαὶ ἔννοιαι περὶ τοῦ Πνεύματος, τῇ τῶν Γραφῶν ἀκολουθοῦσαι διδασκαλίᾳ (21).

22. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τὰς κοινὰς ἡμῶν ἐννοίας ὁποῖαί τινές εἰσιν ἐξετάσωμεν, τάς τε ἐκ τῶν Γραφῶν περὶ αὐτοῦ συναχθείσας ἡμῖν, καὶ ἃς ἐκ τῆς ἀγράφου παραδόσεως τῶν Πατέρων διεδεξάμεθα. Πρῶτον μὲν οὖν, τίς, ἀκούσας τῶν προσηγοριῶν τοῦ Πνεύματος, οὐ διανίσταται τῇ ψυχῇ, καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φύσιν τὴν ἔννοιαν ὑπεραίρει; Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ εἴρηται, καὶ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· Πνεῦμα εὐθὲς, Πνεῦμα ἡγεμονικόν (22). Πνεῦμα ἅγιον ἡ κυρία αὐτοῦ καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις· ὅπερ δὴ μάλιστα παντὸς (23) τοῦ ἀσωμάτου, καὶ καθαρῶς ἀΰλου τε καὶ ἀμεροῦς ὄνομά ἐστι. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, τὴν ἐν τόπῳ προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἡγουμένην (24) διδάσκων, ὅτι ἀπερίληπτον τὸ ἀσώματον, *Πνεῦμα*, φησὶν, *ὁ Θεός*. Οὐ τοίνυν δυνατὸν, Πνεῦμα ἀκούσαντα, περιγεγραμμένην φύσιν ἐντυπῶσαι τῇ διανοίᾳ, ἢ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑποκειμένην, ἢ ὅλως ὁμοίαν τῇ κτίσει· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνωτάτω ταῖς ἐννοίαις χωροῦντα, νοερὰν οὐσίαν ἐπάναγκες ἐννοεῖν, ἄπειρον κατὰ δύναμιν, μεγέθει ἀπεριόριστον, χρόνοις ἢ αἰῶσιν ἀμέτρητον, ἄφθονον ὧν ἔχει καλῶν. Πρὸς ὃ πάντα ἐπέστραπται τὰ ἁγιασμοῦ προσδεόμενα· οὗ πάντα ἐφίεται τὰ κατ' ἀρετὴν ζῶντα, οἷον ἐπαρδόμενα τῇ ἐπιπνοίᾳ καὶ βοηθούμενα πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῖς καὶ κατὰ φύσιν τέλος. Τελειωτικὸν τῶν ἄλλων, αὐτὸ δὲ οὐδαμοῦ ἐλλεῖπον· οὐκ ἐπισκευαστῶς (25) ζῶν, ἀλλὰ ζωῆς χορηγόν· οὐ προσθήκαις αὐξανόμενον, ἀλλὰ πλῆρες εὐθὺς (26), ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, καὶ πανταχοῦ ὄν. Ἁγιασμοῦ γένεσις, φῶς νοητὸν, πάσῃ δυνάμει λογικῇ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν οἷόν τινα καταφάνειαν δι' ἑαυτοῦ παρεχόμενον. Ἀπρόσιτον τῇ φύσει· χωρητὸν δι' ἀγαθότητα· πάντα μὲν πληροῦν τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ὂν μεθεκτὸν τοῖς ἀξίοις, οὐχ ἑνὶ μέτρῳ μετεχόμενον, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως διαιροῦν τὴν ἐνέργειαν. Ἁπλοῦν τῇ οὐσίᾳ, ποικίλον ταῖς δυνάμεσιν· ὅλον ἑκάστῳ παρὸν, καὶ ὅλον ἀπανταχοῦ ὄν. Ἀπαθῶς μεριζόμενον, καὶ ὁλοσχερῶς μετεχόμενον (27)· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖ-

[88] Joan. xv, 26. [89] Psal. L, 12, 13. [90] Joan. IV, 24.

(21) *Διδασκαλίᾳ*. Addunt editi, καὶ ὅτι δεσπότης τὸ Πνεῦμα, sed hæc absunt a quinque codicibus mss. Statim editi περὶ ἁγίου Πνεύματος. Sed vox ἁγίου non reperitur in mss.

(22) *Πνεῦμα ἡγεμονικόν*. Sic repetunt hanc vocem libri veteres.

(23) *Παντός*. Sic codices mss. et editio prima Basil. In aliis editionibus legitur πάντων.

(24) *Ἡγουμένην*. Male in editis additum fuerat ψυχήν, quæ vox nec in mss. codicibus legitur, et sententiæ nitorem perturbat. Similis locus infra occurrit de eadem muliere Samaritana cap. 26, n. 4, ubi pariter non legitur ψυχήν.

(25) *Ἐπισκευαστῶς*. Sic omnes codices mss. Editi ἐπισκευαστικῶς.

(26) *Πλῆρες εὐθύς*. Sic omnes codices mss. Male in editis πλῆρες, εὐθές.

(27) *Ὁλοσχερῶς μετεχόμενον*. Immerito vitupe- rat interpretationem Erasmi Combefisius, ac vertendum esse pronuntiat: *qui integre, in totum plane participetur*. Nam Basilius, qui probat hoc loco immensitatem Spiritus sancti, num dicere potuit eum a rebus creatis *plene et in totum* percipi? At Spiritum ita dividi et communicari, ut totus et integer maneat, sententia est Basilio digna et sanctis Patribus notissima. Unum ex omnibus proferam Ambrosium, qui Basilium imitatur et illustrat: *Non enim totum effudit*, inquit lib. 1 *De Spiritu sancto*, cap. 8, *sed quod effudit, omnibus abundavit. Quod igitur nobis satis esse judicavit, effudit: et quod effusum est, non separatum est nec incisum: sed unitatem habet, quo aciem nostri cordis illuminet pro nostræ possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostræ mentis acquirit. Inseparabilis est enim plenitudo gratiæ spiritalis, sed nobis pro nostræ particivatur facultate*

Digitized by Google

νος, ης ἡ χάρις, τῷ ἀπολαύοντι ὡς μόνῳ παροῦσα, καὶ γῆν ἐπιλάμπει καὶ θάλασσαν, καὶ τῷ ἀέρι ἐγκέκραται. Οὕτω δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα ἑκάστῳ τῶν δεκτικῶν, ὡς μόνῳ παρὸν, διαρκῆ τοῖς πᾶσι τὴν χάριν ὁλόκληρον ἐπαφίησιν· οὗ ἀπολαύει τὰ μετέχοντα, ὅσον αὐτὰ πέφυκεν (28), οὐχ ὅσον ἐκεῖνο δύναται.

A fidei dispertitur vim suam. Simplex essentia, varius potentiis; qui singulis totus adest, et totus ubique est. Qui sic dividitur ut ipse nihil patiatur; cujus sic omnes participes sunt, ut ipse maneat integer, radii solaris in morem, cujus beneficium fruenti tanquam uni adest, et tamen terram ac mare illustrat, misceturque aeri. Sic et Spiritus sanctus, unicuique capacium **20** cum adsit quasi soli, sufficientem omnibus gratiam ac integram infundit : quo fruuntur quæcunque de illo participant, quantum ipsis fas est natura, non quantum ille potest.

23. Οἰκείωσις δὲ Πνεύματος πρὸς ψυχὴν οὐχ ὁ διὰ τόπου προσεγγισμὸς (πῶς γὰρ ἂν πλησιάσαις τῷ ἀσωμάτῳ σωματικῶς;), ἀλλ' ὁ χωρισμὸς τῶν παθῶν, ἅπερ, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν σάρκα φιλίας ὕστερον ἐπιγινόμενα τῇ ψυχῇ, τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκειότητος ἠλλοτρίωσε. Καθαρθέντα δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ αἴσχους, ὃ ἀνεμάξατο διὰ τῆς κακίας, καὶ πρὸς τὸ ἐκ φύσεως κάλλος ἐπανελθόντα, καὶ οἷον εἰκόνι βασιλικῇ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν διὰ καθαρότητος ἀποδόντα, οὕτως ἐστὶ μόνως προσεγγίσαι τῷ Παρακλήτῳ. Ὁ δ', ὥσπερ ἥλιος, κεκαθαρμένον ὄμμα παραλαβὼν, δείξει σοι ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου. Ἐν δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς εἰκόνος θεάματι τὸ ἄῤῥητον κάλλος τοῦ ἀρχετύπου. Διὰ τούτου καρδιῶν ἀνάβασις (29), χειραγωγία τῶν ἀσθενούντων, τῶν προκοπτόντων τελείωσις. Τοῦτο, τοῖς ἀπὸ πάσης κηλίδος κεκαθαρμένοις ἐλλάμπον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίᾳ πνευματικοὺς ἀποδείκνυσι. Καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων, ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης (30), αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ, καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει· οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαὶ, ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ Πνεύματος, αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ, καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. Ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαὶ, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος (31) εὐφροσύνη, ἡ ἐν Θεῷ διαμονὴ, ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν, θεὸν γενέσθαι. Αἱ μὲν οὖν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔννοιαι ἡμῶν, ἃς περὶ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῶν ἐνεργημάτων ὑπ' αὐτῶν τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος φρονεῖν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν παραθέσθαι, τοιαῦται. Ἤδη δὲ (32) πρὸς ἀντιλογικοὺς χωρητέον, πειρωμένους ἐλέγχειν τὰς ἀντιθέσεις, τὰς ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἡμῖν προβαλλομένας.

23. Spiritus autem cum anima conjunctio non fit loci propinquitate (nam qui fiat ut ad incorporeum corporaliter accedas?), sed a cupiditatibus recessu, quæ post accesserunt animæ propter amicitiam erga carnem, et a Dei consortio alienarunt. Itaque, si quis ab eo, quod vitii labe contraxerat, probro purgetur, atque ad nativam pulchritudinem reversus velut regiæ imagini formam veterem per puritatem reddat, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille autem, veluti sol, purum nactus oculum, ostendet tibi in seipso imaginem illius qui videri non potest. In beata autem hujus imaginis contemplatione videbis ineffabilem archetypi pulchritudinem. Per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis qui ab omni sorde purgati sunt illucescens, per communionem quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora nitida, pellucidaque, contacta radio, fiunt et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt, ita animæ quæ Spiritum ferunt, illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsæ spirituales, et in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præscientia, mysteriorum intelligentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, cœlestis conversatio, cum angelis chorea : hinc gaudium nunquam finiendum, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expeti potest, hinc est ut deus fias. Communes igitur nostræ notiones de sancto Spiritu, quas de magnitudine dignitateque illius, deque operationibus, ab ipsis Spiritus eloquiis sentire didicimus, ut e multis pauca afferamus, sic habent. Nunc autem ad contradicendi cupidos veniendum est conabimurque illorum objectiones refellere quas e falsi nominis scientia nobis proponunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ χρῆναι συντάσσειν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

24. Οὐ χρὴ, φασὶ, Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντετάχθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀλλότριον, καὶ

CAPUT X.

Adversus eos qui dicunt non oportere Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum.

24. Non oportet, inquiunt, Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum : partim eo quod sit alienæ

naturæ. Vide Basilii homiliam *De fide* pag. 133. Paulo post editi τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Mss. ut in contextu.

(28) *Πέφυκεν*. Mendose in editis additur δύνασθαι, quod a nostris codicibus mss. abest. Videtur Erasmus legisse οὐχ ὅσον αὐτὰ πέφυκεν, ἀλλ' ὅσον ἐκεῖνο δύναται. Sic enim reddit : *non quantum ipsa natura sua possunt capere, sed quantum potest ille.* Funestissimam vocat hanc interpretationem Combefisius; sed tamen hic Erasmi videtur esse sensus, Spiritus sancti gratiam non ex hominum infirmitate, sed ex illius omnipotentia pendere.

(29) *Ἀνάβασις*. Sic quinque codices : alius cum editis ἀναβάσεις. Ibidem χειραγωγίαι in uno codice.

(30) *Ἐμπεσούσης*. Duo codices ἐπιπεσούσης.

(31) *Ἀτελεύτητος*. Duo Regii codices ἀτέλεστος. Ibidem antiqui tres libri ἡ ἔνθεος διανομή.

(32) *Ἤδη δέ*. Hic incipit caput decimum in quinque veteribus libris.

Digitized by Google

naturæ, partim quod dignitate sit inferior. Quibus æquum est ut apostolorum verbis respondeamus : *Deo oportet obedire magis quam hominibus* [91]. Nam si Dominus aperte in tradendo salutifero baptismate præcepit discipulis, ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [92], haud dedignatus cum illo consortium : contra isti dicunt, non oportere Spiritum Patri Filioque **21** conjungere; an non Dei præcepto palam adversantur? Etenim, si dicunt hujusmodi conjunctione non declarari ullam communionem aut consortium; dicant quidnam conveniat hoc existimare, et quam aliam efferant magis peculiarem consortii rationem? Et quidem si Dominus sibi et Patri non adjunxit Spiritum in baptismo, neque etiam nobis vitio vertant quod eos conjungimus. Nihil enim nos diversum neque sentimus, neque loquimur. Sin autem illic conjunctus est Patri et Filio Spiritus, nec quisquam est adeo impudens, ut aliud quidquam dicat, ne sic quidem nos in jus vocent, si Scripturas sequimur.

25. Sed belli adversum nos apparatus instructus est, omnisque cogitatio intenta est in nos, et linguæ maledicorum hic vehementius jaculantur quam ii, qui Christum occiderant, olim lapidibus impetierunt Stephanum. Verum ne consequantur, ut lateat nos quidem esse belli occasionem, sed quæ aguntur revera ad excelsum spectare. Itaque in nos quidem machinas et insidias instruunt, seque mutuo exhortantur ad ferendas suppetias, ut quisque peritia aut robore valet. Cæterum id quod oppugnantur, fides est, isque scopus communis est omnibus adversariis, et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut solent qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes. At de tuenda veritate nihil remittemus, neque ignavia a ferendis illi auxiliis desistemus. Etenim si Dominus nobis, ut necessarium ac salutare dogma, Spiritus cum Patre conjunctionem tradidit; his autem non ita videtur, sed dividere ac distrahere Spiritum et ad servilem naturam detrudere : an non verum est, apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quam Domini præ-

τὸ τῆς ἀξίας καταδεές. Πρὸς οὓς δίκαιον τὴν τῶν ἀποστόλων φωνὴν ἀποκρίνασθαι (33), ὅτι *Πειθαρχεῖν θεῷ δεῖ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις*. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος σαφῶς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος προσέταξε τοῖς μαθηταῖς βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἀπαξιῶν τὴν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν, οὗτοι δὲ μὴ χρῆναι αὐτὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντάσσειν λέγουσι· πῶς οὐχὶ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ προδήλως ἀνθίστανται; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ εἶναί φασι τὴν τοιαύτην σύνταξιν κοινωνίας τινὸς καὶ συναφείας δηλωτικήν, εἰπάτωσαν, τί μὲν νομίζειν τοῦτο προσήκει; τίνα δὲ ἕτερον συναφείας τρόπον οἰκειότερον ἔχουσι; Καίτοιγε εἰ μὴ συνῆψεν ὁ Κύριος ἑαυτῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸ βάπτισμα, μηδὲ ἡμῖν (34) τὴν συνάφειαν ἐγκαλείτωσαν. Οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς ἀλλοιότερον οὔτε φρονοῦμεν, οὔτε φθεγγόμεθα. Εἰ δὲ συνῆπται ἐκεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀναιδὴς ὥστε ἄλλο τι φῆσαι, μηδ' οὕτως ἡμῖν ἐγκαλείτωσαν, εἰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν.

25. Ἀλλ' ἡ μὲν παρασκευὴ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου ἐξήρτυται (35), καὶ πᾶσα διάνοια πρὸς ἡμᾶς τέταται, καὶ γλῶσσαι βλασφήμων ὧδε τοξεύουσι σφοδρότερον βάλλουσαι ἢ τὸν Στέφανον τότε τοῖς λίθοις οἱ χριστοφόνοι· μὴ λανθανέτωσαν δὲ, ὅτι πρόσχημα μὲν ἡμᾶς ὁ πόλεμος ἔχει, ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν γινομένων πρὸς τὸ ὕψος βλέπει. Ὥστε ἐφ' ἡμᾶς μὲν δῆθεν τὰς μηχανὰς καὶ τὰς ἐνέδρας διασκευάζονται, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύονται ἐπιβοηθεῖν, ὡς ἕκαστος ἔχει ἐμπειρίας ἢ ῥώμης. Πίστις δέ ἐστι τὸ πολεμούμενον, καὶ κοινὸς σκοπὸς ἅπασι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατασεῖσαι, ἐκ τοῦ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐδαφισθεῖσαν ἀφανισθῆναι. Διὰ τοῦτο, ὡς τῶν χρεωφειλετῶν οἱ δῆθεν εὐγνώμονες (36), τὰς ἐκ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεις ἐπιβοῶνται, τὴν ἄγραφον τῶν Πατέρων μαρτυρίαν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν ἀποπεμπόμενοι. Ἀλλ' οὐ γὰρ ὑφησόμεθα τῆς ἀληθείας, οὐδὲ δειλίᾳ τὴν συμμαχίαν προδώσομεν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος ὡς ἀναγκαῖον καὶ σωτήριον δόγμα τὴν μετὰ Πατρὸς σύνταξιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παραδέδωκε, τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ, ἀλλὰ διαιρεῖν καὶ διασπᾷν καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λειτουργικὴν μετοικίζειν (37)· πῶς οὐκ ἀληθὲς, ὅτι τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν κυριωτέραν ποιοῦνται τῆς τοῦ Δεσπότου νομοθεσίας; Φέρε

[91] Act. v, 29. [92] Matth. xxviii, 19.

(33) *Ἀποκρίνασθαι*. Codices nonnulli ἀποκρίνεσθαι.

(34) *Μηδὲ ἡμῖν*. Hæc scriptura, quam Erasmus in interpretando sequitur, bilem movit Combefisio; ac legendum esse contendit, ut in quatuor mss. reperimus, τότε ἡμῖν, *Tunc nobis vitio vertant, quod eos conjungimus*. Sed prorsus immerito Erasmum vellicat, qui multo melius sententiæ seriem perspexit. Fert enim conditionem adversariis Basilius, eosque undique constrictos tenet, ut his verbis, *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, vel Spiritum cum Patre et Filio conjungi negent, vel fateantur. Si conjungi negent, neque etiam se conjunctionis nomine incusari ab illis debere, cum nihil dicat neque sentiat ab hoc testimonio diversum, nec magis ex suis quam ex Christi verbis conjunctio sequatur. Si vero fateatur, immerito litem sibi ab illis impingi, quod Scripturam sequatur. Hanc esse Basilii sententiam perspiciet, quisquis leget attentius. Quamobrem retinenda fuit vulgata scriptura, quamvis altera in pluribus exstet codicibus.

(35) *Ἐξήρτυται*. Sic Colbertinus et duo codices a Combefisio citati. Reg. secundus Ἐπῆρται. Editi ἐξήρτηται.

(36) *Οἱ δῆθεν εὐγνώμονες*. Recte observavit Billius illud, *bonæ fidei debitores*, non sine ironia dictum fuisse.

(37) *Μετοικίζειν*. Nonnulli codices μετακομίζειν.

Digitized by Google

δὴ οὖν, πᾶσαν φιλονεικίαν καταβαλόντες, οὕτω περὶ A scriptum? Agedum igitur omni contentione deposita, ita de iis quæ in manibus sunt, inter nos disceptemus.

26. Χριστιανοὶ πόθεν ἡμεῖς; Διὰ τῆς πίστεως, πᾶς τις ἂν εἴποι. Σωζόμεθα δὲ τίνα τρόπον; Ἀναγεννηθέντες δηλονότι διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Εἶτα τὴν σωτηρίαν ταύτην διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βεβαιουμένην γνωρίσαντες, ὃν παρελάβομεν τύπον διδαχῆς προτησόμεθα; Ἢ μεγάλων ἂν εἴη στεναγμῶν ἄξιον, εἴπερ εὑρισκόμεθα νῦν μακρυνόμενοι μᾶλλον ἀπὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· εἴπερ ἃ (38) τότε προσεδεξάμεθα, νῦν ἀπαρνούμεθα. Ἴση ἐστὶν ἡ ζημία ἢ ἀμοιρόν τινα τοῦ βαπτίσματος ἀπελθεῖν, ἢ ἔν τι τῶν ἐκ τῆς παραδόσεως ἐλλεῖπον δέξασθαι. Τήν τε ὁμολογίαν, ἣν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰσαγωγῆς κατεθέμεθα, B ὅτε, ῥυσθέντες ἀπὸ τῶν εἰδώλων, προσήλθομεν Θεῷ ζῶντι, ὁ μὴ ἐπὶ παντὸς φυλάσσων καιροῦ, καὶ διὰ πάσης ἑαυτοῦ τῆς ζωῆς ὡς ἀσφαλοῦς φυλακτηρίου περιεχόμενος, ξένον ἑαυτὸν καθίστησι τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ, τῷ ἰδίῳ χειρογράφῳ μαχόμενος, ὃ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας κατέθετο. Εἰ γὰρ ἀρχή μοι ζωῆς τὸ βάπτισμα, καὶ πρώτη ἡμερῶν ἐκείνη ἡ τῆς παλιγγενεσίας ἡμέρα, δῆλον, ὅτι καὶ φωνὴ τιμιωτάτη (39) πασῶν ἡ ἐν τῇ χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἐκφωνηθεῖσα. Τὴν οὖν εἰσάγουσάν με εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν (40) Θεοῦ μοι χαρισαμένην παράδοσιν, δι' ἧς τέκνον ἀπεδείχθην Θεοῦ, ὁ τέως διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐχθρὸς, ταύτην προδῶ, ταῖς τούτων πιθανολογίαις παρατραπείς; Ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ συνεύχομαι μετὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀπελθεῖν πρὸς τὸν C Κύριον, καὶ αὐτοῖς παραινῶ, ἄσυλον διατηρῆσαι τὴν πίστιν, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, καὶ ἀχώριστον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φυλάξαι τὸ Πνεῦμα (41), τὴν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος διδασκαλίαν ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως διατηροῦντας καὶ ἐν τῇ τῆς δόξης ἀποπληρώσει.

26. Christiani unde nos? Per fidem, dicet quilibet. Salvi autem fimus, quo modo? Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur in baptismo. Nam unde alioqui? Ergone postquam hanc salutem per Patrem et Filium et Spiritum sanctum ratam ac firmatam noverimus, traditam nobis doctrinæ formam abjiciemus? Id profecto multis dignum suspiriis fuerit, si comperiamur nunc longius abesse a salute nostra, quam tum cum credidimus; si quæ tunc recepimus, nunc abnegamus. Par et æquale damnum est, **22** sive quis baptismatis expers decedat de vita sive recipiat baptisma, cui unum aliquod eorum quæ tradita sunt desit. Et quisquis professionem, quam in prima institutione deposuimus, cum liberati a simulacris accessimus ad Deum vivum, in omni tempore non servat, nec eam quasi tutissimum præsidium per totam suam vitam complectitur, seipsum alienum reddit a promissis Dei, suo ipsius chirographo repugnans, quod in professione fidei deposuit. Nam si mihi vitæ initium est baptismus, ad dierum omnium primus est dies regenerationis; perspicuum est et vocem illam omnium pretiosissimam esse, quæ in adoptionis gratia prolata est. Itane igitur traditionem, quæ me adducit ad lucem, quæ Dei cognitionem largita est, per quam factus sum filius Dei, qui prius propter peccatum eram hostis, deseram, seductus istorum speciosis sermonibus? Quin potius et illud mihi precor, ut cum hac professione contingat hinc decedere ad Dominum: et ipsos hortor, ut inviolatam servent fidem usque ad diem Christi, et indivulsum a Patre et Filio custodiant Spiritum: doctrinam baptismatis tum in fidei professione, tum in gloriæ persolutione servantes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι παραβάται οἱ τὸ Πνεῦμα ἀρνούμενοι.

27. Τίνι οὐαί; τίνι θλῖψις; τίνι ἀπορία καὶ σκότος; τίνι αἰωνία κατάκρισις; Οὐ τοῖς παραβάταις; οὐ τοῖς τὴν πίστιν ἀρνησαμένοις; Τίς δὲ τῆς ἀρνήσεως ἔλεγχος; Οὐχ ὅτι τὰς οἰκείας ὁμολογίας ἠθέτησαν; Ὡμολόγησαν δὲ τί, ἢ πότε; Πιστεύειν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτε, ἀποταξάμενοι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τὴν σωτήριον ἐκείνην ἀφῆκαν φωνήν. Τίς οὖν πρέπουσα τούτοις προσηγορία παρὰ τῶν τέκνων τοῦ φωτὸς ἐξευρέθη; Οὐχὶ παραβάται προσαγορεύονται, ὡς εἰς τὰς τῆς σωτηρίας (42) αὐ-

CAPUT XI.

Prævaricatores esse illos qui negant Spiritum.

27. Cui væ? cui afflictio? cui angustia ac tenebræ? cui sempiterna condemnatio? Nonne prævaricatoribus? nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed unde probantur abnegasse? Nonne hinc, quod suas ipsi professiones irritas fecerunt? Quid autem professi sunt, aut quando? Professi sunt credere se in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tum cum renuntiantes diabolo et angelis ejus salutiferam illam vocem ediderunt. Quod igitur istis dignum vocabulum excogitatum est a filiis lucis? Nonne

(38) *Εἴπερ ἃ.* Sic nostri codices, non ut editi εἰ γὰρ ἃ. Paulo post particulam ἢ addidimus ante has voces ἓν τι τῶν, quæ quidem voculæ variis modis leguntur. Habet enim editio Basileensis ἢ τι τὸ τῆς, nonnulli codices ἢ ἓν τῶν, alii ut in textu. Unde suspicio est aliquid esse corrupti. Legerem libenter ἢ ἓν τινι τῶν. etc., cui scripturæ gemella prorsus est interpretatio Erasmi.

(39) *Τιμιωτάτη.* Editi addunt μοι, sed hæc vocula abest a codicibus mss.

(40) *Εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν.* Sic veteres libri. Male in editis φῶς καὶ γνῶσιν. Paulo post iidem editi præter codicum mss. fidem ὁ πρὸ ὀλίγου τέως.

(41) *Τὸ Πνεῦμα.* Editi addunt τὸ ἅγιον, sed repugnant codices mss. Ibidem corrupte in editione Parisiensi κατῆσαι διδασκαλίαν. Veteres libri et editio Basileensis ut in contextu.

(42) *Τῆς σωτηρίας.* Sic mss. codices. Editi σωτηρίους. Reg. secundus ibidem habet ἑαυτῶν.

Digitized by Google

perfugæ ac prævaricatores appellantur, ut qui salutis suæ pacta violarint? Quo igitur nomine eum qui Deum abnegavit, quo eum qui Christum abnegavit, appellem? Quonam alio, quam prævaricatoris ac desertoris? At ei qui negavit Spiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem, quippe qui pactum cum Deo initum violarit? Ergo cum et fidei in Spiritum professio beatitudinem pietatis nobis conciliet, et abnegatio crimini abnegati Dei faciat obnoxios: an non horrendum est ipsum nunc rejicere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusque istorum, qui Spiritui rebelles sunt, deceptos? Testificor omni homini Christum profitenti, et Deum neganti, quod Christus nihil illi proderit; aut Deum invocanti, Filium vero spernenti, quod inanis est fides illius. Item ei qui Spiritum rejicit, testificor quod fides ejus qua profitetur Patrem et Filium, inanis erit: **23** quam nec habere potest nisi simul adsit Spiritus. Non enim credit in Filium, qui non credit Spiritui; nec credit in Patrem, qui non credit Filio. *Nec enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*[93]; et, *Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, hic nobis enarravit*[94]. Insuper talis expers est veræ adorationis. Neque enim fieri potest, ut quis Filium adoret, nisi in Spiritu sancto, aut ut Patrem invocet, nisi in adoptionis Spiritu.

37. Ad id igitur quod initio institutum est redeamus, quod videlicet in omnibus Spiritus sanctus inseparabilis et prorsus indistractus sit a Patre et Filio. Paulus Corinthiis scribens eo in loco in quo de dono linguarum tractat, ait: *Si omnes prophetetis, ingrediatur autem aliquis infidelis, aut idiota, arguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis ejus manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem, adorabit Deum, renuntians quod Deus sit vere in vobis* [51]. Itaque, si ex prophetia, quæ juxta distributionem donorum Spiritus editur, agnoscitur Deus in prophetis **31** esse, consultent isti quem locum attributuri sint Spiritui sancto: utrum æquius sit illum cum Deo jungere, an ad creaturarum ordinem extrudere. Quin et ista Petri ad Sapphiram verba, *Quid est quod convenit inter vos tentare Spiritum sanctum? non mentiti estis hominibus, sed Deo* [52]; ostendunt eadem in Spiritum sanctum, et in Deum esse peccata. Atque hoc etiam pacto discere poteris, Spiritum sanctum in omni operatione conjunctum et inseparabilem esse a Patre et Filio. Cum Deus efficit distributiones operationum, ac Dominus divisiones ministrationum, simul adest Spiritus sanctus, partitionem donorum pro cujusque dignitate proprio arbitrio dispensans. *Nam*, inquit, *divisiones donorum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones administrationum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc autem omnia*, inquit, *operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsim cuique, prout vult* [53]. Attamen non quoniam Apostolus primo loco meminit Spiritus, secundo Filii, tertio Dei et Patris, protinus oportet suspicari ordinem omnino inversum esse. A nostra siquidem habitudine sumpsit exordium. Nam cum dona accipimus; nobis is qui distribuit, occurrit primum; mox cogitamus eum qui misit; postremo cogitationem perducimus ad fontem auctoremque bonorum.

[51] I Cor. xiv, 24, 25. [52] Act. v, 9, 4. [53] I Cor. xii, 4-11.

(97) *Παρισαζόντων*. Sic omnes codices mss., non ut editi παρεικαζόντων.

(98) *Ὁ Παῦλος*. Combefisius legendum putat δηλοῖ ὁ Παῦλος: sed necessaria non est emendatio, modo initium hujus capitis non sumatur, ut in editis, ab his verbis, ὅπως ἐν πᾶσιν, sed ab his, ἐπὶ ὧν τό, ut in veteribus libris. Habent etiam editi ὁ ἅγιος Παῦλος, sed codices mss. ut edidimus.

(99) *Εἰσέλθῃ δέ τις*. Illud τίς ex tribus codicibus addidimus, et paulo post tres alii καὶ οὕτω τὰ κρυπτά.

(1) *Τάσσειν*. Sic mss. Editi συντάσσειν. Paulo post editi Σάπφειραν τοῦ Πέτρου. Mss. ut in textu.

(2) *Ἐνεργοῦντος*. Post hanc vocem editi addunt γάρ, quod in veteribus libris non reperitur.

Digitized by Google

38. Jam etiam ex rebus initio conditis discas licet Spiritus cum Patre et Filio communionem. Nam puræ et intelligentes et supermundanæ virtutes, sanctæ tum sunt, tum nominantur, ex gratia a Spiritu sancto infusa sanctimoniam consecutæ. Quare silentio prætermissus est modus creationis cœlestium virtutum; nam ex sensibilibus tantum creatorem nobis aperuit is qui conditi orbis conscripsit historiam. Tu vero, qui facultatem habes ex visibilibus invisibilia deprehendendi, glorifica Conditorem in quo condita sunt omnia, sive visibilia, sive invisibilia, sive principatus, sive potestates, sive virtutes, sive throni, sive dominationes [54], et si quæ aliæ sunt rationales naturæ, quæ nominari non possunt. In horum autem creatione cogita mihi primariam causam eorum quæ fiunt, Patrem; conditricem, Filium; perfectricem, Spiritum sanctum: ut voluntate quidem Patris sint administratorii spiritus, Filii vero operatione perducantur ut sint, Spiritus autem præsentia perficiantur. Porro angelorum perfectio est sanctificatio, et in hac perseverantia. Ac nemo me credat tres originales hypostases ponere, aut Filii operationem dicere imperfectam. Principium enim eorum quæ sunt, unum est, per Filium condens et perficiens in Spiritu. Ac nec Pater, qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habeat operationem: neque Filius inconsummatam creationem, nisi a Spiritu perficiatur. Hoc enim pacto nec Pater opus habebit Filio, sola voluntate creans; **32** attamen vult creare per Filium. Neque Filius egebit auxilio, juxta Patris similitudinem operans, sed et Filius vult per Spiritum perficere: nam *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [55]. Itaque nec Verbum est significativa aeris percussio per vocis instrumenta prolata: nec Spiritus oris halitus partibus respiratoriis efflatus: sed Verbum est quod in principio erat apud Deum, et Deus erat [56]. Spiritus autem oris Dei, Spiritus est veritatis, qui a Patre procedit [57]. Itaque tria intelligis, mandantem Dominum, creans Verbum, et confirmantem Spiritum. Quæ porro alia possit esse confirmatio, quam in sanctimonia perfectio; confirmationis voce significante constantiam, immutabilitatem et soliditatem in bono? Sanctificatio autem non est absque Spi-

38. Μάθοις δ' ἂν τὴν πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τοῦ Πνεύματος κοινωνίαν καὶ ἐκ τῶν (3) δημιουργημάτων τῶν ἐξ ἀρχῆς. Αἱ γὰρ καθαραὶ καὶ νοεραὶ καὶ ὑπερκόσμιοι δυνάμεις ἅγιαι καί εἰσι καὶ ὀνομάζονται, ἐκ τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνδοθείσης χάριτος τὸν ἁγιασμὸν κεκτημέναι. Ὥστε ἀποσεσιώπηται μὲν ὁ τρόπος τῆς κτίσεως τῶν οὐρανίων δυνάμεων· ἀπὸ γὰρ τῶν αἰσθητῶν μόνον τὸν Δημιουργὸν ἡμῖν ὁ τὴν κοσμογονίαν (4) συγγραψάμενος ἀπεκάλυψε. Σὺ δὲ, ἔχων δύναμιν ἐκ τῶν ὁρατῶν ἀναλογίζεσθαι τὰ ἀόρατα, δόξαζε τὸν Ποιητὴν ἐν ᾧ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε δυνάμεις, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, καὶ εἴ τινές εἰσιν ἕτεραι λογικαὶ φύσεις, ἀκατονόμαστοι (5). Ἐν δὲ τῇ τούτων κτίσει ἐννόησόν μοι τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν τῶν γινομένων, τὸν Πατέρα· τὴν δημιουργικὴν, τὸν Υἱόν· τὴν τελειωτικὴν, τὸ Πνεῦμα· ὥστε βουλήματι μὲν τοῦ Πατρὸς τὰ λειτουργικὰ πνεύματα ὑπάρχειν, ἐνεργείᾳ δὲ Υἱοῦ εἰς τὸ εἶναι παράγεσθαι, παρουσίᾳ δὲ τοῦ Πνεύματος τελειοῦσθαι. Τελείωσις δὲ ἀγγέλων ἁγιασμὸς, καὶ ἡ ἐν τούτῳ διαμονή. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με ἢ τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις, ἢ ἀτελῆ φάσκειν τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐνέργειαν. Ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, δι' Υἱοῦ δημιουργοῦσα, καὶ τελειοῦσα ἐν Πνεύματι. Καὶ οὔτε Πατὴρ, ὁ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργῶν, ἀτελῆ ἔχει τὴν ἐνέργειαν· οὔτε Υἱὸς ἐλλιπῆ τὴν δημιουργίαν, μὴ τελειουμένην παρὰ τοῦ Πνεύματος. Οὕτω γὰρ ἂν οὔτε Πατὴρ προσδεηθείη Υἱοῦ, μόνῳ τῷ θέλειν δημιουργῶν, ἀλλ' ὅμως θέλει (6) διὰ Υἱοῦ· οὔτ' ἂν συνεργίας (7) προσδεηθείη, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Πατρὸς ἐνεργῶν· ἀλλὰ καὶ Υἱὸς θέλει διὰ τοῦ Πνεύματος τελειοῦν· *Τῷ Λόγῳ γὰρ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Οὔτε οὖν Λόγος ἀέρος τύπωσις σημαντικὴ, διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκφερομένη· οὔτε Πνεῦμα στόματος ἄτμος, ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν μερῶν ἐξωθούμενος· ἀλλὰ Λόγος μὲν ὁ πρὸς Θεὸν ὢν ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ὤν· Πνεῦμα δὲ στόματος Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τρία τοίνυν νοεῖς, τὸν προστάσσοντα Κύριον, τὸν δημιουργοῦντα Λόγον, τὸ στερεοῦν (8) τὸ Πνεῦμα. Τί δ' ἂν ἄλλο εἴη στερέωσις ἢ ἡ κατὰ τὸν ἁγιασμὸν τελείωσις, τὸ ἀνένδοτον καὶ ἄτρεπτον καὶ παγίως ἐρηρεισμένον ἐν ἀγαθῷ τῆς στερεώσεως ἐμφαινούσης; Ἁγιασμὸς δὲ οὐκ ἄνευ Πνεύματος. Οὐ γὰρ φύσει ἅγιαι αἱ τῶν οὐρανῶν δυ-

[54] Col. I, 16. [55] Psal. XXXII, 6. [56] Joan. I, 1. [57] Joan. XV, 25.

(3) *Ἐκ τῶν.* Editi hic ponunt ἐξ ἀρχῆς, sed codices mss. ut in textu. Paulo post editio Paris ἐκδοθείσης, quod in uno tantum codice reperitur: alii ἐνδοθείσης vel δοθείσης. Habet etiam editio Basilensis ἐνδοθείσης.

(4) *Κοσμογονίαν.* Colb. et unus Reg. κοσμογένειαν. Alius Reg. κοσμοποιίαν.

(5) *Ἀκατονόμαστοι.* Sic tres antiqui codices. Colbert. ἀκατωνόμαστοι, editi ἀκατανόμαστοι. Mox editi γενομένων, quinque libri veteres γινομένων.

(6) *Ὅμως θέλει.* Hic editi et infra, ubi de Filio, addunt καὶ πέφυκε: in quo non minus pugnant cum Basilii sensu, quam cum mss. codicibus.

(7) *Συνεργίας.* Pro hac voce, quæ in editis legitur et in tribus codicibus mss., habet Reg. tertius δημιουργίας, Colbertinus vero Πνεύματος, quæ vox addita fuit alia manu sed tamen antiqua.

(8) *Τὸ στερεοῦν.* Sic Reg. secundus et quartus, quos sequi malumus quam tres alios, in quibus et in editis legitur τὸν στερεοῦντα. Addunt editi τὸ ἅγιον, quod nullo in codice ms. reperitur.

Digitized by Google

νάμεις· ἢ οὕτω γ' ἂν (9) οὐδεμίαν πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὴν διαφορὰν ἔχοιεν· ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν τῆς πρὸς ἀλλήλας ὑπεροχῆς, τοῦ ἁγιασμοῦ τὸ μέτρον παρὰ τοῦ Πνεύματος ἔχουσαι. Ὡς γὰρ ὁ καυτὴρ μετὰ τοῦ πυρὸς νοεῖται, καὶ ἄλλο μέντοι ἡ ὑποκειμένη ὕλη, καὶ ἄλλο τὸ πῦρ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἡ μὲν οὐσία αὐτῶν, ἀέριον πνεῦμα (10), εἰ τύχοι, ἢ πῦρ ἄϋλον, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα* (11)· διὸ καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ, καὶ ὁρατοὶ γίνονται, ἐν τῷ εἴδει τῶν οἰκείων αὐτῶν σωμάτων τοῖς ἀξίοις ἐμφανιζόμενοι. Ὁ μέντοι ἁγιασμὸς, ἔξωθεν ὢν τῆς οὐσίας, τὴν τελείωσιν αὐτοῖς ἐπάγει διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ Πνεύματος. Φυλάσσουσι δὲ τὴν ἀξίαν τῇ ἐπιμονῇ τοῦ καλοῦ, ἔχουσαι μὲν ἐν προαιρέσει τὸ αὐτεξούσιον, οὐδέποτε δὲ ἐκ τῆς τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ προσεδρείας ἐκπίπτουσαι· ὡς ἐὰν ὑφέλῃς τῷ λόγῳ τὸ Πνεῦμα, λέλυνται μὲν ἀγγέλων χορεῖαι (12), ἀνῄρηνται δὲ ἀρχαγγέλων ἐπιστασίαι, συγκέχυται δὲ τὰ πάντα· ἀνομοθέτητος, ἄτακτος, ἀόριστος αὐτῶν ἡ ζωή. Πῶς μὲν γὰρ εἴπωσιν ἄγγελοι· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, μὴ δυναμωθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος; *Οὐδεὶς* γὰρ *δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν*· ὅπερ εἴποι ἂν (13) τὰ πονηρὰ καὶ ἀντικείμενα πνεύματα, ὧν ἡ ἀπόπτωσις συνίστησι τὸν λόγον, τοῦ αὐτεξουσίους εἶναι τὰς ἀοράτους δυνάμεις, ἰσορρόπως ἐχούσας πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ διὰ τοῦτο δεομένας τῆς τοῦ Πνεύματος βοηθείας. Ἐγὼ καὶ τὸν Γαβριὴλ προλέγειν τὰ μέλλοντα οὐδαμῶς ἄλλως φημὶ ἢ τῇ προγνώσει τοῦ Πνεύματος. Διότι ἐν τῶν (14) ἐκ τῆς διαιρέσεως τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων ἐστὶν ἡ προφητεία. Ὁ δὲ τὰ μυστήρια τῆς ὀπτασίας τῷ ἀνδρὶ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐπιταχθεὶς διαγγεῖλαι, πόθεν σοφισθεὶς εἶχε διδάσκειν τὰ κεκρυμμένα, εἰ μὴ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ; τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστηρίων ἰδίως τῷ Πνεύματι προσηκούσης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος*. Θρόνοι δὲ καὶ κυριότητες, καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, πῶς ἂν τὴν μακαρίαν (15) διεξῆγον ζωὴν, εἰ μὴ διὰ παντὸς ἔβλεπον τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς; Τὸ δὲ βλέπειν οὐκ ἄνευ τοῦ Πνεύματος. Ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ, ἐὰν ὑφέλῃς τὸ φῶς ἀπὸ τῆς οἰκίας, τυφλαὶ μὲν αἱ ὄψεις, ἀνενέργητοι δὲ καταλείπονται αἱ δυνάμεις, ἀνεπίγνωστοι δὲ αἱ ἀξίαι, καὶ χρυσοῦ καὶ σιδήρου ὁμοίως πατουμένων διὰ τὴν ἄγνοιαν· οὕτως ἐπὶ τῆς νοητῆς διαA ritu. Neque enim cœlorum virtutes suapte natura sanctæ sunt ; alioquin nihil differrent a Spiritu sancto ; sed juxta proportionem qua se invicem superant, a Spiritu habent sanctificationis mensuram. Quemadmodum enim cauterium non sine igne intelligitur, cum aliud sit subjecta materia, et aliud ignis : itidem et in cœlestibus virtutibus, substantia quidem earum, puta spiritus est aerius, aut ignis immaterialis, juxta id quod scriptum est, *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* [58] ; quapropter et in loco sunt, et fiunt visibiles, dum iis qui digni sunt, apparent in specie propriorum corporum. Sed sanctificatio, quæ est extra substantiam illorum, perfectionem illis affert per communionem SpiB ritus. Conservant autem dignitatem per perseverantiam in bono, habentes quidem in eligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab ejus qui vere bonus est consortio excidentes : ita ut si subduxeris ratione Spiritum, perierint angelorum choreæ, sublatæ sint quoque archangelorum præfecturæ, atque confusa fuerint omnia : vita ipsorum nulli legi, nulli ordini, nulli regulæ subjaceat. Quomodo enim dicent angeli : *Gloria in excelsis Deo* [59], nisi a Spiritu accepta potestate ? *Nemo* siquidem *potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, et nullus in Spiritu Dei loquens dixit Jesum anathema* [60] ; quod sane dixerint pravi et adversarii spiritus, quorum lapsus comprobat quod dicimus, virtutes invisiC biles esse sui arbitrii, æque ad virtutem atque ad vitium vertibiles, et ob id opus habentes auxilio Spiritus. Ego vero ipsum Gabrielem haud alio modo arbitror prædicere futura [61], quam præscientia Spiritus, eo quod unum ex divisione donorum Spiritus sit prophetia. Porro qui mysteria visionis viro desideriorum jussus erat annuntiare [62], unde nactus erat sapientiam, ut posset docere arcana, nisi per Spiritum sanctum? **33** cum patefactio mysteriorum peculiariter ad Spiritum sanctum pertineat, juxta id quod scriptum est : *Nobis reseravit Deus per Spiritum* [63]. Throni vero et dominationes, principatus et potestates, quomodo beatam traducerent vitam, nisi semper D viderent vultum Patris qui in cœlis est [64] ? At visio non est absque Spiritu. Quemadmodum enim si in nocte tollas lucernam e domo, cæci sunt oculi, facultates relinquuntur inertes, nec agnoscitur rerum dignitas, sed per ignorantiam aurum

[58] Psal. cm, 4. [59] Luc. II, 14. [60] I Cor. XII, 3. [61] Luc. I, 26. [62] Dan. X, 10. [63] I Cor. II, 10. [64] Matth. XVIII, 10.

(9) Ἢ οὕτω γ' ἄν. Editio Paris. ἢ οὕτω γάρ, contra codicum mss. et editionis Basileensis fidem. Paulo post Reg. secundus παρὰ τοῦ Πνεύματος ἔχουσι.

(10) Ἀέριον πνεῦμα. Male in editis additur τό.

(11) Πυρὸς φλόγα. Sic quinque codices : unus cum editis πῦρ φλέγον.

(12) Χορεῖαι. Hic nonnulla ope codicum mss. sustulimus. Habent enim editi : χορεῖαι καὶ ἁγιασμὸς... ἐπιστασίαι, καὶ ἁγιασμοὶ, καὶ προφητεῖαι... οὐκοῦν, ἀνομοθέτητος.

(13) Ὅπερ εἴποι ἄν. Sic mss. codices : editi ὅπερ ἂν εἴποιεν. Mox Reg. quartus τὰς οὐρανίους δυνάμεις.

(14) Ἐν τῶν. Editi ἔν τι τῶν, sed repugnant veteres libri.

(15) Μακαρίαν. Editi addunt ἐκείνην. Sed ea vox abest a quinque codicibus.

Digitized by Google

perinde ac ferrum conculcatur : sic in spirituali ordine, impossibile est piam illam ac sanctam vitam permanere citra Spiritum : nihilo profecto magis quam exercitus in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in consonantia, nisi chori præfectus temperet harmoniam. Qui possent dicere seraphim, *Sanctus, sanctus, sanctus*[65], nisi docti per Spiritum, quoties pium fuerit hujus glorificationis verba canere? Sive igitur laudant Deum omnes angeli ejus ac omnes virtutes ejus, fit Spiritus ope. Sive astant millies mille angeli, ac centies centum millia ministrantium, officium suum citra reprehensionem in virtute Spiritus perficiunt. Itaque tota illa supercœlestis et ineffabilis harmonia, tum in cultu Dei, tum in ultramundanarum virtutum inter ipsas consonantia nequaquam servari posset, nisi præesset Spiritus. Sic igitur in creatione iis, quæ non proficiendo perveniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt, adest Spiritus sanctus; in hoc, ut perficiatur compleaturque illorum substantia, gratiam suam conferens.

39. Cæterum dispensationes circa hominem quæ factæ sunt a magno Deo, et Servatore nostro Jesu Christo juxta bonitatem Dei, quis negabit per Spiritus gratiam esse adimpletas? Sive velis prisca spectare, patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datum, figuras, prophetias, fortiter in bellis gesta, miracula per sanctos edita : sive quæ circa Domini in carne adventum dispensata sunt : per Spiritum gesta sunt. Primo enim adfuit ipsi carni Domini, dum factus unctio, et inseparabiliter conjunctus, sicut scriptum est : *Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est Filius meus dilectus*[66]; et, *Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto*[67]. Deinceps omnis actio præsente Spiritu peragebatur. Hic præsens aderat cum et a diabolo tentaretur. *Deductus est* enim, inquit, *Jesus a Spiritu in desertum, ut tentaretur*[68]. Tum edenti miracula indivulse aderat. *Si enim ego*, inquit, *in Spiritu Dei ejicio dæmonia*[69]. Nec deseruit excitatum a mortuis. Dominus enim renovans **34** hominem, eique iterum reddens gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiserat, cum inspirasset in faciem discipulorum, quid ait? *Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur; et quorumcunque retinueritis, retenta sunt*[70]. Jam vero Ecclesiæ ordo et gubernatio nonne palam et citra

A κοσμήσεως, ἀμήχανον τὴν ἔνθεσμον ἐκείνην διαμεῖναι ζωὴν ἄνευ τοῦ Πνεύματος· οὐ μᾶλλόν γε ἢ στρατοπέδου τὴν εὐταξίαν, τοῦ ταξιάρχου μὴ παρόντος (16)· ἢ χοροῦ τὴν συμφωνίαν, τοῦ κορυφαίου μὴ συναρμόζοντος. Πῶς [ἂν] εἴπῃ τὰ σεραφὶμ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, μὴ διδαχθέντα παρὰ τοῦ Πνεύματος, ποσάκις ἐστὶν εὐσεβὲς τὴν δοξολογίαν ταύτην ἀναφωνεῖν; Εἴτε οὖν αἰνοῦσι τὸν Θεὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ αἰνοῦσιν αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος συνεργείας (17)· εἴτε παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων, καὶ μύριαι μυριάδες λειτουργούντων (18), ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀμώμως ἐπιτελοῦσι. Πᾶσαν οὖν τὴν ὑπερουράνιον ἐκείνην καὶ ἄῤῥητον ἁρμονίαν, ἔν τε τῇ λειτουργίᾳ Θεοῦ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλας τῶν ὑπερ- B κοσμίων δυνάμεων συμφωνίᾳ, ἀδύνατον φυλαχθῆναι [εἰ] μὴ τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ Πνεύματος. Οὕτω μὲν οὖν ἐν δημιουργίᾳ πάρεστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς οὐκ ἐκ προκοπῆς τελειουμένοις, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς κτίσεως εὐθὺς τελείοις, εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν καὶ συμπλήρωσιν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν συνεισφερόμενον.

39. Τὰς δὲ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας, τὰς ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ (19) γενομένας, τίς ἀντερεῖ μὴ οὐχὶ διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος πεπληροῦσθαι; Εἴτε βούλει τὰ παλαιὰ σκοπεῖν· τὰς τῶν πατριαρχῶν εὐλογίας, τὴν ἐκ τῆς νομοθεσίας δεδομένην βοήθειαν, τοὺς τύπους, τὰς προφητείας, τὰ ἐν πολέμοις ἀνδραγαθήματα, τὰ διὰ τῶν δικαίων C σημεῖα· εἴτε τὰ περὶ τὴν ἔνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν οἰκονομηθέντα· διὰ τοῦ Πνεύματος. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ σαρκὶ τοῦ Κυρίου συνῆν, χρίσμα γενόμενον, καὶ ἀχωρίστως παρὸν κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*· καὶ, *Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ.* Ἔπειτα πᾶσα ἐνέργεια συμπαρόντος τοῦ Πνεύματος ἐνηργεῖτο. Τοῦτο καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζομένῳ παρῆν. *Ἀνήχθη* γὰρ, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον τοῦ πειρασθῆναι.* Καὶ ἐνεργοῦντι τὰς δυνάμεις ἀχωρίστως συνῆν (20). *Εἰ* γὰρ ἐγὼ, φησὶν, *ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια*· καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος οὐκ ἀπελεί- D πετο. Ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ Κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδοὺς, ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν, τί φησι; *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τινων* (21) *ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίεν-*

[65] Isa. VI, 3. [66] Joan. I, 33. [67] Act. X, 38. [68] Matth. IV, 1. [69] Matth. XII, 28. [70] Joan. XX, 22, 23.

(16) *Μὴ παρόντος.* Duo Regii codices cum Colbert. μὴ παρέχοντος. Reg. quartus μὴ συμπαρόντος.

(17) *Συνεργείας.* Non male in editis ἐνεργείας. Sed sex codicum auctoritas præferenda.

(18) *Λειτουργούντων.* Editi ἀρχαγγέλων λειτουργοῦντες αὐτῷ. Codices ut in contextu, nisi quod unus habet ἀρχαγγέλων. Non multo post iisdem codicibus freti mutavimus quod erat in editis λειτουργίαις et δημιουργίαις.

(19) *Τοῦ Θεοῦ.* Addunt editi καὶ Πατρός, et οὖν ante βούλει, et paulo post iidem habent παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ. Codices mss. ut in contextu.

(20) *Συνῆν.* Sic mss. codices : editi συμπαρῆν.

(21) *Ἄν τινων.* Editi ἐάν τινων, idque statim repetunt, et paulo post habent αἱ διακοσμήσεις ἐνεργοῦνται. Secuti sumus in contextu mss. codices.

Digitized by Google

ται· καὶ ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Ἡ δὲ τῆς Ἐκκλησίας διακόσμησις οὐχὶ σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνεργεῖται; *Αὐτὸς γὰρ ἔδωκε, φησὶ, τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν.* Αὕτη γὰρ ἡ τάξις κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν ἐκ τοῦ Πνεύματος δωρεῶν διατέτακται.

A contradictionem per Spiritum sanctum peragitur? *Ipse enim*, inquit, *dedit Ecclesiæ primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores: ad hæc virtutes, præterea dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum*[71]. Hic enim ordo juxta distributionem donorum Spiritus digestus est

40. Εὕροι δὲ ἄν τις, ἀκριβῶς λογιζόμενος, καὶ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς προσδοκωμένης ἐπιφανείας τῆς ἐξ οὐρανῶν τοῦ Κυρίου μὴ ἀσυντελὲς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥς τινες οἴονται· ἀλλὰ συμπαρέσται (22) καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκαλύψεως αὐτοῦ, καθ' ἣν κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης. Τίς γὰρ οὕτως ἀνήκοος τῶν ἡτοιμασμένων παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις, ὡς ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ τῶν δικαίων ὁ στέφανος ἡ τοῦ Πνεύματός ἐστι χάρις, δαψιλεστέρα τότε καὶ τελειοτέρα παρεχομένη, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἀνδραγαθημάτων τῆς πνευματικῆς δόξης διανεμομένης ἑκάστῳ; Ἐν γὰρ ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων μοναὶ πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρί· τουτέστιν, ἀξιωμάτων διαφοραί. *Ὡς γὰρ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.* Οἱ τοίνυν σφραγισθέντες τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, καὶ ἣν ἔλαβον ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος (23) ἀκέραιον καὶ ἀμείωτον διασώσαντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσοντες· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω.* Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λυπήσαντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ πονηρίᾳ τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν, ἢ οἱ μὴ ἐπεργασάμενοι τῷ δοθέντι, ἀφαιρεθήσονται ὃ εἰλήφασιν, εἰς ἑτέρους μετατιθεμένης τῆς χάριτος· ἢ, κατά τινα τῶν εὐαγγελιστῶν, καὶ διχοτομηθήσονται παντελῶς· τῆς διχοτομίας νοουμένης κατὰ τὴν εἰς τὸ παντελὲς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἀλλοτρίωσιν. Οὔτε γὰρ σῶμα διαιρεῖται, ὡς τὸ μὲν παραδίδοσθαι τῇ κολάσει, τὸ δὲ ἀφίεσθαι· μυθικὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ οὐ κατὰ δίκαιον κριτὴν, ὅλου ἡμαρτηκότος, ἐξ ἡμισείας εἶναι τὴν κόλασιν· οὔτε ψυχὴ διχῇ τέμνεται (24), ὅλη δι' ὅλου τὸ ἁμαρτωλὸν φρόνημα κεκτημένη, καὶ συγκατεργαζομένη τῷ σώματι τὸ κακόν. Ἀλλὰ διχοτομία, ὥσπερ ἔφην, ἡ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς τὸ διηνεκὲς τῆς ψυχῆς ἀλλοτρίωσις. Νῦν μὲν γὰρ, εἰ καὶ μὴ ἀνακέκραται τοῖς ἀναξίοις, ἀλλ' οὖν παρεῖναι δοκεῖ πως τοῖς ἅπαξ ἐσφραγισμένοις, τὴν ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς σωτηρίαν αὐτῶν ἀναμένον (25)· τότε δὲ ἐξ ὅλου τῆς βεβηλωσάσης αὐτοῦ τὴν χάριν ψυχῆς

40. Quin, si quis accuratius perpendat, comperiet, ne in tempore quidem illo, quo exspectata Domini apparitio fiet de cœlo, otiosum fore Spiritum sanctum, ut quidam arbitrantur: sed simul aderit in illo etiam die revelationis illius, quo judicaturus est orbem terrarum in justitia ille beatus et solus potens. Quis enim adeo ignarus est bonorum, quæ Deus præparavit dignis, ut nesciat justorum coronam esse Spiritus gratiam, quæ largius tunc perfectiusque dabitur, spirituali gloria cuique pro recte gestis distributa: In splendoribus enim sanctorum mansiones multæ sunt apud Patrem[72], hoc est, dignitatis discrimina. *Sicut enim stella a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum*[73]. Itaque qui consignati sunt Spiritu sancto in diem redemptionis, quique Spiritus primitias, quas accepere, puras et integras servaverint, ii sunt qui audient: *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam*[74]. Similiter et qui contristaverint Spiritum sanctum pravitate studiorum suorum, aut qui non fecerint lucrum e sorte data, ab iis auferetur id quod acceperunt, beneficio in alios translato: aut, secundum aliquem ex evangelistis[75], etiam penitus discindentur: dissectio siquidem intelligenda est in hoc, quod prorsus a Spiritu sancto alienabuntur. Neque enim corpus dividitur, ut una pars tradatur supplicio, altera absolvatur. Nam id quidem fabulosum, neque justo dignum judice, cum totum peccaverit, dimidium addici pœnæ. Nec anima in duas partes secatur, cum tota per totum habuerit peccandi affectum, simulque cum corpore malum operetur. Sed dissectio, ut dixi, perpetua est animæ a Spiritu alienatio. Nunc enim, tametsi non admiscetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adesse semel baptizatis, exspectans ut saluten per conversionem consequantur; tum vero in totum ab anima, quæ gratiam ipsius profanaverit, resecabitur. Eoque non est in inferno qui confitea-

[71] I Cor. XII, 28. [72] Joan. XIV, 2. [73] I Cor. XV, 41, 42. [74] Matth. XXV, 21. [75] Matth. XXIV, 51.

Ibidem duo codices habent ἀφίενται αὐτοῖς. Deest καὶ in plerisque codicibus ante has voces ἂν τινων κρατῆτε.

(22) *Συμπαρέσται.* Ita sex codices mss. Editi συμπαρεστάναι.

(23) *Πνεύματος.* Hic ut sæpe alias editi addunt ἁγίου. Varia sequentium vocum scriptura in codicibus mss. Quidam habent ἀκεραίαν, Colbertinus ἀμίαντον pro ἀμείωτον, Regius secundus διασώζοντες.

(24) *Διχῇ τέμνεται.* Quidam codices δίχα.

(25) *Ἀναμένον.* Vitiose quidam codices cum editis ἀναμένων. Non absimilis sententia legitur in procœmio Commentarii *in Isaiam* prophetam. *Nam omnibus quidem*, ait auctor, *adest Spiritus sanctus: sed iis, qui puri sunt affectibus, peculiarem exhibet virtutem: at vero iis, quorum mens peccati maculis turbatur, minime.* Sæpe idem docet Origenes, inprimis Tractatu 30 et 31 *in Matth.*

Digitized by Google

tur, neque in morte qui memor sit Dei [76], cum jam non adsit sancti Spiritus adjutorium. Quomodo igitur intelligi potest absque Spiritu sancto fieri judicium, cum Scriptura **35** declaret ipsum esse et justorum præmium [77], quando pro arrhabone exhibebitur quod perfectum est; et primam peccatorum condemnationem, cum eo etiam quod habere videntur, spoliati fuerint? Porro maximum argumentum conjunctionis illius, quam Spiritus cum Patre et Filio habet, illud est, quod eodem modo dicitur habere se erga Deum, quo erga unumquemque nostrum se habet spiritus, qui est in nobis. *Quis enim*, inquit, *hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus qui est in ipso? Sic et quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus qui ex Deo est* [78]. Et hæc quidem hactenus.

CAPUT XVII.

Adversus eos qui dicunt non connumerari Patri ac Filio sanctum Spiritum, sed subnumerari: ubi et de pia connumeratione summarius fidei decursus.

41. Cæterum subnumerationem quid dicant, aut in cujus rei significationem vocem hanc usurpent, ne cogitare quidem facile est. Nam et hanc nobis e mundi sapientia fuisse invectam, notum est omnibus et perspectum. An vero aliquam habeat propriam rationem ad id quod nunc agitur, hoc consideremus. Aiunt igitur qui rerum inanium periti sunt, quædam nomina esse communia, quorum significatio multa complectitur: alia magis propria, et alia aliis vim habere magis peculiarem. Exempli causa, commune nomen est essentia, quod pariter de omnibus prædicatur, sive inanimis sive animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus quidem prædicatur quam illud prius, sed tamen ejus contemplatio magis extenditur, quam eorum quæ illi subjecta sunt. Nam in eo rationalium simul et irrationalium natura comprehenditur. Rursum magis speciale nomen est homo, quam animal: item vir specialius est nomen quam homo, et viro specialius est hic aut ille vir, puta Petrus, aut Paulus, aut Joannes. An igitur hoc subnumerationem esse sentiunt, rei communis in ea quæ subjecta sunt divisionem? At non crediderim illos ad tantum stuporem devenisse, ut dicant Deum universorum, velut communitatem quamdam, ratione sola intelligibilem, nulla autem in hypostasi subsistentem, in subjecta dividi: deinde hanc subdivisionem etiam subnumerationem dici. Istud sane ne insani quidem dixerint. Nam præter impietatem etiam sermonem instituunt, cum eo quod

[76] Psal. vi, 6. [77] I Petr. i, 12. [78] I Cor. ii, 11.

ἀποτμηθήσεται. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ᾅδῃ ὁ ἐξομολογούμενος, οὐδὲ ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων Θεοῦ, οὐκέτι τῆς βοηθείας τοῦ Πνεύματος συμπαρούσης. Πῶς οὖν δυνατὸν νοῆσαι χωρὶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιτελεῖσθαι τὴν κρίσιν, ὅπου γε ὁ λόγος δείκνυσιν, ὅτι αὐτό ἐστι καὶ τὸ τῶν δικαίων βραβεῖον, ὅταν ἀντὶ τοῦ ἀῤῥαβῶνος παρασχεθῇ τὸ τέλειον· καὶ ἡ πρώτη τῶν ἁμαρτωλῶν καταδίκη, ὅταν καὶ ὃ δοκοῦσιν ἔχειν ἀφαιρεθῶσι; Τὸ δὲ μέγιστον τεκμήριον τῆς πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τοῦ Πνεύματος συναφείας, ὅτι οὕτως ἔχειν λέγεται πρὸς Θεόν, ὡς πρὸς ἕκαστον ἔχει τὸ πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν. *Τίς γὰρ οἶδε*, φησὶν, *ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ συναριθμεῖσθαι Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' ὑπαριθμεῖσθαι· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς εὐσεβοῦς συναριθμήσεως (26) *κεφαλαιώδης ἐπιδρομὴ τῆς πίστεως.*

41. Τὴν δὲ ὑπαρίθμησιν ὅ τι καὶ λέγουσι, καὶ κατὰ τίνος σημαινομένου τὴν φωνὴν ταύτην ἄγουσιν, οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν τῆς τοῦ κόσμου σοφίας καὶ αὐτὴ ἡμῖν ἐπεισήχθη (27), παντὶ γνώριμον· εἰ δὲ ἔχει τινὰ οἰκεῖον λόγον πρὸς τὰ προκείμενα, τοῦτο ἐπισκεψώμεθα. Φασὶ τοίνυν οἱ δεινοὶ τὰ μάταια, τὰ μὲν κοινὰ εἶναι τῶν ὀνομάτων, καὶ ἐπὶ πολὺ διήκειν ταῖς σημασίαις· τὰ δὲ ἰδικώτερα· καὶ ἄλλα ἄλλων μερικωτέραν ἔχειν τὴν δύναμιν. Οἷον, κοινὸν μὲν ὄνομα ἡ οὐσία, πᾶσιν ἐπιλεγομένη, καὶ ἀψύχοις καὶ ἐμψύχοις ὁμοίως· ἰδικώτερον δὲ τὸ ζῶον· ἐπ' ἔλαττον μὲν τοῦ προτέρου λεγόμενον, ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸ θεωρούμενον. Καὶ γὰρ καὶ λογικῶν (28) αὐτῷ καὶ ἀλόγων φύσις ἐμπεριέχεται. Πάλιν ἰδικώτερόν ἐστι τοῦ ζώου ὁ ἄνθρωπος, καὶ τούτου ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῦ ἀνδρὸς ὁ καθ' ἕκαστον, Πέτρος ἢ Παῦλος ἢ Ἰωάννης. Ἆρα οὖν τοῦτο νοοῦσι τὴν ὑπαρίθμησιν, τὴν τοῦ κοινοῦ (29) εἰς τὰ ὑπεσταλμένα διαίρεσιν; Ἀλλ' οὐκ ἂν πιστεύσαιμι εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς παραπληξίας ἐλαύνειν, ὥστε φάναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, ὥσπερ κοινότητά τινα, λόγῳ μόνῳ θεωρητὴν, ἐν οὐδεμιᾷ δὲ ὑποστάσει τὸ εἶναι ἔχουσαν, εἰς τὰ ὑποκείμενα διαιρεῖσθαι· εἶτα τὴν ὑποδιαίρεσιν ταύτην καὶ ὑπαρίθμησιν λέγεσθαι. Ἢ τοῦτο μὲν οὐδ' ἂν μελαγχολῶντες εἴποιεν. Πρὸς γὰρ τῇ ἀσεβείᾳ καὶ τὸν ἐναντίον λόγον τῆς οἰκείας ἑαυτῶν προαιρέσεως κατασκευάζουσι. Τὰ γὰρ ὑποδιαιρούμενα τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐκείνοις (30) οὐσίας ἀφ' ὧν διῄρηνται. Ἀλλ' ἐοίκαμεν διὰ πολλὴν τῆς ἀτοπίας ἐνάργειαν ἀπορεῖν λόγων, καὶ οὐκ ἔχειν πῶς

(26) *Συναριθμήσεως.* Ita mss. tres, quos eo libentius sequimur, quod vulgata scriptura ὑπαριθμήσεως confutetur a Basilio, ejusque judicio impietatis notam effugere non possit.

(27) *Ἐπεισήχθη.* Regius tertius et Colb. ὑπεισῆχθη. Paulo post editi οἱ δεινοὶ περὶ τὰ μάταια, et deinde εἰδικώτερα. Sed hæc mutavimus auctoritate codicum mss.

(28) *Καὶ λογικῶν.* Conjunctionem addidimus ex tribus codicibus.

(29) *Τοῦ κοινοῦ.* Reg. tertius τοῦ ὁμοίου.

(30) *Ἐκείνοις.* Sic omnes codices: editi ἐκείνης. Mox ἐνέργειαν in editis et duobus antiquis codicibus; sed multo melius alii quatuor ut in contextu.

Digitized by Google

τῆς ἀλογίας αὐτῶν καθαψόμεθα· ὥστε δοκοῦσί μοι τι κερδαίνειν παρὰ τὴν ἄνοιαν. Ὡς γὰρ πρὸς τὰ μαλακὰ καὶ ὑπείκοντα τῶν σωμάτων (31), τῷ μὴ ἔχειν ἀντέρεισιν, οὐκ ἔστι γενναίαν τὴν πληγὴν ἐνεγκεῖν· οὕτως οὐδὲ τῶν προδήλων εἰς ἄνοιαν δυνατὸν ἐλέγχῳ νεανικῷ καθικέσθαι. Λείπεται οὖν σιωπῇ τὸ βδελυκτὸν αὐτῶν τῆς ἀσεβείας παραδραμεῖν. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὴν ἡσυχίαν τῶν ἀδελφῶν ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ βαρύτης τῶν ἐναντίων.

A proponunt pugnantem : siquidem quæ subdividuntur, ejusdem sunt essentiæ, cujus sunt illa a quibus dividuntur. Sed ob magnam absurditatis evidentiam videmur oratione destitui, nec habere quibus verbis illorum stultitiam reprehendamus ; adeo ut mihi videantur propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum enim in corpora mollia cedentiaque non possis egregiam **36** plagam impingere, eo quod obsistere contraque niti non queant : ita eos qui palam insaniunt non possis forti ac virili redargutione percellere. Superest igitur ut abominandam illorum impietatem silentio prætereamus. At non patitur silere me nec fratrum charitas, nec adversariorum improbitas.

42. Τί γὰρ λέγουσιν; Ὁρᾶτε αὐτῶν τῆς ἀλαζονείας τὰ ῥήματα. Ἡμεῖς τοῖς μὲν ὁμοτίμοις φαμὲν τὴν συναρίθμησιν πρέπειν· τοῖς δὲ πρὸς τὸ χεῖρον παρηλλαγμένοις τὴν ὑπαρίθμησιν. Καὶ τοῦτο τί ποτε λέγετε; Οὐ γὰρ συνίημι ὑμῶν τῆς ἀλλοκότου σοφίας. Πότερον ὅτι χρυσὸς μὲν χρυσῷ συναριθμεῖται, ὁ δὲ μόλυβδος οὐκέτι τῆς συναριθμήσεως ἄξιος, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς ὕλης εὔωνον ὑπαριθμηθήσεται τῷ χρυσῷ ; Καὶ τοσαύτην δύναμιν τῷ ἀριθμῷ μαρτυρεῖτε, ὡς ἢ τῶν εὐτελῶν τὴν ἀξίαν ὑπεραίρειν, ἢ τῶν πολυτιμήτων (32) τὸ σεμνὸν καταβάλλειν; Οὐκοῦν πάλιν καὶ τὸν χρυσὸν τοῖς βαρυτίμοις τῶν λίθων ὑπαριθμήσεις, κἀκείνων τοῖς εὐανθεστέροις καὶ μείζοσι τοὺς ἀλαμπεστέρους καὶ μικροτέρους. Ἀλλὰ τί οὐκ ἂν εἴποιεν οἱ εἰς μηδὲν ἄλλο εὐκαιροῦντες, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον; Ὀνομαζέσθωσαν λοιπὸν μετὰ Στωϊκῶν καὶ Ἐπικουρείων οἱ διαψηφισταὶ τῆς ἀσεβείας. Τίς γὰρ ἂν καὶ γένοιτο πρὸς τὰ πολύτιμα τῶν ἀτιμοτέρων ἡ ὑπαρίθμησις; Ὁ χαλκοῦς ὁβολὸς τῷ χρυσῷ στατῆρι πῶς ὑπαριθμηθήσεται; Ὅτι οὐ λέγομεν, φησί, δύο κεκτῆσθαι νομίσματα· ἀλλ' ἓν καὶ ἕν. Πότερον οὖν τούτων ποτέρῳ ὑπαριθμεῖται; Ἐκφωνεῖται μὲν γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον. Ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ (33) ἕκαστον ἀριθμήσῃς, ὁμοτιμίαν ποιεῖς ἐν τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῆς ἀριθμήσεως (34)· ἐὰν δὲ συνάψῃς αὐτὰ, πάλιν ἑνοῖς τὴν ἀξίαν, συναριθμῶν ἀλλήλοις ἀμφότερα. Εἰ δὲ ὅπερ ἂν δεύτερον ἀριθμηθῇ (35), τοῦτο ἕξει τὴν ὑπαρίθμησιν, ἐν τῷ ἀριθμοῦντί ἐστιν ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ νομίσματος τῆς ἀριθμήσεως ἄρξασθαι. Ἀλλὰ τῆς ἀμαθίας τὸν ἔλεγχον ὑπερθέμενοι, ἐπὶ τὰ συνέχοντα τὸν λόγον τρέψωμεν.

42. Quid igitur dicunt ? Videte quanta sit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis qui honore pares sunt convenire connumerationem ; iis vero qui inferioris sunt conditionis, subnumerationem. Et istud cur tandem dicitis ? Neque enim intelligo absurdam vestram sapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plumbum vero non item erit dignum quod connumeretur, sed ob materiæ vilitatem subnumerabitur auro ? Atque etiam vimne tantam tribuitis numero, ut is vel rerum vilium pretium attollere, vel pretiosarum rerum dignitatem dejicere valeat ? Ergo rursus aurum pretiosis lapidibus subnumerabis ; atque in his ipsis, elegantioribus ac majoribus subnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant, qui ad nihil aliud vacant, nisi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid novi ? Posthac cum Stoicis et Epicureis nominentur qui impietatem inita subductaque ratione docent. Quæ namque vel possit fieri rerum viliorum ad pretiosiores subnumeratio ? Æreus obolus aureo stateri quomodo subnumerabitur ? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo possideri numismata, sed unum et unum. Utrum igitur utri horum subnumeratur ? Nam utrumque similiter profertur. Itaque si quodque per se numeres, facis æqualitatem pretii eodem numerandi modo : sin autem ea conjunxeris, rursus unam et eamdem facis dignitatem, utrumque alteri connumerans. Quod si quidquid in numerando posteriore loco posueris, id habebit subnumerationem, numeranti in manu est ab æreo numismate numerationem incipere. Sed imperitiæ confutationem in aliud tempus rejicientes, ad ea quæ rem causamque continent, orationem vertamus.

43. Καὶ τὸν Υἱὸν ὑπαριθμεῖσθαι τῷ Πατρὶ λέγετε, καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ, ἢ τῷ Πνεύματι μόνῳ τὴν ὑπαρίθμησιν ἀφορίζετε ; Εἰ μὲν γὰρ καὶ τὸν Υἱὸν ὑπαριθμεῖτε, πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον τῆς ἀσεβείας ἀνακαινίζετε, τὸ ἀνόμοιον τῆς οὐσίας, τὴν τοῦ ἀξιώματος ταπεινότητα, τὴν ἐν ὑστέρῳ γένεσιν, καὶ ἁπαξαπλῶς πάσας ὁμοῦ τὰς εἰς τὸν Μονογενῆ βλασφημίας δι' ἑνὸς τούτου ῥήματος ἀνακυκλοῦντες ἐπιδειχθήσεσθε· οἷς ἀντιλέγειν μακρότερον ἢ κατὰ τὴν

43. Etiamne Filium dicitis subnumerari Patri, ac Spiritum Filio ; an soli Spiritui tribuitis subnumerationem ? Etenim si Filium quoque subnumeratis, rursus eamdem impietatis doctrinam instauratis, dissimilitudinem essentiæ, dignitatis dejectionem, nativitatem tempore posteriorem, et in summa, omnes simul blasphemias in Unigenitum unico isto verbo revolvere ostendemini : quibus contradicere prolixius est, quam pro præsenti instituto, præser-

(31) *Τῶν σωμάτων.* Desunt hæ voces in plerisque codicibus. Mox editi ἐπενεγκεῖν. Sex codices ut in contextu. Iisdem auctoribus paulo post delevimus conjunctionem ante λέγουσιν.

(32) *Πολυτιμήτων.* Regius quartus πολυτίμων.

(33) *Ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἑαυτό.* Sic tres Regii cum Colbert. Editi Ἀλλ' ἐὰν μὲν καθ' ἑαυτόν.

(34) *Ἀριθμήσεως.* Reg. secundus ὑπαριθμήσεως.

(35) *Ἀριθμηθῇ.* Unus ex Regiis ἀριθμηθείῃ, alius ἀριθμῇς. Mox Reg. quartus ἀπαριθμήσεως.

Digitized by Google

tim cum aliis in locis impietas a nobis pro viribus refutata sit. Quod si soli Spiritui putant convenire subnumerationem, discant Spiritum eodem modo pronuntiari cum Domino, quomodo et Filius pronuntiatur cum Patre. Nomen enim Patris et Filii et Spiritus sancti similiter editum est. Itaque quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium sese habet Spiritus, secundum traditum in baptismo verborum ordinem [79]. Quod si Spiritus Filio junctus est, **37** Filius autem Patri; liquet ipsum etiam Spiritum Patri adjungi. Quem igitur locum habet, ut dicant alterum connumerari, alterum subnumerari, cum in una eademque serie nomina sint ordinata? In summa porro, quæ res ex omni rerum genere unquam a sua ipsius natura excidit dum numeratur? Nonne potius quæ numerantur, talia perseverant qualia sunt ab initio; numerus autem adhibetur a nobis ceu signum, quo declaratur multitudo suppositorum? Nam ex corporibus alia numeramus, alia metimur, alia libramus; et quorum continua est natura, ea mensura comprehendimus; quorum discreta, numero subjicimus, exceptis iis quæ ob tenuitatem rursus fiunt etiam mensurabilia; quæ vero gravia sunt, libræ momento discernimus. Non itaque quoniam nobis ipsis signa ad quantitatis notitiam excogitavimus, protinus etiam naturam eorum quæ signata sunt, immutavimus. Quemadmodum igitur quæ libra expendimus, ea non sublibramus inter sese, etiamsi unum sit aurum, alterum stannum; neque submetimur quæ mensura dijudicantur: ita nec ea quæ numerantur, ullo modo subnumerabimus. Quod si in cæteris nihil est, quod subnumerationem recipiat, qua fronte dicunt Spiritui competere subnumerationem? At hi ethnico morbo laborantes, existimant quæ dignitatis gradu aut naturæ ac substantiæ submissione inferiora sunt, iis convenire subnumerationem.

παροῦσαν ὁρμὴν, ἄλλως τε καὶ ἐν ἄλλοις κατὰ δύναμιν ὑφ' ἡμῶν τῆς ἀσεβείας διελεγχθείσης· εἰ δὲ τῷ Πνεύματι πρέπειν οἴονται μόνῳ τὴν ὑπαρίθμησιν, μανθανέτωσαν, ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον συνεκφωνεῖται τῷ Κυρίῳ (36) τὸ Πνεῦμα, καθ' ὃν καὶ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί. Τὸ γὰρ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοίως ἐκδέδοται. Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ λόγου σύνταξιν. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ συντέταχται, ὁ δὲ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, δηλονότι (37) καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρί. Τίνα οὖν ἔχει χώραν τὸ μὲν συναριθμεῖσθαι, τὸ δὲ ὑπαριθμεῖσθαι λέγειν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ κατατεταγμένων τῶν ὀνομάτων; Ὅλως δὲ, τί τῶν πάντων ἐξέστη ποτὲ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἀριθμούμενον; Ἀλλ' οὐχὶ τὰ μὲν ἀριθμητὰ διαμένει οἷα πέφυκεν ἐξ ἀρχῆς, ὁ δὲ ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ πλήθους τῶν ὑποκειμένων παρ' ἡμῶν ἐφαρμόζεται; Τῶν γὰρ σωμάτων τὰ μὲν ἀριθμοῦμεν, τὰ δὲ μετροῦμεν, τὰ δὲ σταθμώμεθα· καὶ ὧν μὲν συνεχὴς ἡ φύσις, μέτρῳ καταλαμβάνομεν, ὧν δὲ διωρισμένη, τῷ ἀριθμῷ ὑποβάλλομεν, πλὴν ὅσα διὰ λεπτότητα καὶ αὐτὰ πάλιν μετρητὰ γίνεται· τὰ δὲ βάρη ταῖς ἐπὶ τοῦ ζυγοῦ ῥοπαῖς διακρίνομεν. Οὐ τοίνυν, ἐπειδὴ ἑαυτοῖς σημεῖα πρὸς τὴν τοῦ ποσοῦ γνῶσιν ἐπενοήσαμεν, ἤδη καὶ τὴν φύσιν τῶν σημειωθέντων ἠλλάξαμεν. Ὥσπερ οὖν οὐχ ὑποσταθμώμεθα ἀλλήλοις τὰ σταθμητὰ, κἂν τὸ μὲν χρυσὸς, τὸ δὲ κασσίτερος ᾖ, οὐδὲ ὑπομετροῦμεν τὰ μετρητά· οὕτως οὐδὲ τὰ ἀριθμητὰ πάντως ὑπαριθμήσομεν. Εἰ δὲ οὐδὲν τῶν ἄλλων τὴν ὑπαρίθμησιν δέχεται, πῶς τῷ Πνεύματί φασι προσήκειν ὑπαριθμεῖσθαι; Ἀλλὰ τὰ Ἑλληνικὰ νοσοῦντες οἴονται τὰ κατὰ βαθμὸν ἀξιωμάτων (38) ἢ κατὰ οὐσίας ὕφεσιν ὑποβαίνοντα, ταῦτα προσήκειν ὑπαριθμεῖσθαι.

CAPUT XVIII.

Quomodo in professione trium hypostaseon pium monarchiæ dogma servamus, ubi et eorum, qui dicunt Spiritum subnumerari, refutatio.

44. Cum Patrem et Filium et Spiritum sanctum traderet Dominus, non cum numero simul tradidit [80]. Non enim dixit, In primum et secundum et tertium, neque, In unum et duo et tria: sed per sancta nomina cognitionem fidei ad salutem perducentis largitus est. Quare quod nos salvos facit, fides est. Numerus vero, signum declarans quot sint supposita, excogitatus est. Sed qui undelibet sibi ipsis noxas contrahunt, etiam numerandi facultate adversus fidem abutuntur: qui quidem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'

Πῶς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῶν τριῶν ὑποστάσεων τὸ εὐσεβὲς τῆς μοναρχίας δόγμα διατηροῦμεν, ἐν ᾧ καὶ ὁ (39) κατὰ τῶν τὸ Πνεῦμα ὑπαριθμεῖσθαι φασκόντων ἔλεγχος.

44. Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα παραδιδοὺς ὁ Κύριος, οὐ μετὰ τοῦ ἀριθμοῦ συνεξέδωκεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Εἰς πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, οὐδὲ, Εἷς ἓν καὶ δύο καὶ τρία· ἀλλὰ δι' ὀνομάτων ἁγίων τὴν γνῶσιν τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀγούσης πίστεως ἐχαρίσατο. Ὥστε τὸ μὲν σῶζον ἡμᾶς ἡ πίστις ἐστίν· ὁ δὲ ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων ἐπινενόηται. Ἀλλ' οἱ πανταχόθεν ἑαυτοῖς τὰς βλάβας ἐπισυνάγοντες καὶ τῇ τοῦ ἀριθμεῖν δυνάμει κατὰ τῆς πίστεως κέχρηνται· οἵ γε, οὐδενὸς

[79] Matth. XXVIII, 19. [80] Ibid.

(36) *Τῷ Κυρίῳ.* Colbert. τῷ Υἱῷ, sed secunda manu.

(37) *Δηλονότι.* Legitur in editis δῆλον, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα. Maluimus sequi mss. codices.

(38) *Ἀλλὰ τὰ... ἀξιωμάτων.* Sic Regius primus: sic etiam quatuor alii, nisi quod non habent articulum ante has voces, κατὰ βαθμόν. Editi Ἀλλ' οὗτοι τὰ... ἀξιώματα.

(39) *Ἐν ᾧ καὶ ὁ*, etc. Hæc desunt in plerisque codicibus.

Digitized by Google

τῶν ἄλλων ἐκ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀλλοιουμένου, οὗτοι ἐπὶ τῆς θείας φύσεως εὐλαβοῦνται τὸν ἀριθμὸν, μὴ δι' αὐτοῦ (40) τῆς ὀφειλομένης τῷ Παρακλήτῳ τιμῆς ὑπερβῶσι τὸ μέτρον. Ἀλλ', ὦ σοφώτατοι, μάλιστα μὲν ὑπὲρ ἀριθμὸν ἔστω τὰ ἀνέφικτα· ὡς ἡ παλαιὰ τῶν Ἑβραίων εὐλάβεια ἰδίοις σημείοις τὸ ἀνεκφώνητον ὄνομα τοῦ Θεοῦ διεχάρασσε (41), καὶ ἐκ τούτου τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν περιστῶσα· εἰ δὲ ἄρα δεῖ καὶ ἀριθμεῖν, μήτοιγε καὶ ἐν τούτῳ κακουργεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ἢ γὰρ σιωπῇ τιμάσθω τὰ ἄῤῥητα, ἢ εὐσεβῶς ἀριθμείσθω τὰ ἅγια. Εἷς Θεὸς (42) καὶ Πατὴρ, καὶ εἷς μονογενὴς Υἱὸς, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Ἑκάστην τῶν ὑποστάσεων μοναχῶς ἐξαγγέλλομεν· ἐπειδὰν δὲ συναριθμῆσαι δέῃ, οὐχὶ ἀπαιδεύτῳ ἀριθμήσει πρὸς πολυθεΐας ἔννοιαν ἐκφερόμεθα.

A cum nulla alia res ob numeri accessionem immutetur, tamen in divina natura numerum metuunt, ne scilicet per eum honoris Paracleto debiti modum excedant. Sed, o sapientissimi, sint maxime supra numerum, quæ non possumus assequi; quemadmodum prisca Hebræorum pietas propriis ac peculiaribus notis ineffabile Dei nomen exarabat, inde etiam ejus supra omnia eminentiam declarans. Quod si et numerus adhibendus est, nequaquam et per eum depravanda veritas. Aut enim silentio honorentur ineffabilia, aut pie numerentur sancta. Unus **38** Deus et Pater, et unus unigenitus Filius, et unus Spiritus sanctus. Unamquamque hypostasim singulariter efferimus; cum autem connumerare opus fuerit, haudquaquam indocte

B numerando ad plurium deorum notionem efferimus.

45. Οὐ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἀριθμοῦμεν, ἀφ' ἑνὸς εἰς πλῆθος ποιούμενοι τὴν παραύξησιν. Ἓν καὶ δύο καὶ τρία λέγοντες, οὐδὲ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον. *Ἐγὼ γὰρ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα.* Δεύτερον δὲ Θεὸν οὐδέπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν· Θεὸν γὰρ ἐκ Θεοῦ προσκυνοῦντες, καὶ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων ὁμολογοῦμεν, καὶ μένομεν ἐπὶ τῆς μοναρχίας, εἰς πλῆθος ἀπεσχισμένον (43) τὴν θεολογίαν μὴ σκεδαννύντες, διὰ τὸ μίαν ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ μονογενεῖ τὴν οἱονεὶ μορφὴν θεωρεῖσθαι, τῷ ἀπαραλλάκτῳ τῆς θεότητος ἐνεικονιζομένην (44). Υἱὸς γὰρ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ· ἐπειδὴ καὶ οὗτος τοιοῦτος, οἷος ἐκεῖνος, κἀκεῖνος οἷόσπερ οὗτος· καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἕν. Ὥστε κατὰ μὲν τὴν ἰδιότητα τῶν προσώπων εἷς καὶ εἷς, κατὰ δὲ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἐν οἱ ἀμφότεροι. Πῶς οὖν, εἴπερ εἷς καὶ εἷς, οὐχὶ δύο Θεοί; Ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς. Οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα διαμερίζεται (45). Ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἡ ἐξουσία μία, οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, καὶ οὐ πολλαί· διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Ὃ οὖν ἐστιν ἐνταῦθα μιμητικῶς ἡ εἰκὼν, τοῦτο ἐκεῖ φυσικῶς ὁ Υἱός. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν τεχνικῶν (46) κατὰ τὴν μορφὴν ἡ ὁμοίωσις, οὕτως ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀσυνθέτου φύσεως ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς θεότητός ἐστιν ἡ ἕνωσις. Ἓν δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ αὐτὸ μοναδικῶς ἐξαγγελλόμενον,

45. Neque enim juxta compositionem numeramus, ab uno ad plura facientes incrementum, ut dicamus unum, duo, tria, neque primum, secundum ac tertium. *Ego enim Deus primus, et ego post hæc* [81]. Secundum autem Deum nunquam hactenus audivimus: quippe Deum ex Deo adorantes, etiam proprietatem profitemur hypostaseon, manemusque in uno principatu, non dissipantes theologiam in scissam multitudinem, eo quod unam in Deo Patre et Deo Unigenito formam, ut ita loquar, contemplamur, in una et omnino simili deitate expressam. Filius enim in Patre, et Pater in Filio: quandoquidem hic talis est, qualis ille, et ille qualis hic; atque in hoc unum sunt. Itaque

C juxta personarum proprietatem, unus sunt et unus; at juxta communem naturam, unum sunt. Quomodo igitur, si unus et unus sunt, non sunt duo Dii? Quoniam rex dicitur et regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur, neque gloria dividitur. Quemadmodum enim principatus ac potestas nobis dominans una est: sic et glorificatio quam illi deferimus una est, non multæ; nam imaginis honor ad exemplar transit. Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura Filius. Et quemadmodum in iis quæ arte fiunt, similitudo est secundum formam; ita in divina incompositaque natura, in communione deitatis est unio. Unus autem est et Spiritus san-

D *bili Deitati insidentem.*

[81] Isa. XLIV, 6.

(40) Δι' αὐτοῦ. Reg. quartus διὰ τούτου.

(41) Διεχάρασσε. Legendum putat Combefisius οὐ διεχάρασσε, *non exarabat*, quia videlicet Dei nomini propriæ motiones ascriptæ non erant. Sed repugnant omnes mss., nec necessaria conjectura. Perspicua est enim Basilii sententia, Dei nomen apud Hebræos, non ut alia nomina, sed singulari quadam ratione scribi solere.

(42) Εἷς Θεός. Hic incipit caput 18 in plerisque codicibus.

(43) Ἀπεσχισμένον. Sic libri veteres, non ut editi ὑπεσχισμένον.

(44) Ἐνεικονιζομένην. Sic quatuor codices. Editi, Reg. secundus et secunda manu Colbert. ἐνιζομένην, *unitam*. Cornarius et Scultetus videntur legisse ἐνιζανομένην· sic enim reddunt, *impermuta-*

(45) Διαμερίζεται. Tres codices μερίζεται. Sic etiam paulo post in tribus Regiis codicibus et edit. Basil. ἀναβαίνει pro διαβαίνει. Observat Ducæus codicem Anglicanum habere διαβαίνει, atque ita etiam legi in synodo septima, act. 3, et in Synodico Theodori patriarchæ Hierosolymorum, p. 454 edit. Romanæ, ubi hæc Basilii sententia laudatur. Confirmat eamdem scripturam vir doctissimus ex libro Adriani papæ *De imaginibus*, cap. 8, p. 164, ubi citatur illud Basilii, *quod imaginis honor in primam formam transit.*

(46) Τεχνικῶν. Hæc scriptura, etsi in uno tantum reperitur Reg. tertio, longe tamen præferenda vulgatæ τεχνιτῶν. Ibidem editi οὕτω καὶ ἐπί. Codices mss. ut in contextu.

Digitized by Google

ctus, atque ipse singulariter enuntiatur, per unum Filium uni Patri copulatus, ac per se complens glorificandam super omnia ac beatam Trinitatem : cujus cum Patre et Filio consortium satis illud declarat, quod in turba creaturarum positus non est, sed solitarie profertur. Neque enim unus est de multis ; sed unus est. Quemadmodum enim unus est Pater, et unus Filius : ita et unus est Spiritus sanctus. Et vero a creaturarum natura tantum semovetur, quantum par est id quod singulare est, a collectivis et multitudinem habentibus distare. Patri autem ac Filio in tantum unitus est, quantum consortii habet unitas cum unitate.

A δι' ἑνὸς Υἱοῦ τῷ ἑνὶ Πατρὶ συναπτόμενον, καὶ δι' ἑαυτοῦ συμπληροῦν τὴν πολυύμνητον καὶ μακαρίαν Τριάδα· οὗ τὴν πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν οἰκείωσιν ἱκανῶς ἐμφαίνει τὸ μὴ ἐν τῷ πλήθει τῆς κτίσεως τετάχθαι, ἀλλὰ μοναχῶς ἐκφωνεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἓν τῶν πολλῶν ἐστιν· ἀλλ' ἕν ἐστιν. Ὡς γὰρ εἷς Πατὴρ (47), καὶ εἷς Υἱὸς, οὕτω καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Τῆς μὲν οὖν κτιστῆς φύσεως τοσοῦτον ἀποχεχώρηκεν, ὅσον εἰκὸς τὸ μοναδικὸν τῶν συστηματικῶν καὶ πληθυσμὸν ἐχόντων· Πατρὶ δὲ καὶ Υἱῷ κατὰ τοσοῦτον ἥνωται, καθόσον ἔχει μονὰς πρὸς μονάδα τὴν οἰκειότητα.

46. Sed nec hinc solum probatur naturæ communio, verum illinc quoque, quod ex Deo esse dicitur ; non sicut ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens ; non per generationem, quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris ejus. Omnino autem nec os membrum est, nec Spiritus est flatus resolubilis ; sed et os, prout Deo convenit, dicitur, et Spiritus essentia vivens, sanctificationis domina, ita ut consortium quidem inde declaretur, modus autem exsistentiæ ineffabilis servetur. **39** Quin et Spiritus Christi dicitur, tanquam illi natura conjunctus. Eoque, *Si quis Christi Spiritum non habet, hic non est ejus* [81]. Unde solus Spiritus digne glorificat Dominum. *Ille enim*, inquit, *me glorificabit* [82], non ut creatura, sed tanquam Spiritus veritatis, dilucide in se ipso declarans veritatem ; et tanquam Spiritus sapientiæ, Christum qui est Dei virtus et Dei sapientia, in sua magnitudine revelans. Denique tanquam Consolator in seipso exprimit Consolatoris, a quo missus est, bonitatem : et in sua propria dignitate ejus a quo processit, majestatem exhibet. Est igitur gloria, alia quidem naturalis, veluti gloria solis est lumen ; alia externa, quæ ex libera voluntate cum judicio dignis defertur. At hæc rursum gemina est. *Filius enim*, inquit, *glorificat patrem, et servus dominum suum* [84]. Itaque ex his duabus, ea quæ servilis est, a creatura defertur ; altera vero quæ, ut ita loquar, contubernalis est, a Spiritu præstatur. Quemadmodum enim de seipso dixit : *Ego te glorificavi super terram, opus perfeci quod dedisti mihi ut perficerem* [85] ; sic et de Paracleto dictum est : *Ille me glorificabit, quoniam de meo accipiet, et annuntiabit vobis* [86]. Et quemadmodum Filius glorificatur a Patre, qui ait, *Et glorificavi,*

B Ὁ ἐφικτὴν εἶναι λέγων τῶν ὄντων τὴν εὕρεσιν ὁδῷ τινι πάντως καὶ ἀκολουθίᾳ διὰ τῆς τῶν ὄντων γνώσεως προέβαλεν (48) ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν· καὶ τοῖς εὐλήπτοις τε καὶ μικροτέροις ἐγγυμνασθεὶς διὰ τῆς (49) καταλήψεως, οὕτω καὶ εἰς τὴν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας προήγαγεν ἑαυτοῦ καταληπτικὴν φαντασίαν. Οὐκοῦν ὁ τὴν περὶ τῶν ὄντων εἴδησιν κατειληφέναι μεγαλαυχούμενος, τὸ σμικρότατον τῶν προφαινομένων, ὅπως ἔχει φύσεως, ἑρμηνευσάτω, καὶ τίς ἡ τοῦ μύρμηκος φύσις, εἰπάτω· εἰ πνεύματι καὶ ἄσθματι συνέχεται αὐτοῦ ἡ ζωή· εἰ ὀστέοις τὸ σῶμα (50) διείληπται· εἰ νεύροις καὶ συνδέσμοις τὰς ἁρμονίας τετόνωται· εἰ μυῶν περιβολῇ καὶ ἀδένων ἡ τῶν νεύρων περικρατεῖται θέσις (51)· εἰ τοῖς νωτιαίοις σπονδύλοις ἐκ τοῦ βρέγματος ἐπὶ τὸ οὐραῖον C ὁ μυελὸς συμπαρατείνεται· εἰ τῇ περιοχῇ (52) τοῦ νευρώδους ὑμένος, τοῖς κινουμένοις μέλεσι τὴν ὁρμητικὴν ἐνδίδωσι δύναμιν· εἰ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ ἧπαρ, καὶ τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον ἐπὶ τοῦ ἥπατος· νεφροί τε καὶ καρδία, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες, ὑμένες καὶ διαφράγματα· εἰ ψιλόν ἐστιν, ἢ τετρίχωται· εἰ μονώνυχόν (53) ἐστιν, ἢ πολυσχιδεῖς ἔχει τὰς βάσεις· πόσον δὲ βιοῖ τὸν χρόνον, καὶ τίς αὐτοῖς ὁ

* Alias CLXVIII. Scripta imperante Juliano

(44) *Προσφθέγγεσθαι.* Reg. secundus προσφθέγξασθαι.

(45) *Λαβεῖν δέ ποτε.* Hæc verba ad Basilium necessario referuntur, qui optabat ut cives rebus feliciter gestis redeuntes exciperet. Verum ista, ἡμέρως ἰδεῖν καὶ ἀποπέμψασθαι, *placide aspicere et dimittere*, ad Arcadium spectant, et cum totum hunc locum penitus deforment, nec possint, incolumi sententia, retineri; ea ex interpretatione, ut perperam in contextum injecta, eliminavi, non tamen ex ipso textu, quia non favent codices mss. Confirmatur hæc explicatio ex epist. 148, quam similiter concludit Basilius sibique ait in optatis esse, ut eum, quem Trajano commendabat, ipsius laudes videat prædicantem.

(46) *Καὶ αὐτούς.* Conjunctio addita ex Med. Coisl. utroque et Reg. secundo.

(47) *Πρὸς Εὐνόμιον τὸν αἱρετικόν.* Sic mss. sex, nisi quod in duobus τόν deest. Editi Εὐνομίῳ. Titulus quem exhibent mss. codices congruit mirifice ipsi epistolæ, quam perspicitur adversus Eunomium scriptam esse, vel ex aliqua Basilii adversus Eunomium elucubratione excerptam fuisse. Addunt Reg. secundus et Coisl. recentior : Ὅτι, μηδὲ τὴν τοῦ μύρμηκος φύσιν ἐπιστάμενος, τὴν D πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν δύναμιν φυσιολογεῖν ἐπεχείρησεν. *Quod, cum ne formicæ quidem naturam cognoscat, de potestatis omnem intellectum superantis natura disserere tentaverit.*

(48) *Προέβαλεν.* Ita Harl. et Med. Editi παρέβαλεν.

(49) *Διὰ τῆς.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi διὰ ταύτης

(50) *Τὸ σῶμα.* Tres codices vetustissimi τῷ σώματι.

(51) *Θέσις.* Sic mss. septem. Editi φυσις.

(52) *Τῇ περιοχῇ.* Sic mss. sex pro eo quod erat in editis ἡ περιοχή.

(53) *Εἰ μονώνυχον.* Conjunctio addita ex pluribus mss. Paulo post editi ἐπεὶ πόσον. Mss. ut in textu.

Digitized by Google

τρόπος τῆς ἐξ ἀλλήλων γεννήσεως · ἐπὶ πόσον δὲ κυΐσκεται τὸ τικτόμενον, καὶ πῶς οὔτε πεζοὶ πάντες οἱ μύρμηκες, οὔτε ὑπόπτεροι πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων εἰσὶν, οἱ δὲ διαέριοι φέρονται. Ὁ τοίνυν τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἐπικομπάζων τέως τὴν τοῦ μύρμηκος φύσιν εἰπάτω · εἶθ' οὕτω φυσιολογείτω τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν δύναμιν. Εἰ δὲ τοῦ βραχυτάτου μύρμηκος οὔπω περιέλαβες τῇ γνώσει τὴν φύσιν, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι ·. A quomodo aliæ alias gignant; quandiu gestetur fetus, et quomodo neque omnes formicæ pedestres sint, neque omnes alatæ, sed repentibus humi aliis, aliæ per aerem ferantur. Qui ergo de eorum quæ sunt cognitione gloriatur, interim formicæ nobis explicet naturam; atque ita demum ejus potestatis, quæ intellectum omnem superat, naturam scrutetur. Quod si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilem Dei naturam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΖ'.

EPISTOLA XVII*.

Laudat Basilius Origenis scripta et susceptam veritatis defensionem : persecutorum prædicit exitium : Origeni ejusque filiis prospera omnia precatur.

Ὠριγένει (54).

Καὶ ἀκουόμενος εὐφραίνεις, καὶ ἀναγινωσκόμενος δι' ὧν γράφεις ἐνεργεστέρας (55) ἡμῖν παρέχεις εὐφροσύνας. Καὶ χάρις πολλὴ τῷ ἀγαθῷ Θεῷ, τῷ μηδὲν ἐλαττωθῆναι ποιήσαντι τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ προδοσίᾳ τῶν δῆθεν ὑπερκρατούντων, ἀλλὰ δι' ὑμῶν (56) τὴν συνηγορίαν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἀναπληρώσαντι. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ὡς τὸ κώνειον, ἢ τὸ ἀκόνιτον, καὶ εἴ τις ἄλλη ἀνδροφόνος βοτάνη, πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. Ὑμῖν δὲ ἀνθηρὸν καὶ ἀεὶ νέον ὁ Κύριος τὸν μισθὸν τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ λαληθέντων παρέξει. Ἀνθ' ὧν καὶ παράσχοι ὑμῖν ὁ Κύριος πᾶσαν εὐθηνίαν οἴκου, καὶ εἰς παῖδας παίδων τὴν εὐλογίαν διαβιβάσαι. Τὰ δὲ εὐγενέστατα παιδία, τοὺς ἐναργεῖς τῆς σῆς χρηστότητος χαρακτῆρας, εἶδον ἡδέως καὶ περιεπτυξάμην, καὶ εὔχομαι αὐτοῖς ὅσα ἂν αὐτὸς ὁ πατὴρ εὔξῃ. B C

Origeni.

Et dum audiris, oblectas; et dum legeris, per scripta majori nos afficis lætitia. Ac Deo quidem optimo gratiæ multæ, qui fecit, ut nihil detrimenti acciperet veritas ex eorum proditione, qui summam videlicet potestatem habent : sed per vos defensionem doctrinæ veritatis **96** implevit. Illi quidem velut cicuta aut aconitum, et si qua est alia exitialis herba, brevi tempore cum floruerint, illico exarescent. Vobis vero Dominus mercedem efflorescentem ac semper novam ob ea, quæ pro ipsius nomine locuti estis, largietur. Propter quæ det vobis Dominus et prosperitatem omnem domesticam, et in filios filiorum benedictionem transmittat. Cæterum liberos tuos nobilissimos, expressam bonitatis tuæ effigiem, vidi libenter atque amplexus sum, precorque illis quidquid ipse pater precetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΗ'.

EPISTOLA XVIII**.

Hortatur Basilius Macarium et Joannem, ut spe regni cœlestis quæ sola non fallit, nec potentium minis, nec falsorum amicorum vituperiis a pietate deterreantur.

Μακαρίῳ (57) καὶ Ἰωάννῃ.

Οὔτε γεωργοὺς οἱ κατὰ γεωργίαν ξενίζουσι πόνοι, οὔτε ναύταις ὁ κατὰ θάλασσαν χειμὼν ἀπροσδόκητος, οὔτε τοῖς μισθαρνοῦσιν ὁ θερινὸς (58) ἱδρὼς παράδοξος, οὔτε μὴν τοῖς εὐσεβῶς ζῆν ἑλομένοις αἱ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα κόσμον θλίψεις ἀμελέτητοι (59). Ἀλλ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων οἰκεῖος καὶ γνώριμος τοῖς μετιοῦσι συνέζευκται πόνος · οὐ δι' ἑαυτὸν αἱρετὸς, ἀλλὰ δι' ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν προσδοκωμένων. Ἐλπίδες γὰρ, πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων συνέχουσαι καὶ συγκροτοῦσαι βίον, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τούτων παραμυθοῦνται δυσκολίαν. Τῶν μὲν οὖν ὑπὲρ γῆς καρπῶν (60), ἢ τῶν κατὰ γῆν πονούντων οἱ μὲν παντάπασιν ἐψεύ- D

(54) *Ὠριγένει.* Editi addunt πρόῤῥησις, quæ vox deest in sex mss. et corrupte in codice insignis Ecclesiæ Parisiensis sic legitur πρόσῤῥησις.

(55) *Ἐνεργεστέρας.* Sic uterque Coisl., Harl. et duo alii. Editi ἐναργεστέρας.

(56) *Δι' ὑμῶν.* Δι' ἡμῶν Harl. et Coisl. primus.

(57) *Μακαρίῳ.* Quinque codices, nempe Harl., Reg. secundus, Vat., Paris., Coisl. secundus Μακρίνῳ. Reg. primus Μαχρίνῳ. Sed tamen quia vulgata scriptura exstat in antiquissimis codicibus Coisliniano primo et Medicæo, nihil mutavimus.

(58) *Θερινός.* Hanc vocem addidimus ex codicibus Coisl. primo, Med. et Clarom., sicque legit Scultetus.

(59) *Αἱ... θλίψεις ἀμελέτητοι.* Harl. et tres codices recentiores ἡ... θλῖψις ἀμελέτητος. Sic etiam paulo post retinuimus has voces, τοῖς μετιοῦσι, quæ desiderantur quidem in codice Harl. et quatuor recentioribus; at in vetustissimis Coisl. et Med. non desunt.

(60) *Ὑπὲρ γῆς καρπῶν.* Displicet Combefisio postrema vox, ac legit καμνόντων, sed prorsus immerito.

* Alias CCCLXXXIV. Scripta imperante Juliano.

** Alias CCXI. Scripta videtur sub Juliano.

Digitized by Google

terrenis desudant, alios spes omnino frustratæ sunt, cum cogitatione tenus exspectatis potiti essent : quibus autem etiam ex sententia processit eventus, iis spe altera iterum opus fuit, præterlabente ac marcescente celeriter priore. Verum iis solis qui pro pietate laborant, nec mendacium abolevit exspectationem, nec finis labores labefactavit, stabili ac firmo excipiente cœlorum regno. Vos ergo non conturbet mendax calumnia, nec minæ terreant eorum, qui summam potestatem habent; non risus contristet aut contumelia familiarium, nec condemnatio ab hominibus curam et studium præ se ferentibus, a quibus fortissima ad decipiendum esca prætenditur, simulata adhortatio, quandiu veritatis doctrina nobis patrocinabitur. His autem omnibus obluctetur recta ratio, defensorem sibi advocans et adjutorem, magistrum pietatis Dominum nostrum Jesum Christum, pro quo et pati dulce est, et mori lucrum [1].

σθησαν τῶν ἐλπίδων, μέχρι μόνης φαντασίας τῶν προσδοκωμένων τὴν ἀπόλαυσιν ἔχοντες· οἷς δὲ καὶ κατὰ γνώμην ἐκβῆναι συνέβη τὸ τέλος, δευτέρας ἐδέησε πάλιν ἐλπίδος, παραδραμούσης καὶ μαρανθείσης ἐν τάχει τῆς προτέρας. Μόνοις δὲ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας καμοῦσιν οὐ ψεῦδος ἠφάνισε (61) τὰς ἐλπίδας, οὐ τέλος ἐλυμήνατο τοὺς ἄθλους (62), βεβαίας καὶ μονίμου διαδεχομένης τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Μὴ τοίνυν ὑμᾶς ταραττέτω διαβολὴ ψευδής, μηδὲ φοβείτω τῶν κρατούντων (63) ἀπειλή· μὴ γέλως λυπείτω καὶ ὕβρις τῶν γνωρίμων, μηδὲ κατάγνωσις παρὰ τῶν κήδεσθαι προσποιουμένων, ἰσχυρότατον πρὸς ἀπάτην δέλεαρ προβαλλομένων (64) παραινέσεως προσποίησιν, ἕως ἂν ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῖν συναγωνίζηται (65) λόγος. Ἀντιμαχέσθω δὲ τοῖς πᾶσι λογισμὸς ὀρθὸς, σύμμαχον παρακαλῶν γενέσθαι καὶ βοηθὸν αὐτῷ τὸν τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' ὃν καὶ τὸ κακοπαθεῖν ἡδὺ, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

EPISTOLA XIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΘ'

Per Petrum Basilius rescribit Gregorio, cujus Laconicas in epistolas jocatur.

97 *Gregorio sodali.*

Litteræ venerunt mihi non ita pridem a te, plane tuæ, non tam indiciis manus, quam propriis epistolæ notis. Pauca enim erant verba sententiam uberem exhibentia. Ad quas statim non respondimus, quod nos quidem peregre essemus; tabellarius vero, cum epistolam uni familiarium nostrorum dedisset, propere discesserit. Sed nunc per Petrum alloquimur te, simul et salutationis persolventes debitum, et occasionem alterius epistolæ præbentes. Omnino autem nullus labor epistolæ Laconicæ, quales sunt, quæ a te subinde ad nos perveniunt.

Γρηγορίῳ ἑταίρῳ.

Γράμμα ἦλθέ μοι πρώην παρὰ σοῦ, ἀκριβῶς σὸν, οὐ τοσοῦτον τῷ χαρακτῆρι τῆς χειρὸς, ὅσον τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἰδιώματι. Ὀλίγα γὰρ ἦν τὰ ῥήματα πολλὴν διάνοιαν παριστῶντα. Πρὸς ἃ εὐθὺς μὲν οὐκ ἀπεκρινάμεθα, διότι αὐτοὶ μὲν ἀπεδημοῦμεν· ὁ δὲ γραμματοφόρος (66), ἑνὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡμῖν ἐπιδοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀπιὼν ᾤχετο. Ἀλλὰ νῦν διὰ Πέτρου προσφθεγγόμεθά σε, ὁμοῦ μὲν ἀποτινύντες τῆς προσηγορίας τὸ χρέος, ὁμοῦ δὲ ἀφορμὴν δευτέρων γραμμάτων παρέχοντες. Πάντως δὲ οὐδεὶς πόνος Λακωνικῆς ἐπιστολῆς, ὁποῖαί εἰσιν αἱ παρὰ σοῦ ἑκάστοτε πρὸς ἡμᾶς ἀφικνούμεναι.

EPISTOLA XX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Κ'.

Amice objurgat Leontium Basilius, quod raro scribat; eumque probat inexcusabilem esse utpote nunquam carentem occasionibus scribendi, ac prælerea sophistam; sibi vero excusationem petit, tum ex crebris occupationibus, tum quia non jam eo utitur dicendi genere, quod placeat sophistis. Mittit sua adversus Eunomium opera.

Leontio sophistæ.

Raræ quidem tibi et a nobis litteræ; non tamen rariores quam tuæ; idque, cum multi continenter a vobis ad nos venerint; quibus singulis si ordine litteras commisisses, nihil impediret quominus videremur una tecum esse, teque perinde frui, ac

Λεοντίῳ σοφιστῇ.

Χρόνια μέν σοι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα· οὐ μὴν χρονιώτερα τῶν αὐτόθεν, καὶ ταῦτα πολλῶν καὶ συνεχῶν ἐπιδημησάντων ἡμῖν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας· οἷς εἰ πᾶσιν ἐφεξῆς γράμματα (67) ἐπετίθης, οὐδὲν ἦν τὸ κωλύον αὐτῷ σοι δοκεῖν συνεῖναι ἡμᾶς, καὶ οἱονεὶ

[1] Philipp. I, 21.

* Alias III. Scripta videtur Cæsareæ, cum esset presbyter.

** Alias LXXXIII. Scripta anno 364.

(61) *Ἠφάνισε.* Παρηφάνισε Coisl. primus et Med.

(62) *Τοὺς ἄθλους.* Sic Coisl. primus et Medicæus et Clarom. in margine; alii τοῖς ἄθλοις. Editi τοῖς ἄλλοις. Paulo post editi μηδὲ γέλως. Harl., Coisl. primus et Med. et alii nonnulli ut in textu.

(63) *Τῶν κρατούντων.* Sæpe alias Basilius hac voce imperatorem designat.

(64) *Προβαλλομένων.* Sic uterque Coisl., Harl., Paris. et unus ex Regiis. Editi προσβαλλομένων. Ibidem προσποιήσει in tribus mss.

(65) *Ἡμῖν συναγωνίζηται.* Editi ὑμῖν συναγωνίζεται. Secuti sumus antiquos codices, Coisl. et Med. et Harl. cum pluribus aliis. Statim legimus cum quinque mss., quorum in numero Harlæanus et prima manu Coislinianus antiquior, αὐτῷ τὸν τῆς, etc. Editi αὐτόν. Desunt in quatuor mss. hæ voces, καὶ βοηθόν.

(66) *Γραμματοφόρος.* Γραμματηφόρος quatuor mss.

(67) *Γράμματα.* Ita sex libri veteres. Editi γράμμα.

Digitized by Google

παρόντας καὶ συνόντας ἀπολαύειν· οὕτω συνεχὲς ἦν τὸ πλῆθος τῶν πρὸς ἡμᾶς ἀφικνουμένων. Ἀλλὰ τί οὐκ ἐπιστέλλεις; καίτοιγε οὐδὲν ἔργον σοφιστῇ (68), ἢ τὸ γράφειν· μᾶλλον δὲ εἰ καὶ τῆς χειρὸς ἔχεις ἀργῶς, οὐδὲ γράφειν δεήσει· ἄλλος γάρ σοι διακονήσει. Γλώττης δὲ χρεία μόνης· ἢ, κἂν ἡμῖν μὴ διαλέγηται, ἀλλ' ἑνί γε πάντως τῶν συνόντων λαλήσει· κἂν μηδεὶς παρῇ, ἐφ' ἑαυτῆς διαλέξεται· σιωπήσει δὲ οὐδαμῶς, σοφιστική τε οὖσα καὶ Ἀττική· οὐ μᾶλλόν γε ἢ αἱ ἀηδόνες, ὅταν τὸ ἔαρ αὐτὰς πρὸς ᾠδὴν ἀναστήσῃ. Ἡμῖν μὲν γὰρ τὸ πυκνὸν (69) τῆς ἀσχολίας τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἐσμεν, κἂν παραίτησιν ἐνέγκοι τυχὸν πρὸς τὴν ἔνδειαν τῶν πραγμάτων· καὶ τὸ οἱονεὶ ἐῤῥυπῶσθαι λοιπὸν τῇ κατακορεῖ συνηθείᾳ (70) πρὸς ἰδιωτισμὸν ὄκνον εἰκότως ἐμποιεῖ προσφθέγγεσθαι ὑμᾶς τοὺς σοφιστάς· οἳ, εἰ μή τι ἄξιον τῆς ὑμετέρας αὐτῶν σοφίας ἀκούσεσθε, δυσχερανεῖτε, καὶ οὐκ ἀνέξεσθε. Σὲ δέ που τὸ ἐναντίον εἰκὸς ἐπὶ πάσης προφάσεως δημοσιεύειν σαυτοῦ τὴν φωνήν, ἐπιτήδειον ὄντα εἰπεῖν, ὧν αὐτὸς οἶδα Ἑλλήνων· οἶδα γάρ, ὡς οἶμαι, τοὺς ὀνομαστοτάτους τῶν ἐν ὑμῖν· ὥστε οὐδεμία παραίτησις σιωπῶντι. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἀπέστειλα δὲ καὶ τὰ πρὸς Εὐνόμιον· ἃ εἴτε παιδιὰν χρὴ καλεῖν, εἴτε μικρῷ παιδιᾶς σπουδαιότερα, αὐτῷ σοι κρίνειν παρίημι· ὃς πρὸς μὲν (71) τὰ οἰκεῖα σαυτοῦ οὐκέτι, οἶμαι, χρῄζεις· πρὸς δὲ τῶν ἐνδιαστρόφων τοὺς ἐντυγχάνοντας οὐκ ἀγεννές σοι ὅπλον ἔσεσθαι προσδοκῶ· οὐ τῇ δυνάμει τοῦ συντάγματος καταπιστεύοντες τοσοῦτον, ἀλλ' ἀκριβῶς γνωρίζοντες ἀπὸ ὀλίγων ἀφορμῶν ἐπὶ πολλά σε ὄντα εὑρετικόν. Ἐὰν δέ τί σοι καὶ ἀσθενέστερον ἔχειν τῆς χρείας καταφανῇ, μὴ κατοκνήσῃς ἐλέγξαι. Τούτῳ γὰρ (72) μάλιστα φίλος κόλακος διενήνοχε, τῷ τὸν μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, τὸν δὲ μηδὲ τῶν λυπούντων ἀπέχεσθαι.

si adessemus, et tecum versaremur : adeo continua fuit multitudo ad nos venientium. At cur non scribis, cum quidem negotium nullum sit sophistæ scribere? Imo si manus pigra est, ne scribere quidem opus erit; alius enim tibi dabit operam. Lingua autem sola opus est, quæ etiamsi nos non alloquatur, at profecto unum ex iis qui tecum sunt, alloquetur. Quod si nemo adsit, secum ipsa loquetur; tacebit autem nequaquam, cum sit et sophistica et Attica : non magis, quam lusciniæ, quando eas vernum tempus ad canendum excitaverit. Nobis enim crebræ illæ occupationes, quibus nunc distinemur, excusationem fortasse afferant, si litteris desimus : et quædam veluti sordes ex continua vulgaris sermonis usu jam contractæ non immerito deterrent, quominus vos sophistas alloquamur; qui nisi sapientia vestra dignum aliquid audieritis, indignabimini, nec perferetis. Te vero contra æquum est tuam vocem ad omnem occasionem promulgare, cum sis maxime omnium quos novi Græcorum ad dicendum idoneus : novi enim, ut puto, qui inter vos sunt celeberrimi : quare nulla excusatio tacenti. Atque hæc quidem hactenus. Misi autem et scripta adversus Eunomium, quæ quidem utrum lusus dicenda sint, an lusu paulo graviora, tibi ipsi judicandum relinquo : qui quod attinet quidem ad tuam ipsius personam, his, opinor, **98** non amplius indiges : sed adversus perversos, in quos incideris, telum tibi non infirmum futurum spero; non quod ita multum scripti robore confidamus, sed quod probe sciamus idoneum te esse, qui ex paucis argumentis multa invenias. Quod si quid tibi infirmius, quam esse oportebat, videbitur, redarguere ne pigreris. Hoc enim potissimum amicus ab adulatore differt, quod hic quidem ad delectationem loquitur, ille vero ne molesta quidem rætermittit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑ'.

EPISTOLA XXI'.

Accusatus in superiore epistola Leontius, quod non scriberet, videtur in ipsum Basilium crimen convertisse, et Julianum accusasse quod litteras suas non reddidisset. Unde perurbane Basilius et se et Julianum defendit.

Λεοντίῳ σοφιστῇ.

Leontio sophistæ.

Ἔοικέ τι τῆς κοινῆς καταστάσεως καὶ εἰς τὰ ἑαυτοῦ πράγματα ὁ χρηστὸς Ἰουλιανὸς ἀπολαύειν. Ἀπαιτεῖται γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἐγκαλεῖται σφοδρῶς, ἐπειδὴ πάντα νῦν ἀπαιτουμένων καὶ ἐγκαλουμένων γέμει. Πλὴν ὅσον οὐχὶ εἰσφορῶν ἐλλείμματα, ἀλλ' ἐπιστολῶν. Καίτοι πόθεν (73) αὐτῷ ἐλλέλειπται, ἀγνοῶ· ἔδωκε γὰρ ἀεὶ ἐπιστολὴν, τὴν δὲ ἐκομίσατο· εἰ μή τί που καὶ παρὰ σοὶ ἡ πολυθρύλλητος αὐτὴ

Videtur aliquid ex communi rerum statu in propriis suis bonus Julianus percipere. Reposcitur enim et ipse, et accusatur vehementer, quando quidem nunc omnia iis, a quibus exigitur, quique accusantur, redundant. Non tamen tributorum debitiones sunt, sed epistolarum. Quanquam, quomodo debitor sit, ignoro. Semper enim epistolam dedit, atque hanc detulit. Nisi forte et apud te celebris illa scriptura, quam in contextum induximus.

(68) *Σοφιστῇ.* Ita septem mss. et editio Haganoensis. Aliæ editiones σοφιστοῦ. Cum autem in omnibus codicibus mss. et editis legatur ἢ τὸ γράφειν· *cum quidem negotium nullum sit sophistæ, nisi ut scribat;* nihil equidem in contextu mutavi. Sed tamen, quia pugnat hæc sententia cum his quæ sequuntur, vel delendum illud ἢ, vel scribendum ἤ.

(69) *Τὸ πυκνόν.* Quamvis non male in editis legatur τὸ πικρόν, *molestia occupationis*, præferenda tamen septem codicum mss. et editionis Haganoen-

(70) *Κατακορεῖ συνηθείᾳ.* Pro his vocibus legitur κατακορίᾳ in Coisl. utroque, Vat. et Regio primo.

(71) *Ὅς πρὸς μέν.* Coisl. primus ὅσον πρὸς μέν.

(72) *Τούτῳ γάρ.* Editio Parisiensis Ἐν τούτῳ γάρ. Sed præpositio deest in quinque mss. et vetustis editionibus.

(73) *Καίτοι πόθεν.* Sic mss. Editi καὶ τὸ πόθεν.

* Alias CCCLXXIII. Scripta anno 364.

Digitized by Google

berrimum illud quadruplum primas obtinet. Neque enim tanti æstimavere Tetractyn Pythagoræi, quanti nunc quadruplum qui pecunias publicas colligunt. Et forte contrarium fieri par erat, ut qui sophista es, ac tanta dicendi copia affluis, mihi ipse quadruplo solvendo obstrictus esses. Nec me existimes hæc succensentem scribere. Oblector enim tuis etiam reprehensionibus; siquidem a pulchris aiunt omnia cum pulchritudinis accessione fieri; adeo ut et dolere et irasci non eos dedeceat. Libentius sane viderit quis amicum irascentem, quam alium colentem. Nunquam igitur desinas talia incusare. Litteræ enim erunt ipsæ criminationes, quibus mihi nullus sermo carior, quique majorem ferat voluptatem.

A τετραπλῆ (74) προτετίμηται. Οὐδὲ γὰρ οἱ Πυθαγόριοι (75) τοσοῦτον προετίμησαν τὴν τετρακτὺν, ὅσον οἱ νῦν ἐκλέγοντες τὰ δημόσια τὴν τετραπλῆν. Καίτοιγε ἴσως τὸ ἐναντίον εἰκὸς ἦν, σοφιστὴν ὄντα, καὶ εὐποροῦντα λόγων τοσούτων, αὐτὸν ἡμῖν εἰς τὴν τῶν τετραπλασίων ἔκτισιν ὑποκεῖσθαι. Καὶ μὴ οἷου ταῦτα δυσχεραίνοντας ἡμᾶς γράφειν. Χαίρω γάρ σου καὶ ταῖς μέμψεσιν· ἐπειδὴ τοῖς καλοῖς φασι πάντα μετὰ τῆς τοῦ καλοῦ προσθήκης γίνεσθαι· ὥστε καὶ λύπας αὐτοῖς καὶ ὀργὰς ἐπιπρέπειν (76). Ἥδιον γοῦν ἄν τις ἴδοι ὀργιζόμενον τὸν ἀγαπώμενον ἢ θεραπεύοντα ἕτερον. Μήποτε οὖν ἀνῇς ἐγκαλῶν τὰ τοιαῦτα. Γράμματα γάρ που ἔσται αὐτὰ τὰ ἐγκλήματα, ὧν ἐμοὶ οὐδὲν ἄκουσμα τιμιώτερον, οὐδὲ πλείονα φέρον τὴν ἡδονήν.

EPISTOLA XXII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΒ'.

Monasticæ vitæ officia breviter exponit Basilius non appositis Scripturæ testimoniis, sed hac pertractandi ratione in aliud tempus dilata.

De perfectione vitæ monasticæ.

Περὶ τελειότητος (77) βίου μοναχῶν.

B

1. Multa cum sint, quæ divinitus inspirata Scriptura iis, qui Deo student placere, observanda declarat; de his solis interim, de quibus nunc apud vos commota quæstio est, ut didici ex ipsa sacra Scriptura, brevem admonitionem 99 subjicere necessarium esse duxi; ita ut de quaque re testimonium, haud sane ad percipiendum difficile, agnoscendum iis relinquam, qui in legendo exercentur et alios submonere poterunt. Oportet Christianum ea quæ vocatione cœlesti digna sunt, sentire, ac dignam Evangelio Christi vitam degere. Non oportet Christianum animo evagari, neque ulla re a recordatione Dei, ejusque placitorum et judiciorum abduci. Oportet Christianum, justificationes legis in omnibus transcendentem, neque jurare, neque mentiri. C Non oportet blasphemare, non contumelia afficere: non pugnare, non semetipsum ulcisci, non malum pro malo reddere, non irasci. Oportet quacunque læsum injuria patientem esse, atque tempestive eum qui læsit redarguere, non propriæ vindictæ studio, sed correctionis fraternæ secundum manda-

1. Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς δηλουμένων (78), τῶν κατορθοῦσθαι ὀφειλόντων τοῖς ἐσπουδακόσιν εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, περὶ μόνων τέως τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος κινηθέντων παρ' ὑμῖν, ὡς ἔμαθον ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐν συντόμῳ ὑπομνῆσει εἰπεῖν ἀναγκαίως προεθυμήθην, τὴν περὶ ἑκάστου μαρτυρίαν εὔληπτον οὖσαν καταλείψας ἐπιγινώσκειν τοῖς περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἀπασχολουμένοις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους ὑπομιμνήσκειν. Ὅτι δεῖ τὸν Χριστιανὸν ἄξια τῆς ἐπουρανίου κλήσεως φρονεῖν, καὶ ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστιανὸν μετεωρίζεσθαι, οὐδὲ ἀφέλκεσθαι ὑπό τινος ἀπὸ τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ θελημάτων καὶ κριμάτων. Ὅτι δεῖ τὸν Χριστιανὸν, κρείττονα τῶν κατὰ τὸν νόμον δικαιωμάτων γενόμενον ἐν πᾶσι, μήτε ὀμνύειν, μήτε ψεύδεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ βλασφημεῖν· ὅτι οὐ δεῖ ὑβρίζειν, ὅτι οὐ δεῖ μάχεσθαι· ὅτι οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἐκδικεῖν· ὅτι οὐ δεῖ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι· ὅτι οὐ δεῖ ὀργίζεσθαι. Ὅτι δεῖ μακροθυμεῖν, πᾶν (79) ὑτιοῦν πάσχοντα, καὶ ἐλέγχειν εὐ-

* Alias CCCCXI. Scripta videtur anno 364.

(74) *Τετραπλῆ.* Suspicatur Gothofredus tetraplam sive quadruplum, de quo Basilius in hac epistola, esse pensionem quadrimenstruam, vel *quadrupli pœnam ob non soluta tributa, vel potius ob superexactionem.* Sed liquet hic litteras non redditas cum tributis non solutis comparari; sicque Basilium cum Leontio jocari, quasi is quadruplum litterarum reposceret, ut quadruplum debitorum tunc passim reposcebatur. Lucem affert Ammianus Marcellinus, quo teste, Petronius socer Valentis: *Ad nudandos sine discretione cunctos immaniter flagrans, nocentes pariter et insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus vinciebat, debita jam inde a temporibus principis Aureliani perscrutans et impendio mœrens, si quemquam absolvisset indemnem;* lib. xxvi, cap. 6. Est ergo quadruplum hoc loco non quadrimenstrua pensio, non superexactio, sed debitorum, quæ soluta non fuerant, crudelis inquisitio, et quadrupli pœna his, qui non solverant, imposita.

(75) *Πυθαγόριοι.* Ita Harl., Coisl. primus et alii nonnulli cum Clemente Alex., *Strom.* I, p. 303 et 304. Coisl. secundus Πυθαγόρεοι, quod positum errore librarii pro Πυθαγόραιοι. Editi Πυθαγόρειοι.

(76) *Ἐπιπρέπειν.* Multo aptior hæc scriptura codicis Regii primi et Bigot. quam vulgata ἐπιτρέπειν.

(77) *Περὶ τελειότητος.* Exstat hic titulus in uno ex Regiis codicibus et in Coisl. primo, nisi quod in Coisl. legitur μοναδικοῦ. Aliter in Coisliniano secundo et tribus a Combefisio citatis: ἀνεπίγραφος. Κανὼν ἀκριβὴς τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἀσκητικῆς πολιτείας, *Sine inscriptione. Accurata regula ascetici secundum Christi Evangelium instituti.*

(78) *Δηλουμένων.* Post hanc vocem delevi καὶ auctoritate cod. Reg. et Bigot. Paulo post in Coisl. secundo et uno ex Regiis ἐν συντόμῳ ὑπομνῆσαι προεθυμήθην. In primo Coisl. deest εἰπεῖν, unde conjici posset hanc vocem additam fuisse, postquam librarii posuerant ὑπομνῆσαι pro ὑπομνῆσαι.

(79) *Πᾶν.* Duo mss. πάντοτε. Paulo post ἑαυτοῦ in duobus Regiis. Editi αὐτοῦ.

Digitized by Google

καίρους τὸν ἀδικοῦντα, οὐ μὴν ἐν πάθει τῆς ἑαυτοῦ ἐκδικήσεως, ἀλλ' ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ διορθώσεως, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου. Ὅτι οὐ δεῖ κατὰ ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ καταλαλιά, κἂν ἀληθῆ ᾖ τὰ λεγόμενα. Ὅτι δεῖ τὸν καταλαλοῦντα ἀδελφοῦ ἀποστρέφεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ εὐτράπελα φθέγγεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ γελᾶν, οὐδὲ γελοιαστῶν ἀνέχεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀργολογεῖν, λαλοῦντά τι, ὃ μήτε πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων ἐστὶ, μήτε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν καὶ συγκεχωρημένην ἡμῖν ὑπὸ (80) τοῦ Θεοῦ χρείαν· ὥστε καὶ τοὺς ἐργαζομένους σπουδάζειν, καθ' ὅσον δυνατὸν, μετὰ ἡσυχίας ἐργάζεσθαι· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς λόγους πρὸς ἐκείνους κινεῖν, τοὺς πεπιστευμένους μετὰ δοκιμασίας οἰκονομεῖν τὸν λόγον πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ἵνα μὴ λυπῆται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Ὅτι οὐ δεῖ τῶν ἐπεισερχομένων τινὰ ἐπ' ἐξουσίας ἐγγίζειν (81) ἢ λαλεῖν τινι τῶν ἀδελφῶν, πρὶν ἂν οἱ ἐπιτεταγμένοι τὴν φροντίδα τῆς ἐν πᾶσιν εὐταξίας δοκιμάσωσι πῶς ἀρέσκει Θεῷ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον. Ὅτι οὐ δεῖ οἴνῳ δεδουλῶσθαι· οὔτε περὶ κρέα ἐμπαθῶς ἔχειν· καθόλου περὶ οὐδὲν βρῶμα ἢ πόμα φιλήδονον εἶναι· ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Ὅτι τῶν διδομένων ἑκάστῳ εἰς χρῆσιν οὐδὲν ὡς ἴδιον ἔχειν δεῖ, ἢ ταμιεύεσθαι· ἐν μέντοι τῇ φροντίδι πᾶσιν ὡς δεσποτικοῖς προσέχοντα, μηδὲν τῶν παραῤῥιπτομένων ἢ ἀμελουμένων, ἂν οὕτω τύχῃ, παροράν. Ὅτι οὐ δεῖ, οὔτε αὐτὸν ἑαυτοῦ κύριον εἶναί τινα, ἀλλ' ὡς ὑπὸ Θεοῦ παραδεδομένον εἰς δουλείαν τοῖς ὁμοψύχοις ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ φρονεῖν πάντα καὶ ποιεῖν, ἕκαστον δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι.

2. Ὅτι οὐ δεῖ γογγύζειν, οὔτε ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῶν πρὸς τὴν χρείαν, οὔτε ἐν τῷ καμάτῳ τῶν ἔργων, ἐχόντων τὸ κρῖμα περὶ ἑκάστου τῶν ἐπιτεταγμένων (82) τὴν τούτων ἐξουσίαν. Ὅτι οὐ δεῖ κραυγὴν γίνεσθαι, οὔτε ἄλλο τι σχῆμα, ἢ κίνημα, ἐν ᾧ χαρακτηρίζεται θυμὸς, ἢ μετεωρισμὸς ἀπὸ τῆς πληροφορίας τοῦ παρεῖναι τὸν Θεόν. Ὅτι δεῖ τῇ χρείᾳ συμμετρεῖν τὴν φωνήν. Ὅτι οὐ δεῖ θρασέως ἢ καταφρονητικῶς τινι ἀποκρίνεσθαι, ἢ ποιεῖν τι, ἀλλ' ἐν πᾶσι τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ τιμητικὸν πρὸς πάντας δεικνύειν. Ὅτι οὐ δεῖ ἐννεύειν ὀφθαλμῷ μετὰ δόλου, ἢ ἄλλῳ τινὶ σχήματι ἢ κινήματι μέλους κεχρῆσθαι, ὃ λυπεῖ τὸν ἀδελφὸν, ἢ καταφρόνησιν ἐμφαίνει. Ὅτι οὐ δεῖ καλλωπίζεσθαι ἐν ἱματίοις ἢ ὑποδήμασιν, ὅπερ ἐστὶ περπερεία. Ὅτι δεῖ εὐτελέσι κεχρῆσθαι τοῖς πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος. Ὅτι οὐ δεῖ ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ πρὸς δαψίλειαν ἀναλίσκειν οὐδὲν, ὅπερ ἐστὶ παράχρησις. Ὅτι οὐ δεῖ τιμὴν ἐπιζητεῖν, ἢ πρωτείων ἀντιποιεῖσθαι. Ὅτι δεῖ ἕκαστον προτιμᾷν ἑαυτοῦ πάντας. Ὅτι οὐ δεῖ ἀνυπότακτον εἶναι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀργὸν ἐσθίειν τὸν ἐργάζεσθαι δυνάμενον,

A tum Domini. Non oportet in absentem fratrem quidquam dicere, illius traducendi consilio, quod quidem obtrectatio est, etiamsi vera sint quæ dicuntur. Aversari de fratre detrahentem oportet. Scurrilia non proferenda. Non ridendum, nec perferendi dicaces. Non loquendum otiose, aliquid proferendo, quod nec ad utilitatem audientium pertineat, nec ad necessarium et concessum nobis a Deo usum: adeo ut et laborantes studeant, quantum fieri potest, silentio laborare; bonos autem ipsos sermones iis proponant, quibus commissum est prudenter dispensare sermonem ad ædificationem fidei; ne sanctus Dei Spiritus afficiatur tristitia. Non oportet ut quisquam ex supervenientibus libere accedat ad fratrum aliquem aut colloquatur, antequam ii quibus cura disciplinæ in omnibus servandæ commissa B est, expenderint an ita placeat Deo, ut aliis prodesse possit. Non oportet vino inservire, neque carnis teneri desiderio, nec ullo prorsus in cibo aut potu voluptatem quærere; nam qui certat, servat temperantiam in omnibus. Nihil eorum quæ utenda unicuique traduntur, oportet habere ut proprium, aut reservare; sed tamen quod spectat ad curam et sollicitudinem, omnibus, ut ad Dominum pertinentibus, attendentem, nihil eorum quæ projecta aut neglecta sunt, si ita acciderit, præterire. Non oportet quemquam vel suiipsius dominum esse, sed velut a Deo traditum in servitutem fratribus unanimis, ita et sentire omnia et facere; unumquemque tamen in suo ordine. C

2. Non oportet murmurare, nec in rerum necessariarum angustiis, nec in operum labore, quandoquidem unumquodque judicii est eorum, quibus commissa rerum illarum potestas. Nec clamor fieri debet, nec quævis alia species, aut motus ex quo significetur iracundia, aut animi aberratio ab hac persuasione, Deum esse præsentem. Oportet vocem usu metiri. Non oportet petulanter aut contemptim cuiquam respondere, aut quidquam facere, sed in omnibus modestiam atque reverentiam erga omnes ostendere. Non oculis innuendum est cum dolo; nec alia quælibet species **100** adhibenda, aut membri motus qui fratri afferat tristitiam aut con- D temptum indicet. Ornatus in vestibus aut calceis quæri non debet; quod quidem vana ostentatio est. Viliora quæque adhibenda ad usum corporis. Nihil ultra id quod necessarium est, aut ad magnificentiam insumendum; quod quidem abusus est. Honor exquirendus non est, aut ambiendus primatus. Debet unusquisque cæteros sibi anteferre. Non oportet inobsequentem esse. Non oportet otiosum

(80) Ἡμῖν ὑπό. Hæ duæ voces additæ ex Coisl. secundo et uno ex Regiis. Duo Combef. habent ἡμῖν παρά.

(81) Ἐγγίζειν. Additur ἔχειν in duobus Combef. et Coisl. secundo et uno ex Regiis. Sed ea vox non legitur in antiquissimis codicibus, nec necessaria est.

(82) Τῶν ἐπιτεταγμένων. Cod. Vat. ἐπισταμένων. Forte addendum εἰς, ut paulo infra additur: sed tamen supra legitur οἱ ἐπιτεταγμένοι τὴν φροντίδα.

Digitized by Google

comedere eum, qui laborare potest: sed et qui occupatur in eorum aliquo, quæ ad Christi gloriam præclare fiunt, vim sibiipsi facere debet ad studium operis pro viribus conficiendi. Oportet unumquemque, præpositis approbantibus, cum ratione et animi persuasione ita omnia facere, usque ad ipsum etiam esum et potum, ut ad Dei gloriam referenda. Non oportet ab uno ad alium laborem transire, citra approbationem eorum qui sunt rebus ejusmodi moderandis præpositi; nisi quempiam ineluctabilis necessitas ad auxilium debilioris subito vocaverit: debet unusquisque manere in eo quod ipsi præscriptum est; nec propriam mensuram transgrediens, aggredi non præscripta; nisi ii, quibus hæc commissa sunt, aliquem auxilio indigere judicaverint. Non oportet reperiri quempiam ab alia officina in aliam abeuntem. Nihil ex contentionis studio aut ex simultate cum aliquo suscepta faciendum.

3. Invidendum non est alterius laudi, neque cujusquam vitiis lætandum. Oportet in charitate Christi dolere et afflictari de fratris vitiis, gaudere vero ob illius recte facta. Non oportet indifferentem esse erga peccantes, aut silentio eos tolerare. Oportet ut qui redarguit, cum omni commiseratione redarguat ex Dei timore, et eo consilio ut convertat peccantem. Oportet ut qui redarguitur aut increpatur, libenter id accipiat, suam ipsius in increpatione utilitatem agnoscens. Non oportet ut, cum aliquis accusatur, alius coram illo aut coram aliis nonnullis contradicat accusanti. Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, privatim coarguentem interrogare debet, atque aut persuadere, aut persuaderi. Oportet unumquemque quantum in se est, ei qui adversum se aliquid habuerit, mederi. Non succensendum ei quem peccasse pœnitet, sed ex corde condonandum. Oportet cum qui peccati pœnitere se dicit, non compungi solum ob peccatum admissum, sed fructus etiam pœnitentiæ dignos facere. Qui pro prioribus peccatis correptus est, ac veniam consecutus, is si rursus peccaverit, deterius priore comparat sibimetipsi judicium iræ. Qui post primam et alteram admonitionem permanet in delicto, suo indicandus præposito, si forte eum a pluribus correptum pudeat. Quod si ne sic quidem emendatus fuerit, deinceps exscindendus est, ut scandalum, atque habendus pro ethnico ac publicano ad securitatem eorum qui obedientiam sibi studio habent, secundum id quod dictum est: Impiis cadentibus, justi timore corripiuntur. Sed et deflendus est, ut membrum a corpore **101** abscissum. Non oportet in iracundia fratris solem occidere, ne nox utrumque separet, ac in die judicii crimen ineluctabile re-

A ἀλλὰ καὶ τὸν ἀσχολούμενον περί τι τῶν κατορθουμένων εἰς δόξαν Χριστοῦ, ἐκβιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν σπουδὴν τοῦ κατὰ δύναμιν ἔργου. Ὅτι δεῖ ἕκαστον δοκιμασίᾳ τῶν προεστώτων (83) μετὰ λόγου καὶ πληροφορίας οὕτω ποιεῖν πάντα, ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ὡς εἰς δόξαν Θεοῦ γινόμενα. Ὅτι οὐ δεῖ ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἔργον μεταβαίνειν ἄνευ τῆς δοκιμασίας τῶν εἰς τὸ διατυποῦν τὰ τοιαῦτα ἐπιτεταγμένων (84)· ἐκτὸς εἰ μή πού τινα ἀπαραίτητος ἀνάγκη εἰς βοήθειαν τοῦ ἀδυνατήσαντος καλοίη αἰφνίδιον. Ὅτι δεῖ ἕκαστον μένειν ἐν ᾧ ἐτάχθη, καὶ μὴ, ὑπερβαίνοντα τὸ ἴδιον μέτρον, ἐπιβαίνειν τοῖς μὴ ἐπιτεταγμένοις, εἰ μή τι ἂν οἱ ταῦτα πεπιστευμένοι δοκιμάσωσί τινα χρῄζοντα βοηθείας. Ὅτι οὐ δεῖ ἀφ' ἑτέρου ἐργαστηρίου εἰς ἕτερον εὑρίσκεσθαί τινα. Ὅτι οὐ δεῖ κατὰ φιλονεικίαν ἢ ἔριν

B τὴν πρός τινα ποιεῖν τι.

3. Ὅτι οὐ δεῖ φθονεῖν τῇ ἑτέρου εὐδοκιμήσει, οὔτε ἐπιχαίρειν ἐλαττώμασί τινος. Ὅτι δεῖ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ λυπεῖσθαι μὲν καὶ συντρίβεσθαι ἐπὶ τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ ἐλαττώμασιν, εὐφραίνεσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν. Ὅτι οὐ δεῖ ἀδιαφορεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἢ ἐφησυχάζειν αὐτοῖς. Ὅτι δεῖ τὸν ἐλέγχοντα μετὰ πάσης εὐσπλαγχνίας φόβῳ (85) Θεοῦ, καὶ σκοπῷ τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν ἁμαρτάνοντα, ἐλέγχειν. Ὅτι δεῖ τὸν ἐλεγχόμενον ἢ ἐπιτιμώμενον καταδέχεσθαι προθύμως, γνωρίζοντα τὸ ἑαυτοῦ ὄφελος ἐν τῇ διορθώσει. Ὅτι οὐ δεῖ, ἐγκαλουμένου τινὸς,

C ἄλλον ἐνώπιον ἐκείνου ἢ ἄλλων τινῶν ἀντιλέγειν τῷ ἐγκαλοῦντι. Ἐὰν δὲ ἄρα ποτὲ ἄλογον φανῇ τὸ ἔγκλημά τινι, κατ' ἰδίαν κινεῖν λόγον πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα (86), καὶ ἢ πληροφορεῖν ἢ πληροφορεῖσθαι. Ὅτι δεῖ ἕκαστον, ὅση δύναμις, θεραπεύειν τὸν ἔχοντά τι κατ' αὐτοῦ. Ὅτι οὐ δεῖ μνησικακεῖν τῷ ἁμαρτήσαντι καὶ μετανοοῦντι, ἀλλ' ἐκ καρδίας ἀφεῖναι. Ὅτι δεῖ τὸν λέγοντα μετανοεῖν ἐφ' ἁμαρτήματι μὴ μόνον κατανυγῆναι ἐφ' ᾧ ἥμαρτεν, ἀλλὰ καὶ καρποὺς ἀξίους ποιῆσαι τῆς μετανοίας. Ὅτι ὁ ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἁμαρτήμασι παιδευθείς, καὶ τῆς ἀφέσεως ἀξιωθείς, ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃ, χεῖρον τοῦ προτέρου κατασκευάζει ἑαυτῷ τὸ κρῖμα τῆς ὀργῆς. Ὅτι

D δεῖ τὸν μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν ἐπιμένοντα τῷ ἐλαττώματι ἑαυτοῦ φανεροῦσθαι τῷ προεστῶτι, ἐὰν ἄρα ὑπὸ πλειόνων ἐπιτιμηθεὶς ἐντραπῇ. Ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω διορθώσηται, ὡς σκάνδαλον ἐκκόπτεσθαι τοῦ λοιποῦ, καὶ ὡς ἐθνικὸν καὶ τελώνην ὁρᾶσθαι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῶν τὴν σπουδὴν τῆς ὑπακοῆς ἐργαζομένων, κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἀσεβῶν καταπιπτόντων, δίκαιοι ἔμφοβοι γίνονται. Δεῖ δὲ καὶ πενθεῖν ἐπ' αὐτῷ, ὡς μέλους ἐκκοπέντος ἐκ τοῦ σώματος. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν παροργισμῷ ἀδελφοῦ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον, μή ποτε ἡ νὺξ διαστῇ (87) με-

(83) (Vide Addenda.)

(84) *Τῶν... ἐπιτεταγμένων*. Sic Reg. et Coisl. secundus et duo Combef. Editi τῆς.... ἐπιτεταγμένου. Coisl. primus et alii nonnulli habent ἐπιτεταγμένοι.

(85) *Φόβῳ*. Editi addunt ἐν, sed in nullo cod. ms. reperimus.

(86) (Vide Addenda.)

(87) *Διαστῇ*. Bigot. διαστήσῃ. Coisl. secundus et alii duo a Combefisio citati μεταστήσῃ ἀμφοτέρους· *Ne nox utrumque transferat*. Sed retinenda visa est scriptura vulgata, quæ in antiquissimis exstat codicibus Medicæo et Coisl. primo. Satis est enim ad Basilii sensum, ut metuendum sit, ne vox utrumque

Digitized by Google

ταξὺ ἀμφοτέρων, καὶ καταλίπῃ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀπαραίτητον ἔγκλημα. Ὅτι οὐ δεῖ καιρὸν ἀναμένειν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ διορθώσει, διὰ τὸ μὴ ἀσφαλὲς ἔχειν περὶ τῆς αὔριον· ὅτι πολλοὶ πολλὰ βουλευσάμενοι τὴν αὔριον οὐ κατέλαβον. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπατᾶσθαι χορτασίᾳ κοιλίας, δι' ἧς γίνονται φαντασίαι νυκτεριναί. Ὅτι οὐ δεῖ περισπᾶσθαι εἰς ἄμετρον ἐργασίαν, καὶ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους τῆς αὐταρκείας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπόντα· *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς, καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*· ὅτι ἡ περισσεία, ἡ ὑπὲρ τὴν χρείαν, εἰκόνα πλεονεξίας ἐμφαίνει, ἡ δὲ πλεονεξία ἀπόφασιν ἔχει εἰδωλολατρείας. Ὅτι οὐ δεῖ φιλάργυρον εἶναι, οὐδὲ θησαυρίζειν εἰς ἀνωφελῆ ἃ μὴ δεῖ. Ὅτι δεῖ τὸν προσερχόμενον Θεῷ ἀκτημοσύνην ἀσπάζεσθαι κατὰ πάντα, καὶ καθηλωμένον εἶναι τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην* (88). Δῴη δὲ ὁ Κύριος, μετὰ πάσης πληροφορίας ὑμᾶς ἀναδεξαμένους τὰ εἰρημένα, εἰς δόξαν Θεοῦ καρποὺς ἀξίους τοῦ Πνεύματος ἐπιδείξασθαι Θεοῦ εὐδοκίᾳ καὶ συνεργίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

A linquat. Tempus non protrahendum ad sui emendationem, eo quod non constet de crastina; quippe cum multi post multa consilia, crastinum non adepti sunt. Non oportet ventris satietate decipi, ex qua imagines nocturnæ nascuntur. Non oportet distrahi opere immoderato, nec debet quisquam frugalitatis terminos excedere, secundum Apostolum dicentem: *Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus*[1]; propterea quod copia ultra necessitatem perducta imaginem avaritiæ exhibet, avaritia idololatriæ nomine damnatur[2]. Non oportet argenti cupidum esse, neque thesauros colligere in res inutiles quæ non conveniant. Oportet ut qui ad Deum accedit, paupertatem amplectatur in omnibus, et confixus sit timore Dei, secundum eum B qui dicit: *Confige timore tuo carnes meas; a judiciis enim tuis timui*[3]. Det autem Dominus, ut quæ diximus cum omni animi persuasione suscipientes, ad Dei gloriam dignos fructus Spiritus, Dei beneplacito, atque Domini nostri Jesu Christi auxilio ostendatis. Amen.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΓ'

EPISTOLA XXIII[*].

Cum quidam in eo loco, ubi tunc erat Basilius, monasticam vitam amplecti vellet, distulit eum Basilius, volens eum in monasterio suo suscipere; sed nunc mutato consilio eum mittit, ac præcipit ut se non exspectato suscipiatur, eique aliquis, quem ipse elegerit, præficiatur vitæ sanctioris magister.

Παραθετικὴ (89) *πρὸς μονάζοντα.*

Commendatitia ad monachum.

Ὁ δεῖνα (90), ὡς λέγει, καταγνοὺς τῆς τοῦ βίου τούτου (91) ματαιότητος, καὶ καταμαθὼν, ὅτι τῆς ζωῆς ταύτης τὰ τερπνὰ ἐνταῦθα τὴν καταστροφὴν ἔχει, ὕλας μόνον κατασκευάζοντα τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, ταχεῖαν δὲ ἔχοντα τὴν πάροδον, κατέλαβέ με, βουλόμενος ἀποστῆναι μὲν τῆς μοχθηρᾶς καὶ πολυστενάκτου ζωῆς, καταλιπεῖν δὲ τὰς τῆς σαρκὸς ἡδονὰς, ἐπελθεῖν δὲ λοιπὸν τῇ ὁδῷ τῇ ἀγούσῃ ἐπὶ τὰς μονὰς τοῦ Κυρίου. Ἐπειδὴ οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ φύσει (92) ἐν ἐπιθυμίᾳ καθέστηκε τῆς μακαρίας ὄντως διαγωγῆς, καὶ τὸν καλὸν καὶ ἐπαινούμενον ἔρωτα ἔσχεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ἀγαπήσας Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος, καὶ ἐξ C

Ille, ut ait, condemnans vitæ hujus vanitatem, atque exploratum habens præsentis vitæ oblectamenta hic finem habere, materiam duntaxat æterno igni præparantia, et cito transeuntia, convenit me, volens ab hac misera valdeque luctuosa vita secedere, ac relictis carnis voluptatibus deinceps viam ad Domini mansiones deducentem ingredi. Quoniam ergo, si instituti vere beati sincero desiderio tenetur, habetque in sua anima bonum ac laudabilem amorem, diligens Dominum Deum ex toto corde, et ex totis viribus et ex tota mente, necesse est ut illi ob oculos vestra pietas arctæ ac coangustatæ viæ incommoda et asperitates ponat,

[1] I Tim. VI, 8. [2] Coloss. III, 5. [3] Psal. CXVIII, 120.

separet alterutrius morte; nec videtur dixisse metuendum esse, *ne nox utrumque transferat*. Id enim minus naturale ac dictu proclive. D

(88) (Vide Addenda.)

(89) *Παραθετική*. Sic omnes codices mss. Editi παραινετική. Sex codices et editi addunt πρὸς μονάζοντα. Harl. ἀποταξαμένῳ τῷ βίῳ καὶ μονάσαντι, *Ei qui sæculo renuntiavit et vitam monasticam amplexus est*. Sed in his titulis diligentiam requiro. Non enim unum aliquem privatim, sed totum monachorum conventum alloquitur Basilius.

(90) *Ὁ δεῖνα*. In interpretanda hac voce, quæ sæpe alias occurret, secutus sum veterem morem. Vituperat Cyprianus, in epist. XI, libellos a confessoribus datos hunc in modum, *Communicet ille cum suis*. Observat Baluzius in Notis sic solitos esse scribere antiquos pro eo, quod posterior ætas litteram N. adhibuit. Epiphanius in Epistola ad Joannem Hierosolymitanum, ex interpretatione Hieronymi, negat se pro Joanne in sacrificio solitum sic precari: *Domine, præsta Joanni ut recte credat*, sed in hunc modum: *Custodi illum qui prædicat veritatem*, vel certe ita, *Tu præsta, Domine, et custodi, ut ille verbum prædicet veritatis*. Atque ita quidem antiqui, si quem tacito nomine designarent. Sin autem dominum domus ac præpotentem virum, utebantur hac voce αὐτός, velut Pythagorei de magistro, αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit*. Quod idcirco notatum volui, quia ex hac observatione enitescit locus Basilii non difficilis qui tamen torsit interpretes. Is exstat in Comment. *in Isaiam* p. 498, in not. Ubi Basilius observat eos qui in privatis domibus auctoritate præcellunt *ipsos* vocari solere.

(91) *Τούτου*. Deest ea vox in duobus mss.

(92) *Εἰ φύσει*. Designatur hac voce sincerum et simulationis expers desiderium. Sic apud Athanasium in Epistola ad Epictetum, quæ φύσει peraguntur, iis quæ θέσει, φαντασίᾳ, δοκήσει, id est ficte et simulate ac sola specie fiunt, opponuntur.

[*] Alias CCCLXXXIII. Scripta videtur Cæsareæ cum esset presbyter.

Digitized by Google

eumque constituat in spe bonorum, quæ nunc nondum videntur, sed in promissionibus reposita sunt his qui **102** Domino digni fuerint; idcirco per epistolam adhortor incomparabilem vestram in Christo perfectionem, ut eum, si fieri potest, instituatis, et sine me renuntiationem illi secundum Dei beneplacitum conficiatis, ac informetur et elementis imbuatur secundum ea quæ a Patribus sanctis statuta et scriptis mandata sunt; deinde ei proponantur omnia quæcunque ad vitæ asceticæ accuratam rationem attinent, et sic admittatur, labores pro pietate sponte suscipiens, ac sese suavi Domini jugo submittens; et ad imitationem illius qui propter nos egenus factus est [5] carnemque gestavit, vitam instituens, ac secundum propositum currens ad vocationis supernæ præmium, laudem a Domino consequatur. Ego enim illum hic amoris erga Deum coronam accipere studentem distuli, volens ipsum cum vestra pietate inungere ad ejusmodi certamina, et unum ex vobis, quem ipse petierit, magistrum ei præficere, qui eum præclare exerceat, et intenta ac beata sollicitudine spectatum athletam efficiat, principem tenebrarum hujus sæculi et spiritualia nequitiæ, quibuscum nobis secundum beatum Apostolum lucta est [6], vulnerantem et prosternentem. Quod ergo volebam vobiscum agere, vestra in Christo dilectio etiam sine me perficiat.

A ὅλης διανοίας, ὑποδειχθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τὰ δυσχερῆ καὶ δυσάντητα τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, ἐν ἐλπίδι δὲ αὐτὸν καταστῆσαι (93) τῶν νῦν τέως μὴ βλεπομένων, ἐν ἐπαγγελίαις δὲ ἀποκειμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις τοῦ Κυρίου· διὰ γράφων (94) παρακαλῶ τὴν ἀσύγκριτον ὑμῶν ἐν Χριστῷ τελειότητα, τυπῶσαι εἰ οἷόντε εἴη, καὶ δίχα μου ποιῆσαι τήν τε ἀποταγὴν αὐτῷ (95) κατὰ τὸ ἀρέσκον Θεῷ, καὶ στοιχειωθῆναι (96) αὐτὸν κατὰ τὰ δόξαντα τοῖς ἁγίοις Πατράσι, καὶ ἐγγράφως ὑπ' αὐτῶν ἐκτεθέντα· ἤδη δὲ αὐτῷ προταθῆναι (97) ἅπαντα ὅσα τῇ ἀκριβείᾳ δοκεῖ τῇ ἀσκητικῇ, καὶ οὕτως αὐτὸν προσαχθῆναι τῷ βίῳ (98), αὐθαιρέτως ἀναδεξάμενον τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, καὶ ὑπαγαγόντα ἑαυτὸν τῷ χρηστῷ τοῦ Κυρίου ζυγῷ, καὶ κατὰ μίμησιν τοῦ B δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος καὶ σάρκα φορέσαντος πολιτευσάμενον, καὶ κατὰ σκοπὸν δραμόντα πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, τυχεῖν τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου ἀποδοχῆς. Ἐγὼ γὰρ σπουδάζοντα αὐτὸν ἐνταῦθα δέξασθαι τὸν τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης στέφανον ὑπερεθέμην, βουλόμενος μετὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας ἀλεῖψαι αὐτὸν πρὸς τοὺς τοιούτους ἆθλους, καὶ ἕνα ὃν ἂν ὑμῶν αὐτὸς ἐπιζητήσῃ ἐπιστῆσαι αὐτῷ ἀλείπτην, καλῶς παιδοτριβοῦντα καὶ παλαιστὴν δόκιμον ἀπεργαζόμενον διὰ τῆς συντόνου καὶ μακρᾶς ἐπιμελείας, τιτρώσκοντα καὶ καταβάλλοντα τὸν κοσμοκράτορα τοῦ σκότους τοὺς αἰῶνος (99) τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ δὲ τῆς πονηρίας, πρὸς ἃ ἡμῖν ἐστι κατὰ τὸν μακάριον Ἀπόστολον ἡ πάλη. Ὃ τοίνυν ἐγὼ μεθ' ὑμῶν ἠβουλήθην ποιῆσαι, ἡ ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀγάπη καὶ δίχα μου ποιησάτω.

EPISTOLA XXIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΔ'.

Negat Basilius se calumniis facile credidisse; hortatur Athanasium, ut nullum illis det locum ac liberos, ut par est, diligat.

Athanasio, Athanasii episcopi Ancyræ patri.

Ut hominis vita calumniis superior sit, id ex rebus difficillimis unam esse, ne dicam ex iis quæ fieri non possunt, et mihi persuasum est, et tuæ probitati dubium arbitror non esse. Sed nullam ex se ansam, neque iis qui res accurate observant, neque iis qui injuriæ causa lapsibus nostris

C Ἀθανασίῳ (1) τῷ πατρὶ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀγκύρας.

Ὅτι μὲν χρειττονα εἶναι διαβολῶν ἀνθρώπου βίον τῶν χαλεπωτάτων ἐστὶν, ἵνα μὴ τῶν ἀδυνάτων εἴπω αὐτός τε πέπεισμαι, καὶ τὴν σὴν χρηστότητα νομίζω μὴ ἀμφιβάλλειν· τὸ δὲ (2) μηδεμίαν παρέχειν ἐξ ἑαυτῶν λαβὴν, μήτε τοῖς ἀκριβῶς ἐπιτηροῦσι τὰ πράγματα, μήτε τοῖς κατ' ἐπήρειαν ἐφεδρεύουσιν

[5] I Cor. VIII, 9. [6] Ephes. VI, 12.

* Alias LIV. Scripta ante annum 369.

(93) *Καταστῆσαι.* Ita vetustissimus codex Coisl. Editi καταστῆναι.

(94) *Διὸ γράφων.* Deest διὸ in vetustissimo codice Coisl. et de industria in Harl. deletum fuit. Paulo post desunt in duobus codicibus hæ voces, ἐν Χριστῷ.

(95) *Αὐτῷ.* Hæc codicis Harlæani scriptura vulgatæ αὐτοῦ visa est præferenda.

(96) *Στοιχειωθῆναι.* Editi addunt Θεῷ, quod recte deest in sex veteribus libris.

(97) *Προταθῆναι.* Ita sextem mss. Editi et Coisl. primus προτεθῆναι.

(98) *Προσαχθῆναι τῷ βίῳ.* Cum nonnulla in hanc epistolam irrepserint, suspicor illud, τῷ βίῳ, ex eorum numero esse, quæ perperam addita sunt. Nam is quem commendat Basilius, volebat renuntiare τῷ βίῳ, *sæculo*, ut est in titulo cod. Harl. Quomodo ergo rogat Basilius eum ascribi τῷ βίῳ? Perspicitur autem ex hoc loco professionem virorum in eo sitam fuisse, ut fratrum numero post legitimam probationem ascriberentur. Nihil aliud exigitur in Regulis fusioribus, interrog. X, ubi modus recipiendorum fratrum præscribitur. In canone autem 19 hanc professionem tacitam vocat Basilius; sed satius esse statuit, ut deinceps ipsi etiam viri interrogentur (id enim non omittebatur in sacris virginibus), et eorum vota conceptis verbis excipiantur.

(99) *Τοῦ αἰῶνος.* Hæc desunt in codice Medicæo et utroque Regio ac utroque Bigot

(1) *Ἀθανασίῳ*, etc. Editi post vocem ἐπισκόπου addunt Ἀγκύρας, quæ vox etsi in nullo codice ms. a nobis inventa, probabilis tamen conjectura est, Athanasium illum episcopum, cujus ad patrem scribit Basilius, non alium esse Athanasio Ancyræ episcopo, quicum Basilius amicitia et familiaritate conjunctus fuit.

(2) *Τὸ δέ.* Multi codices τὸ μέντοι, et paulo post τοῦτο δή. Ibidem sex libri veteres ἐξ ἑαυτῶν. Editi ἐξ αὐτῶν.

Digitized by Google

ἡμῶν τοῖς ὁλισθήμασι, τοῦτο καὶ δυνατὸν, καὶ ἴδιον τῶν συνετῶς (3) καὶ κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν τὸν ἑαυτῶν βίον διεξαγόντων. Ἡμᾶς δὲ μὴ οὕτως εὐκόλους οἷου, μηδὲ εὐπαραγώγους εἶναι, ὥστε ἀνεξετάστως τὰς παρὰ τῶν τυχόντων προσίεσθαι καταῤῥήσεις. Μεμνήμεθα γὰρ τοῦ πνευματικοῦ παραγγέλματος, μὴ χρῆναι προσδέχεσθαι ἀκοὴν ματαίαν παρεγγυῶντος. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ὑμεῖς αὐτοί φατε, οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδακότες, τὰ φαινόμενα τῶν ἀφανῶν εἶναι σημεῖα, τοῦτο ἀξιοῦμεν (καὶ μὴ βαρέως δέξῃ, εἴ τι ἐν (4) διδασκαλίας εἴδει λεχθήσεται παρ' ἡμῶν· τὰ γὰρ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ δι' αὐτῶν πολλάκις οἰκονομεῖ τὴν σωτηρίαν τῶν σωζομένων)· ὅ γε μὴν λέγω καὶ παραγγέλλω, ἐκεῖνό ἐστι· πάντα μὲν λόγον, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν καθήκουσαν περιεσκεμμένως ἐπιτελεῖσθαι· καὶ κατὰ τὸ ἀποστολικὸν παράγγελμα, μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόναι προσκοπήν. Πρέπον γὰρ εἶναι τίθεμαι, ἀνδρὸς πολλὰ μὲν ἐπὶ μαθήσει λόγων ἱδρώσαντος, ἐθνῶν δὲ καὶ πόλεων ἀρχὰς διευθύναντος, καὶ πρὸς μεγάλην προγόνων ἀρετὴν τὸν ζῆλον ἔχοντος, τὸν βίον προκεῖσθαι εἰς ὑπόδειγμα ἀρετῆς. Τὴν μέντοι περὶ τὰ τέκνα διάθεσιν οὐχὶ λόγῳ νῦν ὀφείλεις δεικνύναι, ὃς γε πάλαι ἔδειξας, ἀφ' οὗ πατὴρ ἐγένου, οὐ μόνον τῇ φυσικῇ στοργῇ κεχρημένος, ἣν καὶ τὰ ἄλογα παρέχεται τοῖς ἐκγόνοις, ὡς αὐτός τε εἶπας καὶ ἡ πεῖρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτείνειν τὴν ἀγάπην, δηλονότι ἐκ προαιρέσεως, ὅσῳ ὁρᾷς τοιαῦτα ὄντα, οἷα ἄξια εἶναι πατρικῶν προσευχῶν. Ὥστε οὐχ ἡμᾶς δεῖ περὶ τούτων πείθεσθαι· ἀρκοῦσα γὰρ ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων ἐστὶ μαρτυρία. Ἐκεῖνό γε μὴν οὐκ ἄκαιρον προσθεῖναι τῆς ἀληθείας ἕνεκεν, ὅτι οὐχ ὁ ἀδελφὸς Τιμόθεός ἐστιν ὁ χωρεπίσκοπος, ὁ ἀνενεγκὼν ἡμῖν τὰ θρυλληθέντα. Οὔτε γὰρ ἐν συντυχίᾳ, οὔτε διὰ γράμματος φαίνεται μικρόν τι ἢ μεῖζον διαβολῆς ἐχόμενον περὶ σοῦ φθεγξάμενος. Ὥστε ἀκηκοέναι μέν τι (5) οὐκ ἀρνούμεθα· οὐ μὴν Τιμόθεον εἶναι τὸν τὰς διαβολάς σοι κατασκευάζοντα. Ἀκούοντες δὲ πάντως, εἰ μή τι ἄλλο, τὸ γοῦν τοῦ Ἀλεξάνδρου ποιήσομεν, τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν ταμιευσόμεθα (6) τῷ διαβαλλομένῳ.

insidiantur, præbere; id et fieri potest, et hominum est prudenter et accommodate ad pietatis normam viventium. Nos autem non adeo faciles esse arbitreris, aut adeo credulos, ut sine examine a quibusvis obtrectationes admittamus. Meminimus enim spiritualis præcepti, vanum rumorem admittendum non esse admonentis[7]. Sed tamen quoniam vos ipsi, qui dicendi arti datis operam, ea quæ apparent non apparentium signa esse dicitis; illud censemus (nec moleste feras, si **103** quid a nobis docentium more dicetur : nam infirma mundi et abjecta elegit Deus[8], ac sæpe per hæc electorum salutem dispensat) : quod, inquam, dico admoneoque, illud est : ut sermonem omnem et omnem decoram actionem considerate exsequamur, et secundum Apostoli præceptum[9], nullam demus ulla in re offensionem. Decere enim arbitror, ut qui multum in doctrina percipienda exsudavit, gentiumque et urbium gubernacula tenuit, ac magnam progenitorum virtutem æmulatur, ipsius vita in virtutis exemplum proponatur. Porro amorem erga liberos non verbis nunc demonstrare debes, qui utique jampridem demonstrasti, ex quo pater factus es; nec naturali solum amore uti, quem etiam bruta animantia fetibus suis exhibent, uti et tu dixisti, et experientia declarat : sed dilectionem etiam animi inductione et voluntate intendere, eo magis quod eos tales esse vides, qui paternis votis digni sint. Quare non opus est hæc nobis persuaderi, cum satis sit testimonium quod ex rebus ipsis percipitur. Illud autem veritatis causa non intempestivum adjicere, fratrem Timotheum chorepiscopum non esse, qui rumores ad nos detulerit. Nam nec coram, neque per litteras parvi quidquam aut magni, quod calumniæ affine esset, de te locutus deprehenditur. Quamobrem aliquid nos audivisse non negamus : sed affirmamus Timotheum non esse, qui tibi struxerit calumnias. Omnino autem audientes, si nihil aliud, illud certe Alexandri faciemus, ut calumniam patienti alteram aurem integram reservemus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΕ'.

EPISTOLA XXV*.

Amica et charitatis plena expostulatio cum Athanasio Ancyrano, qui Basilium nec per litteras admonitum, nec per communem aliquem amicum, palam et aperte insectabatur et minabatur, ac omnibus Cæsarea venientibus dicebat noxas quasdam ab eo scribi et componi.

Ἀθανασίῳ (7) ἐπισκόπῳ Ἀγκύρας.

1. Ἀπήγγειλάν μοί τινες τῶν ἐκ τῆς Ἀγκύρας πρὸς ἡμᾶς ἀφικομένων, πολλοὶ δὲ οὗτοι καὶ οὐδὲ (8)

Athanasio episcopo Ancyræ.

1. Nuntiarunt mihi quidam ex his qui Ancyra ad nos veniunt, multi autem sunt hi, ac ne nume-

[7] Exod. XXIII, 1. [8] I Cor. I, 27. [9] II Cor. VI, 3.

(3) *Συνετῶς.* Sic Harl., Coisl. uterque et uterque Regius. Editi συνετῶν.

(4) *Εἴ τι ἐν.* Sic Harl., Med., Coisl. uterque et Reg. primus. Editi εἴ τι ὡς ἐν. Paulo post sex codices δι' αὐτῶν. Editi διὰ τούτων.

(5) *Μέν τι.* Sic mss. sex. Editi μέντοι.

(6) *Ταμιευσόμεθα.* Sic ope Coisl. 1 et Reg. 2 emendavimus quod erat in editis ταμιευόμεθα.

(7) *Ἀθανασίῳ.* Addunt duo codices Coisl. secundus et Reg. 222, a Combefisio citatus : ὥστε φανερῶσαι αὐτῷ πόθεν ἐκινήθη πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ λύπην. *Ut sibi significet unde commotus fuerit, ut ægritudinem adversum se susciperet.* Initio cod. Vat. Ἀνήγγελον.

(8) *Καὶ οὐδέ.* Editi καὶ οὓς οὐδέ. Sed hæc vocula deest in tribus optimis codicibus Harl., Coisl., Med.

* Alias LIII, scripta ante an. 369.

Digitized by Google

rare quidem facile sit; uno autem ore omnes referentes, te charum caput (quomodo verbis utar lenissimis?) non suavissime nostri meminisse, neque pro tuis moribus. Me vero nihil rerum humanarum, probe scias, percellit, nec cujusquam ex omnibus inexspectata immutatio; cum dudum naturæ imbecillitatem et in contraria mutabilitatem perspexerim. Unde neque, si quid rerum nostrarum retro sublapsum est, et ex pristino honore convicia atque injuriæ nobis nunc fiunt, id magni facio. Sed illud mihi revera præter opinionem et instar monstri visum est, eum te esse qui ita erga nos affectus sis, ut irascaris nobis ac succenseas, imo etiam jam minas aliquas intentes, ut referunt qui audivere. **104** Ac minas quidem omnino (verum enim dicetur) irrisi. Equidem essem omnino puer, si ejusmodi formidarem terricula. Hoc vero mihi et terribile et multa dignum sollicitudine visum est, quod integritas tua, quam inter paucos tum rectæ fidei firmamentum, tum veteris ac veræ dilectionis semen in solatium Ecclesiis servari credimus, usque adeo præsentis rerum status particeps sit, ut quorumlibet hominum calumniæ plus apud te valeant, quam longa nostri experientia, et ad rerum absurdarum suspicionem sine argumentis abducaris. Quanquam, quid dico suspicionem? Qui enim indignatus est ac minatus, ut de te referunt, non suspicantis, sed jam clare et explorate persuasi videtur quodam modo iracundiam declarasse.

2. Sed, ut dixi, in hoc tempus causam rejicimus. Nam quanti laboris erat, o admirande, in brevi epistola, quibus de rebus velles, velut solum cum solo colloqui: aut si litteris res ejusmodi non crederes, nos ad te accersere? Quod si hæc omnino renuntiare oportebat, ac dilationi spatium non dabat difficilis ad coercendum iracundia; at certe unum aliquem ex familiaribus, et ad tegenda arcana idoneis licebat sermonis ad nos perferendi ministrum adhibere. Nunc vero quis est ex iis, qui ad vos qualiumcunque negotiorum causa proficiscuntur, cujus aures hoc sermone non circumsonuerint, noxas quasdam a nobis scribi

ἀριθμῆσαι ῥᾴδιον, σύμφωνα δὲ πάντες φθεγγόμενοι. σὲ τὴν φίλην κεφαλὴν (πῶς ἂν εὐφήμως εἴποιμι;) οὐχ ὡς ἥδιστα μεμνῆσθαι ἡμῶν, οὐδὲ κατὰ τὸν σεαυτοῦ τρόπον. Ἐμὲ δὲ οὐδὲν ἐκπλήσσει τῶν ἀνθρωπίνων, εὖ ἴσθι, οὐδὲ ἀπροσδόκητός ἐστιν οὐδενὸς ὧν πάντων μεταβολή, πάλαι τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς καὶ τὸ εὐπερίτρεπτον πρὸς τὰ ἐναντία καταμαθόντα (9). Ὅθεν οὔτ' εἴ τι τῶν ἡμετέρων μεταπέπτωκε, καὶ ἐκ τῆς πρότερον τιμῆς λοιδορίαι καὶ ὕβρεις περὶ ἡμᾶς νῦν γίνονται (10), μέγα τοῦτο ποιοῦμαι. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι (11) παράδοξον ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυὲς ἐφάνη, τὸ σὲ εἶναι τὸν οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἔχοντα, ὥστε ὀργίζεσθαι ἡμῖν καὶ χαλεπαίνειν, ἤδη δέ τι καὶ ἀπειλεῖν, ὡς ὁ τῶν ἀκουσάντων λόγος. Τῶν μὲν οὖν ἀπειλῶν καὶ πάνυ (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) κατεγέλασα· ἢ κομιδῇ γ' ἂν παῖς εἴην, τὰ τοιαῦτα μορμολύκεια δεδοικώς· ἐκεῖνο δέ μοι καὶ φοβερὸν καὶ πολλῆς φροντίδος ἄξιον ἔδοξε, τὸ τὴν σὴν ἀκρίβειαν, ἣν ἐν ὀλίγοις ἔρεισμά τε ὀρθότητος, καὶ τῆς ἀρχαίας καὶ ἀληθινῆς ἀγάπης σπέρμα εἰς παραμυθίαν ταῖς Ἐκκλησίαις σώζεσθαι πεπιστεύκαμεν (12), ἐπὶ τοσοῦτον (13) τῆς παρούσης καταστάσεως μετασχεῖν, ὥστε τὰς παρὰ τῶν τυχόντων βλασφημίας κυριωτέρας ποιήσασθαι τῆς μακρᾶς ἡμῶν πείρας, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀτόπων ὑπόνοιαν χωρὶς ἀποδείξεων ὑπαχθῆναι. Καίτοι τί λέγω ὑπόνοιαν; Ὁ γὰρ ἀγανακτήσας καὶ διαπειληθείς, ὥς φασιν, οὐχ ὑπονοοῦντος, ἀλλὰ τοῦ ἤδη σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως πεισθέντος δοκεῖ πως ὀργὴν ἐνδεδεῖχθαι.

2. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναφέρομεν τὴν αἰτίαν. Ἐπεὶ πόσου πόνου ἦν, ὦ θαυμάσιε, ἐν ἐπιστολῇ βραχείᾳ, περὶ ὧν ἐβούλου, οἱονεὶ μόνον μόνῳ διαλεχθῆναι· ἢ, εἰ μὴ ἐπίστευες γραφῇ (14) τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι; Εἰ δὲ πάντως ἐξειπεῖν ἔδει, καὶ ἀναβολὴ καιρὸν οὐκ ἐδίδου τὰ δυσκάθεκτον τῆς ὀργῆς· ἀλλ' ἑνί γέ τινι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ στέγειν ἀπόῤῥητα πεφυκότων, ἐξῆν δή που τῶν πρὸς ἡμᾶς λόγων χρήσασθαι διακόνῳ. Νυνὶ δὲ τίνος οὐχὶ περιτεθρύλληται τὰ ὦτα τῶν κατ' ὁποιανδήποτε χρείαν ὑμῖν ἐπιφοιτώντων, ὡς ἡμῶν ἅτας τινὰς γραφόντων καὶ συγγραφόντων (15); Τούτῳ γάρ σέ φασι κεχρῆσθαι τῷ ῥήματι

Med., quanquam addita est secunda manu in Harl. Ibidem συμφώνως in editis. Harl., Coisl. uterque et uterque Reg. ut in textu.

(9) *Καταμαθόντα.* Sic edit. Hagan. et prima Basileensis cum Harl., Coisl. primo et tribus aliis. Refertur videlicet hoc participium ad ἐμέ, quod paulo ante præcessit. Edit. Paris. et Basileensis, anni 1551, καταμαθόντι.

(10) *Γίνονται.* Coisl. primus ἐγγίνονται.

(11) *Ἐκεῖνό μοι.* Addunt quatuor mss. τὴν πρώτην, nempe Harl., Vat., Coisl. primus et Reg. secundus.

(12) *Πεπιστεύκαμεν.* Tres mss. πεπιστεύκειμεν, nempe Harl., Coisl. secundus et Reg. secundus.

(13) *Ἐπὶ τοσοῦτον.* Coisl. primus et Med. ἐπὶ τοσούτῳ. Paulo post idem Coisl. χωρὶς ἀποδείξεως. Ibidem Med. Καὶ τί λέγω.

(14) *Γραφῇ... ἐξειπεῖν ἔδει.* Ita septem mss., nisi quod in tribus recentioribus legitur πρὸς σεαυτόν. Editi γράμμασι πράγματα, πρὸς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. Εἰ δὲ πάντως καὶ τοῦτο οὐκ ἔδει.

(15) *Καὶ συγγραφόντων.* Ita Harl., Vat., Coisl. secundus et alius a Combefisio citatus. Deleta sunt hæc verba in Coisliniano primo. Editi ἢ συγγραφόντων. Vertendum putat Combefisius, *ac conscribamus*, id est, *ac si aliis socii et adjutores simus.* Fateor mihi non probari hanc interpretationem. Illud enim συγγραφόντων nihil aliud hoc loco designat, nisi libros et pertractationes, et additum videtur ad explanationem præcedentis vocis γραφόντων, quæ cum accipi posset de litteris ad amicos scriptis, aliam adhibebat Athanasius, ut Basilium pateret non incogitantem et imprudentem noxas scribere ut interdum fit in epistolis, sed data opera libros in hoc genere componere. Hinc Basilio hæc audienti subiit vereri, quod ne opus hæreticum nomini suo affictum fuisset. Confirmat hanc interpretationem illud Basilii de Eustathio dictum in epist.

Digitized by Google

οἱ ἐπὶ λέξεως τὰ σὰ διηγούμενοι. Ἐμὲ δὲ, ἐπὶ πολλὰ τὴν διάνοιαν ἀγαγόντα τὴν ἐμαυτοῦ, οὐδέν τι μᾶλλον τῆς ἀμηχανίας ἀφίησιν. Ὥστε με καὶ τοιοῦτόν τι εἰσῆλθε· μή τις τῶν αἱρετικῶν κακούργως τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασι τὸ ἐμὸν ὄνομα παραγράψας, ἐλύπησέ σου τὴν ὀρθότητα, καὶ ἐκείνην ἀφεῖναι τὴν φωνὴν προηγάγετο. Οὐ γὰρ δὴ τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τολμήσαντας εἰπεῖν τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἢ πρὸς τοὺς κτίσμα καὶ ποίημα εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντας, ταύτην ἂν ἐπενεγκεῖν τὴν λοιδορίαν ἠνέσχου, ὁ τοὺς μεγάλους ἄθλους ἐκείνους καὶ περιβοήτους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας διενεγκών. Λύσαις (16) δ' ἂν ἡμῖν τὴν ἀμηχανίαν αὐτὸς, εἰ ἐθελήσειας τὰ κινήσαντά σε πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν λύπην φανερῶς ἐξαγγεῖλαι.

et componi? Nam isto te vocabulo usum esse aiunt, qui totidem verbis tua referunt. Me autem multa animo et cogitatione versantem, nihil quidquam de consilii inopia eximit. Quare et aliquid tale mihi in mentem venit, num quis hæreticus dolose suis ipsius scriptis nomen meum ascribens, rectitudini tuæ molestiam crearit, atque ad vocem istam emittendam adegerit. Non enim iis quæ a nobis scripta sunt adversus eos qui Filium et Deum Deo et Patri secundum essentiam dissimilem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam et opificium esse blasphemo ore docuerunt, contumeliam hanc facere voluisses, qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti. Liberabis autem nos ab hac sollicitudine, si modo volueris quæ te ad hanc in nos offensionem commoverint, aperte significare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚϚ'.

105 EPISTOLA XXVI.

Cæsarium Basilius, in eo terræ motu qui Nicæam evertit, mirabiliter servatum hortatur, ut gratias re et opere Deo persolvat, ac eamdem semper mentem retineat quam in ipso periculi articulo habuerat.

Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ Γρηγορίου (17).

Cæsario Gregorii fratri.

Χάρις τῷ Θεῷ, τῷ τὰ ἑαυτοῦ θαυμάσια καὶ ἐν σοὶ (18) ἐπιδειξαμένῳ, καὶ ἐκ τοσούτου θανάτου διασώσαντί σε τῇ τε πατρίδι καὶ ἡμῖν τοῖς προσήκουσι. Λείπεται δὴ οὖν μὴ ἀχαρίστους ἡμᾶς ὀφθῆναι, μηδ' ἀναξίους τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν διαγγέλλειν τοῦ Θεοῦ τὰ παράδοξα· καὶ, ἧς ἔργῳ πεπειράμεθα φιλανθρωπίας, ταύτην ἀνυμνεῖν· καὶ μὴ λόγῳ μόνον ἀποδιδόναι τὴν χάριν, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τοιοῦτον γενέσθαι, οἷον καὶ νῦν εἶναι πειθόμεθα, τεκμαιρόμενοι τοῖς περὶ σὲ θαύμασι. Καὶ ἔτι μειζόνως τῷ Θεῷ δουλεύειν παρακαλοῦμεν, προσθήκαις ἀεὶ τὸν φόβον συναύξοντα, καὶ εἰς τὸ τέλειον προκόπτοντα (19), ἵνα φρόνιμοι οἰκονόμοι τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδειχθῶμεν, εἰς ἣν ἡμᾶς ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ ἐταμιεύσατο. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσιν ἡμῖν πρόσταγμά ἐστι παραστῆσαι ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῖς ὑψωθεῖσιν ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου; Τοῦτο δ' ἂν μάλιστα, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, κατορθωθείη, εἰ βουληθείημεν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν, ἣν εἴχομεν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν κινδύνων. Πάντως γάρ που εἰσῄει (20) ἡμᾶς τοῦ βίου τὸ μάταιον, καὶ ὡς οὐδὲν πιστὸν τῶν ἀνθρωπίνων, οὕτε πάγιον, οὕτω ῥᾳδίως (21) ἐχόντων τὰς μεταπτώσεις. Καί πού τις μεταμέλεια μὲν ἓκ τε τῶν εἰκότων ἐνεγίνετο ἡμῖν ἐπὶ τοῖς φθάσασιν· ὑπόσχεσις δὲ περὶ τῶν ἐφεξῆς, εἰ περισωθείημεν, Θεῷ δουλεύειν, καὶ

Gratia Deo, qui mirabilia sua et in te ostendit, teque ex tali morte servavit patriæ ac nobis amicis. Reliquum jam est, ut ingrati non videamur, nec indigni beneficio tanto, sed pro viribus enarremus Dei miracula, et quam re experti sumus benignitatem, eam celebremus; nec verbis tantum persolvamus gratias, sed et opere tales simus, qualem et nunc esse te persuasum habemus, facta ex miris in te editis conjectura. Atque ut adhuc magis Deo servias hortamur, accessionibus semper timorem augens, et ad perfectionem progrediens, ut prudentes dispensatores vitæ nostræ deprehendamur, ad quam nos benignitas Dei reservavit. Nam si omnibus nobis præceptum est, ut exhibeamus nos Deo tanquam ex mortuis viventes [10], quomodo non id magis præceptum iis, qui ex portis mortis erecti sunt? Id autem maxime, ut mihi quidem persuadeo, præstiterimus, si velimus eamdem semper retinere mentem, quam tempore periculorum habebamus. Omnino enim venerat nobis in mentem vitæ vanitas, ac nihil fidum esse in rebus humanis, nihil stabile, ut quæ tam facile mutentur. Subierat etiam nos, ut verisimile est, quædam præteritorum pœnitentia, et de futuris promissio, Deo, si servaremur, inserviendi, ac nobis ipsis diligentia omni invigilandi. Si quam enim nobis cogitationem mortis periculum imminens injiciat,

[10] Rom. VI, 13.

130 : γράψας καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ συγγράψας, etc. *Scripsit contra nos vel potius composuit longos sermones convicio omni et calumnia refertos.* Eodem sensu usurpatur illud verbum in epistolis 131, 223, 224, 251.

(16) *Λύσαις*. Sic quinque mss. Editi λύσεις. Paulo post editi καθ' ὑμῶν. Plerique mss. καθ' ἡμῶν.

(17) *Τῷ ἀδελφῷ Γρηγορίου*. Desunt hæc in quinque mss. Leguntur in tribus vetustissimis.

(18) *Καὶ ἐν σοί*. Præpositio addita ex codicibus Harl., Coisl. primo, Med. et nonnullis aliis. Ibidem quinque codices ἐπιδεικνυμένῳ. Sed tres antiquissimi ut in editis.

(19) *Προκόπτοντα*. Sic mss. sex. Editi προκόπτοντας.

(20) *Εἰσῄει*. Sic etiam sex libri veteres. Editi εἴσει.

(21) *Ῥᾳδίως*. Codex Bigotianus a Combefisio laudatus habet ῥᾳδίας, et paulo post idem ὑποσχέσεις.

* Alias CCCLXII, scripta an. 368.

Digitized by Google

hæc te arbitror, ut his quam simillima cogitasse. Quare necessarii cujusdam debiti solutione obstricti sumus. Hæc simul lætus ob Dei munus, simul et de futuris sollicitus, perfectioni tuæ subjicere ausus sum. Tuum autem est verba nostra æquo et leni animo accipere, quemadmodum et coram in colloquiis solebas.

ἀπεθάρσησα ὑπομνῆσαι τὴν τελειότητά σου. Σὸν δέ ἐστιν εὐμενῶς καὶ ἡμέρως προσέσθαι ἡμῶν τοὺς λόγους, ὡς καὶ ἐν ταῖς κατ' ὀφθαλμοὺς ὁμιλίαις σοι ἦν σύνηθες (24).

A ἑαυτῶν ἐπιμέλεσθαι (22) κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν. Εἰ γάρ τινα ἡμῖν ἔννοιαν ὁ τοῦ θανάτου κίνδυνος ἐπικείμενος ἐνεδίδου, οἶμαί σε ἢ ταῦτα, ἢ ἐγγύτατα τούτων ἀναλογίζεσθαι τηνικαῦτα. Ὥστε ἀναγκαίου ὀφλήματος ἐκτίσει ὑπεύθυνοι καθεστήκαμεν. Ταῦτα ὁμοῦ μὲν περιχαρὴς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ, ὁμοῦ δὲ καὶ φροντίδα ἔχων περὶ τῶν μελλόντων (23),

EPISTOLA XXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΖ'.

Basilius ex morbo sanatus hieme impeditur quominus invisat Eusebium. Properaturum se pollicetur, si per anni tempus et per famem liceat.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Ubi Dei gratia ac præsidio tuarum precum paulum emergere ex morbo visus sum, ac recollegi B meas vires, tunc hiems supervenit, domi nos includens, nec loco sinens moveri. Etsi enim solito longe mitior occurrit, mihi tamen satis vehemens fuit ut impediret, quominus non modo eo vigente iter ingredi, sed nec paululum quidem ex cubiculo **106** prospicere possem. Sed neque hoc parvi duco, quod dignus habear, qui cum tua pietate per litteras colloquar, jamque in antecessum spe responsionum acquiescam. Quod si et tempestas sinat, et vitæ nobis adhuc supersit tempus, nec impervium nobis iter fames efficiat; cito sane precum tuarum subsidio voti compotes esse, teque domi invenientes, in multo otio magnis tuæ sapientiæ thesauris exsatiari possimus.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Ὅτε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ τῇ βοηθείᾳ τῶν σῶν προσευχῶν μικρὸν ἀναφέρειν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἔδοξα, καὶ ἀνελεξάμην ἐμαυτοῦ τὰς δυνάμεις, τότε ὁ χειμὼν ἐπεγένετο, οἴκοι καθείργων ἡμᾶς, καὶ κατὰ χώραν μένειν συναναγκάζων. Εἰ γὰρ καὶ πολλῷ κουφότερος τῆς συνηθείας ἀπήντησεν· ἀλλ' οὖν ἔμοιγε ἱκανὸς εἰς ἐμπόδιον, οὐχ ὅπως ὁδοιπορεῖν δι' αὐτοῦ (25), ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν προκύπτειν τοῦ δωματίου δύνασθαι. Ἔστι δέ μοι οὐδὲ τοῦτο μικρόν, τὸ καταξιοῦσθαι διὰ γραμμάτων ὁμιλεῖν τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀντιδόσεων ἤδη προαναπαύεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐνδοίη, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἔτι λείποιτο (26) χρόνος, καὶ μὴ ἄπορον ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὁ λιμὸς ἀπεργάσαιτο· ταχὺ ἂν (27) τύχοιμεν τῆς ἐπιθυμίας διὰ τῶν σῶν προσευχῶν· καὶ ἐπὶ τῆς ἑστίας σε καταλαβόντες, κατὰ πᾶσαν σχο- C λὴν τῶν μεγάλων θησαυρῶν τῆς ἐν σοὶ σοφίας ἐμφορηθείημεν.

EPISTOLA XXVIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΗ'.

Consolatur Neocæsarienses morte episcopi sui afflictos, et hortatur ut tranquillum statum, quem curis defuncti acceptum referre debent, nimium lugendo non amittant, sed diligenter caveant a lupis, et pro se quisque conentur pastorem eligere similem iis qui a Gregorii tempore usque ad hunc beatum ecclesiam rexerunt.

Ecclesiæ Neocæsariensi consolatoria.

1. Postulabant quidem quæ acciderunt nostram ipsorum præsentiam, tum ut honorem beato viro vobiscum, qui ei conjunctissimi estis, una persolverem, tum ut mœroris, quem casus attulit, ex ipso rerum tristium spectaculo particeps forem, tum etiam ut de necessariis consiliis vobiscum communicarem. Sed quia corpoream conjunctionem multa D interpellant, reliquum erat ut per litteras vobiscum partirer præsentia. Miras igitur viri dotes, propter

Τῇ Ἐκκλησίᾳ Νεοκαισαρείας παραμυθητική.

1. Ἀπῆτει μὲν τὰ συμβάντα τὴν ἡμῶν αὐτῶν παρουσίαν, τοῦ τε τὴν (28-29) τιμὴν τῷ μακαρίῳ τοῖς οἰκειοτάτοις ὑμῖν συνεκπληρῶσαι, καὶ τοῦ τῆς ἐπὶ τῷ πάθει κατηφείας ἀπ' αὐτῆς (30) τῆς θέας τῶν σκυθρωποτέρων συμμετασχεῖν, καὶ ὥστε τῶν ἀναγκαίων βουλευμάτων ὑμῖν κοινωνῆσαι· ἐπεὶ δὲ τὴν σωματικὴν συνάφειαν πολλὰ τὰ διακωλύοντα, λειπόμενον ἦν διὰ τοῦ γράμματος κοινωνεῖν ὑμῖν τῶν παρόντων. Τὰ μὲν οὖν τοῦ ἀνδρὸς θαύματα, ἐφ' οἷς καὶ μάλιστα

* Alias VI, scripta anno 368.

** Alias LXII, scripta anno 368.

(22) *Ἐπιμέλεσθαι.* Harl. et Coisl. primus ἐπιμελήσεσθαι. Editio Paris. secunda ἐπιμελεῖσθαι.

(23) *Περὶ τῶν μελλόντων.* Duo codices ὑπὲρ τῶν μελλόντων.

(24) *Ἦν σύνηθες.* Vocula deest in quinque mss. codicibus, non tamen in tribus antiquissimis.

(25) *Δι' αὐτοῦ.* Hanc vetustissimi codicis Harl. scripturam, quam tamen recentior manus corrupit addendo ἐμ, substituere non dubitavi subabsurdæ editorum lectioni δι' ἐμαυτοῦ, *per meipsum iter ingredi.*

(26) *Ἔτι λείποιτο.* Sic antiquissimi quinque codices. Editi μὴ ἐπιλείποιτο.

(27) *Ταχὺ ἄν.* Sic antiquissimi codices Harl., Med., Coisl. cum uno ex Regiis. Editi τάχα ἄν.

(28-29) *Τοῦ τε τήν.* Harl. et Med. τῷ τε τήν, et paulo post καὶ τῷ.

(30) *Ἀπ' αὐτῆς.* Ita Vat. et quatuor alii. Editi et tres vetustissimi codices ἐπ' αὐτῆς. Sed minus recte. Nam locus gemellus in epist. 86 habet ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐναργείας τῶν ὁρωμένων. *Ex rerum conspectarum evidentia.* In hac scriptura consentiunt omnes mss. codices.

Digitized by Google

τὴν ζημίαν ἡμῖν (31) ἀφόρητον ὑπάρχειν λογίζεσθαι, οὔτ' ἂν ἐπιστολῆς μέτρον ὑποδέξαιτο, καὶ ἄλλως ἄωρον ἀνδραγαθημάτων πλήθει τὸν λόγον προσάγειν, οὕτω συμπεπτωκυίας τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐπὶ τῇ λύπῃ. Τί γὰρ τῶν ἐκείνου τοιοῦτον, οἷον ἢ τῆς μνήμης ἡμῶν ἐκπεσεῖν, ἢ σιωπᾶσθαι ἄξιον νομισθῆναι (32); Πάντα μὲν γὰρ ἀθρόως εἰσάπαξ εἰπεῖν ἀμήχανον· τὸ δὲ ἐκ μέρους λέγειν δέδοικα μὴ προδοσίαν ἔχῃ τῆς ἀληθείας. Οἴχεται ἀνὴρ διαφανέστατα δὴ τῶν καθ' ἑαυτὸν πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀνθρωπίνοις ὑπερενεγκὼν ἀγαθοῖς, ἔρεισμα πατρίδος, Ἐκκλησιῶν κόσμος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, οἰκείοις ἀσφάλεια, δυσμαχώτατος τοῖς ὑπεναντίοις, φύλαξ πατρῴων θεσμῶν, νεωτεροποιίας ἐχθρός· ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸ παλαιὸν τῆς Ἐκκλησίας σχῆμα, οἷον ἀπό τινος ἱεροπρεποῦς εἰκόνος, τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, τὸ εἶδος τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας διαμορφῶν, ὥστε τοὺς αὐτῷ συγγενομένους τοῖς πρὸ διακοσίων ἐτῶν καὶ ἐπέκεινα φωστῆρων τρόπον ἐκλάμψασι συγγεγονέναι δοκεῖν. Οὕτως οὐδὲν οἰκοθεν οὐδὲ νεωτέρας (33) φρενὸς εὕρημα προέφερεν ὁ ἀνήρ· ἀλλὰ, κατὰ τὴν Μωϋσέως εὐλογίαν, ἤδει προκομίζειν ἐκ τῶν ἀδύτων τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀγαθῶν θησαυρῶν, παλαιὰ παλαιῶν, καὶ παλαιὰ ἀπὸ προσώπου νέων. Ταύτῃ τοι καὶ τῆς πρωτιμήσεως οὐ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς συλλόγοις τῶν ὁμοτίμων ἠξιοῦτο, ἀλλ' ὑπὲρ πάντας ἦν τῷ τῆς σοφίας ἀρχαίῳ, ἐκ κοινῆς συγχωρήσεως τὸ πρωτεῖον καρπούμενος. Ὅσον δὲ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς τὸ κέρδος, οὐδεὶς ἂν ἐπιζητήσειε, πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπων. Μόνοι γάρ, ὧν ἴσμεν, ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις (34), ἐν χειμῶνι τοσούτῳ καὶ λαίλαπι πραγμάτων ἀκύμαντον τῇ ἐκείνου κυβερνήσει τὴν ζωὴν διηγάγετε. Οὐ γὰρ ἥψατο ὑμῶν αἱρετικῶν πνευμάτων ζάλη, καταποντισμοὺς ἐπάγουσα καὶ ναυάγια ταῖς εὐπεριτρέπτοις ψυχαῖς. Μήτε δὲ ἅψαιτό ποτε, ὦ Δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὃς τῷ σῷ θεράποντι Γρηγορίῳ, τῷ ἐξ ἀρχῆς πηξαμένῳ (35) τὴν χρηπῖδα τῆς Ἐκκλησίας, τῆς ἐπὶ μήκιστον ἀταραξίας τὴν χάριν ἔδωκας. Ἧν μὴ προδῶτε ὑμεῖς ἐν τῷ παρόντι καιρῷ· μηδὲ θρήνων ἀμετρίᾳ, καὶ τῷ ἐκδότους ἑαυτοὺς τοῖς λυπηροῖς ποιῆσαι, τοὺς τῶν ἀναγκαίων καιροὺς τοῖς ἐφεδρεύουσι πρόησθε. Ἀλλ' εἰ δεῖ πάντως θρηνεῖν (ὥσπερ οὖν οὔ φημι (36), ἵνα μὴ ὁμοιωθῶμεν ἐν τούτῳ (37) τοῖς μὴ ἔχουσιν ἐλπίδα), ὑμεῖς

quas etiam maxime damnum nobis intolerandum accidisse arbitramur, nec epistolæ mensura capiat, et alioquin intempestivum de præclare factorum multitudine sermonem instituere, cum adeo conciderit animus noster ob mœrorem. Quodnam enim illius factum tale est, quod aut e nostra memoria excidat, aut silentio jure ac merito prætermittatur? Fieri enim non potest, ut semel omnia dicantur acervatim : ex parte autem dicere, vereor ne proditionem habeat veritatis. Interiit vir omnium æqualium in omnibus simul humanis bonis præstantissimus, columen patriæ, Ecclesiarum decus, columna et fulcimentum veritatis, firmamentum fidei in Christum, suorum tutela, adversariis inexpugnabilis, legum paternarum custos, novitatis inimicus, ostendens in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos et amplius luminarium instar resplenduerant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat : sed, secundum Moysis benedictionem, proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, et vetera ante faciem novorum [41]. **107** Hinc et primo loco non secundum ætatem in conventibus episcoporum dignus habebatur, sed supra omnes erat sapientiæ antiquitate, primas communi concessu obtinens. Quanta autem talis institutionis utilitas, nemo requisierit, modo in vos oculos convertat. Nam soli quos noverimus, aut certe cum paucis admodum, in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam illius gubernatione vitam egistis. Non enim vos attigit hæreticorum ventorum æstus, submersiones importans et naufragia animabus facile mutabilibus. Neque vero attingat unquam, o universorum Domine, qui famulo tuo Gregorio, a quo basis Ecclesiæ ab initio compacta, tranquillitatis longissimæ munus dedisti. Quam vos hoc tempore amittere nolite, neque immodicis lacrymis, ac totos vos mœrori dedendo, rerum necessariarum opportunitatem insidiantibus prodatis. Quod si omnino lugendum est (ita sane non sentio, ne in hoc iis qui

[41] Levit. xxvi, 10.

(31) *Ἡμῖν.* Edit. Basil. secunda et Paris. ὑμῖν. Aliæ et sex mss. ἡμῖν. Ibidem tres vetustissimi codices et duo Regii habent λογίζεσθαι pro eo quod erat in editis λογιζόμεθα. Illud, ἐφ' οἷς, idem valet ac ὥστε. Simile exemplum habes supra in epist. ad Maximum et infra in ep. 68 ad Athanas. Quod cum librarii non intelligerent, alii ὑπάρχει λογίζεσθαι (sic enim in nonnullis mss. legitur), alii ὑπάρχειν λογιζόμεθα posuerunt. [Quod præstat.]

(32) *Νομισθῆναι.* Addunt editi ἢ συγκομισθῆναι, sed hæc desunt in septem mss. Paulo post editi εἰπεῖν ἀδύνατον et μὴ προδιδῶ τι τῆς ἀληθείας. Codices octo mss. ut in textu.

(33) *Οὐδὲ νεωτέρας.* Οὐδέν in Vat. et Combef. Paulo post legimus cum septem mss. ἀπὸ προσώπου, editi ἀπὸ προσώπων.

(34) *Ἐν ὀλίγοις.* Ita Harl., Coisl. primus, Vat. et duo Regii. Editi σὺν ὀλίγοις.

(35) *Ἡηξαμένῳ.* Editi ante hanc vocem addunt καλῶς, quod in octo mss. desideratur. Statim pro eo quod erat in editis τῆς ἐπιμόνου ἀταραξίας, lectionem octo codicum mss. apposuimus.

(36) *Οὐ φημι.* Deest negatio in tribus mss., sed necessaria videtur ad sententiæ seriem, ac miror eam a Combefisio expungi. Nam perabsurde dixisset Basilius lugendum esse, ne similes simus his qui spem non habent. Paulo post addimus δέ post ὑμεῖς ex codicibus Harl., Med., Coisl. utroque et uno Regio.

(37) *Ἐν τούτῳ.* Sic codices mss. octo. Iidem paulo post habent προστησάμενοι. Editi ἐν τούτοις et περιστησάμενοι. Editiones Hagan. et duæ Basileenses habent προστησάμενοι.

Digitized by Google

spem non habent, similes simus), vos, si videtur, postquam veluti lugubris quidam chorus proprium vobis ducem præfeceritis, concinnius cum ipso casum deflete.

2. Atque is quidem, etsi ad extremam senectutem non pervenit, at certe quod ad tempus, quo vobis præfuit, attinet, satis vitæ habuit. Corporis autem tantum particeps fuit, quantum necesse erat, ut animi constantiam in illius doloribus perferendis ostenderet. Forte autem vestrum aliquis existimet, tempus commiserationis esse incrementum et amoris accessionem, non autem satietatis occasionem his qui experti sunt, ita ut quanto longiori tempore estis beneficium experti, tanto amplius orbitatem sentiatis; cæterum corporis justi vel umbram apud pios quovis honore dignam esse. Atque optandum quidem ut multi ex vobis sic animo affecti sint (neque enim ego ipse dixerim virum esse negligendum) : sed hoc consilii do, ut dolorem humaniter perferatis. Etenim quæcunque dicere possint qui damnum deplorant, neque a meipso ignorantur. Silet quidem lingua fluviorum in morem aures alluens : cordis autem profundum, a nemine hactenus comprehensum, somniis debilius, quantum sane ad homines attinet, avolavit. Quis illo ad futurum prævidendum acutior? Quis in tam stabili ac firma animi indole idòneus fuit, qui fulgure citius res aggrederetur? O civitas multis quidem jam malis præoccupata : sed tamen nullo prorsus in partibus ad vitam necessariis sic læsa! Nunc defloruit tibi ornatus pulcherrimus, conticuit Ecclesia, conventus tristes sunt, consessus sacer coryphæum desiderat, sermones mystici **108** explanatorem exspectant, pueri patrem, senes æqualem, optimates principem, populus patronum, pauperes nutritorem; omnes nominibus maxime propriis ipsum vocantes, in propria calamitate luctum sibi quisque proprium atque convenientem edunt. Sed quo mihi sermo præ lacrymarum voluptate rapitur? Non evigilabimus? non semetipsos colligemus? non respiciemus ad communem Dominum, qui postquam unumquemque sanctorum ætati suæ sivit inservire, congruis temporibus ad se rursus revocavit? Nunc in tempore illius verborum recordamini, qui cum concionaretur apud vos,

δὲ, εἰ δοκεῖ, οἷόν τις χορὸς πενθήρης τὸν κεφαλαῖον ἑαυτῶν προστησάμενοι, ἐμμελέστερον μετ' ἐκείνου τὸ συμβὰν ἀποκλαύσατε.

2. Καίτοιγε εἰ καὶ μὴ ἐπ' ἐσχάτου γήρως ἤλαυνεν ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' οὖν τοῦ γε χρόνου ἕνεκεν τῆς ὑμετέρας ἐπιστασίας, οὐκ ἐνδεῶς εἶχε τοῦ βίου. Τοῦ τε σώματος τοσοῦτον μετεῖχεν, ὅσον τῆς ψυχῆς τὸ καρτερὸν ἐπὶ ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτοῦ δεικνύναι. Τυχὸν δὲ ἄν τις ὑμῶν ὑπολάβοι, ὅτι καὶ ὁ χρόνος αὔξησις συμπαθείας, καὶ προσθήκη φίλτρου, οὐχὶ ἀφορμὴ κόρου τοῖς πειραθεῖσιν ἐγγίνεται (38), ὥστε, ὅσῳ ἐν πλείονι χρόνῳ τῆς εὐεργεσίας πεπείρασθε, τοσούτῳ μᾶλλον τῆς ἀπολείψεως ἐπαισθάνεσθαι (39)· σώματος δὲ δικαίου καὶ σκιὰ τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς εὐλαβέσι. Καὶ εἴη γε πολλοὺς ὑμῶν (40) ἐπὶ ταύτῃ εἶναι τῆς διανοίας (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀμελῶς ἔχειν τοῦ ἀνδρὸς φημι χρῆναι)· ἀλλ' ἀνθρωπίνως συμβουλεύω τὸ λυπηρὸν διαφέρειν. Ἐπεὶ ὅσα γέ ἐστιν εἰπεῖν ἀποκλαιομένους τὴν ζημίαν, οὐδὲ ἐμὲ αὐτὸν διαφεύγει. Σιωπᾷ (41) μὲν γλῶττα, ποταμοῖς ἴσα τὰς ἀκοὰς ἐπικλύζουσα· καρδίας δὲ βάθος, οὐδενὶ τέως (42) καταληπτὸν, ὀνείρων ἀσθενέστερον, ὅσα γε πρὸς ἀνθρώπους, διιπτάμενον οἴχεται. Τίς ὀξύτερον (43) ἐκείνου προϊδέσθαι τὸ μέλλον; τίς ἐν οὕτω σταθερῷ καὶ παγίῳ τῆς ψυχῆς ἤθει ἀστραπῆς τάχιον τοῖς πράγμασιν ἐπελθεῖν ἱκανός; Ὦ πόλις πολλοῖς μὲν ἤδη προειλημμένη πάθεσιν, ὑπ' οὐδενός γε μὴν οὕτως εἰς αὐτὰ τὰ καίρια τοῦ βίου ζημιωθεῖσα! Νῦν ἀπήνθηκέ σοι κόσμος ὁ κάλλιστος· Ἐκκλησία δὲ μέμυκε, καὶ σκυθρωπάζουσι πανηγύρεις, καὶ τὸ ἱερὸν συνέδριον τὸν κορυφαῖον ἐποθεῖ, λόγοι δὲ μυστικοὶ τὸν ἐξηγητὴν ἀναμένουσιν, οἱ παῖδες τὸν πατέρα, οἱ πρεσβῦται τὸν ἡλικιώτην, οἱ ἐν τέλει τὸν ἔξαρχον, ὁ δῆμος τὸν προστάτην, οἱ βίου δεόμενοι τὸν τροφέα· πάντες αὐτὸν ἐκ τῶν οἰκειοτάτων ὀνομάτων ἀνακαλούμενοι, ἐπὶ οἰκείῳ πάθει οἰκεῖον αὐτῷ καὶ προσήκοντα ἕκαστος τὸν θρῆνον αἴρουσιν (44). Ἀλλὰ ποῦ μοι ὁ λόγος ὑφ' ἡδονῆς τῶν δακρύων ἐκφέρεται; Οὐκ ἀνανήψομεν; οὐχ ἡμῶν αὐτῶν γενησόμεθα; οὐκ ἀποβλέψομεν πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην, ὃς, ἕκαστον τῶν ἁγίων τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ἐπιτρέψας ὑπηρετήσασθαι, τοῖς καθήκουσι χρόνοις πρὸς ἑαυτὸν πάλιν ἀνεκαλέσατο; Νῦν ἐν καιρῷ τῶν ἐκείνου φωνῶν ὑπομνήσθητε· ὃς ἐκκλησιάζων ὑμῖν ἀεὶ διεστέλλετο, *Βλέπετε*, λέγων, *τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς*

(38) *Ἐγγίνεται*. Ita Harl. et Coisl. primus. Editi γίνεται.

(39) *Ἐπαισθάνεσθαι*. Ita Harl. et Med. Editi ἐπαισθάνεσθε.

(40) *Ὑμῶν*. Sic mss. sex. Editi ἡμῶν.

(41) *Σιωπᾷ*. Editi addunt μὲν γάρ. Sed postrema vocula abest ab omnibus mss.

(42) *Τέως*. Hæc vocula addita ex octo mss. Ibidem tres vetustissimi ὅσα γε.

(43) *Τίς ὀξύτερον*. Ita tres vetustissimi codices cum aliis quatuor. Subauditur ἱκανός, quod paulo post sequitur; cui quidem cum minus attenderent librarii, credo eos scripsisse, ut est in editis, τίς ὀξύτερος. Quod autem paulo post ait Neocæsaream multis jam malis præoccupatam fuisse, non videtur id referri posse ad famem de qua Basilius in præcedenti epistola. Hoc enim malo contactas non fuisse Ponti civitates conjicimus ex Gregorio Naz., qui famem eo graviorem fuisse dicit, quod non possint Cappadoces, ut maritimæ civitates, et ea quibus abundant exportare, et quibus indigent invehere. Respicit ergo Basilius ad illam potissimum calamitatem qua Neocæsaream Gregorius Nyssenus sua ætate afflictam fuisse testatur, cum ingenti terræ motu ædificia omnia tum publica tum privata ruinas traxerunt, ac solum templum, quod a Gregorio ædificatum fuerat, illæsum et intactum permansit, *Vit. S. Greg.* tom. III, p. 554. Eumdem eventum referunt in *Chronicis* Hieronymus et Theophanes ad annum 344.

(44) *Αἴρουσιν*. Quatuor mss. recentiores ἔρουσι. Sic etiam secunda manu Harl., sed initio habuerat αἴρουσι.

Digitized by Google

κακοὺς ἐργάτας. Πολλοὶ οἱ κύνες. Τί λέγω κύνες; Λύκοι μὲν οὖν βαρεῖς, ἐν ἐπιφανείᾳ προβάτων τὸ δολερὸν ὑποκρύπτοντες, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ Χριστοῦ ποίμνιον διασπῶσιν. Οὓς φυλακτέον ὑμῖν, ἐγρηγορικοῦ τινος ποιμένος ἐπιστασίᾳ. Ὃν ὑμέτερον μὲν αἰτῆσαι, φιλονεικίας πάσης καὶ φιλοπρωτίας τὰς ψυχὰς καθαρεύοντας, τοῦ Κυρίου δὲ ἀναδεῖξαι· ὃς ἀπὸ τοῦ μεγάλου προστάτου τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν Γρηγορίου μέχρι τοῦ μακαρίου τούτου, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ (45) προστιθεὶς καὶ συναρμόζων ἀεὶ, οἷον ἔκ τινος ἁρμοῦ (46) λίθων πολυτελῶν, θαυμαστὸν οἷον κάλλος τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἐχαρίσατο. Ὥστε οὐδὲ τῶν ἐφεξῆς ἀπελπιστέον. Οἶδε γὰρ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ ἀγάγοι ἂν εἰς τὸ μέσον τοὺς παρ' ἡμῶν τυχὸν οὐ προσδοκωμένους.

3. Πάλαι με θέλοντα τῶν λόγων παύσασθαι ἡ ὀδύνη τῆς καρδίας οὐκ ἐπιτρέπει· ἀλλ' ἐπισκήπτω ὑμῖν πρὸς τῶν Πατέρων, πρὸς τῆς ὀρθῆς πίστεως, πρὸς τοῦ μακαρίου τούτου, διαναστῆναι τὴν ψυχὴν, οἰκεῖον ἕκαστον ἑαυτοῦ τὸ σπουδαζόμενον κρίναντα, καὶ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως πρῶτον αὐτὸν ἀπολαύσειν ἡγούμενον, μηδὲ, τὸ τοῖς πολλοῖς συμβαῖνον, πρὸς τὸν πλησίον τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν ἀπωθεῖσθαι· εἶτα, ἑκάστου τῇ αὐτοῦ διανοίᾳ τῶν πραγμάτων ὀλιγωροῦντος, λαθεῖν ἅπαντας ἴδιον ἑαυτοῖς κακὸν διὰ τῆς ἀμελείας ἐπισπασαμένους. Ταῦτα εἴτε ὡς γειτόνων συμπάθεια, εἴτε ὡς ὁμοδοξούντων κοινωνίαν (47), εἴτε καὶ, ὅπερ ἀληθέστερόν ἐστι, τῷ τῆς ἀγάπης πειθομένων νόμῳ, καὶ τὸν ἐκ τοῦ σιωπῆσαι κίνδυνον ἐκκλινόντων, μετὰ πάσης εὐνοίας δέξασθε· πεπεισμένοι, ὅτι καύχημα ἡμῶν ἐστε, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμῶν εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ δοθησομένου ποιμένος ὑμῖν ἢ ἐπὶ πλέον τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης ἐνωθησόμεθα, ἢ πρὸς παντελῆ διάστασιν· ὃ μὴ γένοιτο, μηδὲ ἔσται τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, οὐδ' ἂν αὐτὸς εἴποιμι νῦν βλάσφημον οὐδέν. Τοῦτο δὲ εἰδέναι ὑμᾶς βουλόμεθα, ὅτι, εἰ καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν συντρέχοντα ἡμῖν οὐκ ἔσχομεν (48) τὸν μακάριον διά τινας, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διεβεβαιοῦτο, προλήψεις, ἀλλ' οὖν γε τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοδοξίας, καὶ τοῦ ἀεὶ κοινωνὸν ἐπικαλεῖσθαι τῶν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀγώνων, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις τοῖς πεπειραμένοις ἡμῶν οὐδένα καιρὸν ἀπελείφθημεν.

A semper admonebat, *Cavete canes*, inquiens, *carete operarios malos* [12]. Canes non pauci. Quid dico canes? Imo vero lupi graves, qui sub ovium specie dolum contegentes, ubique terrarum gregem Christi divellunt: qui vobis vitandi sunt vigilantis alicujus pastoris præsidio. Hunc vestrum quidem est petere, animis ab omni contentione atque ambitione repurgatis: Domini vero, ostendere, qui a magno illo Ecclesiæ vestræ duce Gregorio usque ad hunc beatum, alterum in alterius locum sufficiens, semperque adaptans, velut ex quadam pretiosorum lapidum commissura, mirum ornamentum Ecclesiæ vestræ largitus est. Quare nec de successuris desperandum est. Novit enim suos Dominus, et proferre in medium potest, quos fortasse non ex-
B spectamus.

3. Dudum me volentem sermoni finem imponere, dolor cordis non sinit: sed obtestor vos per Patres, per rectam fidem, per hunc beatum, erigatis animum, proprium sibi quisque id quod agitur ducentes, et rerum in utramque partem exitus participes se in primis fore existimantes, ita ut rerum communium curam, ut plerique solent, in proximum non rejiciatis, ac postea unoquoque in animo suo res negligente, omnes sibi ipsi per incuriam proprium malum imprudentes accersant. Hæc autem sive ut vicinorum commiserationem, sive ut idem sentientium communionem, sive etiam, quod verius est, ut charitatis legi obse-
C quentium, et periculum silentii declinantium, omni cum benevolentia excipite; persuasum illud habentes vos esse nostram gloriationem quemadmodum et nos vestra erimus in Domini die: nosque prout pastor vobis dabitur, vel arctius charitatis vinculo vobiscum esse conjungendos, vel prorsus disjungendos, quod quidem absit, neque Dei gratia fiet, neque sane ipse nunc contumeliosi quidquam dixerim. Hoc autem scire vos volumus, etsi beatum illum ad Ecclesiarum pacem concurrentem non habuimus propter quasdam, ut ipse nobis affirmavit, anticipatas opiniones; sed tamen idem cum ipso sentiendi, eumque semper certaminum adversus hæreticos participem advocandi, nos, Deo teste et hominibus qui nostri periculum fece-
D runt, nullum tempus intermisisse.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΘ'.

109 EPISTOLA XXIX*.

Basilius Ancyranis significat acceptum ex morte eorum episcopi Athanasii dolorem, cujus summa de ecclesiis merita prædicat. Hortatur ut caveant, ne rursus in electione episcopi dissensiones nascantur.

Τῇ Ἐκκλησίᾳ Ἀγκύρας παραμυθητική (49).

Ecclesiæ Ancyræ consolatoria.

Πολὺν ἡμῖν χρόνον σιωπὴν ἐνεποίησεν ἡ ἔκπλη-

Diuturnum nobis silentium imposuit animi stu-

[12] Philipp. III, 2.

(45) Ἐπ' ἄλλῳ. Sic octo codices mss. Editi ἐπ' ἄλλον.

(46) Ἁρμοῦ. Sic sex mss. Editi ὅρμου. Paulo post editio Parisiensis παρ' ὑμῶν. Aliæ editiones et mss. codices septem παρ' ἡμῶν.

(47) Συμπάθεια... κοινωνία. Sic vetusti codices, melius quam in editis συμπαθείᾳ .. κοινωνίᾳ. Sed postulat sensus ut legatur συμπάθειαν... κοινωνίαν. Editio Haganoensis consentit cum mss. codicibus.

(48) Οὐκ ἔσχομεν. Ita mss. septem. Editi οὐκ εἴχομεν.

(49) *Παραμυθητική*. Hæc vox addita ex sex mss.

* Alias LXVII, scripta anno 368 exeunte.

Digitized by Google

por ex gravissimo tristis eventus nuntio. Postquam vero paululum quodam modo ex taciturnitate nos recollegimus, quam velut ii, quorum aures vehementi tonitru perculsæ sunt, passi sumus; necessario nunc de eo quod accidit, ingemuimus, et inter luctus epistolam hanc ad vos misimus, non consolandi gratia, (quis enim sermo inveniatur tantæ medicus calamitatis?) sed cordis nostri dolorem, quantum possimus, vobis hac voce significantes. Opus nunc mihi essent Jeremiæ lamentationes, et si quis sane alius ex beatis hominibus calamitatem maximam modo commovendis animis idoneo lamentatus est. Cecidit vir, vere columna et firmamentum Ecclesiæ, vel potius ipse quidem ad beatam vitam sublatus a nobis abiit : non leve autem periculum est, ne multi subtracto hoc fundamento corruant, et quæ in nonnullis putrida sunt, manifesta fiant. Clausum est os, et justa dicendi libertate, et gratiæ verbis ad fratrum ædificationem scatens. Abierunt mentis consilia, quæ vere in Deo commovebatur. O quoties mihi (accusabo enim me ipse) indignari subiit in virum, quod totus in eo desiderio ut discederet, essetque cum Christo, permanere in carne propter nos non prætulerit [13]. Cuinam deinceps Ecclesiarum curam deferemus? quem adjungemus molestiarum socium? quem lætitiæ participem? O gravem tristemque solitudinem! Quomodo plane similes facti sumus solitario pellicano [14]? Sed tamen juncta inter se Ecclesiæ membra, velut ab anima quadam, ab ipsius regimine in unam consensionem et accuratam communionem compacta, et servantur constanter per pacis vinculum ad spiritualem coagmentationem, et servabuntur semper, Deo id largiente, ut firma ac immota maneant beatæ illius animæ opera, quæcunque Ecclesiis Dei exantlavit. Verum certamen non parvum incumbit, ne rursus lites ac discordiæ in præsulis electione nascentes, omnem simul laborem ex qualibet dissensione subvertant.

ξις τῆς βαρυτάτης ἀγγελίας τοῦ συμβάντος κακοῦ. Ἐπεὶ δὲ μικρόν πως τῆς ἀφασίας ἀνηνέγκαμεν, ἣν ὡς οἱ (50) βροντῇ μεγάλῃ τὰς ἀκοὰς καταπλαγέντες, πεπόνθαμεν· ἀναγκαίως νῦν ἐπεστενάξαμεν τῷ συμβάντι, καὶ μεταξὺ ὀδυρόμενοι τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐξεπέμψαμεν· οὐ παρακλήσεως ἕνεκεν, (τίς γὰρ ἂν καὶ λόγος εὑρεθείη τοσαύτης συμφορᾶς ἰατρός;) ἀλλὰ τὴν ὀδύνην τῆς καρδίας ἡμῶν, καθ' ὅσον δυνατὸν, ἐκ τῆς φωνῆς, ταύτης ὑμῖν διασημαίνοντες. Νῦν ἐδεόμην τῶν Ἱερεμίου θρήνων, καὶ εἴ δή τις ἄλλος τῶν μακαρίων ἀνδρῶν συμφορᾶς μέγεθος (51) ἐμπαθῶς ἀπωδύρατο. Πέπτωκεν ἀνὴρ, στῦλος τῷ ὄντι καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας· μᾶλλον δὲ αὐτὸς μὲν (52) πρὸς τὴν μακαρίαν ζωὴν ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν οἴχεται· κίνδυνος δὲ οὐ μικρὸς, μὴ πολλοὶ τῷ ἐρείσματι τούτῳ ὑπεξαιρεθέντι συγκαταπέσωσι, καὶ τὰ σαθρά τινων φανερὰ γένηται. Κέκλεισται στόμα παρρησίας τε δικαίας (53) καὶ λόγους χάριτος ἐπ' οἰκοδομῇ τῆς ἀδελφότητος βρύον. Οἴχεται δὲ φρενὸς βουλεύματα, τῆς ὄντως ἐν Θεῷ (54) κινουμένης. Ὢ ποσάκις μοι (κατηγορήσω γὰρ ἐμαυτοῦ) ἐπῆλθεν ἀγανακτῆσαι κατὰ τοῦ ἀνδρός· ὅτι, ὅλως γενόμενος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, τὸ ἐπιμεῖναι ἐν τῇ σαρκὶ οὐ προετίμησε δι' ἡμᾶς. Πρὸς τίνα λοιπὸν τὰς φροντίδας τῶν Ἐκκλησιῶν (55) ὑπερθώμεθα; τίνα κοινωνὸν τῶν λυπηρῶν λάβωμεν; τίνα μεριστὴν τῆς εὐφροσύνης (56); Ὢ τῆς δεινῆς ὄντως καὶ σκυθρωπῆς ἐρημίας! Πῶς ἀκριβῶς ὠμοιώθημεν πελεκᾶνι ἐρημικῷ; Ἀλλὰ μὴν τά γε συναφθέντα μέλη τῆς Ἐκκλησίας, οἷον ὑπὸ ψυχῆς τινος, τῆς ἐκείνου προστασίας, εἰς μίαν συμπάθειαν καὶ ἀκριβῆ κοινωνίαν συναρμοσθέντα, καὶ φυλάσσεται διὰ τοῦ συνδέσμου τῆς εἰρήνης πρὸς τὴν πνευματικὴν ἁρμολογίαν παγίως, καὶ φυλαχθήσεται εἰς ἀεὶ, τοῦτο τοῦ Θεοῦ χαριζομένου, ἑδραῖα μένειν καὶ ἀμετακίνητα τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς τὰ ἔργα, ὅσα ἐνήθλησε ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ. Πλὴν ἀλλ' ὁ ἀγὼν (57) οὐ μικρὸς, μή τινες πάλιν ἔριδες καὶ διχοστασίαι, ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ προστατοῦντος ἀναφυεῖσαι, πάντα ὁμοῦ τὸν κόπον ἐκ τῆς τυχούσης ἔριδος ἀνατρέψωσιν.

[13] Philipp. I, 23. [14] Psal. CI, 7.

(50) *Ὡς οἱ*. Sic omnes antiqui codices. Editi ὡσεί. Ibidem ἐκπλαγέντες in tribus mss. Νῦν paulo post deest in tribus, nec necessaria est hæc vocula. Paulo post Basilius in his verbis, Τίς γὰρ ἂν καὶ λόγος... ἰατρός, videtur respicere ad versum antiqui poetæ, quem citat Plutarchus initio libri *De consolatione*, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, *Animæ ægrotantis sunt medici sermones*.

(51) *Συμφορᾶς μέγεθος*. Vaticanus codex cum Regio secundo et Coisl. secundo συμφορὰς μεγίστας. Statim in duobus mss. ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *firmamentum veritatis*.

(52) *Αὐτὸς μέν*. Vocula addita ex Med. et Coisl. primo.

(53) *Παῤῥησίας τε δικαίας*, etc. In his et sequentibus vocibus secuti sumus quinque veteres libros, nempe Reg. utrumque, Coisl. utrumque et Vaticanum. Plures autem quam sex non habuimus. Deest enim hæc epistola in codice Harl. Editi παῤῥησίας τε λόγοις χάριτος ἐπ' οἰκοδομήν. Habet etiam Medicæus cod. ἐπ' οἰκοδομῇ.

(54) *Ἐν Θεῷ*. Deest præpositio in duobus vetustissimis codicibus Coisl. et Med. Non multo post Medicæus τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀναχωρῆσαι, quo ex verbo confirmatur interpretatio quam secuti sumus.

(55) *Τῶν Ἐκκλησιῶν*. Duo codices Regii et Coisl. secundus τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

(56) *Εὐφροσύνης*. Sic uterque Reg. et uterque Coisl. Male in editis σωφροσύνης.

(57) *Ἀλλ' ὁ ἀγών*. Sic quinque codices. Editi ἄλλος ἀγών. Ibidem πάλιν additum ex quatuor mss. Legitur paulo post in Vaticano, Regio secundo et Coisl. secundo ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ μεταστάντος, *lites et discordiæ quæ in defuncti electione exortæ fuerant*. Sed utravis lectio probetur, illud semper ex his verbis, *ne rursus lites*, etc., concludere licet, electionem Athanasii interpellatam dissensionibus fuisse.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Λ'.

110 EPISTOLA XXX*.

Præter morbos, hiemem et negotia, aliæ causæ Basilium prohibuere ad Eusebium proficisci. Matrem amisit, unde morbus recruduit. Ecclesiis non melius est quam ipsius corpori. Narrat electos fuisse Ancyræ et Neocæsareæ episcopos. Precibus Eusebii acceptum refert, quod inimicorum insidias effugerit.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. A *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Εἰ πάσας ἐφεξῆς γράφοιμι τὰς αἰτίας ὑφ' ὧν μέχρι τοῦ παρόντος κατεσχέθην, καὶ πάνυ ὡρμημένος πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἱστορίας ἂν μῆκος ἀπέραντον ἐκπληρώσαιμι. Νόσους μὲν ἐπαλλήλους καὶ χειμῶνος ἐπάχθειαν (58), καὶ πραγμάτων συνοχὴν παρίημι λέγειν, γνώριμα ὄντα καὶ ἤδη προδεδηλωμένα (59) τῇ τελειότητί σου. Νῦν δὲ καὶ ἣν μόνην εἶχον τοῦ βίου παραμυθίαν τὴν μητέρα, καὶ ταύτην ἀφῃρέθην ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου (60). Καὶ μὴ καταγελάσῃς μου ὡς ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας ὀρφανίαν ἀποδυρομένου· ἀλλὰ σύγγνωθί μοι ψυχῆς χωρισμὸν ἀνεκτῶς μὴ φέροντι, ἧς οὐδὲν ἀντάξιον ἐν τοῖς λειπομένοις ὁρῶ. Πάλιν οὖν μοι ὑπέστρεψε τὰ ἀῤῥωστήματα, καὶ πάλιν ἐπὶ κλίνης κατάκειμαι ἐπὶ μικρᾶς παντελῶς τῆς δυνάμεως σαλεύων, καὶ μόνον (61) οὐχ ἑφ' ἑκάστης ὥρας τὸ ἀναγκαῖον πέρας τῆς ζωῆς ἐκδεχόμενος. Αἱ δὲ Ἐκκλησίαι σχεδόντι παραπλησίως τῷ σώματί μου διάκεινται, ἀγαθῆς μὲν ἐλπίδος οὐδεμιᾶς ὑποφαινομένης, ἀεὶ δὲ πρὸς τὸ χεῖρον τῶν πραγμάτων ὑπορρεόντων. (62) Τέως δὲ ἡ Νεοκαισάρεια καὶ ἡ Ἄγκυρα ἔδοξαν ἔχειν διαδόχους τῶν ἀπελθόντων, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἡσυχάζουσιν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμῖν οἱ ἐπιβουλεύοντες ποιῆσαί τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς πικρίας ἄξιον μέχρι τοῦ παρόντος συνεχωρήθησαν. Καὶ τούτου τὴν αἰτίαν ταῖς σαῖς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν πρεσβείαις προδήλως ἡμεῖς ἀνατίθεμεν. Ὥστε μὴ ἀποκάμῃς προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ δυσωπῶν τὸν Θεόν (63). Τοὺς καταξιωθέντας ἐξυπηρετεῖσθαι τῇ ὁσιότητί σου πάμπολλα πρόσειπε.

Si omnes ordine scriberem causas, quibus in hunc usque diem detentus sum, quanquam ad tuam pietatem proficisci omnino cupiebam, historiæ seriem infinitam pertexerem. Morbos quidem alios aliis succedentes, hiemis molestiam, negotiorum continuitatem omitto dicere, cum nota sint, et jam prius indicata præstantiæ tuæ. Nunc autem, quod unicum habebam vitæ solatium, matrem etiam ob mea peccata amisi. Nec me derideas, qui id ætatis lugeam orbitatem, sed ignosce mihi, separationem animæ patienter non ferenti, cui nihil comparandum in reliquis rebus video. Rursus igitur mihi reversi sunt morbi, rursusque in lecto decumbo, exiguis prorsus viribus fluctuans, et tantum non singulis horis necessarium vitæ finem exspectans. Ecclesiæ autem non alio fere modo ac corpus meum affectæ sunt, bona quidem spe nulla affulgente, rebus vero semper in deterius sublabentibus. Interim Neocæsarea et Ancyra visæ sunt habere successores eorum qui obierunt, et huc usque conquieverunt. Sed nec iis, qui nobis insidiantur, ut aliquid iracundia sua et acerbitate dignum facerent, hactenus concessum est; nosque ejus rei causam tuis pro Ecclesiis precibus palam tribuimus. Quare pro Ecclesiis precando et Deum exorando ne delasseris. Iis qui digni fuere, qui tuæ sanctitati ministrent, dic salutem plurimam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΑ'

EPISTOLA XXXI**.

Fames nondum sedata Basilium detinet, quominus comitetur Hypatium consanguineum suum. Hunc sanare concessum non fuerat his qui dona curationum habebant. Quamobrem eum commendat Eusebio, ut vel fratres religiosissimos accersat, qui ei medeantur, vel ipsum ad illos cum litteris mittat.

Εὐσεβίῳ (64) *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.* C *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Οὔπω ἡμᾶς ὁ λιμὸς ἀνῆκε· διόπερ ἀναγκαία ἡμῖν ἐστιν ἡ ἐπὶ τῆς πόλεως διαγωγή, ἢ οἰκονομίας (65)

Nondum nos fames reliquit; quapropter in civitate remanere necesse habemus, vel dispensatio-

(58) *Ἐπάχθειαν.* Sic antiqui sex codices. Editi ἀπέχθειαν.

(59) *Προδεδηλωμένα.* Hæc indicaverat in epist. 27 : nempe præter hiemem et morbum, ipsam etiam famem, quæ plurimum ei dabat negotii in sublevandis pauperibus.

(60) *Ἁμαρτιῶν μου.* Deest illud pronomen in quatuor mss.

(61) *Μόνον οὐκ.* Tres codices μόνον οὐχί.

(62) Vide Addenda.

(63) *Τὸν Θεόν.* Post has voces editi addunt καί, quod deest in sex mss.

(64) *Εὐσεβίῳ.* Quamvis codices sex habeant Εὐσεβωνᾷ, duo autem, nempe Vaticanus et alius insignis Ecclesiæ Parisiensis, πρὸς Εὐσεβωνᾶν ἐπίσκοπον, non tamen mutandum duxi quod in editis legebatur. In codice Medicæo, qui est vetustissimus, recentior manus apposuit illud Εὐσεβωνᾷ. Ex aliorum tamen codicum auctoritate conjici non immerito posset, Eusebium Samosatensem Eusebonam apud Syros suos dictum fuisse. At non dubium quin ad illum scripta fuerit hæc epistola; siquidem Basilius, ut in prioribus, excusat famem, cur ad eum non veniat. In pluribus codicibus mss. conjuncta est epistola cum aliis ad Eusebium scriptis : eam autem proxime in omnibus codicibus sequitur epistola 146, quæ inscripta est τῷ αὐτῷ, nempe eidem Eusebonæ, quamvis ad Antiochum Eusebii fratris aut sororis filium scripta sit.

(65) *Οἰκονομίας.* Id est, ut pauperes adjuvem, vel saltem commiserationem illis impendam. Sæpe apud Basilium οἰκονομία dicitur id quod pauperibus distribuitur. Vituperat in Comment. *in Isa.*, p. 418, præsules qui male partam pecuniam accipiunt vel ad suos usus, ἢ ἐπὶ λόγῳ τῆς τῶν πτωχευόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οἰκονομίας, *vel per causam distribuendi pauperibus Ecclesiæ.* In epistola 92 Orientales inter mala Ecclesiæ illud etiam deplorant, quod ambitiosi præsules οἰκονομίας πτωχῶν, *pecunias pauperibus destinatas* in suos usus convertant

* Alias VII, scripta anno 369.

** Alias CCLXVII, scripta anno 369.

Digitized by Google

nis causa, vel commiserationis in afflictatos. Unde ne nunc quidem potui comitem me viæ præbere colendissimo fratri Hypatio, quem non tantum honoris **111** causa fratrem appellare possum, sed propter naturalem quæ inter nos intercedit necessitudinem : consanguinei enim sumus. Quali ille morbo laboret, neque tuam præstantiam fugit. Dolemus autem, quod in eo spes omnis abscissa sit levamenti, quandoquidem iis qui sanationis dona habent, nihil in illo eorum quæ solent, operari concessum est. Quocirca rursus precum tuarum auxilium implorat. Tu autem exorari te sine, ut opem solitam non deneges, tum ob tuam erga ægrotantes commiserationem, tum nostra causa, qui pro eo precamur : et si fieri potest, fratres religiosissimos ad temetipsum accersas, ut in tuis ipsius oculis ei medela afferatur; sin hoc fieri nequit, illum cum litteris dimittere et fratribus ultra commorantibus commendare digneris.

A

B

ἕνεκεν, ἢ συμπαθείας τῶν θλιβομένων. Ὅθεν οὐδὲ νῦν ἠδυνήθην κοινωνῆσαι τῆς ὁδοῦ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Ὑπατίῳ (66), ὃν οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο εὐφημίας ἕνεκεν ἀδελφὸν ἔχω προσαγορεύειν, ἀλλὰ διὰ τὴν προσοῦσαν ἡμῖν ἐκ φύσεως οἰκειότητα· αἵματος γάρ ἐσμεν τοῦ αὐτοῦ. Ὡς ὁποῖα μὲν κάμνει, οὐδὲ τὴν σὴν ἔλαθε τιμιότητα· λυπεῖ δὲ ἡμᾶς, ὅτι πᾶσα παραμυθίας ἐλπὶς ἐπ' αὐτῷ περικέκοπται, τῶν ἐχόντων τὰ τῆς ἰασέως χαρίσματα οὐδὲν ἐπ' αὐτοῦ τῶν συνήθων ἐνεργῆσαι συγχωρηθέντων. Διὸ πάλιν τῶν σῶν προσευχῶν τὴν βοήθειαν ἐπικαλεῖται. Σὺ δὲ τὰ συνήθη προστῆναι, καὶ διὰ τὴν σεαυτοῦ περὶ τοὺς κάμνοντας εὐσπλαγχνίαν, καὶ δι' ἡμᾶς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβεύοντας, παρακλήθητι· καὶ, εἰ μὲν οἷόν τε, πρὸς ἑαυτὸν μεταστεῖλαι (67) τοὺς εὐλαβεστάτους τῶν ἀδελφῶν, ὥστε ὑπὸ ταῖς σαῖς ὄψεσι προσαχθῆναι αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, μετὰ γραμμάτων αὐτὸν προπέμψαι, καὶ συστῆσαι τοῖς ἔμπροσθεν καταξίωσον.

EPISTOLA XXXII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΒ'.

Cum Cæsarius moriens sua omnia pauperibus legasset, ejus pater et frater quidquid reliquum fuit de ipsius bonis, quæ expilata fuerant, id statim in pauperibus suscipiendis et debitoribus absolvendis insumpserunt; sed postea sycophantæ multi prodierunt, qui pecuniam a se Cæsarium accepisse dicerent. Unde Gregorium molestissimis negotiis implicatum Basilius Sophronio commendat.

Sophronio magistro.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ (68).

1. Particeps est temporis et Deo dilectissimus frater noster Gregorius episcopus. Dolet enim cum omnibus et ipse injuriis continuis, velut inexspectatis quibusdam plagis perculsus. Nam homines Deum non timentes, fortasse etiam et magnitudine malorum coacti, calumnias illi inferunt eo nomine, quod Cæsarius pecunias ab ipsis acceperit. Nec damnum molestum est; dudum enim didicit pecunias contemnere; sed quia cum exiguam omnino partem acceperint illius bonorum, eo quod res ipsius penes servos essent ac homines servis nihilo indole meliores, qui, liberrime pretiosissima quæque partiti, paucissima omnino eis reservarunt; hæc illi existimantes nulli obnoxia esse creditori, mox in egenos insumpsere, tum ob suam ipsorum propensionem, tum ob defuncti vocem. Fertur enim dixisse moriens : *Mea omnia volo esse pauperum.* Itaque ut dati a Cæsario mandati ministri, statim hæc dispensarunt utiliter. Et nunc

C

1. Ἀπολαύει τοῦ καιροῦ καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν Γρηγόριος ὁ ἐπίσκοπος. Ὀδυνᾶται γὰρ μετὰ πάντων καὶ αὐτὸς ἐπηρείαις ἀλλεπαλλήλοις (69), ὥσπερ τισὶ πληγαῖς ἀπροσδοκήτοις τυπτόμενος. Ἄνθρωποι γὰρ μὴ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, τάχα που καὶ ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν βιαζόμενοι, ἐπηρεάζουσιν αὐτῷ, ὡς χρήματα Καισαρίου παρ' αὐτῶν εἰληφότος. Καὶ οὐ τὸ τῆς ζημίας βαρύ· πάλαι γὰρ ἔμαθε χρημάτων ὑπεροράν· ἀλλ' ὅτι, μικρὰ παντελῶς δεξάμενοι τῶν ἐκείνου, διὰ τὸ ἐπὶ οἰκέταις αὐτοῦ γενέσθαι τὸν βίον καὶ ἀνθρώποις οὐδὲν οἰκετῶν αἱρετωτέροις τὸν τρόπον, οἱ κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὰ πλείστου ἄξια διανειμάμενοι, ἐλάχιστα παντελῶς ἀπέσωσαν τούτοις· ἃ νομίζοντες (70) μηδενὶ ὑποκεῖσθαι, εὐθὺς ἀνάλωσαν εἰς τοὺς δεομένους, καὶ διὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν, καὶ διὰ τὴν φωνὴν τοῦ κατοιχομένου. Λέγεται γὰρ τοῦτο εἰπεῖν ἀποθνήσκων, ὅτι *Τὰ ἐμὰ πάντα βούλομαι γενέσθαι τῶν πτωχῶν.* Ὡς οὖν διάκονοι τῆς ἐντολῆς τοῦ Καισαρίου (71),

D

* Alias LXXXIV, scripta anno 369.

convertant. Hinc in Regulis fusioribus, Interrog. 9, et in epistola proxime sequenti οἰκονομεῖν bona pauperibus.

(66) *Ὑπατίῳ.* Sic citati a Combefisio codices et Harl. et alii plures. Editi Ὑπαθίῳ. Paulo post editi διὰ τὴν ὑποῦσαν. Antiquissimi codices Harl., Med., Coisl. et alii nonnulli ut in textu.

(67) *Μεταστεῖλαι.* In hac voce et alia quæ paulo post occurrit, nempe προπέμψαι, non consentiunt codices mss., aliis accentum in penultima, aliis in antepenultima, ut in imperativo par est fieri, habentibus. Sed imperativo uti minus familiare Basilii, cum præsertim Eusebium alloqueretur, quem in parentis loco reverebatur.

Nam omnium splendores simul conspecti, et micant, et dum signa mutuæ conjunctionis occultant, judicium effugiunt, ita ut deprehendi non possit quousque pertineat id quod rutilum est, aut smaragdinum in fulgore, et unde incipiat non jam tale esse; quale in fulgore apparet. Quemadmodum igitur in hoc exemplo et colorum discrimina clare dignoscimus, et alterius ab altero intervallum sensu deprehendere non possumus; sic mihi, quæso, existima et de divinis dogmatibus rationem iniri posse; ita ut hypostaseon quidem proprietates, ceu flos quidam eorum quæ in iride apparent, in singulis personis, quæ in sancta Trinitate creduntur, effulgeant: nullum vero quod ad naturæ proprietatem **120** attinet, intelligatur alterius ab altera discrimen, sed in essentiæ communitate proprietates per quas unaquæque persona dignoscitur, in unaquaque resplendeant. Nam et illic in exemplo essentia, quæ multicolorem illum splendorem emittebat, et per solarem radium refringebatur, una erat: flos vero rei conspectæ, erat multiformis: nimirum ratione ipsa etiam per rem creatam nos docente, ut in dogmatis rationibus non conturbemur, si quando in quæstionem ad investigandum difficilem incidentes, in iis quæ dicuntur admittendis quasi vertigine laboremus. Quemadmodum enim in iis quæ oculis apparent, potior visa est causæ ratione experientia; ita et in dogmatibus captum nostrum longe transcendentibus, perceptione quæ ratiocinando comparatur, potior est fides, et separationem in hypostasi, et conjunctionem in essentia docens. Quoniam igitur aliud commune, aliud peculiare in sancta Trinitate consideravit nostra disputatio; communionis quidem ratio refertur ad essentiam, hypostasis vero proprium cujusque signum est.

ρεον, ἡ ἐκείνου πρὸς τὸ ἠλέκτριον. Πάντων γὰρ αἱ αὐγαὶ, κατὰ ταυτὸν ὁρώμεναι, καὶ τηλαυγεῖς εἰσι, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλας (26) συναφείας τὰ σημεῖα κλέπτουσαι, τοὺς ἐλέγχους ἐκφεύγουσιν, ὡς ἀμήχανον ἐξευρεῖν, μέχρι τίνος ἔστηκε τὸ πυρῶδες, ἢ τὸ σμαραγδίζον τῆς αἴγλης, καὶ ἀπὸ τίνος ἄρχεται μηκέτι τοιοῦτον εἶναι (27), οἷον ἐν τῷ τηλαυγεῖ καθορᾶται. Ὥσπερ τοίνυν ἐν τῷ ὑποδείγματι καὶ τὰς τῶν χρωμάτων διαφορὰς φανερῶς διαγινώσκομεν, καὶ διάστασιν ἑτέρου πρὸς τὸ ἕτερον οὐκ ἔστι τῇ αἰσθήσει καταλαβεῖν· οὕτω μοι λόγισαι (28) δυνατὸν εἶναι καὶ περὶ τῶν θείων δογμάτων ἀναλογίσασθαι· τὰς μὲν τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητας (29), ὥσπερ τι ἄνθος τῶν κατὰ τὴν ἶριν φαινομένων, ἐπαστράπτειν ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι πιστευομένων· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν ἰδιότητος μηδεμίαν ἑτέρου πρὸς τὸ ἕτερον ἐπινοεῖσθαι διαφοράν, ἀλλ' ἐν τῇ κοινότητι τῆς οὐσίας τὰς γνωριστικὰς ἰδίοτητας ἐπιλάμπειν ἑκάστῳ. Καὶ γὰρ κἀκεῖ ἐν τῷ ὑποδείγματι ἡ ἀπαυγάζουσα τὴν πολύχροον (30) ἐκείνην αὐγὴν μία οὐσία ἦν, ἡ διὰ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀνακλωμένη· τὸ δὲ ἄνθος τοῦ φαινομένου (31), πολυειδές· παιδεύοντος ἡμᾶς τοῦ λόγου καὶ διὰ τῆς κτίσεως μὴ ξενοπαθεῖν τοῖς περὶ τοῦ δόγματος λόγοις, ὅταν, εἰς τὸ δυσθεώρητον ἐμπεσόντες, πρὸς τὴν τῶν λεγομένων συγκατάθεσιν ἰλιγγιάσωμεν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς φαινομένων κρείττων ἐφάνη τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ἡ πεῖρα· οὕτω καὶ τῶν ὑπεραναβεβηκότων δογμάτων κρείττων ἐστὶ τῆς διὰ λογισμῶν καταλήψεως ἡ πίστις, καὶ τὸ κεχωρισμένον ἐν ὑποστάσει, καὶ τὸ συνημμένον ἐν τῇ οὐσίᾳ διδάσκουσα. Ἐπεὶ οὖν τὸ μέν τι κοινὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι, τὸ δὲ ἰδιάζον ὁ λόγος ἐνεθεώρησεν, ὁ μὲν τῆς κοινότητος λόγος εἰς τὴν οὐσίαν ἀνάγεται, ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖόν ἐστιν.

ℓ. Sed fortasse putat aliquis non congruere expositam de hypostasi doctrinam cum sententia Apostoli scripturæ, ubi de Domino dicit, eum splendorem gloriæ ipsius, et figuram hypostasis esse [22]. Si enim hypostasim tradidimus esse proprietatum uniuscujusque concursum, illud autem confessum et exploratum est, quemadmodum in Patre aliquid proprie consideratur, per quod solus agnoscitur, ita idem eodem modo de Unigenito quoque credi; qui fit ut hoc loco Scriptura hypostasis nomen Patri soli ascribat, Filium vero formam dicat hypostasis, non suis, sed Patris insignibus et notis designatum? Etenim si hypostasis

6. Ἀλλ' ἴσως οἴεταί τις μὴ συμβαίνειν τὸν ἀποδοθέντα περὶ τῆς ὑποστάσεως λόγον τῇ διανοίᾳ τῆς τοῦ Ἀποστόλου γραφῆς, ἐν οἷς φησι περὶ τοῦ Κυρίου, ὅτι ἐστὶν ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως. Εἰ γὰρ ὑπόστασιν ἀποδεδώκαμεν εἶναι τὴν συνδρομὴν τῶν περὶ ἕκαστον (32) ἰδιωμάτων, ὁμολογεῖται δὲ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς εἶναί τι τὸ ἰδιαζόντως ἐπιθεωρούμενον, δι' οὗ μόνος ἐπιγινώσκεται, κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοῦ Μονογενοῦς τὸ ἴσον πιστεύεται (33)· πῶς ἐνταῦθα τὸ τῆς ὑποστάσεως ὄνομα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσμαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ, τὸν δὲ Υἱὸν μορφὴν λέγει τῆς ὑποστάσεως, οὐκ ἐν ἰδίοις, ἀλλ' ἐν τοῖς τοῦ Πα-

[22] Hebr. I, 3.

(26) *Πρὸς ἀλλήλας*. Sic Coisl. uterque et duo Regii. Editi πρὸς ἄλληλα.

(27) *Εἶναι*. Hoc verbum additum ex octo mss. et Greg. Nyss.

(28) *Λόγισαι*. Pro hac voce, quæ est in octo mss. et apud Nyss., habent editiones Basilii νόει.

(29) *Ἰδιότητας*. Coisl. primus οὐσιότητας.

(30) *Πολύχροον*. Nyss. et quatuor mss. πολύχρωμον.

(31) *Τοῦ φαινομένου*. Sic omnes, et Nyss. Edit. Basilii ἄνθος φαινόμενον. Subinde Harl. et unus Regius μὴ ξενοπαθεῖν, quæ scriptura longe melior quam quod legitur apud Greg. Nyss. μὴ καινοπαθεῖν, et in editionibus Basilii μὴ κενοπαθεῖν.

(32) *Περὶ ἕκαστον*. Ita septem codices. Editi περὶ ἑκάστου. Ibidem et iterum paulo post editi ὡμολόγηται. Septem mss. ut in contextu.

(33) *Πιστεύεται*. Legendum πιστεύεσθαι.

Digitized by Google

τρὸς γνωρίσμασι χαρακτηριζόμενον; Εἰ γὰρ ἡ ὑπόστασις τὸ ἰδιάζον τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως σημεῖόν ἐστι, τοῦ δὲ Πατρὸς ἴδιον τὸ ἀγεννήτως εἶναι ὁμολογεῖται, μεμόρφωται δὲ ὁ Υἱὸς τοῖς τοῦ Πατρὸς ἰδιώμασιν· ἄρα οὐκέτι διαμένει τῷ Πατρὶ κατ' ἐξαίρετον ἐπ' αὐτοῦ μόνου τὸ ἀγέννητον λέγεσθαι, εἴπερ τῷ ἰδιάζοντι τοῦ Πατρὸς ἡ τοῦ Μονογενοῦς χαρακτηρίζεται ὕπαρξις.

A proprium exsistentiæ uniuscujusque signum est; Patris autem proprium illud esse, ut ingenitus sit, explorata res est, ac Patris tamen proprietatibus Filius figuratur ac designatur; igitur non jam proprium illud Patri manet, ut solus dicatur ingenitus, siquidem Patris proprietate ipsa etiam Unigeniti exsistentia designatur.

7. Ἀλλ' ἡμεῖς τοῦτό φαμεν, ὅτι ἕτερον πληροῖ σκοπὸν ἐνταῦθα τῷ Ἀποστόλῳ ὁ λόγος, πρὸς ὃν βλέπων ταύταις ἐχρήσατο ταῖς φωναῖς, δόξης ἀπαύγασμα λέγων, καὶ χαρακτῆρα ὑποστάσεως· ὅνπερ ὁ ἀκριβῶς νοήσας οὐδὲν εὑρήσει τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις μαχόμενον, ἀλλ' ἐπί τινος ἰδιαζούσης ἐννοίας τὸν λόγον διεξαγόμενον. Οὐ γὰρ ὅπως διακριθεῖεν ἀπ' ἀλλήλων αἱ ὑποστάσεις διὰ τῶν ἐπιφαινομένων σημείων, ὁ ἀποστολικὸς πραγματεύεται λόγος, ἀλλ' ὅπως τὸ γνήσιόν τε καὶ ἀδιάστατον καὶ συνημμένον τῆς τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως νοηθείη. Ὡς γὰρ οὐκ εἶπεν, *Ὃς ὢν δόξα τοῦ Πατρὸς* (καίτοιγε τὸ ἀληθὲς οὕτως ἔχει), ἀλλὰ, τοῦτο παραλιπὼν ὡς ὁμολογούμενον, τὸ μὴ ἄλλο τι δόξης εἶδος ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἕτερον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ νοεῖν διδάσκων, αὐτῆς τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης ἀπαύγασμα τὴν τοῦ Μονογενοῦς διορίζεται δόξαν, τὸ ἀδιαστάτως (34) συνεπινοεῖσθαι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν κατασκευάζων ἐκ τοῦ κατὰ τὸ φῶς ὑποδείγματος. Ὡς γὰρ ἐκ τῆς φλογὸς μὲν ἡ αὐγὴ, οὐ μὴν ὑστέρα μετὰ τὴν φλόγα ἐστὶν ἡ αὐγὴ, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἡ φλὸξ ἀνέλαμψε, καὶ συναπηυγάσθη τὸ φῶς· οὕτω βούλεται καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν τὸν Υἱὸν νοεῖσθαι, οὐ μὴν παρατάσει τινὶ διαστηματικῇ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπάρξεως τὸν Μονογενῆ διορίζεσθαι, ἀλλ' ἀεὶ τῷ αἰτίῳ τὸ ἐξ αὐτοῦ συνυπολαμβάνειν. Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, ὥσπερ ἑφερμηνεύων τὸν προαποδοθέντα νοῦν, καὶ ὑποστάσεως χαρακτῆρά φησι (35), τοῖς σωματικοῖς ἡμᾶς ὑποδείγμασι πρὸς τὴν τῶν ἀοράτων χειραγωγῶν κατανόησιν. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα πάντως ἐστὶν ἐν σχήματι, ἀλλ' ἕτερος μὲν ὁ τοῦ σχήματος, ἕτερος δὲ ὁ τοῦ σώματος λόγος· καὶ οὐκ ἄν τις ἀποδιδοὺς τὸν ἑκατέρου τούτων ὁρισμὸν συνενεχθείη τῷ περὶ τοῦ ἑτέρου· πλὴν ἀλλὰ, κἂν λόγῳ διακρίνῃς τὸ σχῆμα τοῦ σώματος, ἡ φύσις οὐ παραδέχεται τὴν διάκρισιν, ἀλλὰ συνημμένως νοεῖται μετὰ τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον· οὕτως οἴεται δεῖν ὁ Ἀπόστολος, κἂν ὁ τῆς πίστεως λόγος ἀσύγχυτον καὶ διῃρημένην (36) τὴν τῶν ὑποστάσεων διδάσκῃ διαφοράν, ἀλλὰ καὶ τὸ προσεχὲς καὶ οἱονεὶ συμφυὲς τοῦ Μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα διὰ τῶν εἰρημένων παρίστησιν (37)· οὐχ ὡς οὐκ ὄντος ἐν ὑποστάσει καὶ τοῦ Μονογενοῦς, ἀλλ' ὡς οὐ παραδεχομένου μεσότητά τινα τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἑνώσεως· ὥστε τὸν τῷ χαρακτῆρι τοῦ Μονογενοῦς διὰ τῶν τῆς ψυχῆς

7. Sed nos hoc dicimus, ad aliud hoc loco propositum spectare Apostoli orationem, ad quod respiciens his usus est vocibus, gloriæ splendorem, dicens, et hypostasis figuram: quod propositum si quis diligenter consideraverit, nihil reperiet his quæ diximus contrarium, sed sermonem ad singularem quamdam notionem revocatum. Non enim ut hypostases inter se ex signis conspicuis secernantur, apostolica instituitur oratio, sed ut genuina indivisaque et consociata Filii ad Patrem relatio intelligatur. Quemadmodum enim non dixit, *Qui est gloria Patris* (quanquam veritas ita se habet), sed, hoc prætermisso ut explorato, non aliam quamdam gloriæ speciem in Patre, et aliam in Filio cogitandam esse docens, ipsius Patris gloriæ splendorem esse Unigeniti gloriam decernit; ex lucis exemplo perficiens, ut **121** Filius cum Patre indivise intelligatur. Quemadmodum enim ex flamma quidem splendor, neque tamen flamma posterior, sed simul ut effulsit flamma, etiam lux simul resplenduit; sic vult etiam ex Patre quidem Filium intelligi, neque tamen ulla intervalli distantia a Patris exsistentia Unigenitum dirimi, sed semper una cum causa id quod ex causa est concipi. Eumdem igitur ad modum, veluti sententiam prius expositam interpretans, etiam hypostasis figuram dicit, corporalibus nos exemplis ad invisibilium manu ducens intelligentiam. Quemadmodum enim etsi corpus omnino in figura est, alia figuræ, alia corporis ratio, ac si quis utriusvis horum tradat definitionem, neutiquam in eam quæ alterius est incidat; sed tamen etiamsi ratione figuram a corpore discreveris, natura non admittit discretionem, sed alterum cum altero conjunctim intelligitur: ita rem explicari oportere censet Apostolus: quamvis fidei doctrina inconfusam ac discretam doceat hypostaseon differentiam, nihilominus tamen Unigeniti etiam cum Patre cohærentiam ac veluti concretionem his verbis declarat; non quod in hypostasi quoque non sit Unigenitus, sed quod in sua cum Patre conjunctione nihil medium admittat, adeo ut quisquis animi oculis Unigeniti characterem intente respexerit, veniat etiam in hypostasis Patris intelligentiam; non tamen mutata aut permista propric-

(34) *Τὸ ἀδιαστάτως.* Coisl. primus τὸ ἀδιασπάστως.

(35) *Φησι.* Ita sex mss. pro eo quod erat in editis ἔφη. Paulo post editio Haganoensis Εἰ γὰρ τί. Aliæ Οὐ γὰρ τό. Quinque mss. et Greg. Nyss. ut in contextu.

(36) *Ἀσύγχυτον καὶ διῃρημένην.* Ita septem mss. et Nyss. Editiones Basilii ἀσύγχυτος διῃρημένην.

(37) *Παρίστησιν.* Ita mss. septem. Editi παρίστασιν. Nyss. παρίστασθαι.

Digitized by Google

tâte, quæ in ipsis consideratur, quasi vel Patrem genitum, vel Filium ingenitum animo fingamus, sed quod fieri non potest, ut si alter ab altero disjungatur, jam id quod reliquum fuerit, per se solum intelligamus. Nam fieri non potest, ut quis, Filio nominato, etiam non cogitet de Patre, cum appellatio hæc per relationem Patrem quoque simul indicet.

A ὀμμάτων ἐνατενίσαντα καὶ τῆς τοῦ (38) Πατρὸς ὑποστάσεως ἐν περινοίᾳ γενέσθαι, οὐκ ἐπαλλασσομένης, οὐδὲ συναναμιγνυμένης τῇ ἐπιθεωρουμένῃ αὐτοῖς ἰδιότητος, ὡς ἢ τῷ Πατρὶ τὴν γέννησιν, ἢ τῷ Υἱῷ τὴν ἀγεννησίαν ἐπιμορφάζειν· ἀλλ' ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαζεύξαντας (39), ἐφ' ἑαυτοῦ μόνου καταλαβεῖν τὸ λειπόμενον. Οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν, Υἱὸν ὀνομάσαντα, μὴ καὶ Πατρὸς ἐν περινοίᾳ γενέσθαι, σχετικῶς τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ τὸν Πατέρα συνεμφαινούσης.

8. Quoniam igitur qui Filium videt, videt et Patrem, ut ait in Evangelio Dominus [23], propterea Unigenitum hypostasis Patris characterem esse pronuntiat. Et quo magis perspecta fiat hæc sententia, et alias Apostoli voces adjiciemus, in quibus Filium imaginem Dei invisibilis [24], et eumdem rursum bonitatis ipsius imaginem esse dicit, non quod differat imago ab exemplari, si invisibilitatis bonitatisque habeatur ratio, sed ut perspicuum sit idem esse quod exemplar, etiamsi aliud sit. Non enim possit imaginis ratio servari, nisi per omnia conspicuam ac cujuscunque differentiæ expertem habeat similitudinem. Proinde imaginis pulchritudinem qui perspexit, exemplar mente complectitur. Et qui Filii velut formam mente concepit, hypostasis paternæ expressit effigiem, illum per hunc videns, non ingeniti rationem quæ Patris est, in effigie cernens (alioquin idem prorsus esset, et non aliud), sed pulchritudinem ingenitam in genita intuens. Quemadmodum enim qui in puro speculo **122** impressam formæ speciem perspexit, claram expressi vultus cognitionem adeptus est; sic qui Filium cognoverit, effigiem paternæ hypostasis per Filii notitiam animo suscepit. Omnia enim quæ Patris sunt, conspiciuntur in Filio, et omnia quæ Filii sunt, Patris sunt: quandoquidem et totus Filius in Patre manet, et totum rursus habet in semetipso Patrem [25]. Quare Filii hypostasis quasi forma ac facies est, qua Pater cognoscitur: et Patris hypostasis in forma Filii agnoscitur, manente quæ in illis consideratur proprietate ad claram hypostaseon distinctionem.

8. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἑωρακὼς τὸν Υἱὸν ὁρᾷ τὸν Πατέρα, καθώς φησιν ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο χαρακτῆρά φησιν εἶναι τὸν Μονογενῆ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως. Καὶ ὡς ἂν μᾶλλον ἐπιγνωσθείη τὸ νόημα, καὶ ἄλλας συμπαραληψόμεθα τοῦ Ἀποστόλου φωνὰς, ἐναῖς Υἱὸν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ B τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ πάλιν εἰκόνα φησίν· οὐχὶ τῷ διαφέρειν τοῦ ἀρχετύπου τὴν εἰκόνα, κατὰ τὸν τῆς ἀορασίας (40) καὶ τῆς ἀγαθότητος λόγον, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ, ὅτι ταυτὸν τῷ πρωτοτύπῳ ἐστὶ, κἂν ἕτερον ᾖ. Οὐ γὰρ ἂν ὁ τῆς εἰκόνος διασωθείη λόγος, εἰ μὴ διὰ πάντων τὸ ἐναργὲς ἔχοι (41) καὶ ἀπαράλλακτον. Οὐκοῦν ὁ τὸ τῆς εἰκόνος κατανοήσας κάλλος ἐν περινοίᾳ τοῦ ἀρχετύπου γίνεται. Καὶ ὁ τοῦ Υἱοῦ τὴν οἱονεὶ μορφὴν τῇ διανοίᾳ λαβὼν, τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως τὸν χαρακτῆρα ἀνετυπώσατο. βλέπων διὰ τούτου ἐκεῖνον, οὐ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ ἀπεικονίσματι βλέπων (ἦ γὰρ ἂν δι' ὅλου ταυτὸν ἦν, καὶ οὐχ ἕτερον), ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον κάλλος ἐν τῷ γεννητῷ κατοπτεύσας. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν τῷ καθαρῷ κατ- C όπτρῳ τὴν γενομένην τῆς μορφῆς ἔμφασιν κατανοήσας, ἐναργῆ τοῦ ἀπεικονισθέντος προσώπου τὴν γνῶσιν ἔσχεν· οὕτως ὁ τὸν Υἱὸν ἐπιγνοὺς τὸν χαρακτῆρα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ γνώσεως ἐν τῇ καρδίᾳ ἐδέξατο (42). Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ Υἱῷ καθορᾶται, καὶ πάντα τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρός ἐστιν· ἐπειδὴ καὶ ὅλος ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ μένει, καὶ ὅλον ἔχει πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα. Ὥστε ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις οἱονεὶ μορφὴ καὶ πρόσωπον γίνεται τῆς τοῦ Πατρὸς ἐπιγνώσεως· καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ μορφῇ ἐπιγινώσκεται, μενούσης αὐτοῖς τῆς ἐπιθεωρουμένης ἰδιότητος εἰς διάκρισιν ἐναργῆ τῶν ὑποστάσεων.

EPISTOLA XXXIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΘ'.

Basilium invitat Julianus ut ad se veniat.

Julianus Basilio.

Non bellum denuntias, ait proverbium: at ego addam etiam illud comœdiæ veteris: *O nuntium verborum aureorum!* Age igitur, reipsa ostende, et

D

Ἰουλιανὸς Βασιλείῳ.

Ἡ μὲν παροιμία φησὶν, *Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις*· ἐγὼ δὲ προσθείην ἐκ τῆς κωμῳδίας· *Ὦ χρυσᾶν ἀγγελίας ἐπῶν*. Ἴθι οὖν, ἔργοις αὐτὸ δεῖξον, καὶ

[23] Joan. XIV, 9. [24] Coloss. I, 15. [25] Joan. XIV, 11.

* Alias CCVI.

(38) *Καὶ τῆς τοῦ*. Ita septem mss. Editi ἐκ τῆς τοῦ. Idem mss. paulo post γενέσθαι, pro eo quod erat in editis γίνεσθαι.

(39) *Διαζεύξαντας*. Ita Harl. et quinque alii et Greg. Nyss. cum editionibus Hag. et Basil. prima. Editio Parisiensis et secunda Basileensis διαζεύξαντα. Ibidem vetustæ editiones et mss. μόνου. Editiones Basileensis secunda et Paris. μόνον.

(40) *Τῆς ἀορασίας*. Unus cod. Reg. τῆς οὐσίας καὶ ἀορασίας.

(41) *Ἔχοι*. Ita sex mss. et Greg. Nyss. Basilii editiones ἔχει.

(42) *Ἐδέξατο*. Sic mss. sex et Greg. Nyss. In editionibus Basilii ἐνεδέξατο.

Digitized by Google

σπεῦδε παρ' ἡμᾶς. Ἀφίξῃ γὰρ φίλος παρὰ φίλον. Ἡ δὲ περὶ τὰ πράγματα κοινὴ καὶ συνεχὴς ἀσχολία δοκεῖ μὲν εἶναί πως τοῖς πάρεργον (43) αὐτὸ ποιοῦσιν ἐπαχθής· οἱ δὲ τῆς ἐπιμελείας κοινωνοῦντές εἰσιν ἐπιεικεῖς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ συνετοὶ, καὶ πάντως ἱκανοὶ πρὸς πάντα. Δίδωμι οὖν μοι ῥᾳστώνην, ὥστε ἐξεῖναι μηδὲν ὀλιγωροῦντι καὶ ἀναπαύεσθαι. Σύνεσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τῆς αὐλικῆς ὑποκρίσεως μόνης, ἧς οἶμαί σε μέχρι τοῦ δεῦρο πεπειρᾶσθαι (44), καθ' ἣν ἐπαινοῦντες μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους, ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀλλήλους ἐλευθερίας ἐξελέγχοντές τε ὅταν δέῃ καὶ ἐπιτιμῶντες, οὐκ ἔλαττον φιλοῦμεν ἀλλήλους τῶν σφόδρα ἑταίρων. Ἔνθεν ἔξεστιν ἡμῖν (ἀπείη δὲ φθόνος) ἀνειμένοις τε σπουδάζειν, καὶ σπουδάζουσι μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, καθεύδειν δὲ ἀδεῶς· ἐπεὶ καὶ ἐγρηγορὼς οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς εἰκὸς, ἐγρήγορα. Ταῦτα ἴσως κατηδολέσχησά σου καὶ κατελήρησα, παθών τι βλακῶδες (ἐπῆνεσα γὰρ ἐμαυτὸν, ὥσπερ Ἀστυδάμας), ἀλλ' ἵνα σε πείσω προῦργου τι μᾶλλον ἡμῖν τὴν σὴν παρουσίαν, ἄτε ἀνδρὸς ἔμφρονος, ποιήσειν ἢ παραιρήσεσθαί τι τοῦ καιροῦ, ταῦτα ἐπέστειλα. Σπεῦδε οὖν, ὅπερ ἔφην, δημοσίῳ χρησόμενος δρόμῳ. Συνδιατρίψας δὲ ἡμῖν ἐφ' ὅσον σοι φίλον, οἷπερ ἂν θέλῃς, ὑφ' ἡμῶν πεμπόμενος, ὡς προσῆκόν ἐστι, βαδιῇ.

A ad nos quamprimum advola. Certe amicus ad amicum venies. Publica ac assidua circa negotia occupatio videtur quidem quodam modo molesta esse iis, qui perfunctorie id agunt : qui vero diligentiam adhibent, modesti sunt, ut mihi persuadeo, ac prudentes, et prorsus ad omnia idonei. Quare sumo mihi relaxationem, ita ut liceat nihil negligenti etiam requiescere. Vivimus enim inter nos non cum sola aulica simulatione, quam te credo hactenus expertum esse ; ex qua qui laudant, majori odio prosequuntur, quam inimicissimos ; sed cum decenti invicem libertate arguentes cum opus est et reprehendentes, non minus diligimus inter nos, quam qui maxime amici sunt. Ex eo accidit (quod sine invidia dicere liceat) ut dum relaxamur, seria agamus ; et dum seria agimus, minime fatigemur, et secure dormiamus : siquidem et vigilans, non pro me magis quam pro cæteris omnibus, ut par est, vigilo. Hæc apud te fortasse nugatus sum, et effutivi levitate quadam animi (meipsum namque, sicut Astydamas, collaudavi), verumtamen ut tibi persuadeam conspectum tuum, sapientis videlicet hominis, magis nobis profuturum quam impedimenti quidquam allaturum, hæc scripsi. Propera igitur, ut dixi, publico usurus cursu : cumque apud nos, quantum tibi videbitur, fueris ; tum quo voles a nobis, ut decet, dimissus proficisceris.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Μ'.

123 EPISTOLA XL'.

Jactat Julianus lenitatem suam, potentiam ac dominatum, spem Saporis sub leges mittendi cum Indis et Saracenis, originem denique ex Constantio ; et Basilium impudentiæ accusat, quod talem se sperneat. Leniter edicit, ut sibi Cæsaream transeunti mille auri libræ præsto sint. Minatur Basilio, nisi id fecerit. Addit se intellexisse quæ legit, et condemnasse.

C

Ἰουλιανὸς (45) Βασιλείῳ.

Τὸ ἔμφυτόν μοι ἐκ παιδόθεν γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον μέχρι τοῦ παρόντος ἐπιδεικνύμενος, πάντας ὑπηκόους ἐκομίσαμεν τοὺς οἰκοῦντας τὴν ὑφ' ἥλιον. Ἰδοὺ γὰρ πᾶν γένος βαρβάρων μέχρις ὁρίων Ὠκεανοῦ (46) δῶρά μοι κομίζον ἧκε παρὰ ποσὶ τοῖς ἐμοῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ Σαγάδαρες (47) οἱ παρὰ τὸν

Julianus Basilio.

Insitam mihi a puero lenitatem et humanitatem hactenus præ me ferens, omnes qui sub sole degunt in meam potestatem redegi. Ecce enim barbaræ omnes nationes, quæ ad Oceani usque limites incolunt, ad meos pedes munera perferunt. Similiter autem et Sagadares qui ad Danu-

(43) *Τοῖς πάρεργον.* Legendum putat Combefisius τοῖς προῦργου αὐτὸ ποιοῦσιν, *his qui rem operæ pretium faciunt, primasque in ea curas ponunt.* Sed non is erat Julianus qui rempublicam serio a se geri negaret : aliam prorsus de se opinionem in tota epistola injicere conatur. Quare malim hunc locum in eam sententiam accipere, quæ cum tota orationis serie cohæret. Declarat Julianus reipublicæ administrationem importunum quidpiam videri his qui perfunctorie id agunt : si quis autem in hoc opus, ut par est, incumbat ; nec relaxationi cum amicis locum præcludere, nec relaxationem reipublicæ administrationi nocere. Atque hæc a se ea mente dici testatur, ne is, quem ad se invitat, molestum se imperatori tot rebus occupato venturum putaret.

(44) *Πεπειρᾶσθαι.* Non ergo ad Basilium scripta hæc epistola, sed ad hominem aulæ vitia hactenus, id est sub imperatore, quem præ se sperneb.t Julianus, expertum, quod de Basilio dici omnino non potest.

(45) *Ἰουλιανός.* In codice Medicæo e regione tituli hæc leguntur : Οὔτε τῷ ἤθει, οὔτε τῷ χαρακτῆρι, οὔτε μὴν τῇ λέξει τῆς ἑρμηνείας δοκοῦσί μοι προσήκειν αἱ δύο αὗται ἐπιστολαὶ τοῖς ἀνδράσιν οἷς ἀνάκεινται. *Nec instituto, nec ingenio, nec dicendi genere mihi videntur duæ illæ epistolæ viris illis, quibus ascriptæ sunt, convenire.* Sed ea de re pluribus in *Vita Basilii*, ubi etiam agimus de quinque aliis sequentibus epistolis, quæ cum Basilio tribuantur, nec eo indignæ sint, idcirco ad hanc primam classem visæ sunt appingendæ, quia, si Basilii sunt, verisimile est ante episcopatum scriptas fuisse. Hujus autem et sequentis epistolæ contextus adeo in editis mancus et corruptus est, ut totum ex antiquis codicibus describi necesse fuerit. Usi sumus potissimum codicibus Coislinianis, Medicæo et Harlæano ; quorum magnus inter se consensus, ac si quid interdum discrepent, id notare non pigebit

D

(46) *Ὠκεανοῦ.* Nonnulli mss. Ὠκεανοῦ ποταμοῦ, sed postrema vox deest in Coisl. primo et aliis pluribus.

(47) *Σαγάδαρες.* Sic antiquissimi quique codices. Editi Ἀγάδηρες. Ibidem reddit Scultetus *Gotthopœcilocataromorphi.* Reg. secundus et Coisl. secundus εὐμορφοποικιλοκαθαρόμορφοι.

Digitized by Google

bium habitant, pulchrivaripuriformes, quorum aspectus speciei humanæ similis non est, sed forma prorsus efferata, ii nunc meis pedibus advolvuntur; et quæ meo imperio conveniunt, facturos pollicentur. Neque huc duntaxat feror: sed oportet me quam celerrime in Persidem venire, et Saporem illum Darii nepotem profligare, donec mihi vectigalis ac tributarius fiat: ac simul etiam vicina Indorum ac Saracenorum regio devastanda, donec hi omnes mihi primas concedentes, vectigalia et tributa pendant. Tu vero supra horum potentiam sapis, pietate indutum te esse dictitans, sed præ te ferens impudentiam, et ubique me Romanorum imperio indignum esse divulgans. Nonne ipse nosti me Constantii illius potentissimi nepotem esse? Quamvis autem hæc de te sic cognoverim; non tamen discedo a priore illa animi affectione, quam ego et tu adhuc ætate juvenes communem inter nos habuimus. Sed placido ac sereno animo tibi edico, ut auri libras mille mihi abs te mittantur cum Cæsarea transibo, et adhuc publicum iter tenebo, quam citissime ad Persicum bellum contendens; ac profecto, nisi tu hoc feceris, paratus sum Cæsaream totam destruere, et antiqua illius ornamenta evertere; ac ibi et templa et statuas erigere; adeo ut omnibus persuadeam, ut morem gerant Romanorum imperatori, nec efferantur. Itaque memoratum aurum numeratum, libraque, statera et trutina examinatum, tuto per unum aliquem ex fidelibus tuis familiaribus **124** ad me mittas, illudque tuo annulo obsignes; ut cognoscente te tandem aliquando, licet sero, nullum veniæ locum esse, ego delictis tuis placer. Quæ autem legi, intellexi et condemnavi

Δάνουβιν ἐκτραφέντες, οἱ εὐμορφοποικιλοχαθαρόμορφοι, οἷς οὐκ ἔστι θέα ὁμοιοειδὴς ἀνθρώπων, ἀλλὰ μορφὴ ἀγριαίνουσα· οὗτοι κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν προκαλινδοῦνται (48) ἵχνεσι τοῖς ἐμοῖς, ὑπισχνούμενοί μοι ποιεῖν ἐκεῖνα ἅπερ τῇ ἐμῇ πρέπει (49) βασιλείᾳ. Οὐχὶ δὲ ἐν τούτῳ μόνῳ ἕλκομαι· ἀλλὰ δεῖ με σὺν πολλῷ τῷ τάχει καταλαβεῖν τὴν Περσῶν, καὶ τροπώσασθαι Σάπωριν ἐκεῖνον τὸν ἀπόγονον (50) Δαρείου γεγονότα, ἄχρις οὗ ὑπόφορος καὶ ὑποτελής μοι (51) γένηται· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν Ἰνδῶν καὶ τὴν Σαρακηνῶν περιοικίδα ἐκπορθῆσαι, ἄχρις οὗτοι πάντες ἐν δευτέρᾳ τάξει τῆς ἐμῆς γένωνται ὑπόφοροι καὶ ὑποτελεῖς. Ἀλλ' αὐτὸς ἐπέκεινα τῆς τούτων δυνάμεως πεφρόνηκας· εὐλάβειαν λέγων ἐνδεδύσθαι, ἀναίδειαν δὲ προβαλλόμενος (52), καὶ πανταχοῦ διαφημίζων ἀνάξιόν με τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας γεγονέναι. Ἦ οὐκ οἶσθα αὐτός, ὡς Κωνσταντίου τοῦ κρατίστου ἀπόγονος γέγονα; Καὶ τούτων οὕτω γνωσθέντων (53) ἡμῖν σοῦ εἵνεκα, οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξέστημεν διαθέσεως, ἧς ἔτι νέοι ὄντες τῇ ἡλικίᾳ ἐγώ τε καὶ σὺ μετεσχήκαμεν (54). Ἀλλὰ γαληνῷ τῷ φρονήματι θεσπίζω δέκα ἑκατοντάδας χρυσίου λιτρῶν ἐξαποσταλῆναί μοι παρὰ σοῦ ἐν τῇ παρόδῳ μου τῇ κατὰ τὴν Καίσαρος· ἔτι μου κατὰ τὴν λεωφόρον (55) ὑπάρχοντος· σὺν πολλῷ τῷ τάχει ἀφικνουμένου μου ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον· ἑτοίμου (56) ὄντος μου, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, πάντα τόπον ἀνασκευάσαι τῆς Καίσαρος· καὶ τὰ πάλαι αὐτῆς ἐγηγερμένα καλλιουργήματα (57) καταστρέψαι· καὶ κατὰ τόπον ναούς τε καὶ ἀγάλματα ἀναστῆσαι· ὥστε με πείσειν πάντας εἴκειν βασιλεῖ Ῥωμαίων, καὶ μὴ ὑπεραίρεσθαι. Τὸ οὖν ἐξονομασθὲν χρυσίον ἐξαριθμοζυγοκαμπανοτρυτανίσας καὶ διαμετρήσας, ἀσφαλῶς ἐξαπόστειλόν μοι δι' οἰκείου πιστοῦ σοι ὄντος, δακτυλίῳ (58) τῷ σῷ σφραγισάμενος· ὥστε με, ἐπεγνωκότα (59) κἂν ὀψέ ποτε τοῦ καιροῦ τὸ ἀπαραίτητον, γαληνόν σοι γενέσθαι περὶ τὰ ἐπταισμένα. Ὃ δὲ ἀνέγνων (60), ἔγνων καὶ κατέγνων.

EPISTOLA XLI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΑ'.

Juliani impietatem liberrime arguit Basilius, ridet auri summam hominis herbis viventi imperatam. Negat ei impie in Deum se gerenti prosperum legem in veneficos latam. Denique pronuntiat eum non intellexisse quæ legit; si enim intellexisset condemnaturum non fuisse.

Basilius ad hæc Juliano.

1. Exigua sunt tua præsentis fortunæ præclare

Βασίλειος Ἰουλιανῷ πρὸς ταῦτα.

1. Μικρά σου τὰ τῆς παρούσης τύχης ἀνδραγαθή-

* Alias CCVIII et CCIX.

(48) *Προσκαλινδοῦνται.* Sic uterque Coisl. cum Medicæo et Regio 2897. Editi et Anglicanus codex προσκυλινδοῦνται. Harl. et Bigot. προκυλινδοῦνται.

(49) *Πρέπει.* Tres codices mss. cum editis ἁρμόζει.

(50) *Τὸν ἀπόγονον.* Quidam codices τὸν ἀπὸ γένους.

(51) *Ὑποτελής μοι.* Med. ὑποτελής μου. Ibidem Harl. ἐνταῦθα δέ.

(52) *Προβαλλόμενος.* Harl. ad marginem περιβαλλόμενος. Paulo post mss. Κωνστα. Unus ex Regiis Κωνσταντίνου.

(53) *Γνωσθέντων.* Bigot. λεχθέντων. *Quamvis hæc de te dixerim.*

(54) *Μετεσχήκαμεν.* Addunt editi τὰ βέλτιστα γράμματα, et cod. Bigot. μαθόντες. Sed hæc desunt in Harl., Med. et utroque Coisl.

(55) *Ἔτι μου κατὰ τὴν λεωφόρον.* Videtur Julianus imitari consuetudinem Alexandri Severi, sub quo narrat Lampridius itinerum dies publice proponi solitos esse, *ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, et, si dii voluerint, in prima mansione mansurus: deinde per ordinem mansiones, deinde stativa, deinde ubi annona accipienda esset*, etc.

(56) *Ἑτοίμου.* Coisl. secundus sic exhibet hunc locum: καὶ εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, ἑτοίμως ἔχω ἀνασκευάσαι τὴν Καίσαρος. Sed Coisl. primus, Harl., Med. et alii plures ut in textu.

(57) *Καλλιουργήματα.* Harl. et Bigot. καλλιεργήματα.

(58) *Δακτυλίῳ.* Post hæc verba, ἐξαπόστειλόν μοι, addit Coisl. primus εἰ συνίδῃς. Med. εἰ συνεῖδες. Harl. εἰ συνίδες. Sed hæc minime necessaria, ac melius videntur deesse in Coisl. secund.

(59) *Ἐπεγνωκότα.* Legendum ἐπεγνωκότι.

(60) *Ὃ δὲ ἀνέγνων*, etc. Ita Harl. Sed hæc desunt in utroque Coisl. et Med. Sic legitur in Bigot. Ὃ γὰρ ἀνέγνων κατέγνων.

Digitized by Google

ματα· καὶ φαῦλα τὰ τῆς ἀριστείας, ἧς αὐτὸς ἠρίστευσας καθ' ἡμῶν· οὐχὶ δὲ καθ' ἡμῶν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοῦ. Ἐγὼ δὲ τρόμῳ συνέχομαι, ὅταν λάβω κατὰ νοῦν πορφυρίδα σε περιβεβλῆσθαι (61)· στεφάνῳ δὲ τὴν ἄτιμον κεκοσμῆσθαί σου κεφαλήν, ὅπερ δίχα εὐσεβείας οὐκ ἔντιμον, ἀλλ' ἄτιμον καθίστησί σου τὴν βασιλείαν (62). Ἀλλ' αὐτὸς ἐπανελθὼν καὶ ὑπερμεγέθης γενόμενος, ὡς γε φαῦλοι καὶ μισόκαλοι δαίμονες εἵλκυσάν σε εἰς τοῦτο, οὐ μόνον ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν ἀνθρώπων φρονεῖν ἤρξω (63), ἀλλὰ καὶ εἰς Θεὸν ὑπεραίρεσθαι, καὶ τὴν πάντων μητέρα καὶ τιθηνὸν Ἐκκλησίαν ἐνυβρίζειν, μηνύσει χρησάμενος πρὸς μὲ τὸν εὐτελέστατον χιλιάδα χρυσίου λιτρῶν ἐξαποσταλῆναί σοι παρ' ἐμοῦ. Καὶ ἡ μὲν τοῦ χρυσίου ὁλκὴ οὐκ ἐθάμβησέ μου τὴν διάνοιαν, εἰ καὶ μάλα πολλὴ καθέστηκεν· ἀλλὰ δακρῦσαί με πικρῶς παρεσκεύασεν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ταχίστῃ σου ἀπωλείᾳ. Ἐντεθύμημαι γὰρ καθ' ἑαυτόν ὡς ἐγώ τε αὐτὸς καὶ ἡ σὴ καλοκἀγαθία κοινῶς μεμαθήκαμεν τὰ ἱερὰ καὶ βέλτιστα γράμματα. Ἑκάτεροι δὲ (64) διεξήλθομεν τὰς ἁγίας καὶ θεοπνεύστους Γραφάς, καὶ ἐλάνθανε μέν σε τότε οὐδέν, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀκόσμητος καθέστηκας, ὑπὸ τοιούτου φρονήματος στρατοπεδευθείς. Ἤδεις ἡμᾶς πρὸ τῆς χθὲς, γαληνότατε, ἐπ' ἀπληστίᾳ χρημάτων μὴ πολιτεύεσθαι· νῦν δὲ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν δέκα ἑκατοντάδας χρυσίου λιτρῶν ἐξαποσταλῆναί σοι ἐπεζήτησας παρ' ἡμῶν. Φείσασθαι ἡμῶν τοίνυν θέλησον, γαληνότατε, τοσαῦτα κεκτημένων, ὅσα ἂν τήμερον θελήσωμεν φαγεῖν (65) οὐκ ἐξαρκέσει ἡμῖν. Ἀργεῖ γὰρ, ὡς εἰκὸς, παρ' ἡμῖν μαγείρων τέχνη· μάχαιρα δὲ αὐτῶν αἵμασιν (66) οὐ προσομιλεῖ. Τὰ μέγιστα (67) τῶν παρ' ἡμῖν βρωμάτων, ἐν οἷς ἡ δαψίλεια, χόρτων φύλλα σὺν ἄρτῳ τραχυτάτῳ καὶ τῷ ἐξεστηκότι οἴνῳ· ὥστε μὴ ἐκθαμβούμενα (68) ἡμῶν τὰ αἰσθητήρια ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας ἐπ' ἀφροσύνῃ πολιτεύεσθαι.

2. Ἀπήγγειλε δέ μοι καὶ τοῦτο Λαῦσος ὁ σὸς περίβλεπτος τριβοῦνος, ὁ γνήσιός σοι περὶ τὰ ἐσπουδασμένα, ὡς γυνή τις προσέλευσιν ἐποιήσατο ἐπὶ τῆς σῆς γαληνότητος ἐπ' ἀπωλείᾳ παιδὸς αὐτῆς φαρμακευθέντος· καὶ ὡς κέκριται παρ' ὑμῶν φαρμακοὺς μὲν μηδαμοῦ εἶναι (69), ὄντας δὲ ἀναιρεῖσθαι· ἢ ἐκείνους μόνους περιποιεῖσθαι οἷς ἡ μάχη πρὸς τὰ θηρία. Καὶ τοῦτο, ὀρθῶς κριθὲν παρ' ὑμῶν, ξένον μοι πέφηνε. Παντὸς γὰρ γέλωτος ἀνάμεστον τυγχάνει, πῶς τὰ μεγάλα ἄλγη τῶν τραυμάτων μικροῖς φαρμάκοις ἐπιχειρεῖς θεραπεύειν. Θεὸν γὰρ ἐνυβρί-

A facta: improba vero quæ contra nos egregie gessisti, vel potius non contra nos, sed contra temetipsum. Ego enim contremisco, cum in mentem venit te purpura indutum, ac tuum infame caput corona redimitum esse, quæ sine pietate non ornat imperium tuum, sed ignominia aspergit. Tu porro excelsus, et supra modum magnus effectus, posteaquam scelesti ac omnis virtutis et honestatis hostes dæmones te in hoc pertraxerunt, non solum supra omnem humanam naturam sentire cœpisti, sed etiam in Deum verticem tollere, ac Ecclesiam omnium matrem ac nutricem injuria afficere, significans mihi, homini vilissimo, ut auri libras mille ad te mittam. Et auri quidem pondus animum meum non perculit, B quamvis valde magnum sit; sed amaras mihi lacrymas excussit, ob hanc tuam celerrimam perniciem. Nam mecum ipse considero, me et tuam strenuitatem sacras ac optimas litteras simul didicisse. Nimirum evolvimus uterque sanctas ac a Deo inspiratas Scripturas, atque tunc nihil te latuit. Nunc vero indecorus factus es, ejusmodi elatione animi veluti castris circumclusus. Noveras nos nudiustertius, serenissime, pecuniarum copiæ cupidos non esse; et tamen nunc mille auri libras a me petivisti. Velis nobis, serenissime, parcere; qui tantum possidemus, quantum, si hodie comedere voluerimus, nobis non sufficiet. Cessat apud nos, ut par est, coquorum ars; nec corum culter sanguinem attingit. Ciborum no- C strorum optimi, quibus affluimus, herbarum folia sunt cum pane asperrimo, et vino acescente: ne scilicet stupentes sensus nostri ob ventris ingluviem in vesania versentur.

2. Nuntiavit et illud mihi Lausus spectabilis tuus tribunus, ac sincerus mandatorum tuorum minister, accessisse mulierem quamdam ad tuam serenitatem ob filii veneno sublati interitum; atque a vobis judicatum veneficos nusquam esse; si sint, e medio tolli: aut illos solos conservari, qui contra bestias pugnant. Atque hoc quod **125** a vobis recte judicatum est, mirum mihi visum D est. Illud enim ridiculum est omnino, quomodo magnos vulnerum dolores parvis remediis sanare tentes. Dum enim Deum afficis in-

(61) *Περιβεβλῆσθαι.* Codices mss. excepto Harl. addunt ὅπερ ἐστὶ βασιλικὸν πρόβλημα, *quod est regale indumentum.*

(62) *Βασιλείαν.* Editi habent κεφαλήν, et addunt: Καταγελαστότερον δέ σου οὐκ ἔγνων εἴ τις τεθέαται πώποτε. *Haud autem scio an nemo magis quam te ridiculum quemquam viderit.* Sed hæc nullo in codice ms. vidimus.

(63) *Ἤρξω.* Ita Harl., Med. et Vat. Deest ea vox in utroque Coisliniano.

(64) *Ἑκάτεροι δέ.* Ita Harl. et Coisl. primus. Καθ' ἑκάτερον δέ Reg. et Coisl. secundus et Medic.

(65) *Φαγεῖν.* Harl. χορτασθῆναι.

(66) *Αἵμασιν.* Medic. αἵματι.

(67) *Τὰ μέγιστα.* Sic Harl., Reg., Med. et uterque Coisl. Alii Τὰ βέλτιστα. Habent iidem codices paulo post τραχυτάτῳ, si tamen excipias Coisl. secundum, in quo legitur, ut in aliis nonnullis, βραχυτάτῳ.

(68) *Μὴ ἐκθαμβούμενα... πολιτεύεσθαι.* Ita codex Harlæanus. Alii μὴ ἐκθαμβεῖσθαι... μὴ πολιτεύεσθαι. Ibidem Cotelerius ἐπ' ἀπληστίᾳ πολιτεύεσθαι.

(69) *Μηδαμοῦ εἶναι.* Verbum verbo reddidimus. Nam similia de delatoribus leguntur in Actis S. Cypriani: *Legibus vestris*, ait Cyprianus, *bene atque utiliter censuistis, delatores non esse.* Sic etiam Basilius epist. 55. Synodus Nicæna manifeste sanxit *mulieres extraneas non esse.* Paulo post legitur in codice Bigotiano μόνους ζῆν οἷς ἡ, etc.

Digitized by Google

juria, frustra viduarum ac orphanorum curam suscipis : quorum alterum stultum est et periculosum ; alterum vero humani et misericordis. Grave est nobis, qui privati sumus, apud imperatorem loqui : sed gravius tibi videbitur apud Deum causam dicere. Nullus enim Dei et hominum mediator apparebit. Quæ legisti, non intellexisti ; nam si intellexisses, non sane condemnasses.

σας, χηρῶν καὶ ὀρφανῶν μάτην πρόνοιαν ποιῇ. Τὸ μὲν γὰρ μανικὸν καὶ ἐπικίνδυνον, τὸ δὲ φιλοικτίρμονος καὶ συμπαθοῦς (70). Ἐπαχθὲς ἡμῖν λέγειν πρὸς βασιλέα, ἰδιώτας ὄντας· ἐπαχθέστερον δέ σοι φανήσεται τὸ λέγειν (71) πρὸς Θεόν. Οὐδεὶς γὰρ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων φανήσεται. Ἃ μέντοι (72) ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως.

EPISTOLA XLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΒ'.

Chiloni demonstrat auctor epistolæ non satis esse recte incipere, sed in perseverantia omnia esse posita ; plura tradit solitariæ vitæ præcepta, in his ut non statim ad summum perfectionis se intendat, sed paulatim progrediatur. Cavendum imprimis monet, ne per speciosam causam recte in sæculo vivendi et spirituales conventus obeundi, solitudinis fastidium obrepat.

Ad Chilonem discipulum suum.

Πρὸς Χίλωνα (73) τον αὐτοῦ μαθητήν.

1. Salutaris rei auctor ero tibi, germane frater, si libenter a me consilium de rebus agendis acceperis : ac de iis maxime, de quibus ipse rogasti ut tibi consilium daremus. Nam solitariam quidem vitam incipere multi fortasse ausi sunt : sed rem, ut par est, absolvere pauci profecto elaboraverunt. Ac omnino non in proposito solum consistit exitus : sed in exitu laborum fructus. Nulla ergo utilitas, non properantibus ad propositi finem, sed initio solo monachorum vitam circumscribentibus : quin etiam et deridendum relinquunt suum ipsorum propositum, in ignaviæ et levitatis crimen apud exteros incurrentes. Nam et de talibus Dominus dicit : *Quis volens domum ædificare, non prius sedens computat sumptum, an habeat quibus opus sit ad absolvendum ? ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, incipiant illudere ei prætereuntes, dicentes : Hic homo fundamentum posuit, et non potuit consummare*[16]. Initium igitur alacrem ac promptum in virtute progressum habeat. Etenim generosissimus athleta Paulus nolens nos de vita bene ante acta securos otiari, sed quotidie ultra progredi, ait : *Quæ retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, juxta scopum persequor ad bravium supernæ vo-*

1. Σωτηρίου πράγματος αἴτιος γενήσομαί (74) σοι, ὦ γνήσιε ἀδελφὲ, εἰ ἡδέως συμβουλευθείης παρ' ἡμῶν τὰ πρακτέα· μάλιστα περὶ ὧν ἡμᾶς αὐτὸς παρεκάλεσας συμβουλεῦσαί σοι. Τὸ μὲν γὰρ κατάρξασθαι τοῦ μονήρους βίου πολλοῖς ἴσως τετόλμηται· τὸ δὲ ἀξίως ἐπιτελέσαι ὀλίγοις τάχα που πεπόνηται. Καὶ πάντως οὐκ ἐν προθέσει μόνον (75) τὸ τέλος ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ τέλει τὸ κέρδος τῶν πεπονημένων. Οὐκοῦν οὐδὲν ὄφελος τοῖς μὴ πρὸς τὸ τοῦ σκοποῦ τέλος ἐπειγομένοις, ἄχρι δὲ τῆς ἀρχῆς μόνης ἱστῶσι τὸν τῶν μοναχῶν βίον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καταγέλαστον καταλιμπάνουσι τὴν ἑαυτῶν πρόθεσιν, ἀνανδρίας καὶ ἀβουλίας παρὰ τῶν ἔξωθεν ἐγκαλούμενοι. Φησὶ γὰρ (76) καὶ ὁ Κύριος περὶ τῶν τοιούτων· *Τίς, βουλόμενος οἶκον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν ; μή ποτε, θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ οἱ παραπορευόμενοι, λέγοντες, ὅτι Ὁ ἄνθρωπος οὗτος θεμέλιον ἔθηκε, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.* Ἡ οὖν ἀρχὴ ἐχέτω τὴν προκοπὴν προθύμως ἐπὶ τῷ κατορθώματι. Καὶ γὰρ ὁ γενναιότατος ἀθλητὴς Παῦλος, βουλόμενος ἡμᾶς (77) μὴ ἐπαμεριμνεῖν τοῖς προβεβιωμένοις ἀγαθοῖς, ἀλλ' ὁσημέραι εἰς τὸ πρόσω προκόπτειν, λέγει· *Τῶν ὀπισθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ*

[16] Luc. XIV, 28-30.

* Alias I.

(70) *Καὶ συμπαθοῦς*. Bigot. καὶ λογιστικοῦ.

(71) *Τὸ λέγειν*. Vertit Cotelerius, *adversus Deum verba facere*. Sed hac voce judicium designatur, ac omnium actionum reddenda ratio ; statim enim additur neminem nunc inter Deum et homines mediatorem futurum. Vide Not. ad epistolam 33.

(72) *Ἃ μέντοι*, etc. Hæc desumpsimus ex codice Harlæano. Desunt enim in Medicæo et utroque Coisl. et aliis a Combefisio et Cotelerio citatis. Narrat Sozomenus lib. v, c. 18, Julianum celeberrimis episcopis scripsisse in hæc verba : Ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. *Legi, cognovi, condemnavi* : eos autem sic respondisse : Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. *Legisti, sed non cognovisti ; nam si cognovisses, non condemnasses.* Addit idem scriptor hanc epistolam Basilio a nonnullis non sine probabili ratione attribui.

(73) *Πρὸς Χίλωνα*. Hæc epistola in codice Mazarinæo inscribitur ὁμιλία πρός, etc. In codice Regio 2895 hæc leguntur : Τινὲς τὸν λόγον τοῦτον τοῦ ἁγίου Νείλου εἶναι λέγουσι, *Quidam hanc orationem sancti Nili esse dicunt.*

(74) *Γενήσομαι*. Unus ex Regiis codicibus εὐγενήσομαι. Unus itidem Reg. εὖ γενήσομαι.

(75) *Μόνον*. Reg. secundus μόνῃ. Infra duo mss. codices οὐ μὴν δὲ ἀλλά.

(76) *Φησὶ γάρ*. Voculam addidimus ex duobus mss. Statim Regius secundus πύργον pro οἶκον. Paulo post editi ἵνα μήποτε. Sed ἵνα deest in iisdem mss.

(77) *Ἡμᾶς*. Hanc vocem addidimus ex Reg. codice primo. Secundus sic habet : προθύμως ἐπὶ τὸ τῶν κατορθωμάτων τέλος ἐπειγομένη. Τοῦτο γὰρ διδάσκει ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ κατορθώματι... μὴ ἐπαμεριμνεῖν τοῖς, etc. *Initium igitur acriter properet ad recte factorum finem. Id enim nos docet propriæ virtutis exemplo Paulus ; ne scilicet de vita ante bene acta securi otiemur, sed quotidie ultra progrediamur, dicens*, etc.

Digitized by Google

ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω (78) ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. Τοιοῦτος γὰρ ὑπάρχει ὅλος ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, μὴ ἀρκούμενος τοῖς φθάσασιν, ἀλλὰ τρεφόμενος οὐ τοῖς φθάσασι μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς μέλλουσι. Τί γὰρ ὠφελεῖ ἄνθρωπον ὁ χθιζὸς τῆς γαστρὸς κόρος, σήμερον τῆς ἐμφύτου πείνης τὴν οἰκείαν τῆς βρώσεως παραμυθίαν μὴ εὑρισκούσης; Οὕτως οὖν οὐδὲ ψυχῆς κέρδος τοῦ χθεσινοῦ κατορθώματος, τῆς σημερινῆς ἀπολιμπανομένου δικαιοπραγίας. *Οἷον γὰρ εὕρω σε, φησὶ, τοιοῦτόν σε κρινῶ.*

A *cationis* [27]. Nam talis **126** est tota hominum vita non contenta iis quæ præcesserunt, sed nutrita non magis præteritis quam futuris. Quid enim prodest homini hesterna ventris satietas, hodie insita fame conveniens cibi solatium non inveniente? Sic igitur neque animæ lucrum ullum ex recte facto hesterno, quod ab hodierno opere justo deseritur. *Qualem enim*, inquit, *reperio te, talem te judico.*

2. Οὐκοῦν μάταιος μὲν τοῦ δικαίου ὁ κόπος, ἀνέγκλητος δὲ καὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὁ τρόπος, ἐπιγενομένης (79) ἐναλλαγῆς· τῷ μὲν ἀπὸ τοῦ κρείττονος ἐπὶ τὸ χεῖρον, τῷ δὲ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβληθέντι. Ταῦτα καὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου δογματίζοντος ἔστιν ἀκοῦσαι. Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἐκκλίνας ὁ δίκαιος πλημμελήσῃ, οὐ μὴ μνησθῶ τῶν δικαιοσυνῶν ὧν ἐποίησεν ἔμπροσθεν (80)· ἀλλ' ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται. Τὸ δὲ αὐτό φησι καὶ περὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ· Ἐὰν ἐπιστρέψας ποιήσῃ δικαιοσύνην, ζωὴν ζήσεται ἐν αὐτῇ. Ποῦ γὰρ οἱ τοσοῦτοι Μωϋσῆ τοῦ θεράποντος πόνοι, τῆς ἐν στιγμῇ (81) ἀντιλογίας παραγραψαμένης αὐτοῦ τὴν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἴσοδον; Ποῦ δὲ καὶ ἡ τοῦ Γιεζῆ συναναστροφὴ πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον, φιλοχρηματίας χάριν λέπραν ἐπισπασαμένου; Τί δὲ καὶ τοῦ πλήθους τῆς σοφίας τῷ Σολομῶντι ὄφελος, καὶ ἡ προλαβοῦσα τοιαύτη ἔννοια εἰς Θεὸν (82), ὕστερον ἐκ τῆς γυναικομανίας εἰς εἰδωλολατρείαν αὐτοῦ ἐκπεπτωκότος; Ἀλλ' οὐδὲ τὸν μακάριον Δαβὶδ ὁ μετεωρισμὸς ἀφῆκεν ἀνέγκλητον διὰ τὴν εἰς τὴν τοῦ (83) Οὐρίου πλημμέλειαν. Ἦρκει δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἰούδα ἀπὸ τοῦ κρείττονος εἰς τὸ χεῖρον μετάπτωσις, πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτευομένου, ὃς, ἐν τοσούτοις χρόνοις μαθητευθεὶς τῷ Χριστῷ, ὕστερον μικρῷ λήμματι τὸν διδάσκαλον ἀπεμπολήσας, ἑαυτῷ ἀγχόνην ἐπραγματεύσατο. Τοῦτο οὖν γνωστόν σοι ἔστω (84), ἀδελφὲ, ὅτι οὐχ ὁ καλῶς ἀρχόμενος, οὗτος τέλειος· ἀλλ' ὁ καλῶς ἀποτιθέμενος, οὗτος δόκιμος παρὰ Θεῷ. Μὴ οὖν δῷς ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀδελφὲ, μηδὲ νυσταγμὸν σοῖς βλεφάροις, ἵνα σωθῇς ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. Βλέπε γὰρ, ὅτι (85) ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις, καὶ ἐπάνω τείχους ὑψηλοῦ περιπατεῖς, ὅθεν οὐκ ἀκίνδυνον τῷ καταπεσόντι τὸ πτῶμα. Μὴ οὖν εὐθέως εἰς ἀκρότητα ἀσκήσεως ἐκτείνῃς σεαυτόν· μάλιστα μηδὲ θαῤῥήσῃς (86) σεαυτῷ, ἵνα μὴ ἐξ ἀπειρίας ἀφ' ὕψους τῆς ἀσκήσεως πέσῃς. Κρεῖσσον γὰρ ἡ κατ' ὀλίγον

2. Itaque vanus est justi labor, inculpati item sunt peccatoris mores, superveniente immutatione; alteri quidem a virtute ad vitium, alteri autem a vitio ad virtutem translato. Hæc et Ezechielem velut ex persona Domini docentem audire licet. Si enim, inquit, justus declinans deliquerit, non recordabor eorum quæ juste fecit antea: sed in peccato suo morietur [28]. Dicit autem idipsum et de peccatore: Si considerans fecerit justitiam, vivet in ipsa [29]. Quo enim tot ac tanti labores famuli Moysis, cum ipsum vel unius momenti contradictio terræ promissæ aditu arcuerit? Quo et Giezi cum Elisæo convictus, cum sibi lepram pecuniæ amore asciverit? Quid et sapientiæ multitudo Salomonem juvit, tantusque Dei amor præteritus, cum postmodum insano mulierum amore delapsus sit in idololatriam? Sed neque beatum Davidem mentis aberratio inculpatum dimisit, ob admissum in uxorem Uriæ peccatum. Satis autem esset et Judæ a virtute ad vitium lapsus, ad eum, qui vitam secundum Deum agit, communiendum: qui tamdiu Christi discipulus, postea magistro ob exiguum lucrum divendito, sibi ipse laqueum paravit. Illud itaque perspectum tibi sit, frater, non eum qui bene incipit, perfectum esse: sed qui bene desinit, eum esse Deo probatum. Ne igitur dederis, frater, somnum oculis, neque palpebris tuis dormitationem [30], ut salvus fias velut dama ex cassibus, et velut avis ex laqueis [31]. Considera per medios te laqueos transire, et supra excelsum murum ambulare, ex quo periculosus cadenti lapsus. Quapropter ne statim ad vitæ asceticæ apicem temetipsum intendas: maxime vero ne tibi ipse confidas, ut ne ob imperitiam ex summo ascetici instituti labaris. Nam satius fuerit paulatim proficere. Itaque voluptates vitæ sensim subtrahe, tuam omnem consuetudinem delens, ne forte si subito omnes simul voluptates irritaris, tibi ipse turbam tentationum accersas. Cum autem unum voluptatis

[27] Philip. III, 13, 14. [28] Ezech. XVIII, 24. [29] ibid. 27, 28. [30] Psal. CXXXI, 4. [31] Prov. VI, 5.

(78) Διώκω. Reg. secundus διώκων. Paulo post ex eodem addidi ὅλος post ὑπάρχει.

(79) Ἐπιγενομένης. Sic duo mss., melius quam in editis ἐπαγομένης.

(80) Ἔμπροσθεν. Deest in Reg. secundo. Paulo post idem codex ὅτι ζωήν.

(81) Τῆς ἐν στιγμῇ. Reg. secundus τῆς στιγμῆς τῆς, *cum momentum contradictionis.*

(82) Ἔννοια εἰς Θεόν. Recte observat Combefisius legendum εὔνοια εἰς Θεόν, idque in interpretando secuti sumus.

(83) *Εἰς τὴν τοῦ.* Sic duo codices mss. Editi εἰς τοῦ. Ibidem editi ἀρκεῖ. Duo codices ut in textu. Iidem paulo post μαθητευθεὶς τῷ Κυρίῳ.

(84) Ἔστω. Deest in duobus mss.

(85) *Βλέπε γὰρ, ὅτι.* Sic duo codices, alius βλέπε, ὅτι. Editi βλέπε, ὡς.

(86) Θαῤῥήσῃς. Sic duo mss. Editi θαῤῥήσῃ.

Digitized by Google

morbum vi superaveris, accinge te ad voluptatem aliam debellandam ; et ita demum voluptates omnes tempestive domabis. Nam voluptatis quidem nomen unum, sed res diversæ. Sis itaque primum, frater, in **127** tentatione omni patiens. Qualibus autem tentationibus fidelis probatur, damnis mundanis, criminationibus, mendaciis, contumacia, obtrectationibus, persecutionibus? Iis et similibus probatur fidelis. Deinde sis etiam quietus, non præceps verbis, non litigiosus, non in contentionem pronus, non cupidus gloriæ vanæ, non effutiens arcana, sed fide dignus, non in sermone multus, sed esto semper non ad docendum, sed ad discendum paratus. Ne curiose de vita mundana inquiras, unde nihil tibi accessurum sit emolumenti. Ait enim : *Ut ne loquatur os meum opera hominum* [33]. Qui enim ea quæ peccatorum sunt lubens loquitur, cito in se exsuscitat voluptates. Imo potius curiosus sis in vita justorum exquirenda : ita enim tibi ipse comparabis utilitatem. Ne sis tui ostendendi cupidus, pagos aut domos circumcursans ; sed hæc ut animarum laqueos fuge. Si quis autem te ob multam pietatem, in domum suam multis de causis invitet, discat qui talis est fidem centurionis sequi, qui, cum Jesus curationis ergo ad ipsum properaret, deprecatus est his verbis : *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbum et sanabitur puer meus* [34]. Cum autem ei Jesus dixisset : *Vade, sicut credidisti, fiat tibi* [35] : puer illa ipsa hora sanatus est. Hoc itaque tibi notum sit, frater, non Christi præsentia, sed petentis fide liberatum fuisse ægrotantem. Ita et nunc precante te in quo fueris loco, et ægroto credente se precibus tuis adjutum iri, evenient illi omnia ex sententia.

προκοπή. Κατὰ μικρὸν οὖν κλέπτε τὰς ἡδονὰς τοῦ βίου, ἐξαφανίζων σεαυτοῦ πᾶσαν συνήθειαν (87), μήποτε, ἀθρόως πάσας ὁμοῦ ἐρεθίσας τὰς ἡδονάς, ὄχλον πειρασμῶν σεαυτῷ ἐπαγάγῃς. Ἡνίκα δ' ἂν τοῦ ἑνὸς πάθους τῆς ἡδονῆς κατὰ κράτος περιγένῃ, πρὸς τὴν ἑτέραν ἡδονὴν παράταξαι, καὶ οὕτω πασῶν τῶν ἡδονῶν εὐκαίρως περιγενήσῃ. Ἡδονῆς γὰρ ὄνομα μὲν ἕν, πράγματα δὲ διάφορα. Τοίνυν, ἀδελφὲ, ἔσο πρῶτον μὲν ὑπομονητικὸς (88) πρὸς πάντα πειρασμόν. Πειρασμοῖς δὲ ποταποῖς δοκιμάζεται ὁ πιστὸς, ζημίαις κοσμικαῖς, ἐγκλήμασι, καταψεύσμασιν, ἀπειθείαις, καταλαλιαῖς, διωγμοῖς ; Εἰς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα δοκιμάζεται ὁ πιστός. Ἔπειτα δὲ καὶ ἡσύχιος ἔσο, μὴ προπετὴς ἐν λόγῳ, μὴ ἐριστικὸς, μὴ φιλόνεικος, μὴ κενόδοξος, μὴ ἐξηγητικὸς, ἀλλὰ φιλόπιστος (89)· μὴ ἐν λόγῳ πολὺς, ἕτοιμος δὲ ἴσθι ἀεὶ μὴ πρὸς διδασκαλίαν, ἀλλὰ πρὸς μάθησιν. Μὴ περιεργάζου βίους κοσμικοὺς, ὅθεν οὐδέν σοι προσγένηται ὄφελος. Φησὶ γάρ· *Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων.* Ὁ γὰρ ἡδέως λαλῶν τὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ἑτοίμως καθ' ἑαυτοῦ ἐξυπνίζει τὰς ἡδονάς. Μᾶλλον δὲ πολυπραγμόνει τὸν τῶν δικαίων βίον· οὕτω γὰρ ἂν εὑρήσεις ἑαυτῷ ὄφελος. Μὴ ἔσο φιλενδείκτης (90), περιάγων τὰς κώμας ἢ τὰς οἰκίας· φεῦγε δὲ ταύτας ὡς ψυχῶν παγίδας. Εἰ δέ τις διὰ πολλὴν εὐλάβειαν προτρέπεταί σε εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον πολλῶν προφάσεων ἕνεκα· μανθανέτω ὁ τοιοῦτος ἀκολουθεῖν τῇ πίστει τοῦ ἑκατοντάρχου, ὃς, τοῦ Ἰησοῦ θεραπείας χάριν πρὸς αὐτὸν ἐπειγομένου, παρῃτήσατο λέγων· *Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγον* (91), *καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.* Τοῦ δὲ Ἰησοῦ εἰπόντος αὐτῷ· *Ὕπαγε, ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι·* ἰάθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. Τοῦτο οὖν γνωστόν σοι ἔστω, ἀδελφὲ, ὅτι οὐχ ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, ἀλλ' ἡ πίστις τοῦ αἰτοῦντος ἠλευθέρωσε τὸν κάμνοντα. Οὕτω καὶ νῦν, σοῦ εὐχομένου ἐν ᾧ ἦς (92) τόπῳ, καὶ τοῦ κάμνοντος πιστεύοντος, ὅτι ταῖς σαῖς εὐχαῖς βοηθήσεται, ἀποδήσεται αὐτῷ πάντα καταθυμίως.

3. Plus autem quam Dominum propinquos tuos non diliges. *Qui enim*, inquit, *patrem, aut matrem, aut fratres supra me diligit, non est me dignus* [36]. Quid vero sibi vult Domini mandatum? *Si quis*, inquit, *non tollit crucem suam, et sequitur me, non potest meus esse discipulus* [36]. Quod si iis qui sanguine tibi conjuncti sunt, una cum Christo mortuus es, quid rursus vis cum illis versari? Sin autem quæ destruxisti propter Christum, rursus ædificas propter cognatos tuos, prævaricatorem teipsum constituis. Ne igitur ob affinium tuorum

3. Πλέον δὲ τοῦ Κυρίου τοὺς οἰκείους σου μὴ ἀγαπήσεις. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν*, φησὶ, *πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀδελφοὺς ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.* Τί δὲ βούλεται ἡ τοῦ Κυρίου ἐντολή; *Εἴ τις*, φησὶν, *οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.* Εἰ συναπέθανες τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν συγγενῶν σου τῶν κατὰ σάρκα, τί πάλιν ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι θέλεις; Εἰ δὲ ἃ κατέλυσας διὰ Χριστὸν, πάλιν ταῦτα οἰκοδομεῖς διὰ τοὺς συγγενεῖς σου, παραβάτην σεαυτὸν καθιστᾷς. Μὴ οὖν διὰ χρέος τῶν συγγενῶν σου ἀναχωρήσῃς

[33] Psal. xvi, 4. [34] Matth. viii, 8. [35] ibid. 13. [36] Matth. x, 37. [36] Luc. xiv, 27.

(87) *Συνήθειαν.* Combefisius intelligit de consuetudine sæcularium et maxime mulierum. At multo satius visum est hæc accipere de vitiorum abolenda consuetudine. Sic infra auctor Epistolæ ad juniores suadet ὀργῆς ἀφανισμόν. Basilius Reg. fus. p. 344 : Οὐ μικρὸς δὲ οὗτος ἀγὼν τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας περιγενέσθαι. *Non lere autem illud certamen, suam ipsius consuetudinem vincere.*

(88) *Ὑπομονητικός.* Reg. secundus ὑπομονικός.

(89) *Φιλόπιστος.* Percommoda videtur Combefisii emendatio, qui legendum censet φιλόπευστος, *audiendi cupidus.*

(90) *Φιλενδείκτης.* Duo mss. φιλεκδημητής, *peregrinandi cupidus.*

(91) *Εἰπὲ λόγον.* Codex Maz. εἰπὲ λόγῳ.

(92) *Ἐν ᾧ ἦς.* Sic mss. Editi ἐν ᾧ ἦ. Paulo post editi ταῖς εὐχαῖς et ἀγαπήσῃς. Mss. ut in contextu.

Digitized by Google

τοῦ τόπου σου· ἀναχωρῶν γὰρ ἐκ τοῦ τόπου σου, ἴσως ἀναχωρήσεις (93) ἐκ τοῦ τρόπου σου. Μὴ ἔσο ὀχλοχαρὴς, μὴ φιλόχωρος, μὴ φίλοπολίτης, ἀλλὰ φιλέρημος, ἐφ' ἑαυτῷ μένων ἀεὶ ἀμετεωρίστως, τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν ἔργον ἡγούμενος. Μηδὲ τῶν ἀναγνωσμάτων κατολιγωρήσῃς, μάλιστα τῆς Νέας Διαθήκης (94), διὰ τὸ ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης πολλάκις βλάβην ἐγγίνεσθαι· καὶ οὐχ ὅτι ἐγράφη βλαβερὰ, ἀλλ' ὅτι ἡ τῶν βλαπτομένων διάνοια ἀσθενής. Πᾶς γὰρ ἄρτος τρόφιμος, ἀλλὰ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἐπιβλαβής. Οὕτως οὖν πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, καὶ οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτῆς· εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ (95) κοινόν. Πάντα δὲ δοκίμαζε· τὸ καλὸν κάτεχε· ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχου. *Πάντα γὰρ ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.* Ἔσο οὖν τοῖς συντυγχάνουσί σοι ἐν πᾶσιν ἀπρόσκοπος, προσχαρὴς, φιλάδελφος, ἡδὺς, ταπεινόφρων, μὴ ἐκπίπτων τοῦ σκοποῦ τῆς φιλοξενίας διὰ βρωμάτων πολυτελείας (96), ἀρκούμενος δὲ τοῖς παροῦσι, τῆς καθημερινῆς χρείας τοῦ μονήρους βίου μηδὲν πλέον ἀπό τινος λάβῃς· καὶ μάλιστα φύγε τὸν χρυσὸν ὡς ψυχῆς ἐπίβουλον καὶ ἁμαρτίας πατέρα, ὑπουργὸν δὲ τοῦ διαβόλου. Μὴ προφάσει τῆς εἰς τοὺς πένητας διακονίας σεαυτὸν ὑπόδικον φιλοχρηματίας καταστήσῃς. Εἰ δέ τις πτωχῶν ἕνεκα κομίσει σοι χρήματα, γνῶς δέ (97) τινας εἶναι λειπομένους· αὐτῷ ἐκείνῳ, ᾧ ὑπάρχει τὰ χρήματα, ἀποκομίσαι τοῖς ὑστερουμένοις (98) ἀδελφοῖς συμβούλευσον, μήποτε μολύνῃ σου τὴν συνείδησιν ἡ τῶν χρημάτων ὑποδοχή.

usus a loco tuo recedas : recedens enim a loco tuo, fortasse a moribus tuis recedes. Non amator sis turbæ, non ruris, non civitatum, sed solitudinis : apud temetipsum manens semper citra ullam mentis aberrationem ; precationem et psalmodiam opus tuum esse existimans. Neque etiam lectiones negligas, Testamenti Novi maxime, propterea quod sæpe ex Veteri Testamento oritur detrimentum : non quod scriptæ sint res noxiæ, sed quod eorum qui læduntur, mens infirma. Omnis enim panis ad alendum idoneus ; sed nocet infirmis. Sic igitur omnis Scriptura divinitus inspirata est atque utilis [37], nec in ea quidquam inquinatum est ; nisi quod quis inquinatum esse putat, id ipsi inquinatum est. **128** Omnia autem proba : quod bonum est, tene : ab omni specie mala abstine [38]. *Omnia* enim *licent, sed non omnia expediunt* [39]. Itaque his quibuscum versaris nulla in re sis offendiculo, sis lætus, fratrum amans, blandus, humilis, non excidens hospitalitatis proposito per eduliorum lautitiam, sed præsentibus contentus, nihil a quoquam ultra quotidianum solitariæ vitæ usum accipias : ac præsertim fuge aurum velut animæ insidiatorem, et peccati patrem, ac diaboli ministrum. Te ipse avaritiæ obnoxium ne constitueris, obtentu ministerii erga pauperes. Si quis autem egenorum gratia afferat tibi pecunias, et aliquos noveris indigere ; ei ipsi, cui sunt pecuniæ, consilium da, ut fratribus indigentibus distribuat, ne forte conscientiam tuam coinquinent acceptæ pecuniæ.

4. Τὰς ἡδονὰς φεῦγε· τὴν ἐγκράτειαν δίωκε· καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἄσκει· τὴν δὲ ψυχὴν τοῖς πειρασμοῖς ἔθιζε (99). Τὴν σώματος καὶ ψυχῆς ἀνάλυσιν ἀπαλλαγὴν παντὸς κακοῦ τιθέμενος, ἐκδέχου τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἧς πάντες οἱ ἅγιοι μέτοχοι γεγόνασι. Σὺ δὲ (1), ἀδιαλείπτως ζυγοστατῶν, ἀντιπαρατίθεσο τῇ διαβολικῇ ἐννοίᾳ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης τῇ ῥοπῇ τῆς πλάστιγγος τούτῳ παραχωρῶν· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπαναστᾶσα ἡ πονηρὰ ἔννοια λέγῃ· Τί σοι τὸ ὄφελος τῆς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ διαγωγῆς ; τί σοι τὸ κέρδος τῆς ἀναχωρήσεως τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων συνηθείας ; Ἢ οὐκ ἔγνως τοὺς παρὰ τοῦ Θεοῦ τεταγμένους ἐπισκόπους τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν τοῖς ἀνδράσι (2) συνήθως συνδιαζῶντας, καὶ τὰς πνευματικὰς ἀδιαλείπτως ἐπιτελοῦντας πανηγύρεις, ἐν αἷς μάλιστά που τοῖς παραγενομένοις γίνεται ὄφελος ; Ἐκεῖ γὰρ

4. Voluptates fuge : prosequere continentiam ; ac corpus quidem laboribus exerce : animam vero assuefacito tentationibus. Pro certo tenens corporis et animæ dissolutionem mali cujuscunque esse liberationem, bonorum æternorum exspecta fruitionem, cujus omnes sancti effecti sunt participes. Tu vero indesinenter expendens ac librans, diabolico suggestui oppone piam cogitationem, ei velut in trutina momento lancis præponderanti cedens. Et præsertim cum prava insurgens cogitatio dixerit : Quæ utilitas degendi in hoc loco ? quod lucrum secessus ab hominum societate ? An ignoras constitutos a Deo episcopos Ecclesiarum Dei cum hominibus ex more vivere, et spirituales indesinenter celebrare conventus, quos qui obeunt plurimum percipiunt utilitatis ? Illic enim Proverbiorum aperiuntur

[37] II Tim. III, 16. [38] I Thess. V, 21. [39] I Cor. VI, 12.

(93) Ἀναχωρήσεις. Sic unus ex Regiis, melius quam editi ἀναχωρήσῃς. Paulo post editi ἐφ' ἑαυτὸν μένων ἀεὶ ἀμετεώριστος. Mss. ut in textu.

(94) *Μάλιστα τῆς Νέας.* Reg. secundus μάθε τὰ τῆς Νέας.

(95) Ἐκείνῳ. Sic unius codicis ope emendatur quod erat in editis ἐκεῖνο.

(96) *Πολυτελείας.* Sic Reg. secundus. Editi πολυτέλειαν.

(97) *Γνῷς δέ.* Sic Reg. secundus, alius γνοίης δέ. Mox editi ὑπάρχῃ. Mss. ut in textu.

(98) Ὑστερουμένοις. Sic Reg. secundus pro eo quod est in editis στερουμένοις. Mox duo mss. μολύνῃ, editi μολύνει.

(99) Ἔθιζε. Duo codices a Combefisio citati χαρτέρει.

(1) *Σὺ δέ.* Editi pro his vocibus habent σεαυτόν, et paulo post τοῦτο παραχωρῶν. Vulnus sanatum ope Reg. secundi, in quo etiam legitur ἀντιπαρατίθει.

(2) *Τοῖς ἀνδράσι*, etc. Editi τοὺς ἄνδρας συνήθως συνοδιάζοντας. Emendavimus ope Regii secundi.

Digitized by Google

ænigmata, explicantur apostolica documenta, exponuntur evangelicæ sententiæ, theologia auditur; illic congressus fratrum spiritualium, magnam occurrentibus ex vultus aspectu utilitatem præbentium. Tu autem te ipse a tantis bonis effecisti alienum, atque hic desides belluarum in morem efferatus. Vides enim hic solitudinem magnam, inhumanitatem non modicam, penuriam doctrinæ, disjunctionem a fratribus, ac spiritum erga Dei mandatum valde inertem ac socordem. Cum igitur talibus ac tantis te speciosis rationibus prava insurgens cogitatio frangere voluerit; oppone ei per piam ratiocinationem ipsius rei experientiam, dicens: Quandoquidem tu mihi dicis bona esse quæ in mundo sunt, propterea ego illuc transmigravi, indignum meipsum judicans mundi bonis. Sunt enim mundi bonis mala admista, ac longe exsuperant mala. Nam cum aliquando accessissem ad spirituales conventus, in unum fratrem vix tandem incidi, qui Deum timere videbatur; sed is tenebatur **129** sub diabolo; atque ex ipso audivi lepidos sermones, et conflictas ad obvios quosque decipiendos fabulas. Multos post ipsum offendi fures, raptores, tyrannos. Vidi ebriorum speciem indecoram; vidi sanguinem oppressorum; vidi quoque mulierum pulchritudinem, qua pudicitia mea torquebatur. Ac fornicationis quidem opus effugi; sed virginitatem meam cordis cogitatione inquinavi. Et multos quidem sermones animæ utiles audivi; sed tamen nullum apud magistrum reperi dignam sermonibus virtutem. Post hoc rursus audivi innumerabiles tragœdias, quæ effeminatis modis animum subibant. Rursus audivi citharam suaviter resonantem, plausum saltantium, scurrarum vocem, stoliditatem multam, facetias, turbæ immensæ clamorem. Vidi lacrymas spoliatorum, dolores eorum qui abducebantur a tyrannide, ejulatum eorum qui torquebantur. Et vidi, et ecce non erat conventus spiritualis, sed mare ventis agitatum ac turbatum, omnes simul fluctibus suis tentans obruere. Dic mihi, o cogitatio mala, et temporariæ voluptatis ac vanæ gloriæ dæmon, quid mihi est lucri, si hæc et spectem et

ἀποκαλύψεις παροιμιακῶν αἰνιγμάτων, λύσεις ἀποστολικῶν διδαγμάτων, εὐαγγελικῶν νοημάτων (3) ἔκθεσις, θεολογίας ἀκρόασις, ἀδελφῶν πνευματικῶν συντυχίαι (4), μεγάλην τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῆς θέας τοῦ προσώπου τὴν ὠφέλειαν παρεχόντων. Σὺ δὲ, τοσούτων ἀγαθῶν ἀλλότριον σεαυτὸν καταστήσας, κάθησαι ἐνθάδε ἐξηγριωμένος ἴσως τοῖς θηρσίν. Ὁρᾷς γὰρ ἐνταῦθα ἐρημίαν πολλὴν, ἀπανθρωπίαν οὐκ ὀλίγην, ἀπορίαν διδασκαλίας, ἀδελφῶν ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸ πνεῦμα περὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἀργίαν ἔχον πολλήν. Ὅταν οὖν τοιαύταις καὶ τοσαύταις εὐλογοφανέσι προφάσεσιν ἐπαναστᾶσα ἡ πονηρὰ ἔννοια καταῤῥῆξαί σε θέλῃ (5), ἀντιπαράθες αὐτῇ διὰ τοῦ εὐσεβοῦς λογισμοῦ τὴν πεῖραν τοῦ πράγματος, λέγων· Ἐπειδὴ σὺ λέγεις μοι καλὰ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι, διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐνταῦθα μετῴκησα, ἀνάξιον ἐμαυτὸν κρίνας τῶν τοῦ κόσμου καλῶν. Παραμέμικται γὰρ τοῖς τοῦ κόσμου καλοῖς τὰ κακὰ, καὶ μᾶλλον ὑπεραίρει τὰ κακά. Παραγενόμενος (6) γάρ ποτε ἐν ταῖς πνευματικαῖς πανηγύρεσιν, ἑνὶ μὲν ἀδελφῷ μόλις ποτὲ περιέτυχον, τὸ μὲν δοκεῖν (7) φοβουμένῳ τὸν Κύριον, κρατουμένῳ δὲ ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ λόγους κομψοὺς, καὶ μύθους πεπλασμένους εἰς ἀπάτην τῶν ἐντυγχανόντων. Πολλοῖς δὲ μετ' αὐτὸν (8) συνέτυχον κλέπταις, ἁρπαξι, τυράννοις. Εἶδον μεθυόντων σχῆμα ἄσχημον, τὰ αἵματα (9) τῶν καταπονουμένων. Εἶδον δὲ καὶ κάλλος γυναικῶν, βασανίζον μου τὴν σωφροσύνην. Καὶ τὸ μὲν τῆς πορνείας ἔργον διέφυγον· τὴν δὲ ἐμαυτοῦ παρθενίαν ἐμόλυνα κατὰ διάνοιαν καρδίας. Καὶ πολλῶν μὲν ἀκήκοα λόγων ψυχωφελῶν· πλὴν παρ' οὐδενὶ τῶν διδασκάλων εὗρον ἀξίαν τῶν λόγων τὴν ἀρετήν. Μετὰ δὲ τοῦτο πάλιν μυρίων ἤκουσα τραγῳδημάτων, μέλεσι τεθρυμμένοις ἐνδεδυμένων (10). Πάλιν ἀκήκοα κιθάρας ἡδὺ ἠχούσης, τῶν κρότων (11) τῶν ἀλλομένων, τῆς φωνῆς τῶν γελοιαστῶν, μωρίας πολλῆς καὶ εὐτραπελίας, ἤχλου ἀμυθήτου βοήν. Εἶδον τὰ δάκρυα τῶν συληθέντων, τὰς ὀδύνας τῶν ἀπαγομένων (12) ὑπὸ τῆς τυραννίδος, τὴν οἰμωγὴν τῶν βασανιζομένων. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν πανήγυρις πνευματικὴ, ἀλλὰ θάλασσα ἀνεμιζομένη καὶ ταραττομένη, πάντας ὁμοῦ τοῖς αὐτῆς (13) κύμασι καλύψαι σπουδάζουσα. Λέγε μοι, ὦ κακὴ ἔννοια, καὶ ὁ τῆς προσκαίρου ἡδυπαθείας τε καὶ κενοδοξίας δαίμων, τί μοι

(3) *Νοημάτων*. Reg. secundus διαταγμάτων. Mazarinæus cod. παραγγελμάτων.

(4) *Συντυχίαι*. Reg. secundus Συντυχία μεγάλην τοῖς συντυγχάνουσιν ἐκ τῆς προσούσης αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος χάριτος τὴν ὠφέλειαν παρέχουσα: *Fratrum spiritualium congressus magnam congredientibus ex insita illis Spiritus gratia utilitatem ferens.*

(5) *Σε θέλῃ*. Pronomen additum ex Regio secundo.

(6) *Παραγενόμενος*. Sic duo mss. Editi παραγινόμενος.

(7) *Τὸ μὲν δοκεῖν*. Sic Reg. secundus. Editi τῷ μὲν δοκεῖν. Paulo post cod. Maz. πεπλεγμένους.

(8) *Μετ' αὐτόν*. Duo mss. μετ' αὐτοῦ, *cum eo*.

(9) *Τὰ αἵματα*. Auctor hujus epistolæ, quem in Palæstina vixisse non obscure perspicitur, videtur horribili vitiorum pictura hanc potissimum gentem notare. Illius narrationem confirmat Gregorius Nyssenus, qui in epistola de iis qui adeunt Hierosolyma, tom. III, p. 653, testatur nullum esse impuritatis genus, quod non in locis Hierosolymitanis perpetretur: adulteria, furta, idololatrias et cædes commemorat, ac nullibi tantum furoris esse ad fundendum sanguinem, non ex rumore aliquo, sed ex oculorum suorum testimonio asseverat.

(10) *Ἐνδεδυμένων*. Post hanc vocem legitur in Reg. secundo ἁπάτην, sed videtur obrepsisse pro πάλιν quod deest in hoc codice.

(11) *Τῶν κρότων*. Ita Reg. secundus. Editi τὸν κρότον. Ibidem duo codices τῶν ὀχουμένων. Paulo post legendum βοῆς, ut hoc nomen cum cæteris præcedentibus consonet.

(12) *Ἀπαγομένων*. Ita duo Regii codices. Editi ἐπαγομένων.

(13) *Τοῖς αὐτῆς*. Ita unus codex: alius τοῖς ἑαυτῆς. Editi τοῖς αὐτοῖς.

Digitized by Google

τὸ ὄφελος τῆς τούτων θεωρίας τε καὶ ἀκροάσεως, μηδενὶ τῶν ἀδικουμένων βοηθῆσαι ἰσχύοντι, μήτε δὲ τοῖς ἀδυνάτοις ἐπαμῦναι, μήτε τοὺς (14) σφαλλομένους διορθώσασθαι συγχωρουμένῳ· τάχα δὲ μέλλοντι (15) καὶ ἐμαυτὸν προσαπολλύειν; Ὥσπερ γὰρ ὀλίγον ὕδωρ καθαρὸν ὑπὸ πολλῆς ζάλης ἀνέμου καὶ κονιορτοῦ ἀφανίζεται, οὕτως ἃ νομίζομεν καλὰ ἐν τῷ βίῳ ποιεῖν (16), ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν κακῶν καλύπτεται. Αἱ μὲν γὰρ τραγῳδίαι ὥσπερ σκόλοπες τοῖς κατὰ τὸν βίον δι' εὐθυμίας καὶ χαρᾶς ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐμπήσσονται, ἵνα τῆς ψαλμῳδίας ἐπισκοτίσῃ τὸ καθαρόν· αἱ δὲ οἰμωγαὶ καὶ ὁ ὀδυρμὸς τῶν ἀδικουμένων ἀνθρώπων παρὰ τῶν ὁμοφύλων ἐπάγονται, ἵνα δειχθῇ τῶν πενήτων ἡ ὑπομονή.

A audiam, cum nulli eorum quibus injuria fit, opem ferre queam : neque liceat mihi imbecilles defendere, aut errantes corrigere ; imo etiam insuper me ipse forte perditurus sim? Quemadmodum enim paululum aquæ puræ magna venti procella ac pulvere dissipatur ; sic quæ nobis videmur præclare in sæculo facere, malorum multitudine obruuntur. Nam tragœdiæ , velut pali , in cordibus eorum qui in sæculo sunt , per lætitiam ac gaudium infiguntur, ut psalmodiæ puritati tenebras offundant. Porro ejulatus gemitusque hominum injuriam a tribulibus patientium proferuntur, ut pauperum ostendatur patientia.

5. Τίς οὖν ὠφέλεια ἐμοί, ἢ δηλονότι τῆς ψυχῆς ἡ βλάβη; Διὰ τοῦτο οὖν ἐγὼ μεταναστεύω ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον. Ὡς στρουθίον γὰρ ἐρρύσθην ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἐρήμῳ διάγω, ὦ κακὴ ἔννοια, ἐν ᾗ ὁ Κύριος διέτριβεν. Ἐνταῦθα ἡ δρῦς ἡ Μαμβρή (17)· ἐνταῦθα ἡ οὐρανοφόρος κλίμαξ, καὶ αἱ τῶν ἀγγέλων παρεμβολαὶ, αἱ τῷ Ἰακὼβ ὀφθεῖσαι· ἐνταῦθα ἡ ἔρημος, ἐν ᾗ ὁ λαὸς ἀγνισθεὶς ἐνομοθετήθη, καὶ οὕτως εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθὼν (18) εἶδε Θεόν. Ἐνταῦθα τὸ ὄρος τὸ Καρμήλιον, ἐν ᾧ Ἠλίας, αὐλιζόμενος τῷ Θεῷ ὑπηρέστησεν. Ἐνταῦθα τὸ πεδίον ἐν ᾧ ἀναχωρήσας Ἔσδρας, πάσας τὰς θεοπνεύστους βίβλους προστάγματι Θεοῦ ἐξηρεύξατο. Ἐνταῦθα ἡ ἔρημος, ἐν ᾗ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἀκριδοφαγῶν, μετάνοιαν τοῖς ἀνθρώποις ἐκήρυξεν. Ἐνταῦθα τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, εἰς ὃ ὁ Χριστὸς ἀνερχόμενος προσηύχετο, ἡμᾶς διδάσκων προσεύχεσθαι. Ἐνταῦθα ὁ Χριστὸς ὁ τῆς ἐρήμου φίλος. Φησὶ γάρ· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν* (19). Ἐνταῦθα ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Ἐνταῦθα διδάσκαλοι καὶ προφῆται, οἱ ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Ἐνταῦθα ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, καὶ ὁ τῶν μοναχῶν ἐρημοπολίτης βίος. Ταῦτα τοίνυν ἐκουσίως καταδέδεγμαι, ἵνα λάβω ἅπερ τοῖς μάρτυσι τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἁγίοις ἐπήγγελται· ἵνα ἀψευδῶς λέγω· *Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς.* Ἔγνων γὰρ τὸν μὲν θεοφιλῆ Ἀβραὰμ τῇ τοῦ Θεοῦ φωνῇ πειθόμενον, καὶ εἰς τὴν ἔρημον μετοικοῦντα· καὶ Ἰσαὰκ καταδυναστευόμενον· καὶ Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην ξενιτεύοντα· Ἰωσὴφ τὸν σώφρονα διαπιπρασκόμενον, τοὺς τῆς ἐγκρατείας εὑρετὰς τρεῖς παῖδας πυρομαχοῦντας, Δανιὴλ δεύτερον εἰς λάκκον λεόντων παραβαλλόμενον, τὸν παρρη-

5. Quæ igitur mihi alia utilitas, nisi certe animæ damnum? Itaque eam ob causam ego velut passer transmigro in montes. Sum enim sicut passer ex laqueo venantium liberatus [40]. Etenim in hac solitudine dego, o mala cogitatio , in qua Dominus versatus est. Hic quercus Mambre : hic scala ferens ad cœlum, et angelorum castra a Jacob conspecta ; hic solitudo, in qua populus purificatus legem accepit , et ita demum in terram promissionis ingressus Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Elias commorans placuit Deo ; hic campus, in quem cum Esdras secessisset , omnes libros divinitus inspiratos , Deo jubente, eructavit. Hic solitudo , in qua beatus Joannes , locustas edens, hominibus **130** pœnitentiam prædicavit. Hic mons Olivarum, in quem cum Christus ascendisset oravit, orare nos docens. Hic Christus solitudinis amator. Ait enim : *Ubi duo sunt aut tres congregati in nomine meo , ibi sum in medio eorum* [41]. Hic angusta et arcta via, quæ ducit ad vitam. Hic doctores et prophetæ, in solitudinibus errantes , ac montibus , speluncisque et foraminibus terræ [42]. Hic apostoli et evangelistæ, et monachorum semota ab urbibus vita. Hæc itaque ultro suscepi, ut consequar quæ Christi martyribus et omnibus aliis sanctis promissa sunt ; ut vere ac citra mendacium dicam : *Propter verb. labiorum tuorum ego custodivi vias duras* [43]. Novi enim charum Deo Abraham qui voci Dei obsecutus est, et in solitudinem migravit ; et Isaac potentia oppressum , et Jacob patriarcham peregrinantem ; pudicum Joseph divenditum ; pueros tres abstinentiæ inventores , qui adversus ignem pugnarunt ; Danielem semel et iterum in fossam leonum conjectum ; Jeremiam libere loquentem , cœni lacui addictum ; Isaiam arcanorum specta-

[40] Psal. CXXIII, 7. [41] Matth. XVIII, 20. [42] Hebr. XI, 38. [43] Psal. XVI, 4.

(14) *Μήτε τούς*, etc. Reg. secundus μήτε δὲ τῶν ἀδικούντων τὴν ὁρμὴν ἀνακόψαι δυναμένῳ, μήτε δὲ τοὺς σφαλλομένους, etc. *Cum nec iniquorum impetum repellere valeam.*

(15) *Μέλλοντι... προσαπολλύειν.* Sic duorum codicum ope emendatur quod erat in editis μᾶλλόν τε... προσαπολλύντι.

(16) *Ποιεῖν.* Post hanc vocem addunt Reg. secundus et Maz. ἐνώπιον ἀνθρώπων. *Coram hominibus.*

(17) *Μαμβρή.* Ita mss. Editi Μαβρή.

(18) *Εἰσελθών.* Hoc verbum additum ex Reg. secundo.

(19) *Ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Reg. secundus μετ' αὐτῶν.

Digitized by Google

torem, serra sectum ; abductum in captivitatem Israelem ; Joannem adulterii objurgatorem, capite truncatum ; martyres Christi de medio sublatos. Et quid pluribus moror ? ubi et ipse Salvator pro nobis crucifixus est, ut morte sua vivificaret nos, et unumquemque nostrum ad patientiam incitaret ac traheret. Ad hunc festino, et ad Patrem, et ad Spiritum sanctum. Legitimus inveniri conor, indignum memet judicans mundi bonis. Cæterum neque ego propter mundum, sed mundus propter me. Hæc igitur apud temetipsum reputans, eaque diligenter, ut tibi dictum est, exsequens, decerta pro veritate usque ad mortem. Etenim Christus ad mortem usque factus est obediens. Sed et Apostolus dicit : *Videte ne quando sit in ullo vestrum cor pravum, ut desciscat a Deo vivente : sed exhortemini vos invicem, et ædificate singuli singulos, quandiu dicitur dies hodiernus* [a]. Nam dies hodiernus significat totum vitæ nostræ tempus. Sic igitur vivens, frater, te ipse servabis, nosque exhilarabis, et Deum glorificabis in sæcula sæculorum. Amen.

A σιαστὴν (20) Ἱερεμίαν εἰς λάκκον βορβόρου καταδικαζόμενον· Ἡσαΐαν τὸν τῶν ἀποκρύφων θεατὴν πριζόμενον· τὸν Ἰσραὴλ αἰχμαλωτιζόμενον· Ἰωάννην τὸν τῆς μοιχείας ἔλεγχον ἀποτεμνόμενον· ἀναιρουμένους τοὺς Χριστοῦ μάρτυρας. Καὶ ἵνα τί μακρολογῶ ; ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα τῷ ἐαυτοῦ θανάτῳ ἡμᾶς ζωοποιήσῃ, καὶ πάντας ἡμᾶς πρὸς τὴν ὑπομονὴν ἀλείψῃ καὶ ἑλκύσῃ. Πρὸς τοῦτον ἐπείγομαι, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (21). Γνήσιος εὑρεθῆναι ἀγωνίζομαι, ἀνάξιον ἐμαυτὸν κρίνας τῶν τοῦ κόσμου καλῶν. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ἐγὼ διὰ τὸν κόσμον, ἀλλ' ὁ κόσμος δι' ἐμέ. Ταῦτα οὖν ἐν ἑαυτῷ ἐπιλογιζόμενος, καὶ τελῶν αὐτὰ σπουδαίως, κατὰ τὸ εἰρημένον σοι, ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἕως θανάτου. Καὶ γὰρ B ὁ Χριστὸς ὑπήκοος γέγονε μέχρι θανάτου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι· *Βλέπετε μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ, εἰς τὸ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ* (22) *ζῶντος· ἀλλὰ ἀλλήλους παρακαλεῖτε, καὶ εἷς τὸν ἕνα οἰκοδομεῖτε, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον λέγεται.* Τὸ γὰρ σήμερον σημαίνει ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν. Οὕτως οὖν πολιτευόμενος, ἀδελφὲ, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ ἡμᾶς εὐφρανεῖς, καὶ τὸν Θεὸν δοξάσεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EPISTOLA XLIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΓ'.

Basilius, seu quivis alius epistolæ auctor, evangelica præcepta solitariis breviter exponit.

Admonitio ad juniores.

Νουθεσία πρὸς τοὺς νέους.

Disce tu qui solitariam vitam degis, quique fidelis homo ac pietatis cultor es, et edocere evangelicum vivendi genus, corporis in servitutem redactionem, spiritum humilem, mentis puritatem, iræ exstinctionem. Coactus, insuper adde propter Dominum ; damno affectus, ne litiges ; odio habitus, dilige ; persecutione appetitus, sustineto ; male audiens, obsecra. Sis peccato mortuus ; sis una cum Deo crucifixus ; curam omnem transfer in Dominum, **131** ut reperiaris ubi angelorum sunt myriades, primogenitorum conventus, apostolorum throni, prophetarum præcellentes sedes, sceptra patriarcharum, martyrum coronæ, justorum præconia. Inter hos justos ut tu ipse annumereris, concupisce, in Christo Jesu Domino nostro. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Μάθε σὺ ὁ μονάζων καὶ πιστὸς ἄνθρωπος, καὶ τῆς C εὐσεβείας ἐργάτης, καὶ διδάχθητι εὐαγγελικὴν πολιτείαν, σώματος δουλαγωγίαν, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα, ὀργῆς ἀφανισμόν. Ἀγγαρευόμενος, προστίθει διὰ τὸν Κύριον· ἀποστερούμενος, μὴ δικάζου· μισούμενος, ἀγάπα· διωκόμενος, ἀνέχου· βλασφημούμενος, παρακάλει. Νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, σταυρώθητι τῷ Θεῷ· ὅλην τὴν μέριμναν μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον, ἵνα εὑρεθῇς ὅπου ἀγγέλων μυριάδες, πρωτοτόκων πανηγύρεις, ἀποστόλων θρόνοι, προφητῶν προεδρίαι, σκῆπτρα πατριαρχῶν, μαρτύρων στέφανοι, δικαίων ἔπαινοι. Ἐκείνοις σεαυτὸν τοῖς δικαίοις ἐπιθύμησον συναριθμηθῆναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. D

EPISTOLA XLIV**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΔ'.

Lavso monacho auctor epistolæ primum peccati magnitudinem, deinde misericordiam divinam ante oculos ponit, et ut ad se venial, benigne hortatur.

Ad monachum lapsum.

Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα (23).

1. Salutem non dicimus, quia non est salus im-

1. Χαίρειν οὐ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς

[a] Hebr. III, 12, 13.

* Alias II.
** Alias III.

(20) *Παῤῥησιαστὴν.* Quæ ab hac voce usque ad Ἡσαΐαν leguntur, addita sunt ex duobus mss. a Combefisio citatis.

(21) *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Ita Reg. secundus. Editi τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ex eodem codice legimus γνήσιος, editi γνησίως. Idem habet ἀγωνιζόμενος. Mox Πλὴν ἀλλ' ex duobus mss. Prima vox deest in editis.

(22) *Ἀπὸ θεοῦ.* Sic duo mss. Deest præpositio in editis.

(23) *Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα.* Addit Regius cod. 1908, sed manu recentiore, Ἀλέξιον, *Ad monachum lapsum Alexium.* Cod. Colbert. 437 : πρὸς διάκονον ἐκπεσόντα, *Ad diaconum lapsum.*

Digitized by Google

ἀσεβέσιν (24). Ἔτι γὰρ ἀπιστία με περιέχει, καὶ οὐκ ἐπέρχεταί μου εἰς τὴν καρδίαν τὸ τηλικοῦτον ἀτόπημα καὶ τὸ ἐπιχείρημα τὸ μέγα ὃ ἔπραξας, εἴ γε κατὰ τὸ φαινόμενον ἤδη πᾶσιν οὕτως ἔχει. Θαυμάζω γὰρ πῶς ἡ τοσαύτη σοφία κατεπόθη, πῶς ἡ τοσαύτη ἀκρίβεια διελύθη· πόθεν ἡ τοσαύτη τύφλωσις περιεχύθη· πῶς, μηδὲν τὸ σύνολον ἐννοήσας, τοιαύτην καὶ τοσαύτην ἀπώλειαν ψυχῶν εἰργάσω. Εἰ γὰρ ἀληθὲς τοῦτο, παραδέδωκας (25) καὶ τὴν σαυτοῦ ψυχὴν τῷ βυθῷ, καὶ πάντων τῶν ἀκουόντων τὴν ἀσέβειαν ταύτην τὸν τόνον παρέλυσας. Τὴν πίστιν ἠθέτησας· τοῦ ἀγῶνος τοῦ καλοῦ ἠστόχησας. Διὸ ἀλγῶ ἐπὶ σοί. Ποῖος γὰρ ἱερεὺς ἀκούων (26) οὐ θρηνήσει; ποῖος ἐκκλησιαστικὸς οὐ κόπτεται; ποῖος λαϊκὸς οὐ σκυθρωπάζει; ποῖος ἀσκητὴς οὐ πενθεῖ; Τάχα καὶ ὁ ἥλιος ἐσκότασεν ἐπὶ τῷ σῷ πτώματι, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν (27) ἐσαλεύθησαν ἐπὶ τῇ σῇ ἀπωλείᾳ. Ἐδάκρυσαν καὶ οἱ ἀναίσθητοι λίθοι ἐπὶ τῇ σῇ μανίᾳ· ἔκλαυσαν δὲ καὶ οἱ ἐχθροὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀνομίας σου. Ὦ πολλῆς πωρώσεως (28)! ὦ δεινῆς ὠμότητος! Οὐ Θεὸν ἐφοβήθης· οὐκ ἀνθρώπους ᾐδέσθης· οὐ φίλους ἐνετράπης· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα ἐναυάγησας· ὁμοῦ πάντα ἐσυλήθης. Διὸ πάλιν ἀλγῶ ἐπὶ σοί, ἄθλιε. Ὁ τῆς βασιλείας πᾶσι τὸν τόνον ἀπαγγέλλων, τῆς βασιλείας ἐξέπεσες. Ὁ τῆς διδασκαλίας τὸν φόβον πᾶσιν ἐμποιῶν, οὐκ ἔσχες φόβον Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ὁ ἁγιωσύνην κηρύσσων, ἐναγὴς εὑρίσκῃ. Ὁ ἐπὶ ἀκτημοσύνῃ σεμνυνόμενος (29), συλοχρηματῶν ἐφευρίσκῃ. Ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ κόλασιν ἐπιδεικνύμενος διὰ τῆς ὑφηγήσεως, αὐτὸς κόλασιν σεαυτῷ προεξένησας. Πῶς σε θρηνήσω; πῶς ἀλγήσω ἐπὶ σοί; Πῶς ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωΐ (30) ἀνατέλλων, καὶ συνετρίβη ἐπὶ τῆς γῆς; Παντὸς ἀκούοντος ἠχήσει τὰ ἀμφότερα ὦτα. Πῶς ὁ Ναζιραῖος, ὁ ἐκλάμπων ὑπὲρ χρυσίον, ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλην; υἱὸς Σιὼν ὁ τίμιος, πῶς ἐγένετο σκεῦος ἄχρηστον; Οὗ ἡ μνήμη τῶν θείων Γραφῶν ὑπὸ πάντων ἐλαλεῖτο, σήμερον ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ μετ' ἦχου. Ὁ ὀξύνους ὀξέως ἀπώλετο. Ὁ πολύνους πυλύπλοκον ἁμαρτίαν εἰργάσατο. Οἱ γὰρ ὠφελημένοι ὑπὸ τῆς σῆς διδασκαλίας ἐβλάβησαν ὑπὸ τῆς σῆς ἀπωλείας. Οἱ τὰς ἀκοὰς παρατιθέντες ἐπὶ τῇ σῇ ὁμιλίᾳ ἔφραξαν τὰ ὦτα ἐπὶ τῇ σῇ ἀπωλείᾳ. Ἐγὼ δὲ, θρηνῶν καὶ σκυθρωπάζων (31), καὶ παρειμένος πάντοθεν, καὶ σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἐσθίων, καὶ σάκκον ἐπὶ τῇ πληγῇ μου ἐπιῤῥίψας, τοιαῦτά σοι ἐγκώμια διεξέρχομαι· μᾶλλον δὲ ἐπιταφίους λόγους συντάσσων, ἀπαράκλητος καὶ ἀθεράπευτος διατελῶ· ὅτι παράκλησις κέκρυπται ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ οὐκ

A piis. Adhuc enim incredulus sum, nec in pectus meum intrat tantum nefas ac magnum facinus, quod admisisti: si quidem res, uti jam omnibus manifesta est, ita sese habet. Admiror enim quomodo sapientia tanta absorpta sit, quomodo tam accurata vivendi ratio dissoluta; unde circumfusa fuerit cæcitas tanta; quomodo nihil prorsus considerans, talem ac tantam animarum perniciem induxeris. Id enim si verum est, tradidisti et tuam ipsius animam barathro, et omnium, qui impietatem hanc audiunt, robur exsolvisti. Irritam fecisti fidem; aberrasti a certamine bono. Quapropter doleo tua causa. Quis enim sacerdos, ubi audierit, tua causa non lamentabitur? quis ecclesiasticus non plangit? quis laicus tristitia B non afficitur? quis monachus non mœret? Forte etiam sol ob tuum lapsum obscuratus est, et virtutes cœlorum commotæ sunt ob exitium tuum. Quin et lapides sensus expertes insaniam tuam defleverunt: ploravere quoque inimici ob iniquitatis tuæ magnitudinem. O magnam cæcitatem! O miram crudelitatem! Deum non timuisti; homines reveritus non es; non te amici moverunt; sed simul omnium naufragium fecisti: simul spoliatus es omnibus. Quocirca iterum causa tua, miser, doleo. Qui regni violentiam atque difficultatem omnibus annuntiabas, regno excidisti. Qui doctrinæ metum omnibus incutiebas, Dei non habuisti timorem ob oculos tuos. Qui sanctimoniam prædicabas, scelestus deprehenderis. Qui de paC pertate gloriabare, pecuniarum inventus es raptor. Qui imminens a Deo supplicium disserendo ostendebas, tibi ipse accersivisti supplicium. Quomodo te lugebo? quomodo tua causa dolebo? quomodo excidit lucifer qui mane oriebatur, et contritus est in terra? Cuilibet audienti auris utraque tinniet. Quomodo Nazaræus auro splendidior, fuligine factus est obscurior? venerandus filius Sion, quomodo factus est vas inutile? Cujus in sacris Scripturis legendis prædicabatur memoria ab omnibus, ejus hodie memoria cum sonitu periit. Qui erat ingenio acri et veloci, velociter interiit; præditus prudentia multiplici, multiplex peccatum perpetravit. Quibus enim profuit doctrina tua, ii ex tuo exitio damnum accepere. Qui aures colloquiis tuis adhiD buerunt, **132** obturavere pernicie tua audita. Ego vero lamentans tristemque vultum præ me ferens, et undelibet exsolutus, et cinerem velut panem comedens, sacco in plagam meam injecto, tibi ejusmodi præconia recenseo, imo potius orationem

(24) *Τοῖς ἀσεβέσιν*. Editi ἐν τοῖς. Sed næc præpositio deest in Coisl. secundo et in pluribus a Combefisio citatis.

(25) *Παραδέδωκας*. Duo mss. παρέδωκας.

(26) *Ἀκούων*. Editi addunt ἐπὶ σοί, sed hæc desunt in Reg. secundo et Coisl. et aliis a Combefisio citatis, ac melius videntur deesse.

(27) *Τῶν οὐρανῶν*. Sic Reg. Coisl. et Maz. Editi τοῦ οὐρανοῦ.

(28) *Πωρώσεως*. Sic editio Basileensis et tres nostri codices et alii a Combefisio citati. Editio Parisiensis πηρώσεως.

(29) *Σεμνυνόμενος*. Sic mss. Editi σεμνόμενος.

(30) *Πρωΐ*. Sic duo mss. Editi πρώην. Paulo post ex iisdem mss. legimus ἀσβόλην pro ἄσβολον quod erat in editis.

(31) *Σκυθρωπάζων*. Post hanc vocem addunt duo codices *καὶ παριστάμενος σκυθρωπός*. Observat etiam Combefisius codices suos habere παριστάμενος

Digitized by Google

funebrem componens, consolationem nullam, nullamque medelam admitto; quippe abscondita est ab oculis meis consolatio, nec est fomentum apponere, neque oleum, neque ligamenta. Est enim plaga mea doloris plena. Unde sanabor?

A ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ἔστι γὰρ ἡ πληγή μου ὀδυνηρά. Πόθεν ἰαθήσομαι;

2. Si qua igitur adhuc spes tibi superest salutis; si qua exigua Dei recordatio, si quod desiderium futurorum bonorum, si quis metus suppliciorum, quæ servata sunt non pœnitentibus, resipisce velociter: attolle oculos tuos in cœlum, intellige, desiste a tua nequitia, excute circumfusam tibi ebrietatem, insurge in eum qui te prostravit. Fortiter conare e terra resurgere. Recordare boni pastoris, qui persequens eruet te. Etiamsi supersint crura duo, aut auriculæ summitas, resili ab eo qui te vulneravit. Memor esto miserationum Dei, qui curat oleo et vino. Ne desperes salutem. Revoca in memoriam quæ scripta sunt, nempe lapsum resurgere, aversum converti [46], percussum curari, a bestiis captum liberari, confitentem non rejici. Non enim vult Deus mortem peccatoris, quemadmodum vult converti ipsum, et vivere [46]. Ne contempseris, velut in malorum profundum collapsus [47]. Tempus patientiæ est, tempus lenitatis, tempus curationis, tempus emendationis. Lapsus es? exsurge. Peccasti? desine. Ne stes in via peccatorum [48], sed resili. Nam cum conversus ingemueris, tunc servabere. Est enim ex laboribus sanitas, et salus ex sudoribus. Vide igitur ne forte, dum servare vis quæ cum nonnullis pactus es, inita cum Deo pacta, quæ coram multis testibus professus es, transgrediare. Ne igitur ob humanas quasdam ratiocinationes cuncteris ad me venire. Ego enim receptum mortuum meum lugebo, ego curabo, ego amare flebo super contritione filiæ generis mei. Excipient te omnes, omnes se tibi laborum socios adjungent. Ne despondeas animum: memor sis dierum antiquorum. Est salus: est emendatio. Confide, ne desperes. Non est lex citra misericordiam morte condemnans, sed gratia differens pœnam, exspectans emendationem. Nondum occlusæ sunt fores; audit sponsus: non dominatur peccatum. Redintegra denuo luctam: ne moreris, sed tui ipsius et omnium nostrum miserere in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen.

2. Εἴ τις οὖν ἔτι ἐλπὶς ὑπολείπεταί σοι σωτηρίας, εἴ τις βραχεῖα μνήμη περὶ τὸν Θεὸν, εἴ τις πόθος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, εἴ τις φόβος τῶν τεθησαυρισμένων κολάσεων τοῖς ἀμετανοήτοις· ἀνάνηψον ταχέως· ἔπαρον (32) τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐλθὲ εἰς συναίσθησιν, παῦσαι ἀπὸ τῆς πονηρίας σου, ἀπόσεισαι τὴν περιχυθεῖσάν σοι μέθην, ἐπανάστα τῷ καταβαλόντι σε. Ἴσχυσον ἐκ γῆς ἐπαναστῆναι. Μνήσθητι τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, ὅτι καταδιώκων ἐξελεῖταί σε. Κἂν ᾖ δύο σκέλη, ἢ λοβὸς ὠτίου, ἀποπήδησον ἀπὸ τοῦ τραυματίσαντός σε. Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν (33) τοῦ Θεοῦ, ὅτι θεραπεύει ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ. Μὴ ἀπελπίσῃς τὴν σωτηρίαν. Ἀνάλαβε τὴν μνήμην τῶν γεγραμμένων, ὅτι ὁ πίπτων ἀνίσταται, καὶ ὁ ἀποστρέφων ἐπιστρέφει· ὁ πεπληγὼς θεραπεύεται, ὁ θηριάλωτος περιγίνεται, ὁ ἐξομολογούμενος οὐκ ἀποβάλλεται. Οὐ θέλει γὰρ ὁ Κύριος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Μὴ ὡς εἰς βάθος (34) κακῶν ἐμπεσὼν καταφρονήσῃς. Καιρὸς ἀνοχῆς ἐστι, καιρὸς μακροθυμίας, καιρὸς ἰάσεως, καιρὸς διορθώσεως. Ὠλίσθησας; ἔξεγείρου. Ἥμαρτες; ἡσύχασον. Μὴ στῇς ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, ἀλλὰ ἀποπήδησον. Ὅταν γὰρ ἐπιστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ. Ἔστι γὰρ ἐκ πόνων ὑγεία, καὶ ἐξ ἱδρώτων σωτηρία. Ὅρα οὖν μήποτε, συνθήκας βουλόμενός τινων φυλάττειν, παραβῇς τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ἃς ὡμολόγησας ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων. Μὴ οὖν διά τινας λογισμοὺς ἀνθρωπίνους ὀκνήσῃς ἐλθεῖν πρὸς μέ. Ἐγὼ γὰρ ἀναλαβὼν τὸν νεκρόν μου θρηνήσω, ἐγὼ θεραπεύσω, ἐγὼ πικρῶς κλαύσομαι ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου. Πάντες σε δέχονται, πάντες σοι συμπονήσουσι. Μὴ ἀναπέσῃς (35)· μνήσθητι ἡμερῶν ἀρχαίων. Ἔστι σωτηρία, ἔστι διόρθωσις. Θάρσει, μὴ ἀπελπίσῃς. Οὐκ ἔστι νόμος καταδικάζων τὸν χωρὶς οἰκτιρμῶν θάνατον, ἀλλὰ χάρις ὑπερτιθεμένη τὴν κόλασιν, ἐκδεχομένη τὴν διόρθωσιν. Οὔπω ἐκλείσθησαν αἱ θύραι· ἀκούει ὁ νυμφίος· οὐ κυριεύει ἁμαρτία. Ἀναπάλαισον πάλιν· μὴ κατοκνήσῃς, καὶ σεαυτὸν οἰκτείρησον, καὶ πάντας ἡμᾶς (36) ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[46] Jerem. VIII, 4. [46] Ezech. XVIII, 32. [47] Prov. XVIII, 3. [48] Psal. I, 1.

(32) *Ἔπαρον*. Sic tres mss. Editi ἔπαιρον. Paulo post editi καταβάλλοντι. Mss. ut in textu.

(33) *Τῶν οἰκτιρμῶν*. Sic tres mss. Editi τοὺς οἰκτιρμούς.

(34) *Μὴ ὡς εἰς βάθος*. Ὡς additum ex tribus mss. nostris præter Combefisianos.

(35) *Μὴ ἀναπέσῃς*. Sic quinque codices mss. Editi μὴ ἀπεισθῇς.

(36) *Πάντας ἡμᾶς*. Quæ sequuntur addita ex Regio secundo et Coisl. secundo.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΕ'. EPISTOLA XLV'. 133

Cum quidam relictis magnis opibus monasticam vitam amplexus esset, ac postea ex summo pietatis fervore in adulterium et alia scelera incidisset, auctor epistolæ, qui cum eo Hierosolymis commoratus fuerat, peccati et scandali magnitudinem ei exponit, simulque spe misericordiæ divinæ, et exemplo Judæorum ac Gentilium, qui tunc ad Dei cultum compellebantur, ad certamen revocat.

Πρὸς μονάζοντα ἐκπεσόντα.

1. Διττός μοι φόβος ἐνέσκηψε τοῖς τῆς διανοίας κόλποις ἐκ τῆς περὶ σὲ ὑποθέσεως. Ἢ γάρ τις ἀσυμπαθὴς τρόπος προκαταρξάμενος εἰς μισανθρωπίας (37) ἔγκλημά με ῥίπτει· ἢ αὖθις συμπαθεῖν ἐθέλοντα, καὶ πρὸς τὰ πάθη καταμαλακίζεσθαι, κακῶς μετατίθησι (38). Διόπερ καὶ διαχαράττειν μέλλων τουτί μου τὸ γράμμα, τὴν μὲν χεῖρα ναρκῶσαν τοῖς λογισμοῖς ἐνεύρωσα, τὸ δὲ πρόσωπον, ἠπορημένον ἐκ τῆς ἐπὶ σοὶ κατηφείας, ἀλλοιῶσαι οὐκ ἴσχυσα, τοσαύτης μοι ἐπὶ σοὶ κεχυμένης (39) αἰσχύνης, ὡς καὶ τὴν τοῦ στόματος σύμπτυξιν παραχρῆμα πίπτειν, τῶν χειλέων μου εἰς κλαυθμὸν ἐκτρεπομένων. Οἴμοι, τί γράψω, ἢ τί λογίσομαι ἐν τριόδῳ ἀπειλημμένος; Ἐὰν ἔλθω εἰς μνήμην τῆς προτέρας σου ματαίας ἀναστροφῆς, ὅτε σε (40) περιέῤῥει πλοῦτος, καὶ τὸ χαμερπὲς δοξάριον, φρίττω· ἡνίκα εἶπετό σοι κολάκων πλῆθος, καὶ τρυφῆς ἀπόλαυσις πρόσκαιρος μετὰ προφανοῦς κινδύνου καὶ ἀδίκων πόρων· καὶ πῇ μὲν ἀρχοντικοὶ φόβοι διεῤῥίπιζόν σου τὴν τῆς σωτηρίας ὑπόνοιαν, πῇ δὲ δημοσίων θόρυβοι διεσάλευόν σου τὴν ἑστίαν, ἥ τε συνοχὴ τῶν κακῶν ἀπεσφαίριζέ (41) σου τὸν νοῦν πρὸς τὸν δυνάμενόν σοι βοηθεῖν· ἡνίκα κατὰ μικρὸν ἐμελέτας περιβλέπεσθαι τὸν Σωτῆρα, φέροντα μὲν πρὸς ὠφέλειαν τοὺς φόβους, ῥυόμενον δέ σε, καὶ σκέποντα, παίζοντα κατ' αὐτοῦ ἐν ταῖς ἀδείαις· ἡνίκα ἐγυμνάζου πρὸς μεταβολὴν σεμνοῦ τρόπου, σκυβαλίζων μέν σου τὴν πολυκίνδυνον περιουσίαν, οἴκου τε θεραπείαν καὶ συνοίκου ὁμιλίαν ἀπαρνούμενος. Ὅλος δὲ (42) μετάρσιος, ὥσπερ ξένος καὶ ἀλήτης, ἀγροὺς καὶ πόλεις ἐξαμείβων, κατέδραμες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα σοι καὶ αὐτὸς συνδιατρίβων ἐμακάριζον τῶν ἀθλητικῶν πόνων, ὅτε ἑβδοματικοῖς κύκλοις νῆστις διατελῶν θεῷ προσεφιλοσόφεις, ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων συντυχίας λόγῳ τροπῆς ὑποφεύγων, ἡσυχίαν δὲ καὶ μονοτροπίαν ἑαυτῷ ἐφαρμόσας, τοὺς πολιτικοὺς θορύβους ἐξέκλινας (43). Σάκκῳ δὲ τραχεῖ τὸ σῶμά σου διανύττων, καὶ ζώνῃ σκληρᾷ τὴν ὀσφύν σου περισφίγγων, καρτερικῶς τὰ ὀστᾶ σου διέθλιβες. Λαγόνας δὲ ταῖς ἐνδείαις κοιλαίνων μέχρι τῶν νωτιαίων μερῶν ὑπεχαύνωσας· καὶ φασκίας μὲν ἀπαλῆς τὴν χρῆσιν ἀπηρνήσω, ἔνδοθεν δὲ τὰς λαπάρας, σικύας (44) δίκην ὑφελκύσας, τοῖς νεφριτικοῖς χωρίοις προσκολλᾶσθαι ἐδιάζου· ὅλην δὲ τὴν τῆς σαρκὸς πιμελὴν ἐκ-

Ad monachum lapsum.

1. Duplex timor subiit mentis meæ sinus tua causa. Aut enim præoccupans me immisericors quidam animi motus in crimen inhumanitatis conjicit : aut rursus misereri volentem, etiam ut ad vitia remollescam, male convertit. Quare et hanc meam epistolam exaraturus, manum quidem torpescentem ratiocinationibus corroboravi, sed vultum, ex concepta propter te tristitia auxium, mutare non potui : tanto mihi, tua causa, incusso pudore, ut oris etiam flexus, labiis meis in luctum conversis, statim concideret. Hei mihi, quid scribam, aut quid cogitem in trivio constitutus? Si mihi prioris tuæ vanæ vivendi rationis veniat in mentem, cum circumfluerent te divitiæ, ac humi repens gloriola, horreo : cum adulatorum te sequeretur multitudo, fruererisque brevi ac temporaria voluptate, non sine manifesto periculo et iniquo quæstu : et partim quidem magistratuum timor te de salute cogitantem exagitaret : partim vero publicorum negotiorum tumultus tuam interturbarent domum, atque malorum frequentia mentem tuam ad eum, qui opitulari tibi poterat, retorqueret : cum paulatim Servatorem circumspicere meditareris, timores quidem tibi ad tuam utilitatem inferentem, liberantem vero ac protegentem te, qui ei dum in tuto esses, illuseras : cum te ad innovandos acquirendosque honestos mores exercerem, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, reique familiaris curam et uxoris consuetudinem refugiens. Quin etiam totus sublimis, velut peregrinus et erro, agris et civitatibus peragratis, petisti Jerosolyma, ubi et ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædicabam, cum per septenarios circulos jejunus perseverans Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo ac solitario vivendi genere tibi parato, civiles tumultus declinares. Præterea corpus tuum cilicio aspero lancinans, et zona dura astringens lumbos tuos, patienter ossa tua atterebas. Quin et ilia inedia concavans, ea usque ad dorsi partes laxa effecisti, atque fasciæ mollis rejecto usu, abdomen intrinsecus cucurbitæ in morem contractum, renibus adhæreseere cogebas. Ad hæc, evacuato carnis

(37) *Μισανθρωπίας*. Coisl. primus μισαδελφίας, *odii fratrum*.

(38) *Μετατίθησι*. Quatuor mss. codices, non tamen antiquissimi, habent διατίθησι. Miror Combefisium legi velle διατίθημι.

(39) *Ἐπὶ σοὶ κεχυμένης*. Duo codices pro his vocibus habent ἐπικεχυμένης. Colbert. et primus Coislinianus ἐπικειμένης.

(40) *Ὅτε σε*. Codices non pauci ὅτε σοι, unus ὅτε σου. Paulo post editi κολάκων πλήθη. Sex mss. ut in textu.

(41) *Ἀπεσφαίριζέ*. Sic Harl., Coisl. primus, Medic. et plures alii. Editi ἀπεσφαίρισε. Paulo post in tribus codicibus recentioribus deest σοι ante τὸν Σωτῆρα.

(42) *Ὅλος δέ*. Sic Harl., Coisl. primus et plures alii. Editi ὅλως δέ.

(43) *Ἐξέκλινας*. Ita sex mss. non ut in editis ἐξέκλινες.

(44) *Σικύας*. Editi σικύου contra omnium mss. codicum fidem.

* Alias IV.

Digitized by Google

toto adipe, exsiccasti strenue meatus sub ventre sitos, et ipso ventre inedia coarctato, faciebas ut costatæ partes, tecti quasi quædam eminentia, umbram inducerent **134** partibus umbilici, atque contracto toto organo, nocturnis horis confitens Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Quid autem opus est recensere me singula? Memineris quot sanctorum ora exceperis osculo, quot sacra corpora amplexus sis, quot viri manus tuas velut intaminatas foverint; quot servi Dei, velut venerantes, confugerint ad genua tua complectentes.

2. At horum quis tandem finis? Adulterii fama nuntiati crimen, sagitta velocius pervolans, aures nostras sauciat, acutiore stimulo viscera nostra compungens. Quæ tam artificiosa præstigiatoris versutia in tam perniciosum casum te conjecit? Quænam diaboli sinuosa retia te constringentia, virtutis nervos immobiles reddiderunt? Quo abiere laborum tuorum narrationes? Sed fortasse æquum non est his fidem adhibere? Et quomodo non ex manifestis ea etiam credemus quæ hactenus abscondita fuerunt? siquidem animas quæ ad Deum confugiebant, juramentis horrendis obstrinxisti, cum tamen nominatim quidquid his voculis, *est* et *non*, amplius est, diabolo attribuatur [49]. Itaque simul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor, atque instituti ascetici charactere in contemptum adducto, ad apostolos usque ipsumque Dominum dedecus ac infamiam transmisisti. Dedecorasti castitatis gloriationem; labe aspersisti continentiæ votum, captivorum facti sumus tragœdia, a Judæis et gentilibus res nostræ in scenam et actus deducuntur. Discidisti monachorum studia; diligentiores cautioresque in metum formidinemque conjecisti, adhuc diaboli potestatem admirantes; negligentiores vero ad sequendum incontinentiæ exemplum traduxisti. Dissolvisti, quantum in te fuit, gloriationem Christi, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum* [50], ejusque principem. Creatorem dedecoris miscuisti patriæ. Vere implevisti Proverbium, *Velut cervus sagitta ictus in jecore* [51]. Sed quid jam? Non cecidit fortitudinis turris, o frater: non obsorduerunt correctionis ac convectionis remedia: non occlusa est civitas perfugii. Ne in profundo malorum permaneas, nec te tradas homicidæ. Novit Dominus elisos erigere. Ne procul fugias, sed ad nos recurre. Resume iterum labores juveniles, secundis recte factis humi repentem sordidamque voluptatem delens. Respice

κενώσας, τοὺς τῶν ὑπογαστρίων ὀχετοὺς γενναίως ἐξήρανας, γαστέρα τε αὐτὴν ταῖς ἀσιτίαις συμπτύξας, τὰ πλευριτικὰ μέρη, ὥσπερ τινὰ στέγης ἐξοχὴν, τοῖς τοῦ ὀμφαλοῦ μέλεσιν (45) ἐπεσκίαζες, καὶ συνεσταλμένῳ ὅλῳ τῷ ὀργάνῳ, κατὰ τὰς νυκτερινὰς ὥρας ἀνθομολογούμενος τῷ Θεῷ, τοῖς τῶν δακρύων ὀχετοῖς τὴν γενειάδα ἔμβροχον καθωμάλιζες. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἕκαστα; Μνήσθητι ὅσα ἁγίων στόματα φιλήματι κατησπάσω, ὅσα ἱερὰ σώματα περιεπτύξω, ὅσοι σου τὰς χεῖρας ὡς ἀχράντους περιέθαλπον· ὅσοι δοῦλοι Θεοῦ, ὥσπερ λατρεῖς, ὑπέδραμον τοῖς γόνασί σου περιπλεκόμενοι.

2. Καὶ τούτων τὸ τέλος τί; Μοιχικῆς φήμης διαβολὴ, βέλους ὀξύτερον διιπταμένη, τιτρώσκει ἡμῶν τὰς ἀκοὰς, ἀκμαιοτέρῳ κέντρῳ τὰ σπλάγχνα ἡμῶν διανύττουσα. Τίς ἡ τοῦ γόητος (46) τοσαύτη ἔντεχνος ποικιλία εἰς τοσοῦτόν (47) σε περιήγαγεν ὀλέθριον σκέλισμα; Ποῖα πολύπλοκα τοῦ διαβόλου δίκτυα, περισφίγξαντά σε, τὰς τῆς ἀρετῆς ἐνεργείας ἀκινήτους ἀπήλεγξε; Ποῦ μοι τὰ διηγήματα τῶν σῶν πόνων οἴχεται; Ἆρα γὰρ ἀπιστῆσαι ἄξιον; Καὶ πῶς οὐχὶ ἐκ τῶν ἐναργῶν καὶ τὰ τέως ἀφανῆ εἰς πίστιν δεξόμεθα; εἰ τὰς τῷ Θεῷ προσφυγούσας (48) ψυχὰς φρικτοῖς ὅρκοις κατέκλεισας, ὁπότε παρατετηρημένως τοῦ *ναὶ* καὶ τοῦ *οὒ* τὸ περιττὸν τῷ διαβόλῳ προσνενέμηται. Ὁμοῦ τοίνυν καὶ παρορκίας ὀλεθρίου γέγονας ἔγγυος, καὶ φαυλίσας τῆς ἀσκήσεως τὸν χαρακτῆρα, μέχρι τῶν ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἀνέπεμψας τὸ αἶσχος. Κατῄσχυνας τὸ τῆς ἁγνείας καύχημα, ἐμωμήσω τῆς σωφροσύνης τὸ ἐπάγγελμα· ἐγενόμεθα αἰχμαλώτων τραγῳδία· Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι δραματουργεῖται τὰ ἡμέτερα. Διέτεμες φρόνημα μοναχῶν, τοὺς ἀκριβεστέρους εἰς φόβον καὶ δειλίαν ἤγαγες, θαυμάζοντας ἔτι τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν· τοὺς ἀδιαφόρους εἰς ἀκολασίας ζῆλον μετέθηκας. Ἔλυσας, ὅσον ἐπὶ σοὶ, τὸ τοῦ Χριστοῦ καύχημα, *Θαῤῥεῖτε*, λέγοντος, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*, καὶ τὸν τούτου (49) ἄρχοντα. Ἐκέρασας τῇ πατρίδι κρατῆρα δυσφημίας· ὄντως εἰς ἔργον ἤγαγες τὸ τῆς Παροιμίας (50)· *Ὡς ἕλαφος τοξευθεὶς εἰς τὸ ἦπαρ*. Ἀλλὰ τί νῦν; Οὐ πέπτωκεν ὁ τῆς ἰσχύος πύργος, ἀδελφέ· οὐκ ἐμωμήθη τὰ τῆς ἐπιστροφῆς φάρμακα· οὐκ ἀπεκλείσθη τοῦ καταφευκτηρίου ἡ πόλις. Μὴ τῷ βάθει τῶν κακῶν ἐναπομείνῃς· μὴ χρήσῃς (51) σεαυτὸν τῷ ἀνθρωποκτόνῳ. Οἶδεν ἀνορθοῦν κατερραγμένους ὁ Κύριος. Φεῦγε μὴ μακρὰν, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἀνάδραμε. Ἀνάλαβε πάλιν νεανικοὺς πόνους, δευτέροις κατορθώμασι διαλύων τὴν χαμαίζηλον καὶ γλοιώδη (52) ἡδονήν. Ἀνάνευσον εἰς τὴν τοῦ τέλους ἡμέραν, οὕτω προσεγγίσασαν τῇ

[49] Matth. v, 37. [50] Joan. xvi, 33. [51] Prov. vii, 22, 23.

(45) *Μέλεσιν*. Coisl. primus μέρεσιν.

(46) *Τοῦ γόητος*. Suspectæ mihi sunt hæ voces, quæ desunt in duobus vetustissimis codicibus Harl. et Coisl. primo.

(47) *Εἰς τοσοῦτον*. Reg. secundus εἰς τοῦτο. Paulo post cod. Clarom. ὑποσκέλισμα.

(48) *Προσφυγούσας*. Duo mss. προσφευγούσας.

(49) *Καὶ τὸν τούτου*. Editi καὶ τὸν τοῦ κόσμου τούτου. Omnes nostri codices ut in textu.

(50) *Τὸ τῆς παροιμίας*. Sic emendavimus, ope codicis Harl. et aliorum duorum, quod erat in editis τὰς παροιμίας.

(51) *Μὴ χρήσῃς*. Sic Harl., Coisl. primus et tres alii. Editi μὴ χρήζῃς.

(52) *Γλοιώδη*. Sic cod. Clarom. et Paris., quorum scriptura videtur præferenda et editis in quibus legitur γλυκώδη, et aliis mss. partim γλυώδη habentibus, partim γελοιώδη.

Digitized by Google

ζωῇ ἡμῶν, καὶ γνῶθι πῶς λοιπὸν Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων παῖδες συνελαύνονται πρὸς θεοσέβειαν, καὶ μὴ ἁπλῶς ἀπαρνήσῃ τὸν τοῦ κόσμου Σωτῆρα· μή σε ἡ φρικωδεστάτη ἐκείνη καταλάβῃ ἀπόφασις, ὅτι, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, τίνες ἐστέ.*

A ad finis diem, ita vitæ nostræ vicinum ac propinquum, et nosce quomodo jam Judæorum et Gentilium filii a Dei cultum compelluntur, nec omnino abneges mundi Servatorem : ne te maxime horribilis illa comprehendat sententia : *Non novi vos, quinam sitis* [53].

(53) ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΣ'.

EPISTOLA XLVI **135**.

Virginem lapsam vehementer arguit auctor epistolæ, eamque virginitatis voto, quod negabat, vere obstrictam fuisse aenionstrat; ac dolorem suum significat, quod, Christo sponso derelicto, impium corruptorem elegerit. Postremo mortis, judicii et æterni supplicii metu, ac spe misericordiæ divinæ ad pœnitentiam adducere conatur.

Πρὸς παρθένον ἐκπεσοῦσαν.

1. Νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εἰπεῖν· *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τοὺς τετραυματισμένους* (54) *θυγατρὸς λαοῦ μου;* Εἰ γὰρ καὶ τούτους βαθεῖα περιέχει σιγὴ, καὶ κεῖνται ἅπαξ κεκαρωμένοι τῷ δεινῷ, καὶ τῷ καιρίῳ τῆς πληγῆς ἀφῃρημένοι καὶ αὐτὴν ἤδη τοῦ πάθους τὴν αἴσθησιν· ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς γε παριέναι ἀδακρυτὶ τοσοῦτον πτῶμα χρή. Εἰ γὰρ Ἱερεμίας τοὺς ἐν πολέμῳ τὰ σώματα πεπληγότας μυρίων θρήνων ἀξίους ἔκρινε· τί ἂν τις εἴποι πρὸς τηλικαύτην ψυχῶν συμφοράν; *Οἱ τραυματίαι σου*, φησὶν, οὐ τραυματίαι *ῥομφαίας, καὶ οἱ νεκροὶ σου οὐ νεκροὶ πολέμου.* Ἀλλὰ τὸ κέντρον τοῦ ὄντως θανάτου, τὴν χαλεπὴν ἁμαρτίαν ὀδύρομαι, καὶ τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ βέλη, ψυχὰς ὁμοῦ μετὰ σωμάτων βαρβαρικῶς καταφλέξαντα. Ἡ μέγαλα (55) ἂν στενάξειαν οἱ τοῦ Θεοῦ νόμοι, τηλικοῦτον ἄγος ἐπὶ γῆς ἐπιβλέποντες, οἵγε ἀπαγορεύοντες ἀεὶ καὶ βοῶντες, πάλαι μέν· *Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου*· διὰ δὲ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, ὅτι *Πᾶς ὁ ἐμβλέπων* (56) *γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Νῦν δὲ ἐφορῶσιν αὐτὴν ἀδεῶς μοιχευομένην τοῦ Δεσπότου (57) τὴν νύμφην, ἧς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός. Στενάξειε δ' ἂν καὶ αὐτὰ τῶν ἁγίων τὰ πνεύματα (58)· Φινεὲς μὲν ὁ ζηλωτὴς, ὅτι μὴ καὶ νῦν ἔξεστιν αὐτῷ, ὃν σειρομάστην μετὰ χεῖρας λαβόντι, σωματικῶς ἐκδικῆσαι τὸ μύσος· ὁ δὲ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὅτι μὴ δύναται, καταλιπὼν τὰς ἄνω διατριβὰς, καθάπερ τότε τὴν ἔρημον, ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τῆς παρανομίας δραμεῖν, καὶ εἰ παθεῖν τι δέοι, τὴν κεφαλὴν ἀποθέσθαι μᾶλλον ἢ τὴν παῤῥησίαν. Τάχα δὲ (59) μᾶλλον εἴπερ καὶ ἡμῖν, κατὰ τὸν μακάριον Ἄβελ, καὶ αὐτὸς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ, καὶ νῦν βοᾷ καὶ κέκραγε μεῖζον ὁ Ἰωάννης ἢ περὶ τῆς Ἡρωδιάδος τότε, *Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.* Καὶ γὰρ, εἰ τὸ σῶμα Ἰωάννου,

B lentium teneat, jaceantque semel malo obruti, ac lethale vulnus ipsum etiam mali sensum abstulerit; nos tamen sine lacrymis tantum casum prætermittere non oportet. Etenim, si quorum corpora in bello percussa erant, eos Jeremias innumeris lacrymis dignos judicavit : quidnam quis dixerit in tanta animarum calamitate? *Vulnerati tui*, inquit, *non sunt vulnerati gladii, et mortui tui non sunt mortui belli* [54]. Sed veræ mortis aculeum defleo, peccatum grave, et ignita maligni jacula, quæ animas una cum corporibus crudeliter combussere. Certe scelere tanto in terra conspecto valde ingemuerint Dei leges, quæ interdicunt semper, ac clamant, olim quidem, *Non concupisces uxorem proximi tui* [55] : per sacra vero Evangelia : *Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam*

C *mœchatus est eam in corde suo* [56]. Nunc autem vident adulterium impudenter committere ipsam Domini sponsam, cujus caput Christus. Profecto et ipsi ingemiscant sanctorum spiritus : Phinees quidem zelotes, quod non etiam nunc ei liceat, hasta in manu sumpta, corporaliter scelus ulcisci : Joannes vero Baptista, quod non possit, relictis supernis sedibus, ut olim solitudine, ad redarguendam iniquitatem accurrere; ac si quid pati oporteat, caput potius amittere quam loquendi libertatem. Quin potius, siquidem et nobis beati Abelis exemplo, licet mortuus, adhuc loquitur, etiam nunc clamat et vociferatur altius Joannes, quam olim de Herodiade : *Non licet tibi habere*

D *eam* [57]. Etsi enim Joannis corpus, prout naturæ necessarium est, divinam sententiam excepit, siletque lingua; *Tamen verbum Dei non est alliga-*

Ad virginem lapsam.

1. Nunc tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et deplorabo vulneratos filiæ populi mei* [52]? Quamvis enim illos altum si-

[52] Luc. XIII, 27. [53] Jerem. IX, 1. [54] Isa. XXII, 2. [55] Deut. V, 21. [56] Matth. V, 28. [57] Matth. XIV, 4.

(53) Ruffini translationem antiquam Latinam hujus epistolæ habes t. III, p. 740 seqq.

(54) *Τοὺς τετραυματισμένους.* Sic mss. octo. Editi τὸ σύντριμμα. Habent tamen ut editi, duo vetustissimi codices Med. et Coisl. primus. Sed quæ sequuntur scripturam aliorum codicum confirmant. Paulo post Coisl. primus τηλικοῦτον πτῶμα, alius τοιοῦτον, tres alii τοιοῦτο. Mox idem Coisl. primus τὸ σῶμα πεπληγότας.

(55) *Ἡ μεγάλα.* Sic uterque Coisl., Regii tres et uterque Bigot. Editi ἢ μέγα. Mox tres codices ἐπὶ γῆς βλέποντες.

(56) *Ὁ ἐμβλέπων.* Hic variant codices mss. Habent alii ὁ βλέπων, alii ὁ ἐμβλέψας, plerique πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν.

(57) *Τοῦ Δεσπότου.* Ita septem mss. melius, quam editi τήν ποτε τοῦ ἐπουρανίου δεσπότου νύμφην.

(58) *Τὰ πνεύματα.* Duo codices τὰ τάγματα. Sic etiam Paris. in margine.

(59) *Τάχα δέ.* Desunt hæc in plerisque codicibus mss., in quibus legitur μᾶλλον δέ. Coisl. primus et Med. consentiunt cum editis. Paulo post nonnulli codices αὐτήν. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα.

[a] Alias V.

Digitized by Google

um [58]. Qui enim, nuptiis coi servi violatis, loquendi libertatem ad mortem usque perduxit, quonam esset animo futurus, si tantam contumeliam sancto Domini thalamo illatam conspiceret ?

πάντα ὑπομένειν, τὴν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐκδίκησιν ἐπιτρέψαντες (17) τῷ Κυρίῳ, ὃς οὐ περιόψεται ἡμᾶς· διότι *Ὁ συκοφαντῶν πένητα παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν*. Οἱ μέντοι τὸ καινὸν τοῦτο δρᾶμα τῆς καθ' ἡμῶν βλασφημίας συνθέντες ἐοίκασι παντελῶς ἀπιστεῖν τῷ Κυρίῳ, ὃς καὶ περὶ (18) ἀργοῦ ῥήματος δώσειν ἡμᾶς λόγον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπεφήνατο. Ἐγὼ δὲ, εἰπέ μοι, τὸν μακαριώτατον Διάνιον (19) ἀνεθεμάτισα; Τοῦτο γὰρ ἡμῶν κατήγγειλαν (20). Ποῦ ἢ πότε; τίνων παρόντων; ἐπὶ ποίᾳ προφάσει; ψιλοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγγράφοις; ἑτέροις ἀκολουθῶν, ἢ αὐτὸς κατάρχων καὶ αὐθεντῶν τοῦ τολμήματος; Ὦ τῆς ἀναιδείας τῶν πάντα φθεγγομένων ῥᾳδίως! Ὦ τῆς καταφρονήσεως τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων! Πλὴν εἰ μὴ ἄρα τῷ πλάσματι αὐτῶν καὶ τοῦτο προστραγῳδήσουσιν (21), ὅτι ἐγενόμην καὶ ἔκφρων ποτὲ, ὥστε ἀγνοεῖν αὐτὸς τὰ ἑαυτοῦ ῥήματα. Ἐπὶ γὰρ τῶν λογισμῶν ὑπάρχων τῶν ἐμαυτοῦ, οὐδὲν οἶδα ποιήσας τοιοῦτον, οὐδὲ προελόμενος τὴν ἀρχήν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ὅτι ἐκ πρώτης ἡλικίας συνετράφην τῷ περὶ αὐτὸν φίλτρῳ, καὶ ἀπέβλεπον πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς μὲν γεραρὸς ἰδεῖν, ὡς δὲ μεγαλοπρεπὴς, ὅσον δὲ ἔχων τὸ ἱεροπρεπὲς ἐν τῷ εἴδει. Ἐπεὶ δέ μοι λοιπὸν καὶ ὁ λόγος παρῆν, τότε δὴ καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν αὐτὸν ἐπεγίνωσκον· καὶ ἔχαιρον αὐτοῦ τῇ συνουσίᾳ, τὸ ἁπλοῦν καὶ γενναῖον καὶ ἐλευθέριον (22) τῶν τρόπων καταμανθάνων, καὶ ὅσα ἄλλα (23) τοῦ ἀνδρὸς ἴδια, ἡ τῆς ψυχῆς ἡμερότης, τὸ μεγαλοφυές τε ὁμοῦ καὶ πρᾶον, τὸ εὐπρεπὲς, τὸ ἀόργητον, τὸ φαιδρὸν καὶ εὐπρόσιτον τῇ σεμνότητι κεκραμένον. Ὥστε αὐτὸν ἐναρίθμιον εἶχον τοῖς περιφανεστάτοις κατ' ἀρετήν.

2. Περὶ μέντοι τὰ τελευταῖα τοῦ βίου (οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι τἀληθές) ἐλυπήθην ἐπ' αὐτῷ λύπην οὐκ ἀνεκτὴν μετὰ πολλῶν τῶν ἐν τῇ πατρίδι φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐπὶ τῇ ὑπογραφῇ τῆς πίστεως τῆς ὑπὸ τῶν περὶ Γεώργιον (24) ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κομισθείσης. Εἶτα, οἷος ἐκεῖνος πραότητι τρόπου καὶ ἐπιεικείᾳ πάντας πληροφορεῖν ἐν σπλάγχνοις πατρικοῖς ἀνεχόμενος, ἤδη καταπεσὼν εἰς τὴν ἀρρωστίαν, ὑφ' ἧς καὶ μετῆλθεν ἀπὸ τοῦ βίου, προσκαλεσάμενος ἡμᾶς ἔφη, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Κυρίῳ ἐν ἁπλότητι καρδίας συντεθεῖσθαι μὲν τῷ ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως γραμματείῳ, μηδὲν δὲ ἐπ' ἀθετήσει τῆς κατὰ Νίκαιαν ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκτεθείσης πίστεως προελέσθαι· μηδὲ ἄλλως ἔχειν ἐν τῇ καρδίᾳ, ἢ ὡς παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλὰ καὶ

A nia perferre, omnia sustinere, nostram ipsorum ultionem permittentes Domino, qui nos non despiciet. *Nam qui calumniatur pauperem, irritat ipsius Conditorem* [94]. Cæterum qui novam illam blasphemiæ fabulam adversum nos concinnarunt, videntur omnino non credere Domino, qui rationem nos in die judicii vel de otioso verbo reddituros pronuntiavit [95]. Dic autem, quæso, egone beatissimum Dianium anathematizavi? Hoc enim de nobis dictitarunt. Ubi? vel quando? coram quibus? quo prætextu? nudis verbis, an scripto? alios duces sequens, an ipse incœptor et auctor facinoris? O impudentiam hominum omnia facile loquentium! O contemptum judiciorum Dei! Nisi forte commento suo hanc etiam tragœdiam adjicient, factum B me esse aliquando ita dementem, ut mea ipsius verba non noscerem. Nihil enim ejusmodi, dum rationis compos fui, aut fecisse me scio, aut omnino facere voluisse. Sed potius mihi hujus rei conscius sum, me ab ineunte ætate educatum fuisse in illius amore, et intuendo considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, quanta majestate præditus, quantum dignitatis sacerdotalis ore præferens. Postquam autem mihi deinceps et ratio adfuit, tum vero et ex animæ bonis eum noveram ipsiusque **144** delectabar consuetudine, simplicitatem et ingenuitatem ac liberalitatem morum perspiciens, et quæcunque alia propria erant viri ornamenta, animi mansuetudo, magnanimitas simul et lenitas, decori studium, animus iræ expers, C hilaritas et affabilitas gravitate permista. Quare ipsum inter homines virtute spectatissimos numerabam

2. Sed tamen circa extremum vitæ tempus (non enim celabo veritatem) dolui de illo inconsolabiliter cum pluribus in patria Dominum timentibus, quod subscripsisset fidei a Georgio Constantinopoli allatæ. Deinde, ut ille pro sua morum lenitate et mansuetudine non gravabatur omnibus paterno pectore satisfacere, cum jam in morbum, ex quo etiam e vita discessit, incidisset; nobis accersitis, dixit, Domino teste, se scripto Constantinopoli allato in simplicitate cordis assensisse, sed nihil ad fidei Nicææ a sanctis Patribus expositæ eversionem sibi proposuisse, neque aliud in corde D habere, quam quod ab initio traditum acceperat: imo etiam precari se, ut ne separetur a sorte beatorum trecentorum decem et octo episcoporum,

[94] Prov. XIV, 31. [95] Matth. XII, 36.

(17) *Ἐπιτρέψαντες*. Sic Med., Harl. et Reg. primus. Editi et alii mss. ἐπιῤῥίψαντες. Sed scriptura quam sequimur, Basilii stylo aptior, ut videre est in epist. 126, 289.

(18) *Ὃς καὶ περὶ*. Coniunctio addita ex quinque mss.

(19) *Διάνιον*. Ita omnes mss. Editi Διάνοιον.

(20) *Κατήγγειλαν*. Tres codices non antiquissimi κατήνεγκαν, *hoc crimen nobis intulerunt*.

(21) *Προστραγῳδήσουσιν*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi προστραγῳδήσωσιν.

(22) *Ἐλευθέριον*. Reg. secundus et Coisl. secundus ἐλεύθερον. Paulo post ex antiquis codicibus addita vocula post μεγαλοφυές.

(23) *Ὅσα ἄλλα*. Editi addunt ἦν quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(24) *Γεώργιον*. Reg. secundus et Coisl. Γεώργινον.

Digitized by Google

qui piam illam doctrinam orbi annuntiarunt. Quare omni cordis dubitatione ob hanc asseverationem soluta, ad ejus communionem, ut tumet etiam nosti, accessimus, et mœrere desiimus. Igitur quæ nobis cum hoc viro intercessere, ejusmodi sunt. Quod si quis dicat se nefariæ alicujus in illum contumeliæ conscium nobis esse, is non in angulo susurret serviliter, sed in apertam lucem prodiens, libere arguat.

A εὔχεσθαι μὴ χωρισθῆναι τῆς μερίδος τῶν μακαρίων ἐκείνων ἐπισκόπων τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ (25), τῶν τὸ εὐσεβὲς κήρυγμα διαγγειλάντων τῇ οἰκουμένῃ· ὥστε ἡμᾶς, ἐπὶ τῇ πληροφορίᾳ ταύτῃ λύσαντας πᾶσαν τῶν καρδιῶν τὴν διάκρισιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπίστασαι (26), προσελθεῖν τῇ κοινωνίᾳ, καὶ λυπουμένους παύσασθαι. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα πρὸς τὸν ἄνδρα τοιαῦτα. Εἰ δέ τις λέγει (27) τινὰ βλασφημίαν ἀθέμιτον εἰς αὐτὸν ἡμῖν συνεγνωκέναι, μὴ κατὰ γωνίαν θρυλλείτω δουλοπρεπῶς, ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν ἀντικαταστὰς, διελεγχέτω μετὰ παῤῥησίας.

EPISTOLA LII'.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΒ'.

Cum rumores iniqui de Canonicis ad Basilium, de Basilio ad canonicas perlati fuissent, utrosque dedocuit Bosporius. Multa de Consubstantiali disserit Basilius, quod a nonnullis rejici, a patribus Antiochenis vituperatum fatetur: aptissimum tamen esse contendit adversus hæreses Arii et Sabellii. Refellit eos qui Spiritum sanctum Filio aut Patri præponebant.

Ad canonicas.

1. Quantum nobis antea doloris attulit molestus rumor, quo aures nostræ circumsonuerunt, tanta affecit lætitia religiosissimus episcopus frater noster Bosporius, meliora de vestra pietate narrans. Dixit enim, Dei gratia, omnes illos rumores hominum esse commenta non accurate veritatem rerum vestrarum cognitam habentium. Addebat autem se et calumnias invenisse apud vos de nobis nefandas, qualesque protulerint, qui non exspectant se vel otiosi verbi rationem reddituros Judici in die justo retributionis illius. Quare gratias egi Domino, cum ipse sanatus ex noxia de vobis opinione, quam, ut verisimile est, ex hominum calumnia susceperam; tum etiam vos audiens deposuisse falsas de me suspiciones, ubi audistis **145** quæ frater noster asseveravit: qui quidem vobis suam ipsius sententiam dum exposuit, omnino et nostram simul declaravit. Una enim in utroque nostrum de fide sententia: siquidem et eorumdem Patrum hæredes sumus, qui quondam Nicææ magnum pietatis præconium promulgarunt: cujus reliquæ quidem partes calumniæ nulli obnoxiæ sunt; sed vocem Consubstantialis male a nonnullis acceptam, sunt qui nondum receperint: quos quis et jure reprehenderit, ac rursus venia dignos judicarit. Nam Patrum vestigiis non insistere, nec sua sententia vocem illorum potiorem ducere, res est reprehensione digna, ut plena arrogantiæ. Rursus autem vituperatam ab aliis vocem, suspectam habere,

B C D

Κανονικαῖς.

1. Ὅσον ἠνίασεν ἡμᾶς πρότερον φήμη λυπηρὰ τὰς ἀκοὰς ἡμῶν περιηχήσασα, τοσοῦτον εὔφρανεν ἡμᾶς ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν Βοσπόριος, τὰ χρηστότερα περὶ τῆς (28) εὐλαβείας ὑμῶν διηγησάμενος. Ἔφη γὰρ, τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, πάντα ἐκεῖνα τὰ θρυλληθέντα ἀνθρώπων εἶναι κατασκευάσματα, οὐκ ἀκριβῶς τὴν καθ' ὑμᾶς ἐπισταμένων ἀλήθειαν. Προσετίθει (29) δὲ, ὅτι καὶ διαβολὰς εὗρε παρ' ὑμῖν καθ' ἡμῶν ἀνοσίας, καὶ τοιαύτας, οἵας ἂν εἴποιεν οἱ μὴ ἐκδεχόμενοι καὶ περὶ ἀργοῦ ῥήματος δώσειν λόγον τῷ Κριτῇ ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως αὐτοῦ τῇ δικαίᾳ (30). Ὥστε ηὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, αὐτός τε ἰαθεὶς τὴν ἐφ' ὑμῖν βλάβην, ἣν, ὡς ἔοικεν, ἐκ συκοφαντίας ἀνθρώπων ἥμην παραδεξάμενος, ὑμᾶς τε ἀκούσας ἀποτεθεῖσθαι τὰς ψευδεῖς περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις, ἐξ ὧν ἠκούσατε τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν διαβεβαιωσαμένου (31)· ὃς ἐν οἷς τὸ καθ' ἑαυτὸν (32) ὑμῖν παρέστησε, συναπέδειξε πάντως καὶ τὸ ἡμέτερον. Ἓν γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡμῖν τὸ τῆς πίστεως φρόνημα, ἐπειδὴ καὶ τῶν αὐτῶν Πατέρων κληρονόμοι τῶν κατὰ τὴν Νικαίαν ποτὲ τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἐξαγγειλάντων κήρυγμα· οὗ τὰ μὲν ἄλλα παντάπασίν ἐστιν (33) ἀσυκοφάντητα, τὴν δὲ τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν, κακῶς παρά τινων ἐκληφθεῖσαν, εἰσί τινες οἱ μήπω παραδεξάμενοι· οὓς καὶ μέμψαιτο ἄν τις δικαίως, καὶ πάλιν μέντοι συγγνώμης αὐτοὺς ἀξιώσειεν. Τὸ μὲν γὰρ Πατράσι μὴ ἀκολουθεῖν, καὶ τὴν ἐκείνων φωνὴν (34) κυριωτέραν τίθεσθαι τῆς ἑαυτῶν γνώμης, ἐγκλήματος ἄξιον, ὡς

Alias CCC. Scripta initio episcopatus.

(25) *Δεκαοκτώ.* Harl. cum duobus aliis δέκα καὶ ὀκτώ.

(26) *Ὡς καὶ αὐτὸς ἐπίστασαι.* Hæc addidimus ex tribus perantiquis codicibus Med., Harl. et Coisl.

(27) *Λέγοι.* Ita Harl., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi λέγει.

(28) *Περὶ τῆς.* Deest præpositio in octo veteribus libris, non tamen in Coisliniano primo.

(29) *Προσετίθει.* Sic septem mss. codices. Editi προσεπετίθει.

(30) *Τῇ δικαίᾳ.* Ita Harl., Med., Coisl. primus et Reg. secundus. Editi τῆς δικαίας.

(31) *Διαβεβαιωσαμένου.* Quinque mss. non antiquissimi βεβαιωσαμένου.

(32) *Τὸ καθ' ἑαυτόν.* Harl. et unus ex Regiis τὰ καθ' ἑαυτόν.

(33) *Ἐστιν.* Hanc vocem, quæ deest in editis, habent mss. decem, quorum in quatuor legitur πάντα μαθεῖν ἔστιν.

(34) *Τὴν ἐκείνων φωνήν.* Sic codices omnes mss., et paulo post τῆς ἑαυτῶν γνώμης. Contra editi τῆς ἐκείνων φωνῆς κυριωτέραν τίθεσθαι τὴν ἑαυτῶν γνώμην. *Eorum voci propriam sententiam præponere.* Non animadverterunt qui hunc locum mutavere, negationem, quæ præcessit, hic quoque subintelligi

Digitized by Google

αὐθαδείας (35) γέμον· τὸ δὲ πάλιν ὑφ' ἑτέρων διαβληθεῖσαν αὐτὴν ὑποπτον ἔχειν, τοῦτό πως δοκεῖ τοῦ ἐγκλήματος αὐτοὺς μετρίως ἐλευθεροῦν. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι (36), οἱ ἐπὶ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ συνελθόντες, διέβαλον τὴν λέξιν ὡς οὐκ εὔηχον. Ἔφασαν γὰρ ἐκεῖνοι τὴν τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν παριστᾷν ἔννοιαν οὐσίας τε καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς· ὥστε καταμερισθεῖσαν τὴν οὐσίαν παρέχειν τοῦ ὁμοουσίου τὴν προσηγορίαν τοῖς εἰς ἃ διῃρέθη. Τοῦτο δὲ ἐπὶ χαλκοῦ μὲν καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ νομισμάτων ἔχει τινὰ λόγον τὸ διανόημα· ἐπὶ δὲ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ Υἱοῦ οὐκ οὐσία πρεσβυτέρα, οὐδ' ὑπερκειμένη ἀμφοῖν θεωρεῖται· ἀσεβείας γὰρ ἐπέκεινα τοῦτο καὶ νοῆσαι καὶ φθέγξασθαι. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ ἀγεννήτου πρεσβύτερον; Ἀναιρεῖται δὲ ἐκ τῆς βλασφημίας ταύτης καὶ ἡ εἰς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστις· ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις τὰ ἐξ ἑνὸς ὑφεστῶτα.

2. Καὶ ἐπειδὴ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι τὸν Υἱὸν ἔτι τότε ἦσαν οἱ λέγοντες, ἵνα καὶ ταύτην ἐκτέμωσι τὴν ἀσέβειαν, τὸ ὁμοούσιον προσειρήκασιν. Ἄχρονος γὰρ καὶ ἀδιάστατος ἡ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα συνάφεια. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ προλαβόντα ῥήματα ταύτην εἶναι τῶν ἀνδρῶν τὴν διάνοιαν. Εἰπόντες γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν γεγεννῆσθαι, οὐχὶ δὲ πεποιῆσθαι, ἐπήγαγον τούτοις τὸ ὁμοούσιον· παραδεικνύντες, ὅτι ὅνπερ ἂν τις ἀποδῷ φωτὸς λόγον ἐπὶ Πατρὸς, οὗτος ἁρμόσει καὶ ἐπὶ Υἱοῦ. Φῶς γὰρ ἀληθινὸν πρὸς φῶς ἀληθινὸν, κατ' αὐτὴν τοῦ φωτὸς τὴν ἔννοιαν, οὐδεμίαν ἕξει παραλλαγήν. Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ἄναρχον φῶς ὁ Πατὴρ, γεννητὸν δὲ φῶς ὁ Υἱὸς, φῶς δὲ καὶ φῶς ἑκάτερος (37), ὁμοούσιον εἶπαν δικαίως, ἵνα τὸ τῆς φύσεως ὁμότιμον παραστήσωσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια (38) λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν· ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ φύσεως, ὁμοούσια λέγεται.

3. Αὕτη δὲ ἡ φωνὴ καὶ τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ἐπανορθοῦται· ἀναιρεῖ γὰρ τὴν ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, καὶ εἰσάγει τελείαν τῶν προσώπων τὴν ἔννοιαν. Οὐ γὰρ αὐτό τί ἐστιν ἑαυτῷ ὁμοούσιον, ἀλλ' ἕτερον ἑτέρῳ· ὥστε καλῶς ἔχει καὶ εὐσεβῶς, τῶν τε ὑποστάσεων τὴν ἰδιότητα διορίζουσα, καὶ τῆς φύσεως τὸ ἀπαράλλακτον παριστῶσα (39). Ὅταν δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν εἶναι διδασκώμεθα, καὶ γεννηθέντα, ἀλλ' οὐχὶ ποιηθέντα, μὴ καταπίπτωμεν

videtur id quodam modo mediocrem illis excusationis veniam conciliare. Nam revera qui in Pauli Samosatensis causa convenerant, vocem hanc quasi male sonantem culparunt. Dixerunt enim consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ et eorum quæ ex substantia; adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis in quæ divisa est. Quæ quidem cogitatio locum aliquem habet in aere et in conflatis ex eo numismatibus: at in Deo Patre et in Deo Filio substantia non est antiquior, neque utrique superposita intelligitur: hoc enim cogitare, aut dicere, omnem impietatis modum excedit. Quid enim ingenito antiquius sit? Tollitur etiam hac blasphemia fides in Patrem et Filium: nam inter se fratrum rationem habent quæ ex uno subsistunt.

2. Et quia Filium ex nihilo productum adhuc tunc erant qui dicerent; ut hanc quoque præciderent impietatem, consubstantiale usurparunt. Nam sine tempore est et sine intervallo Filii cum Patre conjunctio. Demonstrant autem et superiora verba hanc illorum esse mentem. Postquam enim dixerunt lumen de lumine, atque Filium ex Patris substantia genitum esse, non vero factum; his consubstantiale subjunxerunt: indicantes, quam quis luminis rationem in Patre reddiderit, eam et Filio aptam et congruentem futuram: siquidem lumen verum cum vero lumine, secundum ipsam luminis notionem, dissimilitudinem nullam habebit. Cum igitur Pater lumen sit principii expers, Filius vero lumen genitum, ac uterque lumen et lumen, jure consubstantialem dixerunt, ut naturæ æqualem dignitatem demonstrarent. Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum et causa, et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.

3. **146** Cæterum vox eadem Sabellii quoque pravitatem corrigit: tollit enim hypostasis identitatem, et perfectam personarum notionem inducit. Neque enim quidquam sibiipsi consubstantiale est, sed alterum alteri: quare præclare ac pie se habet illa vox, et hypostaseon proprietatem definiens, et naturæ sine ullo discrimine similitudinem demonstrans. Cum autem ex Patris substantia Filium esse dicimus, eumque genitum, non autem factum;

(35) Ὡς αὐθαδείας. Duo mss. καὶ αὐθαδείας.

(36) Τῷ ὄντι. Ex hoc Basilii testimonio Curcellæus, Quatern. dissert. 1, p. 138, et Clericus Biblioth., tom. X, p. 408, ansam carpendæ synodi Nicænæ arripiunt, quod rejectam ab alia synodo vocem adoptaverit; sed consuli potest *Dissertatio de Semiarianis in qua nova Cyrilli Hierosolymitani operum editio defenditur*. Ibi probatur, cap. 7, opinatum illud synodi Antiochenæ decretum, et iis repugnare quæ paulo ante synodum inter utrumque Dionysium gesta sunt, et omnibus prorsus, ne Arianis quidem exceptis, ignotum fuisse usque ad annum 358; nec ullo prorsus testimonio niti, nisi Semiarianorum. Nam Basilius pugnat adversa fronte cum Athanasio, qui in libro *De synodis*, n. 45, consubstantiale non a synodo Antiochena, sed a Paulo Samosateno exagitatum fuisse dicit.

(37) Ἑκάτερος. Quatuor codices mss. ἑκάτερον. Ibidem codices non pauci εἴποι ἂν δικαίως. Coisl. primus εἴποιεν ἂν δικαίως.

(38) Ὁμοούσια. Post hanc vocem editi addunt iterum ἀλλήλοις, quod abest ab omnibus antiquis codicibus. Hanc autem Basilii de consubstantiali sententiam, quæ variis conjecturis materiam dedit, explanare in Præfatione conamur.

(39) Παριστῶσα. Sic omnes antiqui codices, melius quam in prima editione Paris. περιστῶσα.

Digitized by Google

ne proabamur in corporales perpessionum cogitationes. Non enim divisa est substantia a Patre in Filium : neque fluendo dilapsa generavit, neque proferens, quemadmodum arbores fructus proferunt : sed inenarrabilis et indeprehensus cogitationibus hominum divinæ generationis modus. Humilis enim revera et carnalis est mentis, caducis ac temporalibus assimilare æterna, ac existimare, quemadmodum corporalia, ita et Deum pari modo generare; cum oporteat sumptis ex contrario argumentis ad pietatem concludere, quia mortalia sic, immortalem non sic. Neque igitur neganda generatio divina, nec corporeis cogitationibus contaminanda mens.

4. Sanctus autem Spiritus cum Patre quidem et Filio numeratur, quia et supra rem creatam est; sed eo ordine numeratur, quem in Evangelio didicimus a Domino dicente : *Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* [95] Qui autem præponit Filio, aut Patre dicit antiquiorem, resistit Dei ordinationi et a sana fide alienus est : acceptum glorificationis modum non servans, sed sibiipsi vocum novitatem, ut placeat hominibus, excogitans. Si enim Deo est superior, ex Deo non est. Scriptum est enim : *Spiritus autem ex Deo est* [96]. Si autem ex Deo, qui fieri potest, ut eo ex quo est, antiquior sit? Jam vero quæ insania, cum unus sit ingenitus, aliquid aliud dicere ingenito superius? Sed neque prior est Unigenito; quippe cum inter Filium et Patrem nihil medium sit. Si autem non est ex Deo, est vero per Christum; omnino non est. Quare illa circa ordinem novitas ipsius exsistentiæ habet eversionem, et fidei totius negatio est. Æque igitur impium est, et eum ad rem creatam deducere, et aut supra Filium aut supra Patrem ponere, sive secundum tempus, sive secundum ordinem. Atque hæc quidem sunt, quæ a vestra pietate audivimus requiri : quod si Dominus dederit, ut in unum veniamus, fortassis de his fusius disceptabimus, ac nobis, quibus de rebus certiores fieri cupimus, aliquid quod satisfaciat et persuadeat a vobis exhibebitur.

A ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ Πατρὸς εἰς Υἱόν· οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν, οὐδὲ προβαλοῦσα, ὡς τὰ φυτὰ τοὺς καρπούς, ἀλλ' ἄῤῥητος καὶ ἀνεπινόητος λογισμοῖς ἀνθρώπων τῆς θείας γεννήσεως ὁ τρόπος. Ταπεινῆς γὰρ τῷ ὄντι καὶ σαρκίνης ἐστὶ διανοίας τοῖς φθαρτοῖς καὶ προσκαίροις ἀφομοιοῦν τὰ ἀΐδια, καὶ οἴεσθαι, ὅτι, ὡς τὰ σωματικά, οὕτω γεννᾷ καὶ ὁ Θεὸς ὁμοίως· δέον ἐκ τῶν ἐναντίων λαμβάνειν τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν εὐσέβειαν· ὅτι, ἐπειδὴ τὰ θνητὰ οὕτως, ὁ ἀθάνατος οὐχ οὕτως. Οὔτε οὖν ἀρνεῖσθαι δεῖ τὴν θείαν γέννησιν, οὔτε σωματικαῖς ἐννοίαις καταῤῥυποῦν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν.

B 4. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὶ μὲν καὶ Υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί· τέτακται δὲ, ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα παρὰ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Ὁ δὲ προτιθεὶς Υἱοῦ (40)*, ἢ πρεσβύτερον λέγων Πατρὸς, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, μὴ ὢν παρέλαβε τρόπον δοξολογίας φυλάττων, ἀλλ' ἑαυτῷ καινοφωνίαν (41), εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων, ἐπινοῶν. Εἰ γὰρ ἀνώτερον Θεοῦ, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Γέγραπται γάρ, *Τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ.* Εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερόν ἐστι τοῦ ἐξ οὗ ἐστι; Τίς δὲ καὶ ἡ παράνοια (42), ἑνὸς ὄντος τοῦ ἀγεννήτου, ἄλλο τι λέγειν τοῦ ἀγεννήτου ἀνώτερον; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς πρότερον· οὐδὲν γὰρ μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός. Εἰ δὲ C μή ἐστιν ἐκ Θεοῦ, διὰ Χριστοῦ δέ ἐστιν, οὐδέ ἐστι τὸ παράπαν. Ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεώς ἐστιν ἄρνησις. Ὁμοίως οὖν ἐστιν ἀσεβὲς, καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν (43), καὶ ὑπερτιθέναι αὐτὸ ἢ Υἱοῦ ἢ Πατρὸς, ἢ κατὰ τὸν χρόνον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν. Ἃ μὲν οὖν ἠκουσα ἐπιζητεῖσθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ταῦτά ἐστιν· ἐὰν δὲ δῷ ὁ Κύριος καὶ εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλοις γενέσθαι, τάχα ἄν τι καὶ περὶ τούτων πλέον εἴποιμεν, καὶ αὐτοὶ δ' ἂν περὶ ὧν ἐπιζητοῦμεν εὕροιμέν τινα παρ' ὑμῶν πληροφορίαν.

147 EPISTOLA LIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΓ.

Demonstrat Basilius chorepiscopis, sive episcopis sibi subditis, quorum nonnulli pretio manus imponere ferebantur, quanta sit hujus facti turpitudo; ac declarat ab altaribus recessurum, si quis post hanc acceptam epistolam tale quidpiam designaverit.

Chorepiscopis.

1. Rei turpitudo, de qua scribo, hoc ipso quod

[95] Matth. XXVIII, 19. [96] I Cor. II, 12.

*Χωρεπισκόποις (44).

Τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον (45), περὶ οὗ γραφω,

* Alias LXXVI. Scripta initio episcopatus.

(40) *Προτιθεὶς Υἱοῦ.* Sic plerique antiqui codices, quorum tamen nonnulli habent τοῦ Υἱοῦ, unus προθεὶς Υἱοῦ, editi προτιθεὶς τοῦτο τοῦ Υἱοῦ. Habent iidem editi λέγων εἶναι· sed verbum illud posterius abest a plerisque mss. Valde autem dubito an aliqui exstiterint, qui Spiritum Patri et Filio præponerent. Verisimilius est Pneumatomachos hunc errorem adversariis suis affinxisse. Certe Basilius ipse postea hujus erroris nomine accusatus a nonnullis fuit, ut videre est in epist. 251.

(41) *Καινοφωνίαν.* Sic Med., Coisl. primus et Clarom. Editi κενοφωνίας, septem mss. κενοφωνίαν. Illud, ἐπινοῶν, *excogitans*, melius congruit vocum novitati.

(42) *Παράνοια.* Sic octo mss. Editi παροινία.

(43) *Ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν.* Sic mss. octo. Editi εἰς τὴν κτίσιν Πνεῦμα κατάγειν.

(44) *Χωρεπισκόποις.* Ita vetustissimi codices, Harl., Coisl. et Med. Editi et tres mss. πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἐπισκόπους, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήματι

(45) *Τὸ... ἄτοπον.* Hac voce interdum turpe aliquod facinus apud Basilium designatur, velut in epist. sequenti

Digitized by Google

διότι μὲν (46) ὅλως ὑπωπτεύθη καὶ ἐλαλήθη, ὀδύνης ἐπλήρωσέ μου τὴν ψυχήν· τέως δὲ ἐφάνη μοι ἄπιστον. Τὸ οὖν περὶ αὐτοῦ γράμμα ὁ μὲν συνεγνωκὼς ἑαυτῷ δεξάσθω ὡς ἴαμα, ὁ δὲ μὴ συνεγνωκὼς ὡς προφυλακτήριον· ὁ δὲ ἀδιάφορος, ὅπερ ἀπεύχομαι ἐφ' ὑμῖν εὑρεθῆναι, ὡς διαμαρτυρίαν. Τί δέ ἐστιν ὃ λέγω; Φασί τινας (47) ὑμῶν παρὰ τῶν χειροτονουμένων λαμβάνειν χρήματα· ἐπισκιάζειν δὲ ὀνόματι εὐσεβείας. Τοῦτο δὲ χεῖρόν ἐστιν. Ἐὰν γάρ τις τὸ κακὸν ἐν προσχήματι τοῦ ἀγαθοῦ ποιῇ, διπλασίονος τιμωρίας ἐστὶν ἄξιος· διότι αὐτό τε τὸ οὐκ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ κέχρηται εἰς τὸ τελέσαι τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἂν εἴποι τις, τῷ καλῷ (48) συνεργῷ. Ταῦτα εἰ οὕτως ἔχει, τοῦ λοιποῦ μὴ γινέσθω, ἀλλὰ διορθωθήτω· ἐπεὶ ἀνάγκη λέγειν πρὸς τὸν δεχόμενον τὸ ἀργύριον, ὅπερ ἐῤῥήθη παρὰ τῶν ἀποστόλων πρὸς τὸν θέλοντα δοῦναι, ἵνα Πνεύματος ἁγίου μετουσίαν ὠνήσηται· *Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν.* Κουφότερος γὰρ ὁ δι' ἀπειρίαν ὠνήσασθαι θέλων ἢ ὁ πιπράσκων τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεάν. Πρᾶσις γὰρ ἐγένετο· καὶ ὃ σὺ δωρεὰν ἔλαβες, ἐὰν πωλῇς, ὡσανεὶ (49) πεπραμένος τῷ Σατανᾷ, ἀφαιρεθήσῃ τοῦ χαρίσματος. Καπηλείαν γὰρ ἐπεισάγεις τοῖς πνευματικοῖς, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔνθα πεπιστεύμεθα σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. Ταῦτα οὕτω γίνεσθαι οὐ χρή. Ὃ δέ ἐστι τέχνασμα (50), λέγω. Νομίζουσι μὴ ἁμαρτάνειν τῷ μὴ προλαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν. Λαβεῖν δὲ ἔστιν ὅτε δή ποτε τὸ λαβεῖν.

2. Παρακαλῶ οὖν ταύτην τὴν πρόσοδον, μᾶλλον δὲ τὴν προσαγωγὴν τὴν ἐπὶ γέενναν ἀπόθεσθε· καὶ μή, τὰς χεῖρας μολύναντες τοιούτοις λήμμασιν, ἑαυτοὺς ἀναξίους ποιήσητε τοῦ ἐπιτελεῖν ἁγνὰ (51) μυστήρια. Σύγγνωτε δέ μοι. Πρῶτον μὲν ὡς ἀπιστήσας (52), εἶτα ὡς πεισθεὶς ἀπειλῶ. Εἴ τις μετὰ ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν πράξειέ τι τοιοῦτον, τῶν μὲν ἐνταῦθα θυσιαστηρίων ἀναχωρήσει (53)· ζητήσει δὲ ἔνθα τὴν

A in suspicionem omnino venit ac sermonem, dolore animum meum implevit: hactenus sane visa est mihi incredibilis. Quod ergo de illa scribo, qui sibi ipse conscius est, accipiat ut medelam; qui autem non conscius, ut præmunitionem; indifferens vero, quod quidem deprecor ne in vobis reperiatur, ut obtestationem. Quid autem est, quod dico? Dicuntur nonnulli ex vobis ab iis qui ordinantur, pecunias accipere, idque pietatis nomine inumbrare. Hoc autem pejus est. Etenim si quis malum sub specie boni perficit, pœna duplici dignus est: quandoquidem et quod non bonum est, facit, et utitur ad peccatum committendum bono, ut ita dicam, adjutore. Hæc si ita se habent, deinceps non fiant, sed emendentur: siquidem B necesse est dicere argentum accipienti, quod ab apostolis dictum est ei, qui dare volebat, ut Spiritus sancti participationem emeret: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* [97]. Nam levius delinquit qui præ inscitia emere vult, quam qui Dei donum vendit. Venditio enim facta est; et quod tu gratis accepisti, id si vendideris, tanquam Satanæ venditus gratia privabere. Nam cauponariam introducis in res spirituales, et in ipsam Ecclesiam, ubi corpus et sanguis Christi concredita nobis sunt. Hæc ita fieri non oportet. Quale autem sit artificium, dicam. Putant se ideo non peccare, quod non ante accipiant, sed post ordinationem accipiant. Accipere autem est quandocunque accipere.

C 2. Rogo itaque, reditum illum, imo potius viam in gehennam ducentem relinquite, nec manus ejusmodi muneribus contaminantes, indignos vos efficiatis, qui mysteria sancta celebretis. Ignoscite autem mihi. Primum quidem tanquam non credens, deinde tanquam fidem adhibens, interminor. Si quis post hanc meam epistolam tale aliquid admiserit, ab his quidem quæ hic sunt altaribus secе-

Act. VIII, 20.

ματι. *Ad episcopos sibi subditos, ne pretio manus imponant.* Liquet Basilium agere de episcopis sibi subditis. Nam qui proprie dicebantur chorepiscopi, manus non imponebant, sed clero inferiores ministros ascribebant, ut videre est in epist. sequenti. Sed tamen ipsi etiam episcopi, qui Ecclesias metropoli subjectas regebant, interdum vocabantur chorepiscopi. Queritur enim Gregorius Naz. in carmine *De vita sua*, quod a Basilio, qui quinquaginta chorepiscopos sub se habebat, vilissimi oppiduli constitutus episcopus fuisset.

Τούτοις μ' ὁ πεντήκοντα χωρεπισκόποις
Στενούμενος δέδωκεν.

His quinquies me chorepiscopis decem
Donavit arctus.

Hoc exemplo confirmatur vetustissimorum codicum scriptura quam secuti sumus.

(46) *Διά τι μέν.* Sic mss. et editiones Hag. et 1 Basil. Aliæ διότι μέν, quod restituimus. Paulo post Coisl. primus Τὸ γοῦν περί et ὡς φυλακτήριον. Subinde tres mss. ἐν ὑμῖν εὑρεθῆναι.

(47) *Φασί τινας.* Ita Med. et prima manu Harl. cum duobus aliis. Editi φασί τινές τινας. Aliquanto post unus ex Regiis codicibus διπλασίονος ἄξιος τιμωρίας ἐστὶ διπλασιάζων τὸ κακὸν, καὶ οὐκ. *Duplici pœna dignus est, duplum malum admittens.* Sed hoc scholii instar existimari debet.

(48) *Τῷ καλῷ.* Coisl. primus τῷ ἀγαθῷ. Paulo D post editi μὴ γενέσθω. Quatuor mss. ut in textu.

(49) *Ὡσανεί.* Editi addunt ὡς, sed deest in mss. Non multo post editi γενέσθαι, mss. sex γίνεσθαι.

(50) *Τέχνασμα.* Editi τὸ τέχνασμα, sed deest articulus in Coisl. primo, Med. et Harl. Paulo post unus ex Regiis τῷ μὴ ἅμα λαμβάνειν. Alius itidem Regius τῷ μὴ ἅμα προλαμβάνειν.

(51) *Ἁγνά.* Sic Med., Harl. et Coisl. primus: alii et editi ἅγια. Paulo ante Med. et Harl. ἀποθέσθαι.

(52) *Ἀπιστήσας.* Reg. secundus et Coisl. secundus addunt παρακαλῶ. *Primum quidem, ut non credens, adhortor.* Sed necesse non videtur contextum immutare.

(53) *Ἀναχωρήσει.* Ambigi possit an non illa ab altaribus secessio excommunicationem simul cum depositione includat. Non tamen videtur Basilius graviorem depositione pœnam intentare. Hæc enim verba, *gratia privabere, quæret autem ubi Dei donum emens denuo divendere queat*, nihil aliud desi-

Digitized by Google

det: quæret autem ubi Dei donum emens denuo divendere queat. **148** Nos enim ac Dei Ecclesiæ consuetudinem talem non habemus. Cæterum uno addito desinam. Propter avaritiam ista fiunt. Avaritia autem et radix malorum omnium est, et vocatur idololatria [98]. Nolite igitur Christo præferre simulacra ob modicum argentum; nec rursus Judam imitari, quæstus causa iterum tradentes eum, qui semel pro nobis crucifixus est. Alioquin et agri et manus eorum, qui hos fructus percipiunt, Aceldama vocabuntur.

A τοῦ Θεοῦ δωρεὰν ἀγοράζων μεταπωλεῖν δύναται. Ἡμεῖς γὰρ καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν. Ἔν δὲ προσθεὶς παύσομαι. Διὰ φιλαργυρίαν γίνεται ταῦτα. Ἡ δὲ φιλαργυρία καὶ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστι, καὶ ὀνομάζεται εἰδωλολατρεία. Μὴ οὖν πρὸ τοῦ Χριστοῦ (54) τιμήσητε τὰ εἴδωλα διὰ μικρὸν ἀργύριον· μηδὲ πάλιν τὸν Ἰούδαν μιμήσησθε, λήμματι παραδιδόντες δεύτερον τὸν ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα. Ἐπεὶ καὶ τὰ χωρία καὶ αἱ χεῖρες τῶν τοὺς καρποὺς τούτων δεχομένων Ἀκελδαμὰ (55) κληθήσονται.

EPISTOLA LIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΔ'.

Renovat Basilius antiquas Ecclesiæ leges de clericorum in pagis electione, et pravas novitates, quæ obrepserant, abrogat.

Chorepiscopis

Permolestum mihi est, quod jam canones Patrum defecerint, ac disciplina omnis Ecclesiis abacta sit; et timeo, ne paulatim, hac indifferentia progrediente, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabantur. Observata olim in Dei Ecclesiis consuetudo Ecclesiæ ministros omni diligentia probatos admittebat; ac in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur: an non essent maledici, an non ebriosi, an non prompti ad pugnas, an juventutem suam frenarent, ita ut sanctimoniam, sine qua Deum nemo videbit [99], exercere possent. Atque hoc examinabant quidem presbyteri et diaconi, qui una cum ipsis habitabant: referebant autem ad chorepiscopos, qui cum suffragia testium veracium accepissent, ac episcopum admonuissent, sic sacratorum numero ministrum ascribebant. Nunc autem primum quidem nos excludentes, ac ne referre quidem ad nos dignati, omnem in vosmetipsos auctoritatem transtulistis: deinde rem negligentes, presbyteris et diaconis permisistis, ut quos vellent, vita non examinata, secundum animi affectionem, aut ex consanguinitate ortam, aut ex alia aliqua amicitia, in Ecclesiam indignos introducerent. Quapropter multi quidem ministri in unoquoque pago numerantur: sed dignus ministerio altarium

Χωρεπισκόποις.

Πάνυ με λυπεῖ, ὅτι ἐπιλελοίπασι λοιπὸν οἱ τῶν Πατέρων κανόνες, καὶ πᾶσα ἀκρίβεια τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπελήλαται, καὶ φοβοῦμαι μὴ κατὰ μικρὸν, τῆς ἀδιαφορίας ταύτης ὁδῷ προϊούσης, εἰς παντελῆ σύγχυσιν ἔλθῃ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Τοὺς ὑπηρετοῦντας τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡ πάλαι ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις ἐμπολιτευομένη συνήθεια μετὰ πάσης ἀκριβείας δοκιμάζουσα παρεδέχετο· καὶ ἐπολυπραγμονεῖτο πᾶσα αὐτῶν ἡ ἀναστροφὴ, εἰ μὴ λοίδοροί εἰσιν, εἰ μὴ μέθυσοι, εἰ μὴ πρόχειροι πρὸς τὰς μάχας, εἰ παιδαγωγοῦσιν ἑαυτῶν τὴν νεότητα, ὥστε κατορθοῦν δύνασθαι τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Καὶ τοῦτο ἐξήταζον μὲν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι συνοικοῦντες αὐτοῖς, ἐπανέφερον δὲ τοῖς χωρεπισκόποις, οἳ, τὰς παρὰ τῶν ἀληθινῶς μαρτυρούντων δεξάμενοι ψήφους, καὶ ὑπομνήσαντες τὸν ἐπίσκοπον, οὕτως ἐνηρίθμουν τὸν ὑπηρέτην τῷ τάγματι τῶν ἱερατικῶν (56). Νῦν δὲ πρῶτον μὲν, ἡμᾶς παρωσάμενοι, καὶ μηδὲ ἐπαναφέρειν ἡμῖν καταδεχόμενοι, εἰς ἑαυτοὺς τὴν ὅλην περιεστήσατε αὐθεντίαν· ἔπειτα, καταῤῥᾳθυμοῦντες τοῦ πράγματος, πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐπετρέψατε, οὓς ἂν ἐθέλωσιν ἀπὸ ἀνεξετάστου βίου, κατὰ προσπάθειαν, ἢ τὴν ἀπὸ συγγενείας, ἢ τὴν ἐξ ἄλλης τινὸς φιλίας, ἐπεισάγειν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς ἀναξίους.

[98] Col. III, 5. [99] Hebr. XII, 14.

gnant nisi abrogationem ministerii, quo nonnulli ad turpem quæstum abutebantur. Præterea in Canonibus apostolicis, quos sæpe Basilius sequitur, ut infra videbimus, sola depositio infligitur ei qui pretio ordinavit: qui autem sic ordinatus est, etiam a communione segregatur, can. 22.

* Alias CLXXXI. Scripta initio episcopatus.

(54) *Πρὸ τοῦ Χριστοῦ.* Sic vetustissimi codices Harl., Coisl. et Med. Editi τοῦ Χριστοῦ προτιμήσετε. Tres eosdem codices secuti legimus infra παραδιδόντες et καρποὺς τούτων pro eo quod erat in editis προδιδόντες et καρποὺς τούτους.

(55) *Ἀκελδαμά.* Sic mss. et edit. Hag. et Basil. utraque. Aliæ Ἀκελδαΐμα.

(56) *Τῶν ἱερατικῶν.* Ministros, sive subdiaconos, sacratorum ordini ascribit Basilius. Synodus Laodicena inferiores clericos sacratorum numero non comprehendit, sed numerat sacratos a presbyteris usque ad diaconos, ἀπὸ πρεσβυτέρων ἕως διακόνων, can. 24. Distinguit canone 27, ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς, *sive sacratos, sive clericos, sive laicos.* Et can. 30: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἢ ἀσκητὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα Χριστιανὸν ἢ λαϊκόν. *Non oportet sacratum vel clericum aut ascetam in balneo cum mulieribus lavari, sed nec ullum Christianum aut laicum.* Non sequuntur hujus synodi morem ecclesiastici scriptores. Basilius, epist. 287, excommunicato omne *cum sacratis* commercium intercludit. Et in epist. 198 ἱερατεῖον intelligit cœtum clericorum, eique ascribit clericos qui epistolas episcopi perferebant. Athanasius ad Rufinianum scribens, rogat eum ut epistolam legat ἱερατείῳ *et populo.* Gregorius Nazianzenus lectores sacri ordinis, ἱεροῦ τάγματος, partem esse agnoscit in epist. 43. Notandus etiam canon 8 apostolicus, εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, etc. *Si quis episcopus vel presbyter vel diaconus, vel ex sacro ordine.* Hæc visa sunt observanda, quia pluribus Basilii locis, quæ deinceps occurrent, non parum afferent lucis.

Digitized by Google

Διὸ πολλοὶ μὲν ὑπηρέται ἀριθμοῦνται καθ' ἑκάστην κώμην, ἄξιος δὲ λειτουργίας τοῦ θυσιαστηρίου οὐδὲ εἷς (57), ὡς ὑμεῖς αὐτοὶ μαρτυρεῖτε, ἀποροῦντες ἀνδρῶν ἐν ταῖς ψηφοφορίαις. Ἐπεὶ οὖν ὁρῶ τὸ πρᾶγμα λοιπὸν εἰς ἀνήκεστον προϊόν, μάλιστα νῦν, τῶν πλείστων φόβῳ τῆς στρατολογίας εἰσποιούντων ἑαυτοὺς τῇ ὑπηρεσίᾳ, ἀναγκαίως ἦλθον εἰς τὸ ἀνανεώσασθαι τοὺς τῶν Πατέρων κανόνας· καὶ ἐπιστέλλω ὑμῖν ἀποστεῖλαί μοι τὴν ἀναγραφὴν ἑκάστης κώμης τῶν ὑπηρετούντων, καὶ ὑπὸ τίνος εἰσῆκται ἕκαστος, καὶ ἐν ποίῳ βίῳ ἐστίν. Ἔχετε δὲ καὶ αὐτοὶ παρ' ἑαυτοῖς τὴν ἀναγραφὴν, ὥστε συγκρίνεσθαι τοῖς παρ' ἡμῖν ἀποκειμένοις γράμμασι τὰ ὑμέτερα, καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι ἑαυτὸν, ὅτε βούλεται, παρεγγράφειν. Οὕτω μέντοι, μετὰ τὴν πρώτην ἐπινέμησιν εἴ τινες ὑπὸ πρεσβυτέρων εἰσήχθησαν, ἐπὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀπορρίφῶσιν. Ἄνωθεν δὲ γένηται αὐτῶν παρ' ὑμῶν ἐξέτασις· κἂν μὲν ἄξιοι ὦσι, τῇ ὑμετέρα ψήφῳ παραδεχθήτωσαν. Ἐπικαθαρίσατε (58) τὴν Ἐκκλησίαν, τοὺς ἀναξίους αὐτῆς ἀπελάσαντες, καὶ τοῦ λοιποῦ ἐξετάζετε (59) μὲν τοὺς ἀξίους καὶ παραδέχεσθε· μὴ ἀριθμεῖτε δὲ πρὶν εἰς ἡμᾶς ἐπανενεγκεῖν· ἢ γινώσκετε, ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ ἡμετέρας γνώμης εἰς ὑπηρεσίαν παραδεχθείς.

A ne unus quidem, ut vos ipsi testificamini, hominum penuria laborantes in electionibus. Quoniam igitur video rem in malum jam insanabile progredi, nunc præsertim, cum plurimi militiæ metu, seipsos in ministerium conjiciant, necessario accessi ad Patrum canones renovandos; ac vobis scribo, ut mittatis mihi catalogum ministrorum cujusque pagi, et a quo quisque **149** introductus sit, et quæ ejus sit vivendi ratio. Habete autem et ipsi apud vos catalogum, ut cum scriptis apud nos repositis vestra conferantur, nec cuiquam liceat seipsum, cum voluerit, inscribere. Ita sane, si qui post primam indictionem a presbyteris introducti fuerint, inter laicos rejiciantur. Eorum autem examen de integro repetite, et si digni fuerint, suffragio vestro B suscipiantur. Expurgate Ecclesiam, indignos ex ea ejicientes. Atque in posterum examinate quidem, qui digni sint, et eos admittite : sed prius non ascribite, quam ad nos retuleritis; aut scitote laicum futurum esse, qui sine nostro judicio in ministerium fuerit admissus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΕ'.

EPISTOLA LV*.

Decretum Basilii adversus extraneas mulieres cum Paregorius presbyter minus observaret; hortatur eum Basilius ut parendo potius quam excusando sese defendat : secus depositionem minatur, atque ipsam etiam excommunicationem tum ipsi, tum eum recipientibus, si sacerdotium citra emendationem sibi arroget.

Παρηγορίῳ (60) *πρεσβυτέρῳ.*

Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασι μετὰ πάσης μακροθυμίας, καὶ ἐθαύμασα πῶς, δυνάμενος ἡμῖν συντόμως καὶ εὐκόλως ἀπολογήσασθαι διὰ τῶν πραγμάτων, τοῖς μὲν κατηγορουμένοις ἐπιμένειν καταδέχῃ, λόγοις δὲ μακροῖς θεραπεύειν ἐπιχειρεῖς τὰ ἀνίατα. Οὔτε πρῶτοι οὔτε μόνοι, Παρηγόριε, ἐνομοθετήσαμεν γυναῖκας ἀνδράσι μὴ συνοικεῖν. Ἀλλ' ἀνάγνωθι τὸν ἐξενεχθέντα κανόνα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ Νικαίας, ὃς φανερῶς ἀπηγόρευσε συνεισακτοὺς (61) μὴ εἶναι. (62) Ἀγαμία δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ χεχωρίσθαι τῆς μετὰ γυναικὸς (63) διαγωγῆς. Ὡς ἐὰν ἐπαγγελλόμενός τις τῷ ὀνόματι, ἔργῳ τὰ τῶν γυναιξὶ συνοικούντων ποιῇ, δῆλός ἐστι τὸ μὲν τῆς παρθενίας σεμνὸν ἐν τῇ προσηγορίᾳ διώκων, τοῦ δὲ καθ' ἡδονὴν ἀπρεποῦς μὴ ἀφιστάμενος. Τοσούτῳ οὖν μᾶλλον ἐχρῆν σε εὐκόλως εἶξαι ἡμῶν τῇ ἀξιώσει, ὅσῳπερ λέγεις

Paregorio presbytero.

C Legi tuas litteras cum omni patientia; summque admiratus, cur cum possis apud nos breviter et facile factis tuis causam agere, in rebus reprehensis persistere velis, ac longis sermonibus curare tentes insanabilia. Nec primi, nec soli, Paregori, sancivimus, ut ne una cum viris habitarent mulieres. Sed lege canonem a sanctis nostris Patribus, editum in synodo Nicæna, qui manifeste sancivit extraneas mulieres non esse. Vita autem cælebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separetur. Quare si quis verbo professus, reipsa quæ conjugatorum sunt facit, palam est eum virginitatis quidem honestatem in nomine persequi, sed nequaquam ab indecora voluptate abstinere. Tanto ergo magis oportebat te postulationi nostræ facile cedere, quanto te ais esse liberiorem ab omni cor- D porea libidine. Neque enim virum septuaginta an-

(57) *Οὐδὲ εἷς.* Ita tres vetustissimi codices, pro eo, quod erat in editis οὐδείς. Quod ait Basilius chorepiscopos hominum penuria laborare in electionibus, id de electionibus inferiorum ministrorum accipi non debet, sed presbyterorum et diaconorum, quos episcopi chorepiscoporum testimonio probatos ordinabant.

(58) *Ἐπικαθαρίσατε.* Editi addunt οὖν, quæ quidem vocula deest in nostris septem mss.

(59) *Ἀπελάσαντες... ἐξετάζετε.* Editi ἀπελαύνοντες... ἐξετάσατε. Primam vocem trium vetustissimorum, alteram septem codicum auctoritate mutavimus.

(60) *Παρηγορίῳ.* Ita Harl., Coisl. primus, Med. et Clarom. cum Basilii editionibus. At in sex aliis codicibus mss. et in Pandectis legitur Γρηγορίῳ. Sic enim habent ad marginem tres codices modo citati, Coisl., Med. et Clarom.

(61) *Συνεισακτούς.* Sic omnes mss. Editi συναχτούς. Interpretamur *extraneas*, non vero *subinductas*, quia sic Hieronymus et Ruffinus et multi alii veteres hanc vocem reddiderunt, ut observant post Cujacium Gothofredus, lib. XVI *Cod. Theod.*, et Lupus in canonem tertium Nicænum. Eadem voce utitur auctor libri *De singularitate clericorum*, n. 30 et 32. Vocatæ autem sunt συνεισακτοί, *extraneæ*, ut opponerentur iis quas natura dedit, matribus, sororibus et amitis.

(62) Vide Addenda.

(63) *Μετὰ γυναικός.* Sic tres vetustissimi codices. Editi μετὰ γυναικῶν.

* Alias CXCVIII. Scripta initio episcopatus.

Digitized by Google

nos natum existimo libidinose habitare cum muliere : nec quod turpe aliquod facinus fuisset admissum, idcirco constitui quæ constitui; sed quod ab Apostolo didicimus offendiculum fratri non ponere ad scandalum [1]. Scimus autem quod a nonnullis recte geritur, aliis occasionem esse peccandi. Quare præcipimus sanctorum Patrum decretum sequentes, ut a muliercula separeris. Quid igitur chorepiscopum incusas, et veteris inimicitiæ facis mentionem? Quid de nobis quereris quod faciles calumniis aures præbeamus, ac non potius de te ipse, qui adduci non potes, ut a mulieris consuetudine recedas? Ejice igitur illam **150** ex tuis ædibus, et in monasterio constitue. Sit illa cum virginibus, et apud te serviant viri, ut ne Dei nomen propter vos blasphemetur. Hæc donec feceris, innumerabilia quæ per epistolas scribis nihil te juvabunt; sed morieris otiosus, ac reddes Domino rationem otii tui. Quod si ausus fueris citra emendationem sacerdotium tibi vindicare, [anathema eris omni populo; et qui te receperint, excommunicati per omnem Ecclesiam erunt.

A ἐλεύθερος εἶναι παντὸς σωματικοῦ πάθους. Οὔτε γὰρ τὸν ἑβδομηκονταετῆ γεγονότα πείθομαι ἐμπαθῶς συνοικεῖν γυναικί, οὔτε ὡς ἐπιγενομένῃ τινὶ ἀτόπῳ πράξει ὡρίσαμεν ἃ ὡρίσαμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ Ἀποστόλου μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ εἰς σκάνδαλον (64). Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τὸ παρά τινων ὑγιῶς γινόμενον ἄλλοις ἀφορμὴ πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρχει (65). Τούτου ἕνεκεν προσετάξαμεν, ἑπόμενοι τῇ διαταγῇ τῶν ἁγίων Πατέρων, χωρισθῆναί σε τοῦ γυναίου. Τί οὖν ἐγκαλεῖς τῷ χωρεπισκόπῳ, καὶ παλαιᾶς ἔχθρας μέμνησαι; Τί δὲ ἡμᾶς καταμέμφῃ ὡς εὐκόλους ἀκοὰς ἔχοντας εἰς τὸ τὰς διαβολὰς προσίεσθαι; ἀλλ' οὐχὶ σεαυτῷ μὴ ἀνεχομένῳ (66) ἀποστῆναι τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα συνηθείας; Ἔκβαλλε τοίνυν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ οἴκου σου, B καὶ κατάστησον αὐτὴν ἐν μοναστηρίῳ (67). Ἔστω ἐκείνη μετὰ παρθένων, καὶ σὺ ὑπηρετοῦ ὑπ' ἀνδρῶν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημῆται. Ἕως δ' ἂν ταῦτα ποιῇς, αἱ μυριάδες, ἅπερ (68) συγγράφεις διὰ τῶν ἐπιστολῶν, οὐδὲν ὠφελήσουσί σε· ἀλλὰ τελευτήσεις ἀργῶν, καὶ δώσεις τῷ Κυρίῳ λόγον τῆς σεαυτοῦ ἀργίας. Ἐὰν δὲ τολμήσῃς, μὴ διορθωσάμενος σεαυτὸν, ἀντέχεσθαι τῆς ἱερωσύνης, ἀνάθεμα ἔσῃ παντὶ τῷ λαῷ. καὶ οἱ δεχόμενοί σε ἐκκήρυκτοι κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν γενήσονται.

EPISTOLA LVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝϚ.

Basilius querentem Pergamium, quod litteris suis non respondisset, placare conatur, seque non arrogantia ex potestate orta, sed sollicitudine, qua nunc distringitur, adductum esse declarat, ut Pergamii obliviscereturi.

Pergamio.

Sum equidem natura proclivis ad oblivionem, C sed accessit mihi et negotiorum multitudo, quæ innatam infirmitatem adauget. Quamobrem etsi non memini me litteras accipere nobilitatis tuæ, tamen te ad me scripsisse persuasum habeo; non enim mentiturum te prorsus fuisse. Quod autem non respondi, culpa non fuit mea, sed illius qui responsa non poposcit. Nunc autem ad te veniunt hæ litteræ, quæ et præterita excusent et salutationis alterius initium præbeant. Quare cum ad me scribes, ne alterum scribendi ordinem a te incipi opineris, sed hisce litteris debitum persolvi. Quam-

Περγαμίῳ (69).

Εἰμὶ μὲν φύσει εὔκολος πρὸς τὴν λήθην, ἐπεγένετο δέ μοι καὶ τὸ τῶν ἀσχολιῶν πλῆθος, ἐπιτεῖνον τὴν ἐκ φύσεως ἀῤῥωστίαν. Ὥστε, εἰ καὶ μὴ μέμνημαι δεξάμενος γράμματα τῆς εὐγενείας σου, πείθομαι ἐπεσταλκέναι σε ἡμῖν· οὐ γὰρ ἂν πάντως ψεῦδος εἰπεῖν σε. Τοῦ δὲ μὴ ἀντιφθέγξασθαι οὐκ ἐγὼ αἴτιος, ἀλλ' ὁ μὴ ἀπαιτήσας τὰς ἀποκρίσεις. Νυνὶ δὲ ἥκει σοι τὰ γράμματα ταῦτα, ὑπέρ τε (70) τῶν φθασάντων ἀπολογίαν πληροῦντα, καὶ ἀρχὴν διδόντα προσηγορίας δευτέρας. Ὥστε, ἐπειδὰν ἐπιστέλλῃς ἡμῖν, μὴ ὡς ἄρξας δευτέρας περιόδου γραμμάτων διανοοῦ, ἀλλ' ὡς ἀποπληρώσας ἐπὶ τοῖς

[1] Rom. XIV, 13.

* Alias CCCLIV. Scripta initio episcopatus.

(64) *Εἰς σκάνδαλον*. Sic Harl. et Coisl. primus, quibus favet unus ex Regiis, in quo legitur εἰ σκάνδαλον. Editi ἢ σκάνδαλον.

(65) *Ὑπάρχει*. Sic iidem tres codices et alii nonnulli. Editi ὑπάρξει.

(66) *Σεαυτῷ μὴ ἀνεχομένῳ*. Ita tres vetustissimi codices cum tribus aliis. Unus ex Regiis σεαυτοῦ μὴ ἀνεχομένου. Editi et unus aut alter ms. σεαυτὸν μὴ ἀνεχόμενον.

(67) *Ἐν μοναστηρίῳ*. Balsamon, qui vetustos canones interdum ex consuetudine ætatis suæ interpretatur, Basilii decretum in consilii, non in præcepti loco accipit, quia virginitatis legem invitæ inponere severius justo videretur. Sed minus vidit Balsamon et extraneas illas mulieres et viros, quibuscum habitabant, virginitatis lege obstrictos fuisse. Consentiunt ea de re veteres. Auctor libri *De singularitate clericorum, continentibus clericis* D *et virginibus hospitia separanda*, pronuntiat, num. 16. Canon. 19 Ancyranus vetat ne virgines cum viris, veluti cum fratribus degant. Gregorius Naz. in carmine tertio, pag. 57, præcipit virginibus ut masculum omnem vitent, συνεισακτὸν δὲ μάλιστα, *maxime vero extraneum*. Hieronymus in Epistola ad Eustochium, *Cælibem*, inquit, *spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum, et cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt aliorum spirituale solatium, ut domi habeant carnale commercium*. Virgines et canonicæ vocantur ejusmodi mulieres in Orationibus Chrysostomi adversus eos, qui συνεισακτούς habent. Minime ergo mirum si Basilius in monasterio collocandam esse ait, quæ jam virginitati sese consecraverat.

(68) *Ἅπερ*. Codices quatuor recentiores ἄσπερ.

(69) *Περγαμίῳ*. Medicæus codex Περγάμῳ.

(70) *Ὑπέρ τε*. Harl. et Med. ὑπὲρ μέν.

Digitized by Google

παροῦσι τὰ ὀφειλόμενα. Καὶ γὰρ, εἰ καὶ (71) ἀντίδοσις προαγόντων ἐστὶ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τῷ πλέον ἢ διπλάσιον ὑπερβάλλειν κατὰ τὸ μέτρον, ἑκατέραν τὴν τάξιν (72) ἀποπληρώσει. Ὁρᾷς ὁποῖα σοφίζεσθαι ἡμᾶς ἡ ἀργία καταναγκάζει; Σὺ δὲ παῦσαι, ὦ ἄριστε, ἐπάγων (73) ἐν μικροῖς ῥήμασι μεγάλας αἰτίας, οὐμενοῦν ἐχούσας ὑπερβολὴν εἰς κακίαν. Λήθη γὰρ φίλων, καὶ ὑπεροψία ἐκ δυναστείας ἐγγινομένη, πάντα ἔχει ὁμοῦ τὰ δεινά. Εἴτε γὰρ οὐκ ἀγαπῶμεν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, οὐδὲ τὸν χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἡμῖν ἔχομεν· εἴτε φρονήματος κενοῦ καὶ ἀλαζονείας ὑπεπλήσθημεν τυφωθέντες, ἐμπίπτομεν (74) εἰς ἄφυκτον κρῖμα τοῦ διαβόλου. Ὥστε, εἰ μὲν, οὕτως ἔχων διανοίας περὶ ἡμῶν, τούτοις ἐχρήσω τοῖς ῥήμασιν, εὔξαι φυγεῖν ἡμᾶς τὴν πονηρίαν, ἣν ἐξεῦρες ἡμῶν ἐν τῷ τρόπῳ· εἰ δὲ συνηθείᾳ τινὶ ἀνεξετάστῳ ἐπὶ τῶν ῥημάτων ἦλθεν ἡ γλῶττα, ἑαυτοὺς παραμυθησόμεθα, καὶ τὴν σὴν χρηστότητα τὰς ἐκ τῶν πραγμάτων μαρτυρίας προσθεῖναι παρακαλοῦμεν. Ἐκεῖνο γὰρ εὖ ἴσθι, ὅτι ἡ παροῦσα φροντὶς ταπεινώσεως ἡμῖν γέγονεν ἀφορμή. Ὥστε σοῦ τότε ἐπιλησόμεθα, ὅταν καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοήσωμεν (75). Μὴ τοίνυν ποτὲ τὰς ἀσχολίας σημεῖον τρόπου καὶ κακοηθείας ποιήσῃ.

vis enim mea epistola prioris tuæ sit remuneratio; quia tamen plus duplo modum excedit, utrumque ordinem explebit. Vides qualia nos cavillari cogat otium? Tu vero desine, o vir optime, paucis verbis magna crimina, quæque nequitia superari non possint, inferre. Nam amicorum oblivio et contemptus ex potestate ortus, omnia simul mala complectuntur. Sive enim secundum Domini præceptum non diligimus, neque etiam impositam nobis notam et characterem retinemus. Sive factu inani et arrogantia replemur inflati, incidimus in diaboli judicium ineluctabile. Quare si de nobis ita sentiens, his verbis usus es; precare ut improbitatem, quam in nostris moribus deprehendisti, fugiamus; sin autem consuetudine quadam inconsiderata ad has voces devenit lingua, nos ipsi consolabimur, tuamque benignitatem, ut ex factis testimonia proferat, rogamus. Illud enim probe scias, hanc sollicitudinem, qua nunc distringimur, occasionem nobis factam esse humilitatis. Quapropter tui tunc obliviscemur, cum et nosmetipsos **151** ignorabimus. Cave igitur, nequando negotia indolis ac morum malorum indicium esse ducas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΖ'.

EPISTOLA LVII'.

Meletium hortatur Basilius ut sæpius scribat, et in magnis molestiis versantem consoletur. Optat ut sibi illum aliquando videre contingat; jamque huic cupiditati obsequeretur, nisi fratres retinuiss. ni certis de causis, quas Theophrastus narrabit.

Μελετίῳ (76), *ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας*

Εἴ πως ἐγένετο φανερὸν τῇ θεοσεβείᾳ σου τῆς εὐφροσύνης τὸ μέγεθος, ἣν ἐμποιεῖς (77) ἡμῖν ὁσάκις ἂν ἐπιστέλλῃς, οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ποτε παραπεσοῦσαν γραμμάτων πρόφασιν ὑπερέβης· ἀλλὰ καὶ ἐπενόησας ἂν πολλὰς ἡμῖν ποιεῖν ἑκάστοτε τὰς ἐπιστολάς, γνωρίζων τὸν ἐπὶ τῇ ἀναπαύσει τῶν θλιβομένων (78) παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Δεσπότου μισθὸν ἀποκείμενον. Πάντα γὰρ ὀδύνης τὰ τῇδε πεπλήρωται, καὶ μόνη ἡμῖν ἐστιν ἀποστροφὴ τῶν δεινῶν ἡ τῆς σῆς ὁσιότητος ἔννοια· ἣν ἐναργεστέραν ἡμῖν ἐμποιεῖ ἡ διὰ τῶν πάσης σοφίας καὶ χάριτος πεπληρωμένων γραμμάτων σου ὁμιλία. Ὥστε, ὅταν λάβωμεν εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολήν σου, πρῶτον μὲν τὸ μέτρον αὐτῆς ἐπισκοποῦμεν, καὶ τοσοῦτον αὐτὴν ἀγαπῶμεν, ὅσῳπερ ἂν περισσεύῃ (79) τῷ πλήθει· ἔπειτα, διεξιόντες, τῷ μὲν ἀεὶ προστυγχάνοντι τοῦ λόγου χαίρομεν· τῷ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς προσεγγίζοντες, δυσχεραίνομεν. Οὕτω πᾶν ὃ τι-

Meletio, episcopo Antiochiæ.

Si quo modo nota fieret pietati tuæ magnitudo lætitiæ, quam mihi affers, quotiescunque scribis, scio te nunquam oblatam scribendi occasionem prætermissurum fuisse; sed et consulto multas nobis subinde epistolas facturum, cum non ignores mercedem consolationi afflictorum a benigno Deo repositam. Omnia enim hic dolore plena sunt, ac una nobis est avocatio malorum, sanctitatis tuæ cogitatio; quam manifestiorem nobis efficit tuum per litteras omni sapientia ac gratia refertas colloquium. Quare cum epistolam tuam in manus sumimus, primum quidem modum ipsius intuemur, eamque tantum diligimus, quanto uberior fuerit ac copiosior: deinde legentes, semper quidem occurrente oratione delectamur: fini vero appropinquantes, afficimur molestia; adeo quidquid dixeris in litteris, bonum est. Nam bonum est quod a bono corde redundat. Quod si nobis contingeret

(71) *Καὶ γὰρ εἰ καί.* Harl. καὶ γὰρ καὶ ἡ. Vat. εἰ γὰρ καὶ ἡ. Duo alii καὶ γὰρ καὶ εἰ. Ibidem editi τὸ πλέον. Mss. ut in textu.

(72) *Ἑκατέραν τὴν τάξιν.* Editi ἑκατέρων τὴν ἀξίαν. Legitur in septem codicibus mss. τὴν τάξιν. Sed vocem ἑκατέραν, quæ maxime necessaria est ad sententiam illustrandam, in solo Harlæano reperimus. Ibidem editi ὁρᾷς ὅπως. Plerique mss. ut in textu.

(73) *Ἐπάγων.* Hanc vocem addidimus ex Harl., Med. et Clarom., et delevimus verbum παρεχόμενος, quod erat in editis post κακίαν.

(74) *Ἐμπίπτομεν.* Ita mss. quinque. Editi ἐκπίπτομεν.

(75) *Ἀγνοήσωμεν. Μὴ... ποιήσῃ.* Ita plerique mss. Editi ἀγνοήσομεν. Μὴ... ποίησαι.

(76) *Μελετίῳ.* Titulus hujus epistolæ et aliarum deinceps, quæ ad Meletium scripta sunt, ex codice Harlæano sumptus est, in quo epistola 213, alias 272, sic inscribitur. In aliis codicibus omittitur vox Ἀντιοχείας.

(77) *Ἣν ἐμποιεῖς.* Duo mss. recentiores ἧς ἐμποιεῖς.

(78) *Θλιβομένων.* Tres codices recentiores θλίψεων.

(79) *Περισσεύῃ.* Ita Harl., Coisl. primus et tr. alii. Editi περισσεύει.

Alias LVI. Scripta anno 374

Digitized by Google

tuis precibus, dum in terra versamur, etiam coram congredi, et ab ipsa viva voce utilia documenta recipere, aut aliqua tum ad præsens tum ad futurum sæculum viatica; id certe judicaremus bonorum maximum, ac benevolentiæ divinæ proœmium reputaremus. Jamque huic obsequeremur cupiditati, nisi germanissimi ac in omnibus amantissimi fratres cohibuissent : quorum propositum ne litteris evulgem, id fratri Theophrasto exposui, ut præstantiæ tuæ singula declaret.

Basilius malorum patriæ descriptione Martinianum adducere conatur, ut imperatorem adeat, et quanta ex divisione Cappadociæ consequantur incommoda demonstret, vel saltem scribendo opem ferat in tanta calamitate.

Martiniano

B

Μαρτινιανῷ.

1. Quanti me arbitraris, quanti æstimaturum, ut in unum aliquando inter nos veniamus, tecumque diutius verser, adeo ut omnibus bonis quibus ornatus es, perfruar? Si enim plurimum valet ad eruditionis testimonium, multorum hominum vidisse urbes, et mores nosse; id existimo brevi tempore tuum congressum præstare. Quid enim refert utrum multos sigillatim videas, an unum qui omnium simul experientiam adeptus sit? Imo vero maxime præstare dixerim, quæcunque rerum optimarum cognitionem sine labore conciliant, et puram ab omni vitii permistione scientiam virtutis colligunt. Enimvero sive facinus præclarissimum, sive sententia memoratu digna, sive virorum alios superantium instituta, omnia C in animi tui thesauro reconduntur. Quare non annum tantum, sicut Alcinous Ulyssem, sed per totam vitam meam audire te exoptarim, eamque longam hac de causa fieri, quamvis mihi gravis sit et molesta. Sed quid ego nunc scribo, cum adesse oporteret? Quia me afflictata patria festinanter ad se vocat. Qualia autem patiatur, non ignoras, vir optime. Eam enim, veluti Pentheum, vere Mænades quidam, dæmones, discerpsere: siquidem eam secant atque resecant, vulnera, imperitorum medicorum more, per inscientiam suam reddentes graviora. Itaque, cum laboret dissecta, reliquum est ut ei tanquam ægrotanti medeamur. Scripserunt igitur ac nos urgent cives, atque D

1. Ἐμὲ τί οἴει, πόσου ποτ' ἂν τιμήσασθαι τὸ εἰς ταυτάν ποθ' ἡμᾶς ἀλλήλοις ἐλθεῖν, καὶ ἐπὶ πλεῖόν σοι συγγενέσθαι, ὥστε πάντων ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ καλῶν; Καὶ γὰρ εἰ μέγα πρὸς μαρτυρίαν παιδεύσεως τὸ πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι· τοῦτο οἶμαι δι' ὀλίγου χαρίζεσθαι τὴν σὴν ὁμιλίαν. Τί γὰρ διαφέρει πολλοὺς ἰδεῖν κατὰ μέρος, ἢ ἕνα τὸν πάντων (7) ὁμοῦ τὴν πεῖραν ἀναδεξάμενον; Μᾶλλον δὲ ἐγὼ καὶ πλεῖστον ἂν ἔχειν εἰποιμι τὸ διάφορον, ὅσα ἀταλαίπωρον τὴν γνῶσιν τῶν καλῶν προξενεῖ, καὶ καθαρὰν τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιμιξίας συνάγει τὴν ἱστορίαν τῆς ἀρετῆς. Εἴτε γὰρ πρᾶξις ἀρίστη, εἴτε λόγος μνήμης ἄξιος, εἴτε πολιτεῖαι (8) ἀνδρῶν ὑπερπεφυκότων τοὺς ἄλλους· πάντα τῷ σῷ ταμιείῳ τῆς ψυχῆς ἐναπόκειται. Ὥστε οὐκ εἰς ἐνιαυτὸν μόνον, ὡς ὁ Ἀλκίνοος (9) τοῦ Ὀδυσσέως, ἀλλ' εἰς πάντα μου τὸν βίον εὐξαίμην ἄν σου ἀκούειν, καὶ μακρὸν ἂν μοι γενέσθαι τούτου γε ἕνεκα τοῦτον, καὶ ταῦτα δυσκόλως πρὸς αὐτὸν διακείμενος. Τί δήποτ' οὖν ἐπιστέλλω νῦν, παρεῖναι δέον; Ὅτι με (10) κάμνουσα ἡ πατρὶς ἐπείγει πρὸς ἑαυτήν. Οἷα γὰρ πέπονθεν, οὐκ ἀγνοεῖς, ὦ ἄριστε· ὅτι Πενθέως τρόπον Μαινάδες ὄντως τινὲς, δαίμονες (11), αὐτὴν διεσπάσαντο. Διαιροῦσι γὰρ αὐτὴν καὶ ἐπιδιαιροῦσιν· ὥσπερ οἱ κακοὶ τῶν ἰατρῶν, χαλεπώτερα τὰ ἕλκη ποιοῦντες τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀπειρίᾳ. Ἐπεὶ οὖν κέκμηκε κατατεμνομένη, λείπεται αὐτὴν θεραπεύειν, ὡς ἀῤῥωστοῦσαν. Ἐπέστειλαν οὖν ἐπείγοντες ἡμᾶς οἱ πολῖται· καὶ ἀνάγκη ἅπαντᾷν, οὐχ ὥς τι ὄφελος

Alias CCCLXXIX. Scripta anno 371.

(6) *Τιμιώτατον*. Tres mss. recentiores τιμιώτατε. Paulo post duo mss. πάντων συμφώνους.

(7) *Τὸν πάντων*. Sic Coisl. primus et Reg. secundus: editi τῶν πάντων. Paulo post ejusdem Coisliniani codicis ope emendavimus quod prave in editis legebatur ὅσῳ ἀταλαίπωρον.

(8) *Πολιτεῖαι*. Coisl. primus πολιτεία. Paulo post eodem codice nixi et Harl. et Med., mutavimus quod erat in editis πάντα σου τῷ.

(9) *Ἀλκίνοος*. Ita Harl. cum duobus aliis: editi Ἀλκίνους. Paulo post editi δυτχερῶς πρὸς αὐτόν. Coisl. primus cum aliis nonnullis ut in textu. Sic etiam Harl. prima manu.

(10) *Ὅτι με*. Sic mss. Male in editione 1 Paris. ὅτι μή. Tres antiquissimi codices Med. et Coisl. habent ὅτι κἀμέ.

(11) *Δαίμονες*. Quamvis hanc vocem habeant omnes veteres libri, videtur tamen e margine in contextum irrepsisse. Erit enim multo præclarior Basilii sententia, si homines quidam, vere Mænades, patriam discerpsisse dicantur. Hanc autem observationem debeo doctissimo Antonio Mariæ Salvinio, qui codicem Medicæum erudita sua manu contulit,

Digitized by Google

ἐσομένους τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς ἀπολεί- A
ψεως μέμψιν ἐκκλίνοντας. Οἶσθα γὰρ, ὡς εὔκολοι
μὲν ἐλπίσαι οἱ ἀμηχανοῦντες, εὔκολοι δέ που καὶ
καταμέμψασθαι, ἐπὶ τὸ παρεθὲν ἀεὶ τρέποντες τὰς
αἰτίας.

2. Καίτοι ἔγωγε καὶ αὐτοῦ τούτου ἕνεκεν ἐδεόμην
σοι συνελθεῖν, καὶ δοῦναι γνώμην· μᾶλλον δὲ πα-
ρακαλέσαι ἐνθυμηθῆναί τι νεανικὸν καὶ πρέπον τῷ
σεαυτοῦ φρονήματι, καὶ εἰς γόνυ κλιθεῖσαν τὴν πα-
τρίδα ἡμῶν μὴ περιιδεῖν, ἀλλὰ καταλαβόντα τὸ στρα-
τόπεδον, εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας τῆς σῆς μήτοι νο-
μίζειν αὐτοὺς δύο κεκτῆσθαι ἀντὶ μιᾶς ἐπαρχίας. Οὐ
γὰρ ἐξ ἄλλης τινὸς οἰκουμένης ἐπεισήγαγον τὴν
ἑτέραν· ἀλλὰ παραπλήσιόν τι πεποιήκασιν, ὥσπερ
ἂν εἴ τις (12) ἵππον ἢ βοῦν κεκτημένος, εἶτα δι- B
ελὼν, δύο νομίζοι ἔχειν ἑνὸς ἀντι· οὔτε γὰρ δύο
ἐποίησε, καὶ τὸν ἕνα διέφθειρεν· εἰπεῖν δὲ καὶ τοῖς
παραδυναστεύουσι, μὴ τοῦτον αὔξειν τὸν τρόπον τὴν
βασιλείαν, οὐ γὰρ ἐν ἀριθμῷ εἶναι τὴν δύναμιν, ἀλλ'
ἐν τοῖς πράγμασιν· ἐπεὶ νῦν γε ἡγούμεθα τοὺς μὲν
ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθείας ἴσως, τοὺς δὲ τῷ μὴ βούλεσθαι
λυπεῖν τοῖς ῥήμασι, τοὺς δὲ καὶ οὐ μέλον αὐτοῖς,
περιορᾶν τὰ γινόμενα. Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν αὐτὸν
ἐλθεῖν πρὸς βασιλέα, τοῦτο κράτιστον μὲν τοῖς πρά-
γμασι, πρέπον δέ σου τῇ καλῇ (13) τοῦ βίου προαι-
ρέσει. Εἰ δὲ βαρὺ ἄλλως καὶ διὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους,
καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς αὐτὸς ἔφης, σύντροφον ἔχου-
σαν ἐν ἑαυτῇ τὸν ὄκνον· ἀλλά τό γε (14) ἐπιστεῖλαι
πόνος οὐδείς. Ὥστε, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοή-
θειαν χαριζόμενος τῇ πατρίδι, πρῶτον μὲν σαυτῷ C
συνειδήσεις, μηδὲν τῶν εἰς δύναμιν ἡκόντων ἐλλελοι-
πότι· ἔπειτα μέντοι καὶ τοῖς κάμνουσιν, αὐτῷ τῷ
φαίνεσθαι συναλγῶν, ἀρκοῦσαν δώσεις παραμυθίαν.
Ἀλλ' εἴθε γὰρ ἦν οἷόν τε, αὐτὸν ἐπιστάντα τοῖς
πράγμασιν, ὄψει λαβεῖν αὐτὰ τὰ σκυθρωπά. Οὕτω
γὰρ ἂν ἴσως, ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐναργείας τῶν ὁρωμέ-
νων συγκινηθεὶς, ἀφῆκάς τινα φωνὴν πρέπουσαν καὶ
τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ, καὶ τῇ κατηφείᾳ τῆς πόλεως. Σὺ
δὲ ἀλλ' ἡμῖν διηγουμένοις μὴ ἀπιστήσῃς· ἢ ὅτι Σι-
μωνίδου ὄντως, ἢ τινος τοιούτου μελοποιοῦ ἐδεόμεθα,
ἐναργῶς εἰδότος ἐπιστενάζειν τοῖς πάθεσι. Καίτοι
τί λέγω Σιμωνίδην; δέον Αἰσχύλον εἰπεῖν, ἢ εἴ δή τις
ἕτερος, παραπλησίως ἐκείνῳ συμφορᾶς μέγεθος ἐναρ-
γῶς διαθέμενος, μεγαλοφώνως ὠδύρατο. D

3. Σύλλογοι μὲν γὰρ ἐκεῖνοι, καὶ λόγοι, αἱ κατ' ἀγορὰν συντυχίαι τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν, καὶ ὅσα πρότερον ἐποίει τὴν ἡμετέραν ὀνομαστὴν πόλιν (15) ἡμᾶς ἐπιλελοίπασιν· ὥστε τῶν περὶ παιδείαν καὶ λόγους ἧττον ἂν φανείη νῦν τις ἐμβαλὼν τῇ ἀγορᾷ ἢ Ἀθήνησι πρότερον οἱ ἀτιμίαν κατεγνωσμένοι, ἢ τὰς χεῖρας ὄντες μὴ καθαροί. Ἀντεισῆκται δὲ τούτοις

accedere necesse est, non quod rebus aliquid allaturi simus auxilii, sed ut derelictionis exprobrationem effugiamus. Nosti enim proclives esse ad sperandum qui in angustiis sunt, proclives et ad conquerendum, semper in id quod prætermissum est, culpam conferentes.

2. Equidem et ejus rei gratia convenire te debebam, ac consilium dare; vel potius obsecrare ut strenuum quiddam ac prudentia tua dignum excogites, nec patriam nostram in genua prolapsam despicias: sed in aulam proficiscens ac libertate tua utens denunties eis, ne sibi videantur duas ex una possidere provincias: neque enim ex alia quadam terra alteram harum **169** induxere: sed idem fere egerunt, ac si quis equum aut bovem possidens, deinde duas in partes dividens, duos pro uno habere sibi videatur; non enim effecit duos, sed unum e medio sustulit; ac demonstres etiam iis qui plurimum possunt, imperium non hoc pacto adaugeri, neque enim robur in numero, sed in ipsis rebus positum esse: siquidem nunc arbitramur alios quidem fortasse veritatis ignoratione, alios vero eo quod nolint verbis molesti esse, alios parvipendentes, ea quæ fiunt negligere. Si igitur imperatorem ipsum adire posses, id et rebus commodissimum foret et præclaro vitæ tuæ instituto decorum. Sin autem hoc alioqui grave est tum ob anni tempestatem, tum ob ætatem quæ, uti tu ipse dicis, comitem habet pigritiam; at saltem scribendi nullus labor. Quamobrem, si litterarum præsidium patriæ impertias, primum quidem conscius tibimetipsi eris, nihil quod in tua potestate situm esset, a te fuisse omissum; deinde afflictis etiam, ipsa commiserationis specie, satis magnum afferes solatium. Sed utinam fieri posset, ut interesses ipsis rebus, ac oculis tuis mœstitiam videres. Sic enim forte ex rerum conspectarum evidentia commotus, vocem aliquam et animi tui magnitudine et civitatis afflictione dignam emitteres. Sed tamen narrantibus nobis fidem ne deroges. Revera Simonide, aut aliquo simili poeta indigeremus, evidenter scienti calamitates lugere. Sed quid dico Simonidem? Æschylum dicere oportuit, aut si quis alius ei similis, calamitatis magnitudinem clare exponens, voce alta lamentatus est.

3. Nam cœtus illi, sermonesque et eruditorum virorum in foro colloquia, ac quæcunque civitati nostræ antea nomen et famam pepererant, nos deseruere. Quare eruditorum et eloquentium hominum rarius nunc quisquam ad forum accedere deprehendatur, quam olim Athenis infamiæ notis inusti, aut manibus non puri. Introducta est au-

(12) *Ἂν εἴ τις*. Deest secunda vocula in multis codicibus, in quibus etiam paulo post legitur δίχα.

(13) *Τῇ καλῇ*. Ita Coisl. primus, Med., Harl., Clarom. Editi τῇ ὅλῃ. Paulo post editi καὶ βαρύ, sed deest conjunctio in mss.

(14) *Τό γε... χαριζόμενος*. Ita vetustissimi tres mss. et paulo post iidem habent ἐλλελοιπότι. Edit. τότε... χαρισάμενος et ἐκλελοιπότι. Ibidem ἡκόντων deest in Bigot. et Reg. primo, nec necessarium est.

(15) *Πόλιν*. Ita mss. Editi πάλαι. Iidem editi paulo post habent ἐμβάλλων et ἀτιμίας. Mss. ut in textu.

Digitized by Google

tem horum loco Scytharum quorumdam aut Massagetarum inscitia. Una autem vox est exactorum, et eorum a quibus exigitur, quique flagellis cæduntur. Porticus utrinque lugubre quiddam personantes, velut propriam videntur vocem edere, de his quæ fiunt ingementes. Occlusa autem gymnasia et noctes non illustratas non sinit aliquo nos in numero habere ipsa de vita sollicitudo. Non enim leve periculum est, ne amotis optimatibus, velut fulcris corruentibus, simul evertantur omnia. Ecquis autem sermo exprimendis nostris malis par fuerit? Alii abierunt fugientes, pars senatus nostri, non ignobilior, perpetuum exsilium Podando præferentes. Cum autem Podandum dico, Ceadem me Laconicum dicere puta; aut sicubi naturale barathrum vidisti; quæ loca nonnulli Charonia, nomine sua sponte occurrenti, appellarunt, **170** exitiosam auram exhalantia. Ejusmodi loco persimile existima Podandi malum. Ex tribus igitur partibus, alii cum uxoribus ac focis fugiunt, alji abducuntur ut captivi, maxima pars optimatum civitatis, miserandum amicis spectaculum, inimicorum vota explentes; si quis tamen omnino exstitit, qui nobis tantum mali imprecaretur. Tertia jam relicta pars est. Hi autem amicorum ac familiarium non ferentes secessum, simulque infirmiores quam ut rebus necessariis provideant, vitam ipsam oderunt. Hæc hortamur ut nota omnibus facias, tua ipsius voce ac justa dicendi libertate, quam tibi vita conciliat; clare illud prædicens, nisi cito consilium mutent, non habituros in quibus humanitatem ostendant. Vel enim aliquid auxilii laturus es communibus rebus, vel saltem idem facturus, quod Solon, qui, cum cives derelictos defendere non posset, arce jam occupata, armatus ante fores sedebat, hoc ipso habitu declarans, se his quæ fiebant non assentiri. Hoc autem pro certo scio, etiam si quis nunc sententiam tuam non probet, paulo post

A Σκυθῶν τινων ἢ Μασσαγετῶν ἀμουσία· μία δὲ φωνὴ ἀπαιτούντων, καὶ ἀπαιτουμένων, καὶ ξαινομένων ταῖς μάστιξι. Στοαὶ δ' ἐκατέρωθεν σκυθρωπὸν ἐπηχοῦσαι (16), οἷον οἰκείαν δοκοῦσιν ἀφιέναι φωνὴν τοῖς γινομένοις ἐπιστενάζουσαι. Γυμνάσια δὲ κεκλεισμένα καὶ νύκτας ἀλαμπεῖς οὐκ ἐᾷ ἡμᾶς οὐδὲν λογίζεσθαι ἡ περὶ τοῦ ζῆν (17) ἀγωνία. Κίνδυνος γὰρ οὐχ ὁ τυχὼν, τῶν κρατούντων ὑφαιρεθέντων, ὥσπερ ἐρείσμασι πεσοῦσι, συγκατενεχθῆναι τὰ πάντα. Καὶ τίς ἂν λόγος τῶν κακῶν τῶν ἡμετέρων ἐφίκοιτο; Οἱ μὲν οἴχονται φεύγοντες, μέρος τῆς βουλῆς ἡμῶν, οὐ τὸ φαυλότατον, τὴν ἀειφυγίαν Ποδανδοῦ προτιμήσαντες. Ὅταν δὲ Ποδανδὸν εἴπω, τὸν Κεάδαν με οἷον λέγειν τὸν Λακωνικὸν (18), ἢ εἴ που τῆς οἰκουμένης εἶδες βάραθρον αὐτοφυὲς, ἃ δὴ καὶ Χαρώνειά B τισι προσαγορεύειν αὐτομάτως ἐπῆλθεν, ἄερα νοσοποιὸν (19) ἀναπνέοντα. Τοιούτῳ τινὶ ἐοικὸς νόμισον καὶ τὸ Ποδανδοῦ κακόν. Τριῶν τοίνυν μοιρῶν, οἱ μὲν φεύγουσιν αὐταῖς γυναιξὶ καὶ ἑστίαις ἀπαναστάντες· οἱ δὲ ἀπάγονται ὥσπερ αἰχμάλωτοι, οἱ πλεῖστοι τῶν ἐν τῇ πόλει ἄριστοι, ἐλεεινὸν φίλοις θέαμα, ἐχθροῖς δὲ εὐχὴν ἐκπληροῦντες· εἰ δή τις γέγονεν ὅλως τοσοῦτον ἡμῖν ἐπαρασάμενος. Τριτάτη δέ που μοῖρα λέλειπται. Οὗτοι δὲ, τήν τε ἀπόλειψιν τῶν συνήθων (20) οὐ φέροντες, καὶ ἅμα τῆς χρείας ἀτονώτεροι ἀπελεγχόμενοι, πρὸς αὐτὸ τὸ ζῆν ἀπειρήκασι. Ταῦτά σε φανερὰ ποιῆσαι πᾶσι παρακαλοῦμεν τῇ σεαυτοῦ φωνῇ, καὶ τῇ σεαυτοῦ παῤῥησίᾳ τῇ δικαίᾳ, ἣν ἔχεις ἀπὸ τοῦ βίου· ἐκεῖνο σαφῶς προειπόντα, ὅτι, ἐὰν μὴ C ταχὺ μεταβουλεύσωνται, οὐδ' ἕξουσιν εἰς οὓς τὴν φιλανθρωπίαν ἐνδείξονται (21). Ἤ γὰρ γενήσῃ τι ὄφελος τοῖς κοινοῖς, ἢ τό γε τοῦ Σόλωνος πεποιηκὼς ἔσῃ, ὃς τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῶν πολιτῶν ἀμύνειν (22) οὐκ ἔχων, τῆς ἀκροπόλεως ἤδη κατεχομένης, τὰ ὅπλα ἐνδὺς πρὸ τῶν θυρῶν (23) ἐκαθέζετο, εὔδηλος ὢν τῷ σχήματι, τοῖς γινομένοις οὐ συντιθέμενος. Ἐκεῖνο δ' ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι, καὶ εἴ τίς σου νῦν τὴν γνώμην μὴ ἀποδέχοιτο, μικρὸν ὕστερόν σοι (24) εὐνοίας τε ὁμοῦ καὶ συνέσεως τὴν μεγίστην δόξαν προσθήσει,

(16) *Ἐπηχοῦσαι.* Med. ἀπηχοῦσαι. Paulo post editi νύκτες ἀλαμπεῖς. Quinque mss. ut in textu. Erant hæ nocturnæ lucernæ inter ornamenta civitatum, sed in luctu publico intermitti solebant. Unde Libanius in Orat. ad Antiochenos de Imperatoris ira, suadet civibus, ut has lucernas tantisper seponant, vel rariores accendant. Vide Ammianum, lib. XIV, c. 1, et notam Valesii, ex qua hæc delibavimus.

(17) *Περὶ τοῦ ζῆν.* Ita Med., Harl., Vat. et Coisl. secundus; editi περὶ τὸ ζῆν. Ibidem οὐδέν deest ante λογίζεσθαι in eodem Bigot.

(18) *Κεάδαν... Λακωνικόν.* Sic vocabatur apud Lacedæmonios horrendum illud barathrum, in quod maximorum criminum reos dejicere solebant, teste Pausania, lib. IV, p. 250.

(19) *Νοσοποιόν.* Ita tres vetustissimi codices: editi φθοροποιόν. Julius Pollux et Suidas docent Charoniam vocatam fuisse Athenis unam carceris januam, per quam rei ad mortem ducebantur.

(20) *Τῶν συνήθων.* Med. τῶν συνοίκων, et paulo post ἀποβουλεύσωνται. Utrumque Harlæanus sic videtur habuisse.

(21) *Ἐνδείξονται.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis: editi ἐνδείξωνται. Paulo post quinque codices, sed non antiquissimi, Ἤ γὰρ ἐγένου.

D (22) *Ἀμύνειν.* Addunt editi τῆς ἐλευθερίας. Duo mss. τῇ ἐλευθερίᾳ, sed hæc in aliis desunt.

(23) *Πρὸ τῶν θυρῶν.* Tres antiquissimi codices habent πρὸ τῶν πυλῶν, quod cum de urbis portis intelligatur, minus huic loco convenit. Id enim Solonem pro foribus domus suæ fecisse discimus ex Plutarcho, qui rem paulo aliter narrat ac Basilius, in libro, *An seni gerenda sit respublica.* Ait enim, ubi deprehensum fuit Pisistratum, gratiam popularem captando, tyrannidem moliri: nemine resistere audente, Solonem sua arma extulisse, et ante domum proposuisse, αὐτὸς ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ac cives ad defensionem hortatum esse: cumque ad eum misisset Pisistratus, qui rogarent quanam re fretus hæc faceret, eum respondisse, senectute fretum se esse.

(24) *Ὕστερόν σοι.* Deerat pronomen in editis, additum ex codicibus Harl. et Med.

Digitized by Google

ὅταν ἴδῃ τὰ πράγματα κατὰ τὴν πρόῤῥησιν ἁπαντήσαντα.

benevolentiæ simul et prudentiæ maximam laudem tibi daturum, cum res viderit ita, ut prædictæ fuerant, evenire.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΕ'.

EPISTOLA LXXV'.

Aburgium monet Basilius quid patriæ debeat, eumque illius malorum pictura permovere conatur, ut auctoritate sua utatur ad opem civibus ferendam.

Ἀβουργίῳ (25).

Πολλῶν ὄντων ἃ τὸ σὸν ἦθος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἶναι πεποίηκεν, οὐδὲν οὕτως ἴδιόν ἐστι σόν, ὡς ἡ περὶ τὴν πατρίδα σπουδή· δικαίας αὐτῇ ἀποδιδόντος σου τὰς ἀμοιβάς, ἐξ ἧς ὁρμηθεὶς τοσοῦτος ἐγένου, ὥστε διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης γνώριμον εἶναί σου τὴν περιφάνειαν. Αὕτη τοίνυν ἡ πατρὶς, ἡ σὲ ἐνεγκοῦσα καὶ θρεψαμένη, εἰς τὴν τῶν παλαιῶν διηγημάτων ἀπιστίαν περιελήλυθε (26)· καὶ οὐκ ἄν τις ἐπιστὰς ἡμῶν τῇ πόλει, οὐδὲ τῶν πάνυ συνήθων, αὐτὴν (27) γνωρίσειεν. Οὕτως εἰς πᾶσαν ἐρημίαν ἀθρόως μετεσκεύασται, πολλῶν μὲν καὶ πρότερον αὐτῆς ἀφαιρεθέντων τῶν πολιτευομένων, νῦν δὲ σχεδὸν ἁπάντων εἰς τὴν Ποδανδὸν μετοικισθέντων. Ὧν ἀκρωτηριασθέντες οἱ λειπόμενοι, καὶ αὐτοὶ εἰς πᾶσαν ἀπόγνωσιν μεταπεπτώκασι (28), καὶ πᾶσι τοσοῦτον ἐνεποίησαν τῆς ἀθυμίας τὸν ὄγκον, ὥστε σπανίζειν λοιπὸν καὶ τῶν οἰκητόρων τὴν πόλιν, καὶ γεγενῆσθαι τὰ τῇδε ἐρημίαν δεινὴν, ἐλεεινὸν μὲν φίλοις θέαμα, πολλὴν δὲ χαρὰν καὶ εὐθυμίαν φέρον τοῖς πάλαι ἐφεδρεύουσιν ἡμῶν τῷ πτώματι. Τίνος οὖν ἐστι χεῖρα ἡμῖν ὀρέξαι; ἢ τίνος συμπαθὲς ἐφ' ἡμῖν (29) ἀφεῖναι δάκρυον, ἀλλ' οὐχὶ τῆς σῆς ἡμερότητος, ὃς καὶ ἀλλοτρίᾳ συμπαθοῖς πόλει τοιαῦτα καμνούσῃ, μὴ ὅτι γε τῇ σὲ παραγαγούσῃ εἰς τὸν βίον; Εἴ τις οὖν δύναμις, ταύτην νῦν ἐπὶ τῆς παρούσης χρείας ἡμῖν ἐπίδειξαι. Πάντως δὲ μεγάλην ἔχεις τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν, ὃς ἐπ' οὐδενὸς καιροῦ καταλέλοιπέ σε, καὶ πολλὰς ἔδωκέ σοι τῆς παρ' ἑαυτοῦ (30) εὐμενείας τὰς ἀποδείξεις· μόνον ἐὰν θελήσῃς ὅλως διαναστῆναι πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν ἡμῶν, καὶ τῇ προσούσῃ σοι δυνάμει χρήσασθαι εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν πολιτῶν βοήθειαν.

Aburgio.

Cum multa sint, quibus indoles tua super alios eminet; nihil tamen tibi tam proprium est, quam patriæ amor, rependente te justas illi vices, ex qua ortus talis evasisti, ut claritas tua per totum orbem terrarum celebretur. Itaque illa ipsa patria, quæ te progenuit ac enutrivit, in veterum historiarum incredibilem statum devenit; nec quisquam in urbem nostram adveniens, etiamsi sit ex iis quibus maxime nota est, illam agnoscat. Adeo in omnem solitudinem subito transmutata est; pluribus quidem jam antea magistratibus ei ablatis, nunc autem fere omnibus Podandum translatis. Ab his avulsi qui residui sunt, in omnem et ipsi desperationem inciderunt, ac omnium animos ita infregerunt, ut jam rari sint etiam incolæ in civitate, atque hic ingens facta sit solitudo, miserandum quidem amicis spectaculum, valde autem jucundum et gratum insidiantibus dudum nostro casui. Cujus est igitur manum nobis **171** porrigere? aut cujus, lacrymas commiserationis nostra causa profundere, nisi clementiæ tuæ, quem etiam alienæ civitatis similiter afflictæ mala tangerent, non modo illius, quæ te in lucem edidit? Itaque si qua polles potentia, eam in præsens tempus nobis ostende. Magna profecto habes a Deo adjumenta, qui te nullo tempore dereliquit, tibique multa dedit benevolentiæ suæ argumenta: tantum velis omnino ad curam nostri suscipiendam exsurgere, atque auctoritatem qua vales, ad opem civibus ferendam adhibere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟϚ'

EPISTOLA LXXVI".

Corporis infirma valetudine et Ecclesiarum cura detinetur Basilius, quominus in aulam proficiscatur. Sed interim per litteras confugit ad Sophronium in summo patriæ communis exitio

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.

Τὸ μὲν μέγεθος τῶν καταλαβουσῶν συμφορῶν τὴν πατρίδα ἡμῶν αὐτὸν ἐμὲ ἠνάγκαζε (31), καταλαβόντα τὸ στρατόπεδον, τῇ τε σῇ μεγαλοψυχίᾳ διηγήσασθαι τὴν κατέχουσαν ἡμῶν τὴν πόλιν κατήφειαν, καὶ τοῖς

Sophronio magistro.

Magnitudo quidem calamitatum, quæ patriæ nostræ acciderunt, memetipsum in aulam proficisci cogeret, et magnanimitati tuæ mœrorem, quo civitas nostra afficitur, exponere, cæterisque quicun-

(25) Ἀβουργίῳ. Sic vocatur ille vir in omnibus nostris codicibus, Harl., Med., Coisl. utroque, Reg. utroque, Vat., Clarom., Paris., Bigot. et Combefis. Editi Ἀβουρτίῳ.

(26) *Περιελήλυθε.* Tres mss. ἐλήλυθε.

(27) *Αὐτήν.* Med. et Coisl. primus αὐτῇ. Paulo infra αὐτῆς deest post πρότερον in eodem Coisl.

(28) *Μεταπεπτώκασι.* Ita tres vetustissimi codices: editi καταπεπτώκασι. Non multo post duo ex his codicibus καὶ γενέσθαι τὰ τῇδε.

(29) *Συμπαθὲς ἐφ' ἡμῖν.* Ita sex mss. Harl. συμπαθὲς ἡμῖν. Corruptissime editio prima Paris. συμπαθὲς ἐφ' ἀφεῖναι. Secunda editio συμπαθὲς ἐπαφεῖναι. Paulo post editi συμπαθεῖς. Plerique mss. συμπαθοῖς.

(30) *Παρ' ἑαυτοῦ.* Ita Harl., Coisl. primus, Reg. primus et Bigot. Editi παρ' αὐτοῦ. Paulo post editi καὶ τῇ παρούσῃ. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(31) *Ἠνάγκαζε.* Editi post hanc vocem addunt ἄν, sed hæc vocula deest in utroque Coisl., Harl., Med., Reg. secundo et Bigot. utroque.

* Alias CCCLXI. Scripta anno 371.

** Alias CCCXXXI. Scripta anno 371.

Digitized by Google

que plurimum in rebus potestis. Sed quia et corporis infirma valetudo, et Ecclesiarum me cura detinet, interim per epistolam lamentari apud tuam magnitudinem festinavi; declarans nec naviculam in mari vehementibus ventis immersam ita velociter ex oculis unquam evanuisse, neque urbem ullam terræ motibus excussam aut aquis submersam ita subito periisse, ut civitas nostra hac nova rerum administratione absorpta in exitium funditus incidit. Atque adeo nostra in fabulam cessere. Actum est enim de civitatis ordine; omnis autem civilis cœtus ob ea, quæ magistratibus acciderunt, animo concidens, urbanis ædibus desertis, per agros et rura divagatur. Jam defecit rerum necessariarum tractatio: ac omnino spectaculum fœdissimum facta est, quæ prius tum de litteratis viris, tum de reliquis bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur. Unum autem duximus, ut in malis, solatium, calamitates nostras apud tuam clementiam deflere, ac obsecrare, si quid potes, ut civitati in genua provolutæ porrigas manum. Modum vero quo rebus opportune subvenias, equidem ipse indicare non possum. Sed tibi omnino et invenire ob prudentiam facile, et uti inventis ob datam tibi a Deo potestatem non difficile.

A λοιποῖς ὅσοι ἐπὶ μεγίστης ἐστὶ δυνάμεως τῶν πραγμάτων· ἐπειδὴ δὲ ἥ τε τοῦ σώματος ἀῤῥωστία, καὶ ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπιμέλεια κατέχει με, τέως διὰ γράμματος ἀποδύρασθαι πρὸς τὴν σὴν μεγαλόνοιαν ἐπείχθην· γνωρίζων, ὅτι οὔτε σκάφος ἐν πελάγει πνεύμασι βιαίοις καταβαπτισθὲν οὕτως ἀθρόως ἠφανίσθη ποτὲ, οὐ σεισμοῖς ἐκτριβεῖσα πόλις, οὐχ ὕδασιν ἐπικλυσθεῖσα εἰς ἀθρόον (32) ἀφανισμὸν ἐχώρησεν οὕτως, ὡς ἡ ἡμετέρα τῇ καινῇ ταύτῃ τῶν πραγμάτων οἰκονομίᾳ καταποθεῖσα εἰς ἀπώλειαν ἐχώρησε παντελῆ. Καὶ μῦθος γέγονε τὰ ἡμέτερα. Οἴχεται μὲν γὰρ τὸ πολίτευμα· (33) πᾶν δὲ τὸ πολιτικὸν (34) σύνταγμα, τῇ περὶ τοὺς κρατοῦντας ἀθυμίᾳ καταλιπὸν τὴν ἐν τῇ πόλει οἴκησιν, διὰ τῆς ἀγροικίας πλανᾶται. (35) Ἐπιλέλοιπε δὲ λοιπὸν καὶ ἡ τῶν B ἀναγκαίων διάθεσις, καὶ ὅλως ἀωρότατον θέαμα γεγένηται ἡ πρότερον ἀνδράσι τε λογίοις ἐπαγαλλομένη καὶ τοῖς λοιποῖς, οἷς εὐθηνοῦνται πόλεις ἀνενδεῶς διάγουσαι. Μίαν δὲ ἐνομίσαμεν ὡς ἐν δεινοῖς παραμυθίαν εἶναι, τὸ ἐπιστενάξαι τοῖς πάθεσιν ἡμῶν πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα, καὶ παρακαλέσαι, εἴ τις δύναμις, χεῖρα ὀρέξαι τῇ πόλει ἡμῶν εἰς γόνυ κλιθείσῃ. Τὸν δὲ τρόπον δι' οὗ ἂν γένοιο ἐν καιρῷ (36) τοῖς πράγμασιν, αὐτὸς μὲν εἰσηγεῖσθαι οὐκ ἔχω· σοὶ δὲ πάντως καὶ εὑρεῖν διὰ τὴν σύνεσιν ῥᾴδιον, καὶ χρήσασθαι (37) τοῖς εὑρεθεῖσι, διὰ τὴν παρὰ Θεοῦ σοι δεδομένην δύναμιν, οὐ χαλεπόν.

172 EPISTOLA LXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΖ'.

Videtur hanc epistolam Basilius ad Elpidium præsidis Therasii assessorem scripsisse. Hortatur ut a præside non discedat, sed tantas curas, quæ ex divisione Cappadociæ supervenerant, cum eo partiatur.

Sine inscriptione de Therasio.

C Illud etiam ex bona præfectura magni percepimus Therasii, quod facundia tua crebro apud nos venerit. Verum hoc ipsum amisimus præside privati. Sed quia quæ nobis semel a Deo concessa sunt, firma manent, atque in nostris invicem animis per memoriam insident, etiamsi corpore disjungamur, saltem frequenter scribamus, et inter nos de necessariis rebus loquamur: maxime autem præsenti tempore, quo hiems hasce inducias brevissimas nobiscum fecit. Spero autem te non discessurum a viro in primis admirando Therasio, decere existimantem cum eo tantas curas partiri, ne-

Ἀνεπίγραφος περὶ Θηρασίου.

Ἓν καὶ τοῦτο (38) τῆς ἀγαθῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου ἀπηλαύσαμεν Θηρασίου, τῆς σῆς λογιότητος τὴν ἐπιδημίαν συνεχῶς ἡμῖν γινομένην. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐζημιώθημεν στερηθέντες τοῦ ἄρχοντος. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ἅπαξ ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα μένει βέβαια, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἀλλήλων ἐνοικούμενα διὰ τῆς μνήμης, εἰ καὶ τοῖς σώμασι διωρίσμεθα, γράφωμεν (39) γοῦν συνεχῶς, καὶ φθεγγώμεθα πρὸς ἀλλήλους τὰ ἀναγκαῖα· καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε ὁ χειμὼν τὴν ὀλιγοχρόνιον ταύτην ἐκεχειρίαν ἐσπείσατο. Ἐλπίζομεν δὲ μὴ ἀπολείψεσθαί σε τοῦ θαυμασιωτάτου ἀνδρὸς Θηρασίου, πρέπον εἶναι κρίναντα κοινωνεῖν

* Alias CCXXVI. Scripta anno 371.

(32) *Εἰς ἀθρόον*, etc. Editi sic habent hunc locum: Εἰς ἀπώλειαν ἐχώρησε παντελῶς οὕτως ὡς ἡ ἡμετέρα... εἰς ἀθρόον ἦλθεν ἀφανισμόν. Tres vetustissimi codices ut in textu: quos quidem eo libentius secutus sum, quod hæc loquendi ratio, παντελῶς οὕτως, ὡς, minus visa est Basilii stylo congruere. Legitur εἰς ἀπώλειαν ἐχώρησε παντελῆ in aliis sex codicibus mss.

(33) *Τὸ πολίτευμα. De civitatis ordine*, id est de curia, quæ ordo vocari solet. Unde illud Ammiani de Gallo Cæsare, lib. IV, c. 7: *Antiochensis ordinis vertices sub uno elogio jussit occidi.* Vide *Cod. Theod.* t. IV, p. 336.

(34) *Πολιτικόν*. Vat. πολιτῶν. Paulo post editi καταλιπόν. Coisl. primus, Harl., Reg. secundus et Clarom. καταλιπόντες, quæ scriptura non parum arridet.

(35) Vide Addenda.

D (36) *Ἐν καιρῷ*. Frustra editi addunt σωτῆρ, quod deest in utroque Reg., utroque Coisl., Med. et utroque Bigot., nec in Harl. legitur nisi alia manu. Eadem loquendi ratione utitur Basilius in epistola 216: Γένοιτο δὲ πάντα ἐν καιρῷ περὶ τὴν... Ἐκκλησίαν τὴν Ἰκονίου. *Omnia prospere cedant... Ecclesiæ Iconiensi.*

(37) *Χρήσασθαι*. Ita Harl., uterque Coisl. et Reg. secundus et Bigot. alter. Editi χρῆσθαι.

(38) *Καὶ τοῦτο*. Conjunctio addita ex sex mss. Ibidem Coisl. secundus et Reg. secundus μεγάλου ἀπωνάμεθα. Ibidem Clarom. τῆς σῆς τελειότητος, et ad marginem vulgata lectio.

(39) *Γράφωμεν*. Ope Reg. secundi et Coisl. secundi hoc verbum et sequens φθεγγώμεθα reposuimus, cum antea legerentur in indicativo. Editio Parisiensis secunda habet φθεγξόμεθα

Digitized by Google

τῷ ἀνδρὶ τοιούτων φροντίδων, ἡγούμενον (40) καὶ μάτην πρόφασιν ἀσμενίζοντα παρέχουσάν σοι (41) ἰδεῖν τε τοὺς φίλους, καὶ παρ' αὐτῶν θεαθῆναι. Πολλὰ δὲ ἔχων εἰπεῖν καὶ περὶ πολλῶν, εἰς τὴν συντυχίαν ὑπερεθέμην, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι ἡγούμενος ἐπιστολαῖς τὰ τοιαῦτα καταπιστεύειν.

A que etiam frustra occasionem amplectentem, ex qua tibi et amicos videre et ab ipsis videri liceat. Multa autem cum habeam dicenda et de multis, in congressum distuli, non tutum esse existimans epistolis res ejusmodi committere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΗ'.

EPISTOLA LXXVIII*.

Rogat Basilius ut Elpidius vir maxime idoneus qui Cappadociæ afflictis rebus succurrat, remanere in hac provincia jubeatur.

Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ Ἐλπιδίου.

Οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς ἡ ἀγαθή σου σπουδὴ περὶ τὸν αἰδεσιμώτατον ἑταῖρον ἡμῶν Ἐλπίδιον· ὅπως τῇ συνήθει σεαυτοῦ συνέσει ἔδωκας καιρὸν φιλανθρωπίας τῷ ἄρχοντι. Ταύτην οὖν τὴν χάριν νῦν σε τελειῶσαι παρακαλοῦμεν (42) διὰ τοῦ γράμματος, καὶ ὑπομνῆσαι τὸν ἄρχοντα οἰκείῳ προστάγματι ἐπὶ τῆς πατρίδος ἡμῶν καταστῆναι τὸν ἄνδρα πᾶσαν σχεδὸν τὴν φροντίδα τῶν δημοσίων ἐξηρτημένον. Ὥστε πολλὰς ἕξεις καὶ εὐπροσώπους ὑποβάλλειν προφάσεις τῷ ἄρχοντι, ἐξ ὧν ἀναγκαίως ἐπιμένειν αὐτὸν τῇ πατρίδι ἡμῶν προστάξει. Οἷα δὲ τὰ ἐνταῦθα, καὶ ὅσου ἄξιος τοῖς πράγμασιν ὁ ἀνὴρ, πάντως οὐδὲν δεήσῃ παρ' ἡμῶν διδαχθῆναι, αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ συνέσει ἀκριβῶς ἐπιστάμενος.

Sine inscriptione pro Elpidio.

Non me latet bonum illud studium, quo erga colendissimum sodalem nostrum Elpidium afficeris; quomodo pro tua consueta prudentia humanitatis ostendendæ occasionem præfecto subministraveris. Nunc igitur ut hoc beneficium absolvas, per epistolam te rogo, ac præfectum moneas, ut peculiari mandato patriæ nostræ virum hunc præficiat, ex quo tota pene publicorum negotiorum cura dependet. Quamobrem multas poteris ac speciosas suggerere causas præfecto, quibus necessario adducetur, ut illum in nostra patria remanere jubeat. Cæterum quo in statu res nostræ sint, et quam vir sit rebus gerendis idoneus, profecto nihil opus est te a nobis edoceri: cum hoc ipse pro tua prudentia plane intelligas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΟΘ'.

EPISTOLA LXXIX**.

Gratias agit Eustathio Basilius, quod ad se certamini expositum scripserit, et Eleusinium optimum commilitonem miserit. Narrat se cum præfecto et cubiculi præposito jam pugnasse.

Εὐσταθίῳ (43), ἐπισκόπῳ Σεβαστείας.

Καὶ πρὸ τοῦ δέχεσθαι τὰ γράμματα, ἤδειν τὸν πόνον ὃν ἔχεις ὑπὲρ πάσης ψυχῆς, ἐξαιρέτως δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως, διὰ τὸ προβεβλῆσθαι ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ· καὶ δεξάμενος (44) παρὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Ἐλευσινίου τὰ γράμματα, καὶ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν παρουσίαν θεασάμενος, ἐδόξασα τὸν Θεὸν, τὸν τοιοῦτον παραστάτην καὶ συνασπιστὴν, διὰ τῆς πνευματικῆς βοηθείας ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι χαρισάμενον ἡμῖν. Γινωσκέτω δὲ ἡ ἀνυπέρβλητός σου θεοσέβεια μέχρι νῦν προσβολὰς μέν τινας παρὰ τῶν μεγάλων ἀρχόντων ἡμῖν γεγενῆσθαι, καὶ ταύτας σφοδρὰς, τοῦ τε ἐπάρχου (45) καὶ τοῦ περὶ τὸν κοιτῶνα διαλεχθέντων ἰδιοπαθῶς ὑπὲρ τῶν (46) ἐναντίων· τέως δὲ ἀτρέπτως ἡμᾶς πᾶσαν προσβολὴν ὑπομεῖναι τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, τῷ χαριζομένῳ (47) ἡμῖν τὴν συνεργίαν τοῦ Πνεύματος καὶ ἐνδυναμώσαντι ἡμῶν δι' αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν

Eustathio, episcopo Sebastiæ.

Et antequam litteras tuas acciperem, haud ignorabam quantum pro quavis anima labores, maxime vero pro nostra humilitate, eo quod huic certamini expositus sim: et postquam **173** reddidit litteras perquam colendus Eleusinius, ipsumque præsentem conspexi; Deum laudavi, qui nobis adjutorem talem ac commilitonem per spirituale auxilium in certaminibus pro pietate subeundis concessit. Noscat porro summa tua pietas nobis jam pugnas aliquas cum magnis potestatibus fuisse, easque vehementes; cum et præfectus et cubiculi præpositus ex propria animi affectione pro adversariis nostris disputarent; sed nos hactenus animo inconcusso assultum omnem sustinuisse miseratione Dei, quæ nobis suppeditavit opem Spiritus, ac per ipsum imbecillitatem nostram corroboravit.

(40) *Ἡγούμενον.* Cum hic locus corruptissimus sit, nec sanando vulneri conducant mss. codices, qui cum editis consentiunt, legendum puto non improbabili conjectura, οὐ μὲν οὖν καὶ μάτην, pro ἡγούμενον καὶ μάτην.

(41) *Παρέχουσάν σοι.* Ita Clarom., Reg. secundus et Coisl. secundus, melius quam editi et alii codices παρέχουσάν σε.

(42) *Παρακαλοῦμεν.* Sic Med. et uterque Coisl. cum aliis nonnullis. Editi παρακαλῶ μέν.

(43) *Εὐσταθίῳ*, etc. Hunc titulum excerpsimus ex codicibus Med. et Coisl. primo. Harlæanus habet tantum Εὐσταθίῳ.

(44) *Δεξάμενος.* Post hanc vocem editi addunt δέ, quæ vocula rectius deest in duobus mss. Harl. et Med.

(45) *Ἐπάρχου.* Legendum ὑπάρχου. Loquitur enim de præfecto prætorii, ut est apud Gregorium orat. 20, pag. 320.

(46) *Ὑπὲρ τῶν.* Editi καὶ ὑπὲρ τῶν. Sed hæc conjunctio deest in Harl., in quo tamen secunda manu addita fuit, sed prorsus immerito.

(47) *Τῷ χαριζομένῳ.* Reg. secundus et Coisl. secundus τοῦ χαριζομένου, et paulo post ἐνδυναμώσαντος. Sed vetustissimi codices hoc loco non discrepant ab editis.

* Alias CCXV. Scripta anno 371.

** Alias CCCVIII. Scripta anno 371.

Digitized by Google

EPISTOLA LXXX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Π'.

Sperat Basilius Ecclesias Athanasii precibus ea consiliis ex tempestate horrenda servari posse. Hortatur ut nec precari cesset, nec scribere. Prætermissam ab eo scribendi occasionem dolet : magnum sibi solatium a Deo accepisse videretur, si Athanasium videre contingeret.

Athanasio, Alexandriæ episcopo.

Αθανασίῳ, ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας.

A

Quo magis Ecclesiarum morbi ingravescunt, eo magis omnes ad tuam convertimur præstantiam, unum nobis malorum solatium superesse credentes, tutelam tuam; qui et virtute precum, et rerum optimarum in negotiis suggerendarum scientia, servare nos posse ex hac horrenda tempestate apud omnes pariter, qui vel tantillum aut auditu aut experientia præstantiam tuam noverunt, existimaris. Quare ne cesses et precari pro animabus nostris, et nos per litteras excitare : quarum si scires quanta sit utilitas, nunquam sane oblatam tibi ad nos scribendi occasionem prætermisisses. Quod si precum tuarum ope haberer dignus, qui viderem te, ac iis quæ in te sunt bonis perfruerer, atque ad meæ vitæ historiam congressum cum tuo B vere magno et apostolico animo adjicerem; profecto mihi viderer ærumnis, quas in omni mea vita perpessus sum, parem a Dei benignitate consolationem accepisse.

Ὅσον τῶν Ἐκκλησιῶν τὰ ἀῤῥωστήματα ἐπὶ τὸ μεῖζον πρόεισι, τοσοῦτον πάντες ἐπὶ τὴν σὴν ἐπιστρεφόμεθα τελειότητα, μίαν ἑαυτοῖς ὑπολείπεσθαι τῶν δεινῶν παραμυθίαν τὴν σὴν προστασίαν πεπιστευκότες· ὃς καὶ (48) τῇ δυνάμει τῶν προσευχῶν, καὶ τῷ εἰδέναι τὰ βέλτιστα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεσθαι, διασώσασθαι ἡμᾶς ἐκ τοῦ φοβεροῦ τούτου χειμῶνος παρὰ πάντων ὁμοίως τῶν καὶ κατὰ μικρὸν ἢ ἀκοῇ ἢ πείρᾳ γνωριζόντων τὴν τελειότητά σου πιστεύῃ. Διὸ μὴ ἀνῇς (49) καὶ προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ διεγείρων ἡμᾶς τοῖς γράμμασιν· ὧν εἰ ᾔδεις ὁπόσον ἐστὶ τὸ ὠφέλιμον, οὐκ ἄν ποτε παραπεσοῦσάν σοι γραμμάτων ἀφορμὴν πρὸς ἡμᾶς ὑπερέβης. Εἰ δὲ καταξιωθείημεν τῇ συνεργίᾳ τῶν προσευχῶν σου ἰδεῖν σε καὶ ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ ἀγαθῶν, καὶ προσθεῖναι τῇ ἱστορίᾳ τοῦ ἡμετέρου βίου τὴν συντυχίαν τῆς μεγάλης σου ὄντως καὶ ἀποστολικῆς ψυχῆς· πάντως ἂν ἑαυτοῖς (50) ἐλογισάμεθα, ὧν ἐθλίβημεν ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ ἡμῶν, ἀντίῤῥοπον παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐσχηκέναι παραμυθίαν.

EPISTOLA LXXXI

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑ'.

Rogatus ab Innocentio Basilius ut, eo mortuo, ipsius Ecclesiæ curam suscipiat, tantum onus a se deprecatur. Sed alteri illius petitioni libenter annuens, offert ei presbyterum omni virtutum genere ornatum, ut eum successorem suum designet. Alium petierat Innocentius, bonum illum quidem, sed prædicto viro longe inferiorem.

Innocentio episcopo.

Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ (51).

Quantum gavisus sum acceptis dilectionis tuæ litteris, tantum dolui quod mihi sollicitudinis, quæ C meas vires superat, onus imposueris. Quomodo enim possim ex tanto intervallo tantum munus sustinere? Quandiu enim vos quidem possidet Ecclesia, tanquam in propriis fulcris quiescit : si vero de vestra vita Dominus quidpiam statuerit, quosnam hinc vobis pares **174** ad fratres curandos mittere valeam? Quod spectat ad petitionem tuam, quam per litteras significasti (recte quidem et prudenter faciens, ut vivus videre velis eum, qui electum Domini gregem post te gubernaturus est, id quod et beatus Moses et exoptavit et vidit) ; cum igitur et locus amplus sit, et celebris ; tuumque opus apud multos clarum, ac tempora difficilia, magno indigentia gubernatore ob conti-

Ὅσον εὐθύμησα δεξάμενος γράμματα τῆς ἀγάπης σου, τοσοῦτον ἐλυπήθην, ὅτι βάρος ἐπέθηκας ἡμῖν φροντίδος τῆς ὑπερβαινούσης ἡμᾶς. Πῶς γὰρ δυνηθῶμεν ἀπὸ τοσούτου διαστήματος, τοσαύτης ἡμεῖς οἰκονομίας περιγενέσθαι; Ἕως μὲν γὰρ ὑμᾶς ἔχει ἡ Ἐκκλησία, ὡς ἰδίοις στηρίγμασιν ἐπαναπαύεται· ἐὰν δέ τι περὶ τῆς ὑμετέρας ζωῆς ὁ Κύριος οἰκονομήσῃ, τίνας δύναμαι (52) ὁμοτίμους ἐντεῦθεν ὑμῖν εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἀδελφῶν ἐκπέμπειν; Ὅπερ σὺ (53) ἐπεζήτησας διὰ τῶν γραμμάτων, καλῶς ποιῶν καὶ ἐμφρόνως, βουλόμενος ζῶν ἰδεῖν τὸν μετὰ σὲ μέλλοντα κυβερνᾶν τὸ ἐκλεκτὸν ποίμνιον τοῦ Κυρίου· ὃ καὶ ὁ μακάριος Μωϋσῆς καὶ ἐπεθύμησε καὶ εἶδεν· ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ τόπος μέγας καὶ περιβόητος, καὶ τὸ σὸν ἔργον παρὰ πολλοῖς ὀνομαστόν, καὶ οἱ καιροὶ χαλεποί, μεγάλου χρείαν ἔχοντες

* Alias XLIX. Scripta anno 371, aut 372 ineunte.
** Alias CCCXIX. Scripta anno 372.

(48) *Ὃς καὶ... πιστεύῃ.* Coisl. primus et Med. ὡς καὶ... πιστεύειν.

(49) *Μὴ ἀνῇς.* Sic magno consensu mss. et editio Hagan. At Parisiensis μὴ ἀποκνῇς. Paulo post editi εἰ εἴδῃς. Coisl. primus et tres alii ut in textu.

(50) *Ἑαυτοῖς.* Ita iidem mss. Editi αὐτοῖς. Ibidem editi ἐθλίβομεν. Mss. septem et editio Haganoensis ἐθλίβημεν.

51) *Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ.* Postrema vox addita ex quinque mss. Addit Clarom. Ῥώμης, sed prorsus absurde.

(52) *Δύναμαι.* Ita mss. omnes. Editi δύνατα.

D Paulo post editi τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν. Sed deest αὐτοῦ in omnibus mss.

(53) *Ὅπερ σύ.* Difficilis et subobscura hæc verborum complexio, tum quia longior est, tum quia superfluum videtur illud οὖν, quod legitur post ἐπεί. Lucem afferre conatus sum adhibita parenthesi in interpretatione. Quamvis autem hoc Innocentii consilium cum canonibus minus consentiat, illud tamen Basilius etiam atque etiam probat et laudat. Neque id mirum videri debet. Nam temporum molestiæ et impendentia ab Arianis pericula necessitatem afferebant de canonum severitate remittendi.

Digitized by Google

κυβερνήτου, διὰ τὰς συνεχεῖς ζάλας καὶ τοὺς ἐπανισταμένους κλύδωνας τῇ Ἐκκλησίᾳ· οὐκ ἐνόμισα ἀσφαλὲς εἶναι τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἀφωσιωμένως τῷ πράγματι χρήσασθαι· μάλιστα μεμνημένος ὧν ἔγραψας, ὅτι μέλλεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἀντικαθίστασθαί μοι, δικαζόμενος πρός με ὑπὲρ τῆς ἀμελείας τῶν Ἐκκλησιῶν. Ἵνα οὖν μὴ εἰσέλθω εἰς κρίσιν μετὰ σοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον κοινωνόν σε εὕρω (54) τῆς ἀπολογίας μου, τῆς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, περιβλεψάμενος ἐν τῷ συνεδρίῳ τοῦ πρεσβυτερίου τοῦ κατὰ τὴν πόλιν, ἐξελεξάμην τὸ τιμιώτατον (55) σκεῦος, τὸν ἔγγονον τοῦ μακαρίου Ἑρμογένους, τοῦ τὴν μεγάλην καὶ ἄῤῥητον (56) πίστιν γράψαντος ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ· πρεσβύτερον τῆς Ἐκκλησίας ἐκ πολλῶν ἤδη ἐτῶν, εὐσταθῆ τὸν τρόπον, ἔμπειρον κανόνων, ἀκριβῆ τὴν πίστιν, ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ ἀσκήσει μέχρι (57) νῦν διάγοντα· εἰ καὶ ὅτι τὸ εὔτονον αὐτοῦ τῆς σκληραγωγίας λοιπὸν κατεδαπάνησε (58) τὴν σάρκα· πτωχὸν, καὶ μηδένα πορισμὸν (59) ἔχοντα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μηδὲ ἄρτου αὐτὸν εὐπορεῖν, ἀλλὰ διὰ τῶν χειρῶν ἐκπλέκειν τὸν βίον μετὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν συνόντων αὐτῷ. Τοῦτον ἐμοὶ βουλητόν ἐστιν ἀποστεῖλαι. Εἰ οὖν καὶ αὐτὸς τοιούτου χρῄζεις ἀνδρὸς, ἀλλὰ μὴ αὐτὸ τοῦτο νεωτέρου (60) τινὸς ἐπιτηδείου μόνον πρὸς τὸ πέμπεσθαι καὶ τὰς βιωτικὰς ἐξανύειν χρείας, ταχύ μοι διὰ πρώτης ἀφορμῆς ἐπιστεῖλαι καταξίωσον, ἵνα πέμψω σοι τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐκλεκτὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ πράγματι ἐπιτήδειον, αἰδέσιμον τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Ὃν ἠδυνάμην καὶ εὐθὺς ἐκπέμψαι· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς προλαβὼν ἐπεζήτησας ἄνθρωπον, τὰ μὲν ἄλλα καλὸν καὶ ἀγαπητὸν ἡμῖν, τοῦ δὲ προειρημένου ἀνδρὸς παραπολὺ ἀποδέοντα, ἠβουλήθην σοὶ φανερὰν γενέσθαι (61) τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην· ἵν', εἰ χρῄζεις ἀνδρὸς τοιούτου, ἢ ἐκπέμψῃς τινὰ τῶν ἀδελφῶν τὸν συμπαραλῃψόμενον αὐτὸν περὶ τὰς νηστείας, ἢ ἐπιστείλῃς ἡμῖν, ἐὰν μηδένα (62) ἔχῃς τὸν δυνάμενον τῆς μέχρις ἡμῶν ὁδοιπορίας τὸν κάματον ὑποστῆναι.

A nuas procellas, et insurgentes in Ecclesiam fluctus; tutum animæ meæ esse non putavi rem perfunctorie tractare; maxime cum habeam in memoria quod scripsisti, te mihi coram Domino adversaturum, lites ob Ecclesiarum incuriam intendentem. Ne igitur tecum in judicium veniam, sed potius socium te reperiam meæ apud Christum defensionis; circumspiciens in presbyterii urbis consessu, elegi pretiosissimum vas, alumnum beati Hermogenis, qui magnam illam atque insuperabilem fidem scripsit in magna synodo; presbyterum Ecclesiæ a multis jam annis, gravibus ac constantibus moribus præditum, peritum canonum, hominem accuratæ fidei, in continenti et ascetico instituto hactenus degentem, etsi illius jam carnem consumpsit austerioris vitæ rigor : pauperem ac nullos in hoc mundo reditus possidentem, adeo ut ne panis quidem copia ipsi suppetat, sed manuum labore una cum fratribus, qui cum eo sunt, victum sibi comparet. Hunc libet mittere. Si igitur viro tali indiges, non vero juniore aliquo, ad hoc tantum idoneo ut mittatur, ac negotia peragat exteriora; cito ad me prima occasione oblata scribere ne graveris, ut hunc tibi virum mittam, electum Dei, et huic rei aptum, reverendum adeuntibus, et in mansuetudine adversantes erudientem. Quem statim etiam poteram mittere : sed quia ipse prior efflagitasti hominem, cætera quidem probum ac nobis dilectum, sed nominato viro longe inferiorem; tibi meam ipsius sententiam notam esse ac perspectam volui : ut si indiges ejusmodi viro, aut unum aliquem ex fratribus mittas, qui ipsum circa jejunia assumat : aut mihi scribas, si neminem habes qui ad nos usque itineris laborem perferre possit

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΒ'. 175 EPISTOLA LXXXII'.

Confugit ad Athanasium in summis Ecclesiæ malis, et rogat ut communem epistolam scribat pluribus episcopis ejus communionem appetentibus, sed initium ab eo fieri volentibus : aut si suspecti sint episcopi, eam ad se mittat : non prius se illam traditurum, quam responsa ab episcopis acceperit.

Ἀθανασίῳ, ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. *Athanasio, episcopo Alexandriæ.*

Ὅταν μὲν πρὸς τὰ πράγματα ἀποβλέψωμεν (63), καὶ τὰς δυσκολίας κατίδωμεν, ὑφ' ὧν πᾶσα ἀγαθὴ

Cum quidem ad res ipsas respicimus, intuemurque difficultates quibus boni quælibet effectio quo-

(54) *Εὕρω.* Ita tres vetustissimi codices Med., Coisl. et Harl. cum Clarom. Editi ἔξω. Paulo post deest τοῦ πρεσβυτερίου in Vat., Coisl. secundo et Reg. secundo. et Bigot. altero.

(55) *Τὸ τιμιώτατον.* Harl., Med. et Clarom. τὸ τίμιον. Ibidem male in editis ἔγγονον, unus codex antiquus τὸ ἔκγονον. Med. ἄνδρα ἔκγονον. Vocatur ille presbyter Hermogenis alumnus, quia ab eo ordinatus fuerat. Unde Basilius in epist. 237 Εὐΐππίου τέκνα καὶ Εὐΐππίου ἔκγονα vocat episcopos ab Euippio ordinatos.

(56) *Ἄῤῥητον.* Coisl. primus, Harl. et Clarom., ἀῤῥήτων, *inenarrabilem.*

(57) *Μέχρι.* Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(58) *Κατεδαπάνησε.* Coisl. primus, Harl. et Clarom. κατεδάμασε.

(59) *Πορισμόν.* Harl., Med. et Clarom. παρισπασμόν. Legitur πορισμόν ad marginem in Med. eadem manu.

(60) *Αὐτὸ τοῦτο νεωτέρου.* Coisl. primus αὐτονεωτέρου. Ibidem deest μόνον in Reg. utroque, Vat., Coisl. secundo et altero Bigot.

(61) *Σοὶ φανερὰν γενέσθαι.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus, et Clarom. Editi φανερὰν καταστῆσαί σοι. Mox editio prima Paris. ἐκπέμψεις. Secunda et mss. ἐκπέμψῃς.

(62) *Ἐὰν μηδένα.* Ita Med., Vat., Paris., Reg. secundus et Coisl. secundus. Contra editi ἐάν τινα.

(63) *Ἀποβλέψωμεν.* Quatuor mss. non antiquissimi βλέψωμεν. Mox editi πᾶσα ἀγαθοῦ. Tres vetustissimi codices Harl., Coisl., Med. ut in textu.

* Alias LI. Scripta anno 371 exeunte, aut 372 ineunte.

Digitized by Google

dam quasi vinculo impedita detinetur, tum vero in summam de nobis ipsis desperationem venimus; sed cum rursus in tuam gravitatem conjicimus oculos, cogitamusque te medicum morborum, quibus Ecclesiæ laborant, a Domino nostro reservatum; animos resumimus, et ex desperatione, in quam lapsi fueramus, ad spem erigimur meliorum. Dissoluta est Ecclesia omnis, quemadmodum neque prudentia tua ignorat. Ac vides prorsus ex mentis contemplatione, velut ex alta quadam specula, quæ ubique gerantur : quomodo velut in pelago, multis simul navigantibus, fluctus violentia omnes simul inter se collidantur; fiatque naufragium, partim ob externam causam mare violenter exagitantem, partim ob navigantium sibi mutuo obstantium ac se impellentium perturbationem. Satis est in hac similitudine sermonem concludere, cum nec sapientia tua quidquam amplius requirat, nec rerum status det nobis dicendi libertatem. Ad hæc autem quis idoneus gubernator? quis fide dignus, qui Dominum excitet, ut increpet ventos et mare? Quis alius quam qui a puero pro pietate in certaminibus dimicavit? Quoniam igitur vere nunc propendet quidquid inter nos circa fidem sanum est, ad eorum, qui idem sentiunt, communionem atque unitatem, fidenter patientiam tuam rogatum venimus, ut nobis omnibus scribas epistolam unam, quæ quid agendum sit admoneat. Sic enim volunt a te initium sibi fieri colloquiorum ad communionem pertinentium. Sed quia fortasse suspecti videntur tibi ob memoriam præteritorum, hoc velim, facias, Pater religiosissime, epistolas ad episcopos mihi mitte, aut per aliquem eorum quibus istic fidem habes, aut etiam per fratrem Dorotheum condiaconum nostrum, quas cum accepero non prius dabo, quam ab eis responsa accepero; sin minus, *Peccator ero in te omnibus diebus vitæ meæ* [8]. Hoc profecto majorem metum incutere non debuit ei, qui id primus dixit ad patrem, quam nunc mihi ad te patrem spiritualem dicenti. Quod si hoc omnino apud te desperatum est; saltem nos in hoc ministerio crimine libera, qui sine dolo et artificio, pacis studio et mutuæ inter nos, qui de **176** Domino idem sentimus, conjunctionis, ad hoc legati et interpretis munus accessimus.

ἐνέργεια οἷον ὑπό τινος δεσμοῦ ἐμποδιζομένη κατέχεται, εἰς ἀπόγνωσιν ἑαυτῶν ἐρχόμεθα παντελῆ· ὅταν δὲ πάλιν πρὸς τὴν σὴν ἀπίδωμεν σεμνοπρέπειαν, καὶ λογισώμεθα, ὅτι σὲ ἰατρὸν τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀῤῥωστημάτων ὁ Κύριος ἡμῶν ἐταμιεύσατο· ἀναλαμβάνομεν ἑαυτῶν τοὺς λογισμούς, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἀπόγνωσιν πτώματος πρὸς τὴν ἐλπίδα (64) τῶν χρηστοτέρων διανιστάμεθα. Λέλυται πᾶσα Ἐκκλησία, ὡς οὐδὲ ἡ σὴ φρόνησις ἀγνοεῖ. Καὶ ὁρᾷς πάντως τὰ ἐκασταχοῦ, οἷον ἀφ' ὑψηλῆς τινος σκοπιᾶς τῆς τοῦ νοῦ θεωρίας· ὅπως, καθάπερ ἐν πελάγει, πολλῶν ὁμοῦ συμπλεόντων, ὑπὸ τῆς βίας τοῦ κλύδωνος πάντες ὁμοῦ (65) ἀλλήλοις προσρήγνυνται· καὶ γίνεται τὸ ναυάγιον, πῇ μὲν ἐκ τῆς ἔξωθεν αἰτίας βιαίως κινούσης τὴν θάλατταν, πῇ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἐμπλεόντων (66) ταραχῆς ἀντιβαινόντων ἀλλήλοις καὶ διωθουμένων. Ἀρκεῖ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐᾶσαι τὸν λόγον, οὔτε τῆς σῆς σοφίας ἐπιζητούσης τι πλέον, οὔτε τῆς καταστάσεως ἐπιτρεπούσης ἡμῖν τὴν παῤῥησίαν. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς κυβερνήτης; τίς ἀξιόπιστος διαναστῆσαι τὸν Κύριον ἐπιτιμῆσαι τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ; Τίς ἕτερος ἢ ὁ ἐκ παιδὸς τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐναθλήσας ἀγῶσιν; Ἐπεὶ οὖν ὥρμηται νῦν γνησίως πᾶν τὸ περὶ ἡμᾶς ὑγιαῖνον κατὰ τὴν πίστιν εἰς τὴν πρὸς τοὺς ὁμοδόξους κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν, θαῤῥοῦντως (67) ἤλθομεν εἰς τὴν παράκλησίν σου τῆς ἀνεξικακίας, ἐπιστεῖλαι πᾶσιν ἡμῖν ἐπιστολὴν μίαν, παραίνεσιν ἔχουσαν τῶν πρακτέων. Οὕτω γὰρ βούλονται παρὰ σοῦ τὴν ἀρχὴν ὑπάρξαι αὐτοῖς τῶν κοινωνικῶν διαλέξεων. Ἐπειδὴ δὲ ἴσως ὕποπτοι καταφαίνονταί (68) σοι τῇ μνήμῃ τῶν παρελθόντων, ἐκεῖνο ποίησον, θεοφιλέστατε Πάτερ· ἐμοὶ τὰς πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολὰς διάπεμψαι ἢ διά τινος τῶν αὐτόθεν πιστῶν, ἢ καὶ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ Δωροθέου τοῦ συνδιακόνου ἡμῶν, ἃς ὑποδεξάμενος οὐ πρότερον δώσω, μὴ λαβὼν (69) τὰς παρ' αὐτῶν ἀποκρίσεις· ἐὰν δὲ μὴ (70), *Ἡμαρτηκὼς ἔσομαι εἰς σὲ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.* Πάντως δὲ οὐ πλείονος (71) ἄξιον φόβου τοῦτο τῷ ἐξ ἀρχῆς εἰπόντι πρὸς τὸν πατέρα ἢ ἐμοὶ νῦν πρὸς σὲ τὸν πνευματικὸν πατέρα λέγοντι. Εἰ δὲ τοῦτο παντὶ τρόπῳ ἀπηγόρευται παρὰ σοί, ἀλλ' ἡμᾶς γε τῆς ἐπὶ τῇ διακονίᾳ αἰτίας ἄφες, ἀδόλως καὶ ἀκατασκεύως, ἐπιθυμίᾳ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συναφείας τῶν ὁμονοούντων εἰς τὰ πρὸς τὸν Κύριον, ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ταύτην καὶ μεσιτείαν ἀφικομένους.

Genes. XLIII, 10.

(64) *Πρὸς τὴν ἐλπίδα.* Vaticanus, Reg. uterque et Coisl. secundus τῇ ἐλπίδι. Ibidem Reg. secundus et Coisl. secundus ἐκ τοῦ ἀπογνώσεως πτώματος.

(65) *Πάντες ὁμοῦ.* Deest ultima vox in quinque mss., non tamen in vetustissimis. Paulo post editi βεβαίως κινούσης. Sex mss. ut in textu. Instituta hic comparatio uberius multo pertractatur in capite ultimo libri *De Spiritu sancto.*

(66) *Τῶν ἐμπλεόντων.* Coisl. primus et Harl. τῶν πλεόντων.

(67) *Θαῤῥοῦντως.* Ita Coisl. primus et Reg. primus, cum Med. et Harl. Editi θαῤῥοῦντες, excepta editione Haganoensi, quæ habet θαῤῥοῦντας.

(68) *Καταφαίνονται.* Sic Harl. et Vat. cum tribus aliis. Editi καταφανήσονται. Paulo post editi ἀδελφοῦ ἡμῶν, sed deest pronomen in mss. Ibidem Harl. et Coisl. primus τῶν αὐτόθι.

(69) *Μὴ λαβών.* Ita mss. septem. Editi ἢ λαβών.

(70) *Ἐὰν δὲ μή.* Deest ultima vocula in duobus mss.

(71) *Οὐ πλείονος.* Ita sex mss. Editi οὐδὲ πλείονος.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΓ'.

EPISTOLA LXXXIII'.

Censitorem hortatur Basilius, ut miseræ Cappadociæ calamitates suoievet, eique commenaat unus ex amicis suis possessionem quamdam, quæ circa Chamanenem sita erat, et tributis premebatur.

Κηνσίτορι.

Ἐμοὶ πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν συνήθεια μὲν καὶ ἡ κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχία πάνυ βραχεῖα γέγονε· γνῶσις δὲ ἡ ἐξ ἀκοῆς, δι' ἧς πολλοῖς συναπτόμεθα τῶν ἐπιφανῶν, οὐκ ὀλίγη τε, οὐδὲ εὐκαταφρόνητος. Εἰ δὲ καὶ σοί τις ἐκ τῆς φήμης περὶ ἡμῶν ὑπάρχει λόγος, αὐτὸς ἂν εἰδείης ἄμεινον. Τὸ δ' οὖν σὸν παρ' ἡμῖν τοιοῦτόν ἐστιν οἷον εἴπομεν (72). Ἐπειδὴ δὲ ἐκάλεσέ σε ὁ Θεὸς εἰς πρᾶγμα φιλανθρωπίας ἐπίδειξιν ἔχον, δι' οὗ δυνατόν ἐστι διορθωθῆναι ἡμῶν τὴν πατρίδα παντελῶς ἐδαφισθεῖσαν, ἡγοῦμαι πρέπειν μοι ὑπομνῆσαί σου τὴν χρηστότητα, ἵνα ἐπ' ἐλπίδι τῆς παρὰ Θεοῦ ἀνταποδόσεως τοιοῦτον σεαυτὸν καταξιώσῃς πάρασχέσθαι, ὥστε ἀθανάτου μὲν τῆς μνήμης ἀξιοῦσθαι, γενέσθαι δὲ αἰωνίων ἀναπαύσεων κληρονόμον, ἐκ τοῦ ἐλαφροτέρας ποιῆσαι τοῖς καταπονουμένοις τὰς θλίψεις. Ἐπειδὴ δὲ κἀμοί τίς ἐστι κτῆσις περὶ Χαμανηνὴν (73), ἀξιῶ σε προστῆναι αὐτῆς, ὡς οἰκείας. Μὴ θαυμάζῃς δὲ, εἰ ἐμαυτοῦ λέγω τὰ τῶν φίλων, μετὰ τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ φιλίαν πεπαιδευμένος, καὶ μεμνημένος τοῦ σοφῶς εἰπόντος, *ἄλλον ἑαυτὸν εἶναι τὸν φίλον*. Τὴν τοίνυν κτῆσιν τὴν διαφέρουσαν τῷδε, ταύτην ὡς ἐμαυτοῦ παρατίθεμαί τῇ τιμιότητί σου· καὶ παρακαλῶ, ἐπισκεψάμενον τὰ τῆς οἰκίας δυσχερῆ, δοῦναι αὐτοῖς καὶ τῶν παρελθόντων χρόνων παραμυθίαν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον αἱρετὴν αὐτοῖς κατασκευάσαι τὴν οἴκησιν, τὴν φευκτὴν καὶ ἀπηγορευμένην διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιμειμένης αὐτῇ συντελείας. Σπουδάσω δὲ καὶ αὐτὸς περιτυχών σου τῇ κοσμιότητι ἐντελέστερον περὶ ἑκάστου διαλεχθῆναι.

Censitori.

Mihi quidem consuetudo cum tua nobilitate et coram congressus brevis admodum exstitit : sed accepta ex auditu cognitio, qua multis viris insignibus conjungimur, nec exigua, nec contemnenda. An vero et apud te ex fama in aliquo numero sumus, ipse melius noveris. Tua quidem existimatio talis apud nos est, qualem diximus. Quoniam autem vocavit te Deus ad munus humanitati demonstrandæ idoneum, per quod potes patriam nostram omnino solo æquatam instaurare ; decere me arbitror tuam bonitatem admonere, ut spe divinæ remunerationis talem te exhibere velis, ut immortalem memoriam consequaris, et requiei æternæ hæres evadas ob allevatas calamitosis ærumnas. Cum autem et mihi quædam sit circa Chamanenem possessio, eam æque ac tuam tuearis rogo. Nec mireris si mea dicam, quæ sunt amicorum ; nam cum reliquis virtutibus et amicitiam didici, ac memini illius qui sapienter dixit, *amicum esse alterum seipsum*. Hanc igitur possessionem, quæ ad illum pertinet, velut meam tuæ dignitati commendo ; ac rogo, ut considerans domus molestias, des illis et præteritorum temporum consolationem et in futurum optabilem ei habitationem istam reddas, quæ ob tributorum et impositorum multitudinem fugienda est et desperata. Sed et ipse operam dabo, ut cum tua urbanitate conveniens de singulis plenius disseram.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΔ'.

EPISTOLA LXXXIV".

Præsidem Cappadociæ, quem Etiam esse credimus perhonorifice salutat Basilius, ejusque factum reprehendit, quod dum senis cujusdam nepotem annos quatuor natum curiæ addixit, ipsum senem in nepote rursus ad munera publica pro traxerit. Pluribus probat mutandum esse quod decretum inique fuerat.

Ἡγεμόνι.

1. Σχεδὸν μὲν ἄπιστόν ἐστιν ὃ μέλλω γράφειν, γεγράφεται δὲ τῆς ἀληθείας ἕνεκεν· ὅτι, πᾶσαν ἔχων ἐπιθυμίαν, ὡς οἷόν τε ἦν, πυκνότατα διαλέγεσθαί σου τῇ καλοκἀγαθίᾳ, ἐπειδὴ εὗρον ταύτην γραμμάτων τὴν ἀφορμὴν, οὐκ ἐπέδραμον τῷ ἐρμαίῳ, ἀλλ' ἀπώκνησα καὶ ἀνεδύην. Τὸ οὖν παράδοξον ἐν τούτῳ, ὅτι ἅπερ ηὐχόμην ὑπάρξαι (74), ταῦτα γενόμενα οὐκ ἐδεχόμην. Αἴτιον δὲ, ὅτι αἰσχύνομαι δοκεῖν μὴ φιλίας γε ἕνεκεν καθαρῶς, ἀλλὰ χρείαν τινὰ θεραπεύων ἑκάστοτε γράφειν. Ἀλλά με ἐκεῖνο εἰσῆλθεν (ὃ καὶ σὲ βούλομαι διανοηθέντα, μήτοι νομίζειν ἡμᾶς ἐμπορικῶς μᾶλλον ἢ φιλικῶς ποιεῖσθαι τὰς διαλέξεις), ὅτι χρή τι διάφορον ἔχειν τὰς τῶν ἀρχόντων προσρήσεις παρὰ τοὺς ἰδιώτας. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἐντευκτέον ἡμῖν ἰατρῷ τε ἀνδρὶ καὶ τῷ τυ-

Præsidi.

1. Fere incredibile est quod scripturus sum scribetur tamen veritatis causa. Etsi cupiditate omni tenebar, quam possem sæpissime cum tua probitate colloquendi ; postquam tamen hanc litterarum occasionem nactus sum, non accurri ad lucrum, sed hæsitavi ac me retraxi. Illud itaque ea in re mirabile est, quod quæ contingere cupiebam, ea ubi contigere, non sum amplexus. Hoc autem fuit causæ, quod puderet me videri non puræ amicitiæ causa, sed aliquid utilitatis aucupantem subinde scribere. Sed illud mihi in mentem venit (quod et tu considerans velim existimes me non quæstus magis quam amicitiæ causa in colloquium venire), **177** aliter præsides alloqui decere ac privatos. Non enim nobis eodem modo

(72) *Εἴπομεν*. Sic ope codicis Claromontani mutavimus quod erat in editis, εἴποιμεν.

(73) *Χαμανηνήν*. Medicæus μηχανὴν. Paulo post Coisl. primus μὴ θαυμάσῃς

(74) *Ὑπάρξαι*. Coisl. primus et Med. ὑπάρξειν.

* Alias CCCCXXVII. Scripta anno 372.

** Alias CCCLXXXIX. Scripta anno 372.

Digitized by Google

adeundus est medicus ac plebeius; neque etiam præses eodem modo ac privatus : sed danda est opera, ut hujus arte, illius auctoritate ad nostros usus perfruamur. Quemadmodum enim ad solem ambulantes, velint nolint, umbra omnino sequitur : ita et cum magistratibus colloquia quæstus quidam comitatur, levamen afflictorum. Primam igitur epistolæ causam adimpleat ipsa magnanimitatis tuæ salutatio; quod ipsum, etiamsi nullum aliud scribendi argumentum suppeteret, causam æquam esse putandum est. Saluteris igitur a nobis, vir optime, ac omni hominum generi custodiaris, præfecturas ex præfecturis gerens, et alios atque alios tua administratione adjuvans. Id enim et mihi facere mos est, et tibi debetur ab iis, qui vel tantillum tuam in administranda provincia virtutem experti sunt.

2. Post votum illud, meam quoque pro misero sene precationem excipe, quem diploma regium muneribus publicis exemit; vel potius cui et ipsa ante regem senectus immunitatem necessariam dederat. Confirmasti et ipse beneficium regis, naturam reveritus, et publicis rebus providens, ut mihi videtur, ne quod periculum, homine propter ætatem desipiente, in rem publicam invehereretur. Quomodo autem illum, vir admirande, alia rursus via imprudens in media negotia protraxisti? Quod enim illius nepotem nondum annos quatuor natum curiæ addixisti, quid aliud est quam senem in nepote rursus de integro ad publica munera pertrahere? Nunc autem rogo ætatis utriusque miserearis, et utrumque liberes ob ea quæ insunt utrique miseratione digna. Alter quidem parentes non vidit, nec cognovit, sed per alienas manus in hanc vitam ingressus est, statim a cunabulis parente utroque orbatus; alter vero tandiu in vita reservatus est, ut nullum calamitatis genus effugeret. Vidit enim filii mortem immaturam; vidit et domum successoribus destitutam : videbit autem nunc, nisi quid tua humanitate dignum cogites, solamen orbitatis in occasionem sibi innumerabilium malorum converti. Non enim puerulus in curalium album ascribetur, aut tributa colliget, aut militibus annonam suppeditabit : sed rursus necesse miseri senis canitiem dedecorari. Concede igitur gratiam et legibus consentaneam, et naturæ congruentem : jubens ut alteri quidem usque ad virilem ætatem concedatur, alter autem in lecto mortem exspectet. Continua autem negotia et ineluctabilem necessitatem alii excusent. Neque enim tui moris est aut calamitosos spernere, aut leges parvi facere, aut amicis non cedere supplicantibus, etiamsi te ab hominibus circumsteterint negotia.

A χόντι· οὔτε ἄρχοντι δηλονότι καὶ ἰδιώτῃ· ἀλλὰ πειρατέον τοῦ μὲν ἐκ τῆς τέχνης, τοῦ δὲ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ἀπολαύειν εἰς τὰ ἡμέτερα. Ὥσπερ οὖν τοῖς ἐν ἡλίῳ βαδίζουσιν ἕπεται πάντως ἡ σκιὰ, κἂν αὐτοὶ μὴ προέλωνται· οὕτω καὶ ταῖς πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὁμιλίαις ἀκολουθεῖ τι καὶ παρεμπόρευμα, ἡ τῶν καμνόντων βοήθεια. Τὴν μὲν οὖν πρώτην αἰτίαν τῆς ἐπιστολῆς πληρούτω αὐτὸ τὸ προσειπεῖν σου τὴν μεγαλόνοιαν· ὃ, κἂν μηδεμία πρόφασις τῷ γράφειν (75) προσῇ, ἀγαθὸν κεφάλαιον αὐτὸ χρὴ νομίζεσθαι. Προσείρησο (76) τοίνυν ἡμῖν, ὦ ἄριστε, καὶ φυλάττοιο τῷ βίῳ παντὶ, ἀρχὰς ἐξ ἀρχῶν ἀμείβων, καὶ ἄλλοτε ἄλλους ταῖς ἐπιστασίαις εὐεργετῶν. Τοῦτο γὰρ ἐμοί τε ποιεῖν σύνηθες, καὶ σοὶ ὀφειλόμενον παρὰ τῶν καὶ κατὰ μικρὸν πεπειραμένων τῆς περὶ τὸ ἄρχειν σου ἀρετῆς. B

2. Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν, δέξαι καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀθλίου γέροντος ἱκεσίαν, ὃν ἀφῆκε μὲν τῶν δημοσίων γράμμα βασιλικόν· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ βασιλέως αὐτὸ τὸ γῆρας ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν. Ἐβεβαίωσας δὲ καὶ αὐτὸς τὴν ἄνωθεν χάριν αἰδοῖ τῆς φύσεως, καὶ προμηθείᾳ τῶν δημοσίων, ἐμοὶ δοκεῖν, ὡς ἂν μὴ ἀνθρώπῳ παρανοοῦντι διὰ τὸν χρόνον κινδυνεύοι (77) τι τῶν κοινῶν. Δι' ἑτέρας δὲ ὁδοῦ πάλιν πῶς αὐτὸν ἔλαθες, ὦ θαυμάσιε, παραγαγὼν εἰς τὸ μέσον; Τὸν γὰρ υἱδοῦν (78) αὐτοῦ, οὔπω τέταρτον ἔτος ἀπὸ γενέσεως ἄγοντα, κελεύσας τοῦ βουλευτηρίου μετέχειν, τί ἄλλο καὶ οὐχὶ τὸν πρεσβύτην διὰ τοῦ ἐκγόνου πάλιν ἐξ ἀρχῆς παράγεις εἰς τὰ δημόσια; Ἀλλὰ νῦν ἱκετεύομεν ἀμφοτέρων σε λαβεῖν εὖν ἡλικιῶν οἶκτον, καὶ ἀμφοτέρους ἀνεῖναι διὰ τὰ προσόντα ἑκατέρῳ ἐλεεινά. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ εἶδε (79) γονέας, οὐδ' ἐγνώρισε, ἀλλὰ δι' ἀλλοτρίων χειρῶν εἰς τὸν βίον τοῦτον εἰσῆλθεν, εὐθὺς ἐκ σπαργάνων ἀμφοτέρων ὀρφανισθείς· ὁ δὲ τοσοῦτον ἐταμιεύθη τῷ βίῳ, ὡς μηδὲν αὐτὸν εἶδος συμφορᾶς παρελθεῖν. Ἐπεῖδε μὲν γὰρ υἱοῦ τελευτὴν ἄωρον· εἶδε δὲ οἶκον ἔρημον διαδόχων· ὄψεται δὲ νῦν, ἐὰν μή τι αὐτὸς ἄξιον τῆς σεαυτοῦ φιλανθρωπίας διανοηθῇς, τὴν παραμυθίαν τῆς ἀπαιδίας, ταύτην ἀφορμὴν αὐτῷ μυρίων γενησομένην κακῶν. Οὐ γὰρ δήπου τὸ παιδίον εἰς βουλευτὰς συντελέσει, ἢ ἐκλέξει τὰς εἰσφορὰς, ἢ στρατιώταις χορηγήσει τὸ σιτηρέσιον· ἀλλ' ἀνάγκη πάλιν τοῦ ἀθλίου γέρον- D τος τὴν πολιὰν καταισχύνεσθαι. Δὸς οὖν χάριν καὶ τοῖς νόμοις ἀκόλουθον, καὶ τῇ φύσει συμβαίνουσαν· τῷ μὲν προστάξας μέχρι τῆς τῶν ἀνδρῶν ἡλικίας συγχωρηθῆναι, τὸν δὲ ἐπὶ τῆς κλίνης ἀναμένειν τὸν θάνατον. Πραγμάτων δὲ συνέχειαν καὶ τὸ τῆς ἀνάγκης ἀπαραίτητον ἄλλοι προβαλλέσθωσαν. Οὐ γὰρ δὴ τοῦ σοῦ τρόπου ἢ κακῶς πράττοντας περιιδεῖν, ἢ νόμων ὀλιγωρῆσαι, ἢ φίλοις μὴ εἶξαι καθικετεύουσι, κἂν τὰ ἐξ ἀνθρώπων σε περιεστήκει (80) πράγματα.

(75) *Τῷ γράφειν.* Harl. et Med. τοῦ γράφειν.

(76) *Προσείρησο.* Ita novem mss. Editi προσείποιο.

(77) *Παρανοοῦντι... κινδυνεύοι.* Sic mss. summo consensu. Editi παρανομοῦντι... κινδυνεύῃ.

(78) *Υἱδοῦν.* Sic mss. octo. Editi υἱὸν γοῦν. Paulo post Coisl. primus et Reg. secundus διὰ τοῦ ἐγγόνου.

(79) *Οὐκ εἶδε.* Mss. consentiunt in hac voce. Editi οὐκ οἶδε. Paulo post Coisl. primus ἐπ' ἀμφοτέρων. Harl. et Med. ἀπ' ἀμφοτέρων.

(80) *Περιεστήκει* Sic mss. codices summo consensu. Editi περιέστηκε.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕ'.

178 EPISTOLA LXXXV'.

Quod sæpe et in conventibus et in privatis colloquiis rogaverat Basilius, ut rustici ob vectigalia jurare non cogerentur, idem nunc per litteras obtestatur.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὁρκοῦν (81).

Οὐ παυόμεθα κατὰ πᾶσαν σύνοδον διαμαρτυρόμενοι, καὶ ἰδίᾳ ἐν ταῖς συντυχίαις περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγόμενοι, ὥστε τοὺς ὅρκους ἐπὶ τοῖς δημοσίοις τελέσμασι μὴ ἐπάγεσθαι παρὰ τῶν ἀπαιτητῶν τοῖς ἀγροίκοις. Λειπόμενον ἦν (82) καὶ διὰ τοῦ γράμματος περὶ τῶν αὐτῶν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων διαμαρτύρασθαι, ὅτι προσήκει παύσασθαι ὑμᾶς τὸν θάνατον ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπάγοντας, καὶ ἄλλους ἐπινοῆσαί τινας τρόπους τῶν ἀπαιτήσεων, τὰς δὲ ψυχὰς συγχωρῆσαι τοῖς ἀνθρώποις ἀτρώτους ἔχειν. Ταῦτα πρὸς σὲ γράφομεν, οὐχ ὡς σοῦ δεομένου τῆς ἐκ τῶν λόγων παρακλήσεως (οἰκοθεν γὰρ ἔχεις τὰς περὶ τὸ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον (83) ἀφορμὰς), ἀλλ' ἵνα διὰ σοῦ πάντες οἱ ἀνεχόμενοί σου διδαχθῶσι μὴ παροργίζειν τὸν Ἅγιον, μηδὲ ἀπηγορευμένον πρᾶγμα τῇ πονηρᾷ συνηθείᾳ εἰς ἀδιαφορίαν κατάγειν. Καὶ γὰρ οὔτε ὄφελός τι αὐτοῖς πρὸς τὰς ἀπαιτήσεις ἐκ τῶν ὅρκων ἐστὶ, καὶ ὁμολογούμενον κακὸν τῇ ψυχῇ προσλαμβάνουσιν. Ἐπειδὰν γὰρ καταμελετήσωσι (84) τὰς ἐπιορκίας οἱ ἄνθρωποι, οὐκέτι ἑαυτοὺς ἐπείγουσι πρὸς τὴν ἔκτισιν. ἀλλὰ ἀπάτης ὅπλον καὶ ἀναβολῆς ἀφορμὴν ἐξευρῆσθαι αὐτοῖς τὸν ὅρκον οἴονται. Εἴτε οὖν ὀξεῖαν ἐπάγει τὴν ἀνταπόδοσιν τοῖς ἐπιωρκηκόσιν ὁ Κύριος, οὐχ ἕξουσι τοὺς ὑπακούοντας, τῶν ὑπευθύνων ὑπὸ τῆς τιμωρίας ἀναλωθέντων· εἴτε διὰ μακροθυμίας ἀνέχεται ὁ Δεσπότης, ὃ προλαβὼν εἶπον, ὅτι οἱ πεπειραμένοι τῆς ἀνοχῆς τοῦ Κυρίου καταφρονοῦσιν αὐτοῦ τῆς χρηστότητος· μὴ ἀνομείτωσαν διακενῆς, μηδὲ παροξυνέτωσαν ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν Θεόν. Εἴρηται ἡμῖν τὰ ἡμῖν ἐπιβάλλοντα· ὄψονται οἱ ἀπειθοῦντες.

De cavendo jurejurando.

Non desinimus in omni conventu contestari, et privatis in colloquiis idem inculcare, ut rustici ob publica vectigalia ad jusjurandum ab exactoribus non adigantur. Reliquum erat, ut etiam per litteras de iisdem coram Deo et hominibus contestaremur, consentaneum esse, ut mortem hominum animabus inferre desinatis, et aliquos alios exigendi modos excogitetis, ac per vos hominibus liceat animas a vulnere integras habere. Ad te hæc scribimus non quod indigeas, ut te verbis hortemur (habes enim domestica Domini metuendi incitamenta), sed ut per te discant omnes, qui ex te pendent, Sanctum ad iracundiam non provocare, et rem vetitam mala consuetudine indifferentem non facere. Neque enim eis ullo pacto ad exactiones prosunt juramenta : et malum certissimum in animo suscipiunt. Ubi enim homines in perjuriis exercitati fuerint, non amplius solvere properant, sed fraudis instrumentum ac dilationis ansam sibi inventum esse jusjurandum existimant. Sive igitur Dominus celeres pœnas inferat perjuris ; non habebunt qui in jus vocati respondeant consumptis supplicio debitoribus : sive patienti animo eos toleret Dominus, quoniam, ut prius dixi, qui patientiam Domini experti sunt, ipsius contemnunt bonitatem ; ne frustra legem violent, neque in seipsos Dei iram accendant. Dixi quæ debui, videbunt immorigeri.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΣ'.

EPISTOLA LXXXVI".

Petit Basilius ut per quos direptum Dorothei presbyteri frumentum, per eosdem restituatur.

Τῷ ἡγεμόνι (85).

Οἶδα μεγίστην καὶ πρωτην σπουδὴν οὖσαν τῇ τιμιότητί σου πάντα τρόπον (86) χαρίζεσθαι τῷ δικαίῳ· δευτέραν δὲ τὸ καὶ τοὺς φίλους εὐποιεῖν, καὶ τῶν προσφευγόντων τῇ προστασίᾳ τῆς σῆς μεγαλονοίας ἀντιποιεῖσθαι. Πάντα τοίνυν εἰς ταυτὸν συνέδραμεν ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως. Καὶ γὰρ δίκαιόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, ὑπὲρ οὗ τὴν πρεσβείαν ποιούμεθα, καὶ ἡμῖν κεχαρισμένον, οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἀριθμεῖν τοῖς

Præposito.

Scio maximum et primum præstantiæ tuæ studium esse, ut omni ratione juri faveas. Alterum, ut et amicis benefacias, et eos qui ad tuæ magnanimitatis patrocinium confugiunt, tueare. Concurrunt itaque omnia in causa præsenti. Nam et justa res est, pro qua deprecamur ; et nobis pergrata, quos inter tuos amicos numerare dignatus es ; et eis debita, qui constantiæ tuæ auxilium ad inju-

(81) *Περὶ τοῦ μὴ δεῖν.* Verbum ultimum addidimus ex Coisl. primo et Med. Tres alii codices, Harl., Reg. secundus et Coisl. secundus, sic exhibent titulum : Ὥστε παύσασθαι τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας τοὺς ὅρκους τοῖς ὑποτελέσιν ἐπάγοντας· *Ut publicarum pecuniarum exactores desinant in jusjurandum adigere vectigales.*

(82) *Λειπόμενον ἦν.* Reg. secundus Λειπόμενον ἦν οὖν.

(83) *Τὸν Κύριον.* Ita vetusti codices quinque : editi τὸν Θεόν.

(84) *Καταμελετήσωσι.* Editi καταμελήσωσι, quod emendat Harlæanus codex cum tribus aliis.

(85) *Τῷ ἡγεμόνι.* Sic cum editis tres antiquissimi codices Harl., Med. et Coisl. In aliis tribus, nempe Reg. secundo et Bigot., hæc adduntur, παραθετικὴ ὑπὲρ πρεσβυτέρων περὶ καθαρπαγῆς σίτου, *commendatitia pro presbyteris ob frumenti direptionem.* Patet ex epistola sequenti hanc scriptam fuisse ad præpositum pagi, in quo educatus fuerat Basilius, quemque idcirco patriam appellat.

(86) *Πάντα τρόπον.* Editio Paris. κατὰ πάντα τρόπον. Sed præpositio melius deest in sex mss. et in edit. Basil.

* Alias CCCV. Scripta anno 372.

** Alias CLXXIX. Scripta anno 372.

Digitized by Google

rias quas acceperunt propulsandas implorant. Frumentum enim quod duntaxat ad necessarium vitæ usum optatissimus frater Dorotheus habebat, quidam ex iis, **179** quibus rerum publicarum administratio concredita est, in Berisis diripuerunt, sive sua sponte ad hanc violentiam, sive ab aliis inducti. Verum nulla ex parte res culpa caret. Quid enim minus lædit, qui ex se malus est, quam qui aliorum ministrat improbitati? siquidem idem damnum his qui injuria afficiuntur. Petimus igitur, ut per quos hic spoliatus est, ab his frumentum ablatum recipiat, nec eis liceat facinoris culpam in alios rejicere. Quanti autem momenti est rei frumentariæ penuriam effugere, tanti faciemus tuæ magnanimitatis beneficentiam, si eam conferre dignatus fueris

A σεαυτοῦ (87) κατηξίωσας· καὶ ὀφειλόμενον τοῖς τὴν στερρότητά σου εἰς τὴν ὑπὲρ ὧν πεπόνθασι βοήθειαν ἐπικαλουμένοις. Σῖτον γὰρ, ὃν μόνον εἶχε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τοῦ βίου διαγωγὴν ὁ ποθεινότατος ἀδελφὸς Δωρόθεος, διήρπασάν τινες ἐν Βηρίσοις (88), τῶν τὰ δημόσια διοικεῖν πεπιστευμένων, εἴτε ἀφ' ἑαυτῶν ἐλθόντες ἐπὶ τὴν βίαν, εἴτε καὶ ἑτέρων αὐτοῖς ὑποθεμένων. Πλὴν οὐδαμόθεν αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα ἀνέγκλητον. Τί γὰρ ἧττον (89) ἀδικεῖ ὁ οἴκοθεν πονηρὸς ἢ ὁ ἑτέρων κακίᾳ ὑπηρετούμενος; Καὶ τοῖς πεπονθόσιν ἡ ζημία ὁμοία. Τοῦτον ἀξιοῦμεν, δι' ὧν ἁρπρέθη μὲν (90), ἀπολαβεῖν, καὶ μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἐπὶ ἑτέροις τὴν αἰτίαν τῶν τετολμημένων ἀναφέρειν· ὅσου δὲ (91) ἄξιον τὸ τὴν ἐκ τῆς σιτοδείας διαφυγεῖν ἀνάγκην, τοσούτου τὴν χάριν τιμησόμεθα τὴν παρὰ τῆς

B σῆς μεγαλοφυΐας, ἐὰν ἄρα δοῦναι καταξιώσῃς.

EPISTOLA LXXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΖ'.

Eadem de re scribit Basilius ad præsidem, quem Eliam esse credimus.

Sine inscriptione de iisdem rebus.

Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ τῶν αὐτῶν (92).

Miratus sum quomodo te sequestro tantum nefas perpetratum sit in compresbyterum; adeo ut quod unicum habebat sustentandæ vitæ præsidium, id ei ereptum sit. Quod autem gravissimum est illud est, quod qui hoc ausi sunt, facinoris culpam in te transferunt: quem par erat non modo non permittere, sed etiam totis viribus impedire quominus hæc committantur, maxime quidem in quosvis homines: sin minus, saltem contra presbyteros, eosque quotquot idem ac nos sentiunt, ac eamdem pietatis viam ineunt. Itaque, si qua tibi cura est ut me recrees; fac cito quæ acta sunt corrigantur. Potes enim, Dei dono, et hæc et his adhuc majora perficere, quibus consultum volueris. Scripsi autem et ad patriæ Præsidem: ut si sua sponte æqua facere noluerint, judiciorum auctoritate facere cogantur.

Ἐθαύμασα πῶς, σοῦ μεσιτεύοντος, τοσοῦτον ἐτολμήθη κακὸν κατὰ τοῦ συμπρεσβυτέρου (93), ὥστε ἣν μόνην εἶχεν ἀφορμὴν τοῦ βίου, ταύτην διαρπασθῆναι. Καὶ τὸ δεινότατον, ὅτι οἱ τοῦτο τετολμηκότες ἐπὶ σὲ τὴν αἰτίαν ὧν πεποιήκασιν ἀναφέρουσιν· ὃν οὐχ ὅπως (94) ἐπιτρέπειν τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ παντὶ σθένει διακωλύειν ἀκόλουθον ἦν, μάλιστα μὲν κατὰ πάντων· εἰ δ' ἄρα, κατὰ γοῦν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τούτων ὅσοι ἡμῖν ὁμόψυχοι, καὶ τὴν αὐτὴν τῆς εὐσεβείας ὁδὸν πορευόμενοι. Εἴ τι οὖν

C φροντίζεις τοῦ ἀναπαῦσαι ἡμᾶς, ταχέως διορθωθῆναι τὰ γενόμενα ποίησον. Δύνασαι γὰρ σὺν Θεῷ καὶ ταῦτα καὶ ἔτι μείζω τούτων κατορθοῦν, οἷς ἂν ἐθέλῃς (95). Ἐπέστειλα δὲ καὶ τῷ ἄρχοντι τῆς πατρίδος (96), ἵνα, ἐὰν ἀφ' ἑαυτῶν (97) μὴ θελήσωσι ποιῆσαι τὰ δίκαια, ἐκ τῆς κινήσεως τῶν δικαστηρίων ἀναγκασθῶσι ποιῆσαι.

* Alias CCCXC. Scripta anno 372.

(87) *Τοῖς σεαυτοῦ.* Med. et Coisl. primus τοῖς ἑαυτοῦ. Paulo post Coisl. primus et Reg. secundus εἶχεν εἰς τήν, etc.

(88) *Ἐν Βηρίσοις.* Coisl. primus ἐν Βηρίσσοις. Paris. et Bigot. ἐν Κηρίσοις.

(89) *Τί γὰρ ἧττον.* Nulla hoc loco varietas inter editos et manuscriptos codices; sed tamen postulat sententia, ut legamus, Τί γὰρ ἧττον ἀδικεῖ ἢ ὁ οἴκοθεν πονηρὸς, ὁ ἑτέρων κακίᾳ ὑπηρετούμενος; *Quid enim minus lædit quam qui sua sponte malus est, qui aliorum ministrat improbitati?* Occurrit enim Basilius excusationi, qua videbantur auctores injuriæ usuri, si culpam in alios transferre possent. Ibidem editio Paris. Καὶ γὰρ τοῖς. Deest γάρ in septem mss. et edit. Basil.

(90) *Ἁρπρέθη μέν.* Editio Paris. addit ἐξ αὐτῶν τὸ ἀφαιρεθέν, sed hæc desunt in septem mss. et in edit. Basil. in qua legitur, ἁρπρέθη μὴ ἀπολαβεῖν. Ibidem tres mss. ἁρπρέθημεν, *per quos spoliati sumus.*

(91) *Ὅσου δὲ... τοσούτου.* Sic Harl., Med., Coisl. primus cum duobus aliis. Editi ὅσον δὲ..., τοσοῦτον.

(92) *Ὑπὲρ τῶν αὐτῶν.* Hunc titulum desumpsimus ex codicibus Harl., Coisl. secundo et Regic secundo. Habent alii ἐπὶ ἐκδικήσει, *de ultione.* Editi corrupte ἐπὶ οἰκήσει, Coisl. primus ἐπὶ κήσει.

(93) *Συμπρεσβυτέρου.* Med. et Coisl. primus πρεσβυτέρου.

(94) *Ὃν οὐχ ὅπως.* Editi his vocibus præmittunt εἰς. Quæ præpositio legitur etiam in codicibus vetustissimis Coisl. et Med. Sed in his codicibus desunt præcedentia verba ἐπὶ σέ. Harlæanum cum aliis quatuor secutus sum.

(95) *Ἐθέλῃς.* Coisl. primus ἐθέλεις.

(96) *Τῆς πατρίδος.* Patriam suam vocat Basilius locum, in quo educatus fuerat apud aviam suam. Eumdem locum similiter designat supra initio epistolæ 8. Ait in epistola 51 se, cum pluribus in patria timentibus Deum, insolabiliter doluisse, quod Dianius formulæ Constantinopoli allatæ subscripsisset. Hunc autem presbyterum, qui in patria Basilii degebat, non alium esse perspicitur ei presbytero, qui Basilii collactaneus erat, ac domum, in qua Basilius educatus fuerat, certis conditionibus commissam administrabat, ut patet ex epistolis 36 et 37.

(97) *Ἀφ' ἑαυτῶν.* Ita sex mss. Editi ἐφ' ἑαυτῶν. Mox Coisl. primus et Med. διὰ τῆς κινήσεως.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΗ'.

EPISTOLA LXXXVIII*.

Hortatus fuerat Basilius civitatem ad symbolam auri comparatitii, sed cum magistratus plerique essent in agris, postulat a præside, ut vel de auri summa aliquid interim remittat, vel tempus præstitutum proroget.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἀπαιτητῇ χρημάτων.

Sine inscriptione, causa exactoris pecuniarum.

A

Τὴν δυσκολίαν τῆς συγκομιδῆς τοῦ πραγματευτικοῦ χρυσίου (98) πάντων μάλιστα ἡ σὴ τιμιότης κατέμαθε· καὶ τῆς πενίας ἡμῶν οὐδένα μάρτυρα τοιοῦτον ἔχομεν, οἷον σὲ, ὃς ἐκ τῆς μεγάλης φιλανθρωπίας καὶ συνέπαθες ἡμῖν, καὶ συμπεριηνέχθης μέχρι τοῦ παρόντος τὰ δυνατὰ, οὐδαμοῦ τὸ πρᾶον τῆς ἑαυτοῦ τῶν τρόπων καταστάσεως ἐκ τῆς τῶν ἄνωθεν ἐπικειμένων ταραχῆς παρακινήσας. Ἐπεὶ οὖν ὑπολείπεται ἡμῖν ἐκ τοῦ παντὸς σταθμοῦ ὀλίγον ἔτι χρυσίον, καὶ τοῦτο ἀνάγκη ἐκ τοῦ ἐράνου, εἰς ὃν προετρεψάμεθα πᾶσαν τὴν πόλιν, συγκομισθῆναι· παρακαλοῦμέν σου τὴν ἡμερότητα μικρόν τι ἐκτεῖναι ἡμῖν τὴν προθεσμίαν, πρὸς τὸ καὶ τοὺς ἔξω τῆς πόλεως ὑπομνησθῆναι. Ἐν ἀγροῖς γάρ ἐστι τὸ πολὺ τῶν ἐν τέλει, ὡς οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς. Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν παρὰ τοσάσδε λίτρας ἐκπεμφθῆναι, τοσοῦτον γὰρ ἡμῖν ὑπολέλειπται, τοῦτο γενέσθαι παρακαλοῦμέν σε· κἀκεῖνο ἐπαποσταλήσεται ὕστερον· ἐὰν δὲ πᾶσα ἡ ἀνάγκη ἀθρόον αὐτὸ παραπεμφθῆναι τοῖς θησαυροῖς, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἠξιώσαμεν, πλατυτέραν ἡμῖν γενέσθαι τὴν προθεσμίαν.

Quam difficile sit aurum comparatitium cogere, omnium maxime præstantia tua novit: neque ullum paupertatis nostræ testem tam locupletem habemus, quam temetipsum: qui summa humanitate et nostri misertus es, et **180** hactenus, quantum in te fuit, indulgenter nobiscum egisti, nusquam a leni illo morum tuorum statu discedens ob metum eorum, quæ a sublimioribus potestatibus imminebant. Quoniam igitur reliquum est nobis de tota summa paululum auri; ac illud ex symbola, ad quam civitatem universam hortati sumus, necesse est colligi; clementiam tuam rogamus, nobis præstitutum tempus paulisper proroges, ut et qui ab urbe absunt, admoneantur. In agris enim B sunt plerique magistratuum, ut ne ipse quidem ignoras. Quod si ita mitti potest, ut tot libræ desint, tantumdem enim nobis reliquum est, hoc ut fiat, te rogo; et reliquum postea mittetur: sin autem omnino necesse est illud simul transmitti in thesauros; id quod ab initio efflagitavi, ut tempus indictum nobis producas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΘ'

EPISTOLA LXXXIX**.

Litteris solatur Basilius desiderium videndi Meletii, eumque per Dorotheum obtestatur ut pro se oret, et si ad Occidentales scribendum sit, litteras dictet: se enim jam scripsisse per Sabinum, sed tanquam a synodo mittendum qui litteras perferat. Negat se apud Athanasium quidquam promovere vosse nisi a Meletio ejusque sociis initium fiat communionis Athanasio offerendæ.

Μελετίῳ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

Meletio episcopo Antiochiæ.

. . Ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, παρασχόμενος (99) ἡμῖν προφάσεις προσηγοριῶν πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, τὸ σφοδρὸν τοῦ πόθου παραμυθεῖται. Μάρτυς γὰρ αὐτὸς τῆς ἐπιθυμίας ἡμῶν, ἣν ἔχομεν εἰς τὸ θεάσασθαί σου τὸ (1) πρόσωπον, καὶ ἀπολαῦσαι τῆς ἀγαθῆς σου καὶ ψυχωφελοῦς διδασκαλίας. Καὶ νῦν δὲ διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ σπουδαιοτάτου ἀδελφοῦ Δωροθέου τοῦ συνδιακόνου ἐρχομένου παρακαλοῦμέν σε προηγουμένως προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ πρόσκομμα ὦμεν τῷ λαῷ, μηδὲ ἐμπόδιον ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς πρὸς τὸ δυσωπῆσαι τὸν Κύριον· ἔπειτα καὶ ὑπομιμνήσκομεν καταξιῶσαί σε πάντα τυπῶσαι διὰ τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ· καὶ εἴ τι (2) δεῖ ἐπισταλῆναι τοῖς κατὰ τὴν δύσιν, διὰ τὸ ὀφείλειν ἀναγκαίως καὶ δι' ἡμετέρου αὐτοῖς ἀπενεχθῆναι γράμματα, αὐτὸν ὑπαγορεῦσαι τὰς ἐπιστολάς. Ἡμεῖς γὰρ ἐπιτυχόντες

1. Bonus Deus occasiones nobis salutandæ dignitatis tuæ præbens, vehementiam desiderii demulcet. Nam testis ipse est desiderii nostri, quo flagramus, vultus tui vivendi, ac bona tua et utili animabus doctrina perfruendi. Nunc autem per religiosissimum ac optimum fratrem Dorotheum condiaconum advenientem obtestor te, in primis ut depreceris pro nobis, ne populo simus offendiculo, neque precibus vestris impedimento, quominus Dominum placetis. Deinde suggerimus etiam, ut omnia per prædictum fratrem digneris ordinare: ac si ad Occidentales scribendum est, propterea quod litteræ sunt necessario etiam ab uno e nostris perferendæ, has ipsas litteras dictes. Nos enim nacti diaconum Sabinum ab illis missum scripsimus ad Illyricos, et ad Italiæ et Galliæ epi-

C

(98) *Πραγματευτικοῦ χρυσίου.* Aurum illud vocabatur *comparatitium*, quia idcirco conferebatur, ut inde vestes militares compararentur, ut observat Gothofredus ad lib. VII *Cod. Theod.*, tit. 6, leg. 3. Nam provinciæ Orientis, exceptis duabus, nempe Osroene et Isauria, non vestem ipsam militarem præbebant, sed aurum compensationis gratia. Porro Valens in lege secunda ejusdem tituli, quæ Marcianopoli data est anno 368, jusserat *Omnem canonem vestium ex Kal. Sept. ad Kal. Aprilis largitionibus tradi: proposita Rectori provinciæ vel ejus officio condemnationis pœna.* Unde patet hanc Basilii pistolam ed Rectorem Cappadociæ, quem Eliam esse non levibus de causis existimamus, scriptam esse mense Martio ac non longe ante Pascha, quod hoc anno 372 incidit in diem octavum Aprilis.

D

(99) *Παρασχόμενος.* Editi addunt ante hanc vocem articulum ὁ, qui deest in Coisl. utroque et tribus aliis. Deest hæc epistola in codicibus Med. et Harl.

(1) *Σου τό.* Sic quatuor mss. pro eo quod erat in editis τοῦτο.

(2) *Εἴ τι.* Voculam τι addidimus ex sex mss.

* Alias CCXLIII. Scripta anno 372.

** Alias CCLXXIII. Scripta anno 372.

Digitized by Google

scopos, et quosdam alios, qui privatim ad nos litteras dederant. Consentaneum autem, ut tanquam a communi synodi mittatur aliquis, qui litteras secundas deferat, quas ipse jubeto exarari.

A Σαβίνου, τοῦ παρ' αὐτῶν ἀποσταλέντος διακόνου, ἐπεστείλαμεν (3) πρός τε τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Γαλλίαν (4) ἐπισκόπους, καί τινας τῶν ἰδίως πρὸς ἡμᾶς ἐπιστειλάντων. Εὔλογον δὲ ὡς ἀπὸ κοινοῦ (5) τῆς συνόδου ἀποσταλῆναί τινα τὸν κομίζοντα δεύτερα γράμματα, ἅπερ αὐτὸς κέλευσον τυπωθῆναι.

2. Quod jam ad reverendissimum episcopum Athanasium attinet, probe scientem eximiam tuam prudentiam monebo, fieri non posse, ut meis litteris aliquid promoveatur, aut quidquam eorum quæ oportet perficiatur, nisi et a vobis, qui tunc ipsius communionem procrastinatis, hanc ipsam aliquo pacto accipiat. Aiunt enim ipsum omnino propendere ut nobiscum **181** conjungatur, et quidquid poterit, collaturum; sed dolere, quod et tunc dimissus sit sine communione, et etiamnum promissa maneant irrita. Res autem Orientalium quomodo se habeant nequaquam profecto latet aures pietatis tuæ: ac per se ipse accuratius omnia prædictus frater enarrabit. Quem quidem dignare statim post Pascha dimittere, quia responsa Samosatis exspectat: ejusque et propensam voluntatem approba, et precibus tuis corroboratum ad res propositas agendas dimitte.

2. Καὶ περὶ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Ἀθανασίου ἀκριβῶς γινώσκουσαν τὴν τελείαν σου φρόνησιν ὑπομιμνήσκομεν, ὅτι ἀμήχανον τοῖς παρ' ἐμοῦ γράμμασιν ἐπιδοῦναί ἢ ποιῆσαί (6) τι τῶν ὀφειλομένων, ἐὰν μὴ καὶ παρ' ὑμῶν, τῶν τότε τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ ἀναβαλλομένων, δέξηταί τινα τρόπον. Αὐτὸς γὰρ λέγεται πάνυ ὡρμῆσθαι πρὸς τὸ συναφθῆναι ἡμῖν, καὶ τὰ κατὰ δύναμιν συμβαλέσθαι, λυπεῖσθαι δὲ, ὅτι καὶ τότε παρεπέμφθη ἀκοινώνητος, καὶ ἔτι νῦν ἀτελεῖς B μένουσιν αἱ ὑποσχέσεις. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἀνατολὴν ὅπως διάκειται οὐκ ἔλαθε πάντως τὰς ἀκοὰς τῆς θεοσεβείας σου· καὶ δι' ἑαυτοῦ δὲ ἀκριβέστερον πάντα ὁ προειρημένος ἀδελφὸς διηγήσεται. Ὃν καταξίωσον εὐθὺς ἐκπέμψαι μετὰ τὸ Πάσχα, διὰ τὸ ἀναμένειν τὰς ἀπὸ Σαμοσάτων ἀποκρίσεις· οὗ καὶ τὴν προθυμίαν ἀπόδεξαι, καὶ εὐχαῖς αὐτὸν ἐνισχύσας, πρόπεμψον εἰς τὰ προκείμενα.

EPISTOLA XC*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϟ'.

Declarat Basilius quantum lætitiæ perceperit, ex litteris Occidentalium, et ex adventu Sabini; a quo edoctos Occidentales de rebus Orientis tandem auxilio venturos sperat. Quod quidem ut impetret, Orientalis Ecclesiæ calamitates describit. His quæ canonice in Occidente gesta sunt assentiri se profitetur.

Sanctissimis fratribus ac episcopis Occidentalibus.

Τοῖς ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῇ Δύσει.

C

1. Bonus Deus, qui semper afflictionibus consolationes admiscet, nobis etiam nunc largitus est inter multos dolores, ut modicum aliquod solatium nancisceremur ex litteris, quas a vestra integritate reverendissimus Pater noster Athanasius acceptas ad nos transmisit, fidei rectæ testimonium et inviolabilis vestræ concordiæ atque conspirationis argumentum habentes, ita ut et pastores Patrum vestigia sequentes, et Domini populum cum scientia pascentes exhibeant. Hæc omnia adeo nos exhilararunt, ut mœrorem nostrum solverent, et exiguum quemdam risum animis nostris concitarent, ex tristi hoc rerum statu, in quo nunc versamur. Auxit autem nobis solamen Dominus per religiosissimum filium et condiaconum Sabinum, qui et ea quæ apud vos præclare geruntur, enarrans accurate, aluit animas nostras; et de rebus nostris experien-

1. Ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, ὁ ἀεὶ ταῖς θλίψεσι τὰς παρακλήσεις παραζευγνὺς, ἔδωκεν ἡμῖν καὶ νῦν ἐπὶ τῷ (7) πλήθει τῶν ὀδυνῶν εὑρέσθαι τινὰ μετρίαν παράκλησιν ἐκ τῶν γραμμάτων, ἃ παρὰ τῆς ὑμετέρας ὀρθότητος ὁ τιμιώτατος Πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος (8) ὁ ἐπίσκοπος δεξάμενος διεπέμψατο ἡμῖν, ὑγιοῦς πίστεως μαρτυρίαν, καὶ τῆς ἀνεπηρεάστου ὑμῶν ὁμονοίας καὶ συμπνοίας ἀπόδειξιν ἔχοντα, ὥστε καὶ ποιμένας ἀναδεικνύναι (9) τοῖς ἴχνεσι τῶν Πατέρων ἀκολουθοῦντας, καὶ τὸν λαὸν τοῦ Κυρίου μετ' ἐπιστήμης ποιμαίνοντας. Ταῦτα πάντα ἡδύφρανεν ἡμᾶς τοσοῦτον, ὥστε λῦσαι ἡμῶν τὴν κατήφειαν, καὶ μειδιαμά τι βραχὺ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐμποιῆσαι ἀπὸ τῆς σκυθρωπῆς ταύτης τῶν πραγμάτων κατα- D στάσεως (10), ἐν ᾗ νῦν καθεστήκαμεν. Ἐπέτεινε δὲ ἡμῖν τὴν παράκλησιν ὁ Κύριος διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν τοῦ εὐλαβεστάτου συνδιακόνου Σαβίνου, ὃς, καὶ τὰ

* Alias LXI. Scripta anno 372.

(3) *Ἐπεστείλαμεν.* Ita mss. tres: male in editis ἀπεστείλαμεν, *misimus*, quod pugnat cum sententia Basilii.

(4) *Καὶ Γαλλίαν.* Hæc desunt in Vat., et Reg. secundo et Coisl. secundo, non in Coisl. primo, et Reg. primo et Bigot. altero.

(5) *Ἀπὸ κοινοῦ.* Sic uterque Reg., et uterque Coisl. cum Bigot. altero. Editi ἀπὸ κοινῆς. Dicitur autem hoc loco *commune synodi*, velut apud Ciceronem *commune Asiæ*.

(6) *Ἢ ποιῆσαι.* Ita sex mss. Editi καὶ ποιῆσαι. Infra καὶ ἔτι νῦν ἀτελεῖς. Coisl. primus καὶ ἔτι ἀτελεῖς. Reg. primus et Coisl. secundus ut in textu. Negat Tillemontius Athanasium, de quo hic Basilius, magnum illum esse episcopum Alexandrinum. Rem expendemus in *Vita Basilii*; neque enim notarum angustiis contineri possit.

(7) *Ἐπὶ τῷ.* Coisl. primus ἐν τῷ.

(8) *Ἀθανάσιος.* Deest nomen Athanasii in utroque Regio.

(9) *Ἀναδεικνύναι.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἀποδειχθῆναι. Ibidem editi τοὺς τοῖς ἴχνεσι. Sed articulum primum sustulimus, qui melius videtur deesse in tribus mss. licet non vetustissimis. Deest etiam in editionibus Hagan. et Basil.

(10) *Καταστάσεως.* Quatuor mss. non tamen vetustissimi κινήσεως. Paulo post editi καὶ διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου υἱοῦ καί, etc. Coisl. primus et Härl. ut in textu.

Digitized by Google

παρ' ὑμῖν καλὰ διηγησάμενος ἀκριβῶς, ἔθρεψεν ἡμῶν τὰς ψυχάς· καὶ τὰ ἡμέτερα δὲ, τῇ πείρᾳ μαθὼν, ἐναργῶς ὑμῖν ἀναγγελεῖ, ἵνα προηγουμένως μὲν διὰ τῆς ἐκτενοῦς καὶ φιλοπόνου δεήσεως τῆς πρὸς τὸν Κύριον συναγωνίζησθε ἡμῖν, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐνδεχομένην ὑμῖν (11) παραμυθίαν ταῖς καταπονουμέναις Ἐκκλησίαις εἰσενέγκασθαι μὴ παραιτήσησθε. Κέκμηκε γὰρ τὰ ἐνταῦθα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, καὶ ἀπείρηκε πρὸς τὰς συνεχεῖς προσβολὰς τῶν ἐναντίων ἡ Ἐκκλησία, ὥσπερ τι πλοῖον ἐν πελάγει μέσῳ ταῖς ἐπαλλήλοις πληγαῖς τῶν κυμάτων βασανιζόμενον, εἰ μή τις γένοιτο ταχεῖα ἐπισκοπὴ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Κυρίου. Ὥσπερ οὖν ἡμεῖς ἴδιον ἑαυτῶν ἀγαθὸν ποιούμεθα τὴν ὑμετέραν πρὸς ἀλλήλους σύμπνοιάν τε καὶ ἑνότητα, οὕτω καὶ ὑμᾶς παρακαλοῦμεν συμπαθῆσαι ἡμῶν ταῖς διαιρέσεσι· καὶ μὴ, ὅτι τῇ θέσει τῶν τόπων διεστήκαμεν, χωρίζειν ἡμᾶς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ὅτι ἑνούμεθα τῇ κατὰ τὸ Πνεῦμα κοινωνίᾳ, εἰς τὴν ἑνὸς σώματος ἡμᾶς συμφωνίαν ἀναλαμβάνειν.

A tia edoctus, perspicue vobis enuntiabit; ut primum quidem constanti et vehementi ad Dominum prece nobiscum decertetis; deinde vero ut et pro viribus solatium Ecclesiis afflictatis afferre ne recusetis. Nam hic omnia fatiscunt, fratres reverendissimi; et deficit ad continuos adversariorum assultus Ecclesia, non secus ac navigium quoddam in medio mari fluctuum impulsibus sibi invicem succedentibus agitatum; nisi Dei nos bonitas cito visitet. Quemadmodum igitur proprium ipsorum bonum ducimus, vestram inter vos concordiam et unitatem; ita et rogamus, ut nostrarum vos dissensionum misereat; nec, quia locorum situ dissiti sumus, nos a vobis sejungatis, sed quia Spiritus communione conjungimur, nos in unius corporis B concentum admittatis.

2. Γνώριμα δὲ τὰ θλίβοντα ἡμᾶς, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν· εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην λοιπὸν (12) ἐξήχηται. Καταπεφρόνηται τὰ τῶν Πατέρων δόγματα· ἀποστολικαὶ παραδόσεις ἐξουδένωνται (13)· νεωτεροποιῶν ἀνθρώπων ἐφευρέματα ταῖς Ἐκκλησίαις ἐμπολιτεύεται· τεχνολογοῦσι λοιπὸν, οὐ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι· ἡ τοῦ κόσμου σοφία τὰ πρωτεῖα φέρεται, παρωσαμένη τὸ καύχημα τοῦ σταυροῦ. Ποιμένες ἀπελαύνονται, ἀντεισάγονται δὲ λύκοι βαρεῖς, διασπῶντες τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ (14) Οἶκοι εὐκτήριοι, ἔρημοι τῶν ἐκκλησιαζόντων· αἱ ἐρημίαι πλήρεις τῶν ὀδυρομένων. Οἱ πρεσβύτεροι ὀδύρονται, τὰ παλαιὰ συγκρίνοντες τοῖς παροῦσιν· οἱ νέοι ἐλεεινότεροι, μὴ εἰδότες οἵων ἐστέρηνται. Ταῦτα ἱκανὰ μὲν κινῆσαι πρὸς συμπάθειαν (15) τοὺς τὴν Χριστοῦ ἀγάπην πεπαιδευμένους· συγκρινόμενος δὲ τῇ ἀληθείᾳ τῶν πραγμάτων ὁ λόγος παρὰ πολὺ (16) τῆς ἀξίας αὐτῶν ἀπολείπεται. Εἴ τι οὖν παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία Πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, κινήθητε πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἡμῶν. Λάβετε ζῆλον εὐσεβείας, ἐξέλεσθε ἡμᾶς τοῦ χειμῶνος τούτου. Λαλείσθω καὶ παρ' ἡμῖν μετὰ παῤῥησίας τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο κήρυγμα τῶν Πατέρων, τὸ καταστρέφον μὲν τὴν δυσώνυμον αἵρεσιν τὴν Ἀρείου, οἰκοδομοῦν (17) δὲ τὰς Ἐκκλησίας ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος ὁμολογεῖται τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοτίμως συναριθμεῖταί τε καὶ συλλατρεύεται· ἵνα ἣν ὑμῖν ἔδωκεν ὁ Κύριος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς θείας (18) καὶ σωτηρίου Τριάδος καύχημα, τοῦτο καὶ ἡμῖν διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν καὶ τῆς συνεργίας ὑμῶν χαρίσηται. Τὸ δὲ καθέκα-

2. Notæ autem calamitates nostræ, vel nobis tacentibus: siquidem per totum terrenum orbem **182** jam personuerunt. Contemnuntur Patrum dogmata; nullo numero habentur apostolicæ traditiones; novatorum inventa regnant in Ecclesiis: de cætero homines verborum artifices sunt, non theologi; primas tenet mundi sapientia, expulsa crucis gloriatione. Abactis pastoribus introducuntur lupi graves, qui Christi gregem discerpunt. Domus orationis destitutæ concionatoribus, solitudines lamentantibus refertæ. Seniores lugent, dum anti- C qua comparant cum præsentibus; juniores miserabiliores sunt, qualibus privati sint, ignorantes. Atque hæc quidem apta ad eorum commiserationem commovendam, qui Christi dilectionem edocti sunt; sed comparatus cum rerum veritate sermo longe ab ipsarum magnitudine abest. Si quod igitur solatium dilectionis, si qua communicatio Spiritus, si qua commiserationis viscera, ad ferendas nobis suppetias concitemini. Arripite studium pietatis: nos ex hac tempestate eripite. Proferatur et apud nos libere bona illa Patrum promulgatio, infamem Arii hæresim evertens, Ecclesias vero in sana doctrina ædificans, in qua Filium Patri consubstantialem confitemur, atque Spiritus sanctus pari honore simul et numeratur, et adoratur; ut quam vobis D Dominus dedit pro veritate libertatem, et in divinæ salutarisque Trinitatis confessione gloriationem, hanc et nobis per vestras preces opemque vestram largiatur. Cæterum ille ipse, quem jam dixi, diaconus singula dilectioni vestræ nuntiabit. Omnibus autem quæ canonice a vestra præstantia acta sunt,

(11) *Ὑμῖν*. Tres vetustissimi codices ἡμῖν. Deest ea vox in quatuor aliis mss. Paulo post editio Paris. et vetustissimi codices τὰ ἐνταῦθα, deest vocula in aliis quatuor mss. et editionibus Hagan. et Basil.

(12) *Λοιπόν*. Deest ea vox in quatuor mss. non tamen vetustissimis, in quibus etiam legitur ἐκκέχυται.

(13) *Ἐξουδένωνται*. Tres Regii codices et Coisl. secundus ἐξουθένηνται, νεωτέρων ἀνθρώπων. Paulo post Med. et Harl. καὶ οὐχὶ θεολογοῦσιν

(14) Vid. Addenda.

(15) *Πρὸς συμπάθειαν*. Ita tres mss. vetustissimi: editi εἰς συμπάθειαν.

(16) *Παρὰ πολύ*. Deest præpositio in utroque Regio et Coisl. secundo. Ibidem editi ἀπολείπεται. Mss. ut in contextu. Paulo post Reg. uterque et Coisl. secundus εἴ τι σπλάγχνον οἰκτιρμοῦ.

(17) *Οἰκοδομοῦν*. Ita Coisl. primus et Med. cum tribus aliis. Editi στερεοῦν. Harl. cum uno ex Regiis οἰκονομοῦν.

(18) *Τῆς θείας*. Ita septem mss. Editi τῆς ἀληθείας.

Digitized by Google

assensi sumus, apostolicum vestrum rectæ doctri- A στον (19), αυτος ο προειρημενος συνδιάκονος ἀναγγε-
næ studium laudantes. λεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. Καὶ πᾶσι δὲ τοῖς γενομένοις
κανονικῶς παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος συνεθέμεθα, τὸν ἀποστολικὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ τῆς ὀρθο-
δοξίας ἀποδεξάμενοι.

EPISTOLA XCI*. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϟΑ'.

Valeriani litteris respondet, eumque per Sabinum salutat, et obtestatur, ut oret pro miseris Ecclesiæ Orientalis rebus; quibus sanandis necessarium esse docet Occidentis auxilium.

Valeriano, Illyricorum episcopo.

Grates Domino largienti nobis, ut dilectionis veteris fructum in tua puritate videamus: qui scilicet adeo corpore sejunctus, nobis te per epistolam conjunxisti, nosque spirituali tuo et sancto desiderio complexus, non enarrabilem quemdam amorem animis nostris indidisti. Nam reipsa vim didicimus Proverbii illius: *Ut animæ sitienti aqua frigida, ita nuntius bonus de terra longinqua*[e]. Magna enim est B apud nos fames charitatis, frater colendissime. Causa autem manifesta, nimirum eo quod multiplicata sit iniquitas, multorum refrixit charitas. Eam ob causam et litteras tuas plurimi fecimus, et vices rependimus tibi per eumdem virum religiosissimum condiaconum nostrum **183** et fratrem Sabinum: per quem et tibi nosmet notos facimus, et te obsecramus, ut in precibus pro nobis invigiles, ut tandem aliquando rebus nostris Deus sanctus tranquillitatem ac quietem impertiat, et ventum hunc ac mare increpet; ita ut liberemur ex illo æstu et perturbatione in qua nunc constituti sumus, summam semper submersionem exspectantes. Sed id nobis magnifice Deus in præsenti indulsit, ut vos audiremus summo consensu et unitate inter vos esse conjunctos, C ac veritatis doctrinam sine impedimento apud vos annuntiari: siquidem aliquando (si modo non jam conclusum est hujus mundi tempus, sed adhuc vitæ humanæ dies supersunt) necesse est, ut fidem renovetis Orienti, et bonorum quæ ab eo accepistis, remunerationem eidem in tempore persolvatis. Nam sana apud nos pars, quæque majorum pietatem tuetur, non parum satiscit; diabolo multis ac variis artificiorum assultibus pro sua ipsius astutia eam concutiente. Utinam autem vestris precibus, qui Dominum diligitis, exstinguatur prava illa et populorum deceptrix erroris Ariani hæresis; reluceat autem bona Patrum nostrorum doctrina, qui Nicæam convenerunt, adeo ut consentanea salutari baptismati glorificatio adimpleatur beatæ Trinitati.

Οὐαλεριανῷ, ἐπισκόπῳ Ἰλλυριῶν (20).

Χάρις τῷ Κυρίῳ (21), τῷ δόντι ἡμῖν ἀρχαίας ἀγάπης καρπὸν ἰδεῖν ἐν τῇ σῇ καθαρότητι· ὃς γε τοσοῦτον διεστὼς τῷ σώματι, συνῆψας ἡμῖν σεαυτὸν διὰ γράμματος, καὶ τῷ πνευματικῷ σου καὶ ἁγίῳ πόθῳ περιπτυξάμενος ἡμᾶς, ἀμύθητόν τι (22) φίλτρον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνεποίησας. Ἔργῳ γὰρ ἐμάθομεν τῆς παροιμίας τὴν δύναμιν, ὅτι *Ὥσπερ ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ, οὕτως ἀγγελία ἀγαθὴ ἐκ τῆς* (23) *μακρόθεν*. Δεινὸς γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν λιμὸς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε. Καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος, ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἐψύγη (24) τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡμῖν ἐφάνη τὸ γράμμα, καὶ ἀμειβόμεθά σε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς τοῦ εὐλαβεστάτου συνδιακόνου ἡμῶν καὶ ἀδελφοῦ Σαβίνου· δι' οὗ καὶ γνωρίζομέν σοι ἑαυτοὺς, καὶ παρακαλοῦμέν σε ἐπαγρυπνεῖν ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχαῖς· ἵνα δῷ ποτε ὁ ἅγιος Θεὸς καὶ τοῖς ἐνταῦθα πράγμασι γαλήνην καὶ ἡσυχίαν, καὶ ἐπιτιμήσῃ τῷ ἀνέμῳ τούτῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ· ὥστε παύσασθαι ἡμᾶς τοῦ σάλου καὶ τῆς ἀνατροπῆς, ἐν ᾗ νῦν καθεστήκαμεν, ἀεὶ καταποντισθήσεσθαι (25) παντελῶς ἀναμένοντες. Ἀλλὰ τοῦτο μεγάλως ἐν τοῖς παροῦσιν ὁ Κύριος ἡμῖν ἐχαρίσατο, τὸ ὑμᾶς ἀκούειν ἐν ἀκριβεῖ συμφωνίᾳ καὶ ἑνότητι εἶναι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀκωλύτως παρ' ὑμῖν τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας περιαγγέλλεσθαι· ὁτεδήποτε γὰρ (εἴπερ μὴ συγκέκλεισται λοιπὸν ὁ χρόνος τοῦ κόσμου τούτου, ἀλλ' ἔτι ἡμέραι τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὑπολείπονται) ἀνάγκη παρ' ὑμῶν ἀνανεωθῆναι τὴν πίστιν τῇ Ἀνατολῇ· καὶ ὧν ἐλάβετε παρ' αὐτῆς ἀγαθῶν, τούτων ἐν καιρῷ παραχέσθαι αὐτῇ τὴν ἀντίδοσιν. Τὸ γὰρ ὑγιαῖνον ἐνταῦθα μέρος, καὶ τὴν τῶν πατέρων εὐσέβειαν ἐκδικοῦν, ἱκανῶς κέκμηκε, πολλαῖς καὶ ποικίλαις μηχανημάτων προσβολαῖς ἐν τῇ ἑαυτοῦ μεθοδείᾳ τοῦ διαβόλου αὐτὸ κατασείσαντος. Ἀλλ' εὐχαῖς ὑμετέραις τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον, σβεσθείη μὲν ἡ πονηρὰ καὶ λαοπλάνος αἵρεσις τῆς Ἀρείου κακοδοξίας· ἀναλάμψειε δὲ ἡ ἀγαθὴ τῶν Πατέρων ἡμῶν διδασκαλία, τῶν συνελθόντων κατὰ τὴν Νίκαιαν, ὥστε σύμφωνον τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦσθαι τῇ μακαρίᾳ Τριάδι.

[e] Prov. xxv, 25.

* Alias CCCXXIV. Scripta anno 372. Quam dulce Basilio cum episcopis longe remotis charitate conjungi.

(19) *Τὸ δὲ καθέκαστον*. Hæc et quæ sequuntur desunt in pluribus mss., non tamen in tribus vetustissimis.

(20) *Ἰλλυριῶν*. Harl. et Reg. secundus ac Coisl. secundus Ἰλλυρικοῦ. Perspicuum est Aquileiam hic designari, cujus episcopus erat Valerianus.

(21) *Τῷ Κυρίῳ*. Codices nonnulli τῷ Θεῷ.

(22) *Ἀμύθητόν τι*. Coisl. primus et Med. ἀμύθητον τὸ φίλτρον.

(23) *Ἐκ τῆς*. Med. et Harl. cum aliis quatuor habent ἐκ γῆς.

(24) *Ἐψύγη*. Tres vetustissimi codices ψυγήσεται, *refrigescet*.

(25) *Καταποντισθήσεσθαι... μεγάλως*. Ita vetustissimi tres codices cum duobus aliis. Editi καταποντίζεσθαι... μέγας.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϚΒ'. EPISTOLA XCII[a].

Orientales ad scribendum impellit non solum solatium in narrandis ærumnis; sed etiam spes illa, Occidentales tandem auxilio venturos, ubi de rebus Orientis ex Sabino cognoverint. Describunt calamitates Orientis, ut his permoti Occidentales episcopi mittant, qui et hæresis progressus coerceant et pacem inter ipsos catholicos reconcilient.

Πρὸς Ἰταλοὺς καὶ Γάλλους. A *Ad Italos et Gallos.*

1. Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἀδελφοῖς συλλειτουργοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Γαλλίαν ὁμοψύχοις ἐπισκόποις Μελέτιος, Εὐσέβειος, Βασίλειος, Βάσσος, Γρηγόριος, Πελάγιος, Παῦλος, Ἄνθιμος, Θεόδοτος, Βῖθος, Ἀβραάμιος, Ἰοβῖνος (26), Ζήνων, Θεοδώρητος, Μαρκιανὸς, Βάραχος, Ἀβραάμιος, Λιβάνιος, Θαλάσσιος, Ἰωσὴφ, Βοηθὸς, Ἰάτριος, Θεόδοτος, Εὐστάθιος, Βαρσούμας, Ἰωάννης, Χοσρόης, Ἰωσάκης, Νάρσης, Μάρις, Γρηγόριος, Δαφνὸς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Φέρει μέν τινα παραμυθίαν ταῖς ὀδυνωμέναις ψυχαῖς καὶ στεναγμὸς πολλάκις ἐκ βάθους τῆς καρδίας ἀναπεμπόμενος, καί που καὶ δάκρυον ἀποστάξαν τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν· ἡμῖν δὲ οὐχ, ὅσον (27) στεναγμὸς καὶ δάκρυον, παραμυθίαν ἔχει τὸ ἐξειπεῖν ἡμῶν τὰ πάθη πρὸς B τὴν ἀγάπην ὑμῶν· ἀλλά τις ἡμᾶς καὶ ἐλπὶς χρηστοτέρα θάλπει, ὡς τάχα ἄν, εἰ ἐξαγγείλαιμεν ὑμῖν τὰ λυποῦντα ἡμᾶς, διαναστήσαιμεν (28) ὑμᾶς πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἡμῶν, ἣν πάλαι μὲν προσεδοκήσαμεν παρ' ὑμῶν ταῖς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις γενήσεσθαι, οὐδέπω (29) δὲ τετυχήκαμεν, πάντως τοῦ ἐν σοφίᾳ (30) τὰ ἡμέτερα διοικοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὰ ἀθεώρητα αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κρίματα, πλείονι χρόνῳ παραταθῆναι ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς τούτοις οἰκονομήσαντος. Οὐ γὰρ δήπου ἠγνοήσατε τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὧν ἡ ἀκοὴ καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης ἐξέδραμεν (31)· οὐδὲ ἀσυμπαθεῖς του ὑμεῖς πρὸς τοὺς ὁμοψύχους τῶν ἀδελφῶν, μαθηταὶ ὑπάρχοντες τοῦ Ἀποστόλου, τοῦ πλήρωμα C εἶναι τοῦ νόμου τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην διδάσκοντος. Ἀλλ', ὅπερ εἴπαμεν, ἐπέσχεν ὑμῶν τὴν ὁρμὴν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἐκπληρωθῆναι ἡμῖν τὴν διατεταγμένην ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν θλῖψιν ἐπιμετροῦσα (32). Ἀλλὰ νῦν γοῦν, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζῆλον, καὶ τὴν ἡμετέραν συμπάθειαν, διαναστῆναι ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, πάντα μαθόντας, καὶ ὅσα πρὸ τούτου τὰς ἀκοὰς ὑμῶν διέφυγε, παρὰ

1. Religiosissimis ac sanctissimis fratribus comministris in Italia et Gallia unanimis episcopis Meletius, Eusebius, Basilius, Bassus, Gregorius, Pelagius, Paulus, Anthimus, Theodotus, Vitus, Abraamius, Jovinus, Zenon, Theodoretus, Marcianus, Barachus, Abraamius, Libanius, Thalassius, Joseph, Boethus, Iatrius, Theodotus, Eustathius, Barsumas, Joannes, Chosrhoes, Isaacis, Narses, Maris, Gregorius, Daphnus, in Domino salutem. Affert aliquid solatii afflictis animis ipsum suspirium sæpius ex imo corde ductum, ac lacryma erumpens vim afflictionis repellit. Nobis autem non, ut suspirium et lacrymæ, solatium affert mala nostra charitati vestræ narrare : sed præterea nos fovet melior quædam spes, forsitan **184** fore ut, si dolores nostros vobis denuntiaverimus, excitemus vos ad ferendam nobis opem, quam quidem Ecclesiis Orientalibus a vobis adfuturam jampridem speravimus, necdum tamen sumus assecuti; Deo, qui omnia in sapientia moderatur, omnino secundum arcana justitiæ suæ judicia, ut in his tentationibus diutius detineamur, dispensante. Non enim ignorastis, fratres reverendissimi, res nostras, quarum fama ad extremas etiam orbis terrarum partes pervenit : neque certe affectum omnem exuistis erga unanimes fratres, cum discipuli sitis Apostoli, qui proximi dilectionem legis complementum esse docet. Sed, quod jam diximus, inhibuit vestram alacritatem justum Dei judicium, quod constitutam ob peccata nostra afflictionem nobis plene admetitur. Vos tamen adhortamur, ut nunc saltem et ad veritatis studium, et ad nostri commiserationem excitemini, ubi omnia didiceritis, etiam quæcunque antea aures vestras effugere, a religiosissimo fratre nostro condiacono Sabino, qui poterit vobis ea quoque, quæ epistolam prætereunt, per se ipse enarrare : per quem exhorta-

(26) *Ἰοβῖνος*. Sic Harlæanus cum utroque Coisl. et Reg. secundo. Vaticanus Ἰουβῖνος. Editi Σαβῖνος. Paulo post tres codices, nempe Vat., Coisl. secundus et Reg. secundus, habent Ἀτρεῖος pro Ἰάτριος. Iidem Coisl. secundus et Reg. secundus Χρυσορόης non Χοσρόης. Ἰσαάκης pro Ἰωσάκης legitur in Reg. secundo. Ἰσάακις in Coisl. secundo. Harl. Ἰώσακις. De episcopis, quorum nomina huic epistolæ præscribuntur, agemus in *Vita S. Basilii*. D Sed interim observabo post ultimum nomen, quod est Daphnus, male in editis addi καὶ οἱ λοιποί, *et reliqui* : quibus ex verbis colligit Tillemontius multos alios subscripsisse. Sed hæc desunt in Coisl. utroque, Harl., Reg. secundo et Vat. Leguntur in Regio primo, sed causa in promptu est. Cum enim in hoc codice tria tantum priora nomina recenseantur, monendum fuit alia fuisse prætermissa. Similiter in codice Medicæo post octo episcoporum nomina, additur, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀδελφοί, *et qui cum eis fratres*. Hinc perspicitur quomodo error obrepserit. Nam cum vetustæ editiones tres tantum episcopos numerarent; Parisiensis, quæ lacunam explevit, immerito retinuit, quod in aliis ob vitium, quo carebat ipsa, additum fuerat.

(27) *Οὐχ, ὅσον*. Regius uterque et Coisl. secundus οὐχ ὅτην. Paulo post Vat., Reg. secundus et Coisl. secundus τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν.

(28) *Διαναστήσαιμεν*. Ita Med. et Coisl. primus. Duo alii διαναστήσωμεν. Harl. διαναστήσαντες. Editi διαναστήσομεν.

(29) *Οὐδέπω*. Ita mss. sex. Editi οὐδέποτε.

(30) *Τοῦ ἐν σοφίᾳ*. Editi ποῦ τοῦ τὰ πάντα ἐν σοφίᾳ. Sed deest ποῦ in Harl. et Coisl. primo. Deest etiam τὰ πάντα in Vat., Reg. primo et duobus aliis, et editione Haganoensi.

(31) *Ἐπὶ τὰ... ἐξέδραμεν*. Ita tres vetustissimi codices, et paulo post ὅπερ εἴπαμεν. Editi εἰς τὰ... διέδραμεν, et ὅπερ. Editio Haganoensis εἴπωμεν.

(32) *Ἐπιμετροῦσα*. Ita sex mss. Editi ἐπιμετρήσασα. Hagan. ἐπιμετρῆσαι.

Alias LXIX. Scripta anno 372.

Digitized by Google

mur vos, ut viscera induatis miserationis, omnique deposita segnitie laborem dilectionis suscipiatis, et neque viæ longitudinem, neque domesticas occupationes, neque aliud quidquam humanum cogitetis.

τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦ συνδιακόνου Σαβίνου, ὃς δυνήσεται ὑμῖν καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν διαφεύγει παρ' ἑαυτοῦ διηγήσασθαι· δι' οὗ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐνδύσασθαι σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ (33), καὶ ἀποθέσθαι μὲν πάντα ὄκνον, ἀναλαβεῖν δὲ τὸν

κόπον τῆς ἀγάπης· καὶ μήτε ὁδοῦ μῆκος, μήτε τὰς κατ' οἶκον ἀσχολίας, (34) μήτ' ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ὑπολογίσασθαι.

2. Neque enim Ecclesia una periclitatur; neque duæ aut tres in gravem hanc tempestatem delapsæ. Nam ferme a finibus Illyrici usque ad Thebaidem hæresis malum depascitur. Cujus prava semina prius quidem infamis Arius jecit : altis autem radicibus firmata a pluribus, qui Arium inter et nostram ætatem interjecti impietatem studiose excoluere, nunc exitiosos fructus protulerunt. Nam pietatis eversa sunt dogmata : confusæ Ecclesiæ leges. Hominum Dominum non timentium ambitio in præfecturas insilit, jamque aperte præmium impietatis principatus propositus est, ita ut qui graviores blasphemias ructatus est, dignior habeatur, qui populo episcopus præsit. Periit gravitas sacerdotalis : defecere qui gregem Domini cum scientia pascant : ambitiosis pauperum pecunias in proprios usus et in munerum largitiones semper insumentibus. Evanuit accurata canonum disciplina ; peccandi multa libertas. Nam qui hominum studiis ad principatum devenerunt, in hoc ipso studii gratiam rependunt, quod omnia ad voluptatem indulgeant peccantibus. Periit judicium æquum : quisque ex sui cordis voluntate ambulat. Nequitia modum nullum habet : exleges populi : deest præpositis dicendi libertas. **185** Servi enim eorum, a quibus collatum beneficium, qui hominum opera sibiipsis dominatum compararunt. Jam quoque et illud mutui belli telum a quibusdam, defensio videlicet doctrinæ sanæ, excogitatum est : et dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant. Alii vero, dum fugiunt ne turpissimis criminibus arguantur, populis furorem ad mutuam discordiam inspirant, ut communibus malis res suas obumbrent. Quapropter et implacabile est hoc bellum : iis qui mala egere, communem pacem, ut occulta ipsorum dedecora detegentem, metuentibus. Ob hæc rident increduli, fluctuant qui firmiter non credunt : fides est ambigua, offunditur animis ignoratio, eo quod veritatem imitentur, qui doctrinam in malitia adulterant. Silent enim piorum ora ; soluta vero blasphema omnis lingua ; profanata sunt sancta ; fugiunt precationis domos populi saniores, ut impietatis scholas, ac in solitudinibus ad Domi-

(54) *Τοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.* Expræfectis dicuntur qui dignitate præfecti perfuncti sunt, vel illius ornamenta per codicillos acceperunt. Quisnam ille sit, de quo Basilius loquitur, et in Cappadocia an quisquam ejusmodi exstiterit, plane nescio. Multo libentius legerem τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων, *expræsidibus.* Præsides provinciarum vocantur ἔπαρχοι infra in epist. 215 et 242. Unde etiam provincia dicitur ἐπαρχία. Videtur Basilius aliquem hac dignitate perfunctum designare.

(55) *Τοῦ ὑπάρχου... ὁ ὕπαρχος.* Legitur τοῦ ἐπάρχου et ὁ ἔπαρχος in omnibus nostris mss., id est Med., Coisl. utroque, Reg. secundo, Vat. et Clarom., nisi quod Coislinianus primus habet τοῦ ὑπάρχου. Sic etiam infra in epist. 109 præfectus prætorio vocatur ἔπαρχος tum in editis, tum in quatuor mss., quibuscum illa epistola fuit collata. Valesius cum pluribus doctissimis viris opinatur utramque vocem nullo discrimine solitam usurpari, Not. 1 in lib. IV *De vita Constantini.* Sed tamen discrimen perspicitur ex Notitia imperii et Codice Theodosiano et aliis ejusmodi monumentis, in quibus quoties præfectus tantum dicitur, præfectus prætorio intelligitur; neque hic titulus rectoribus provinciarum aut aliis potestatibus tribuitur, exceptis præfectis Urbis et præfecto Augustali Ægypti. Porro Latinæ voci non ὕπαρχος respondet, sed ἔπαρχος. Unde colligitur nec vocem ἔπαρχος ita propriam esse præfecti prætorio, ut eum vel sola designet; nec ὑπάρχους dici debere eos quibus apud Latinos præfecti titulus non deferretur. Hæc confirmari possunt ex Dione Cassio, qui de Cæsare Augusto sic loquitur lib. LV, pag. 555: Τότε δὲ πρῶτον καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξεν. Οὕτω γάρ τοι αὐτοὺς καὶ ἐγὼ μόνους τῶν ἐπαρχόντων τινός, ἐπειδήπερ ἐκνενίκηκεν, ὀνομάζω. *Tunc autem primum et præfectos prætorianorum militum duos instituit. Sic enim et ego hos solos inter eos qui præsunt alicui muneri, quandoquidem ita usus obtinuit, appello.* Jam tum ergo ætate Cassii prætorio præfecti proprio quodam titulo designari solebant, qui eis minime communis esset cum aliis potestatibus. Nemo autem id dixerit de ἐπάρχου titulo. Unde sequitur titulum ὑπάρχου proprium esse præfecti prætorio, ac culpandos esse librarios in unius litteræ immutatione; si quando ἔπαρχος veluti proprio titulo appelletur, ut in hoc Dionis testimonio, et in locis Basilii et in titulo historiæ Evagrii apud Valesium, aut si rectores provinciarum et comites vocentur ὕπαρχοι, velut cum Julianus Orientis comes appellatur ἑῴας ὕπαρχος apud Theodoret. *Hist. Eccles.*, lib. III, cap. 11, aut cum Ponticæ Vicarium Gregorius Nazianzenus τῆς Ποντικῆς μοίρας ὕπαρχον appellat, orat. 20, pag. 353. Titulus ὑπάρχου restituendus in superioribus locis, ἐπάρχου autem in posterioribus. Vide Notam præcedentem.

(56) *Διαγαγεῖν.* Sic codices mss. Prima Parisiensis editio διάγειν.

Digitized by Google

καὶ πρεπόντων τῇ σῇ ἐλευθερίᾳ ὑποσχέσεων ἐπιλαβόμενος, νῦν σφοδροτάτην καὶ ἀπαραίτητον ἐπάγεις τὴν ἀπαίτησιν τῇ ἀδελφῇ τῇδε· καὶ τί εἰκάσω ἐκ τῶν λεγομένων, οὐκ ἔχω. Σοί τε γὰρ πολλὴν παρὰ τῶν πεπειραμένων σου μαρτυρουμένην ἐλευθερίαν σύνοιδα, καὶ τῶν ὑποσχέσεών σου μέμνημαι ὧν ἐποίησας ἐπ' ἐμοῦ καὶ τοῦδε (57)· λέγων ἐλάττονα μὲν γράφειν χρόνον, πλείονα δὲ συγχωρήσειν, διὰ τὸ (58) βούλεσθαι συμπεριφέρεσθαι τῇ ἀνάγκῃ τοῦ πράγματος, καὶ συγγνώμην παρέχειν τῇ ἐλευθέρᾳ ἀναγκαζομένῃ τοσοῦτον ἀθρόως ἐκ τῆς οἰκίας προῖεσθαι χρῆμα. Τίς οὖν ἡ αἰτία δι' ἣν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ γέγονεν, ἐγὼ νοεῖν οὐκ ἔχω. Πλὴν ὅπερ ἂν ᾖ, παρακαλῶ σε, μεμνημένον τῆς σεαυτοῦ ἐλευθεριότητος, καὶ πρὸς τὸν Κύριον ἀπιδόντα τὸν ἀμειβόμενον τὰς χρηστὰς προαιρέσεις, δοῦναι τὸν καιρὸν ὃν ἐξ ἀρχῆς ὑπέσχου τῇ ἀνέσει, ἵνα δυνηθῶσι, συμπωλήσαντες τὰ ἑαυτῶν, διαλῦσαι τὸ χρέος. Δῆλον δὲ, ὅτι κἀκείνων μέμνημαι, ὅτι ὑπέσχου, εἰ λάβοις τὸ ὁμολογηθὲν χρυσίον, πάντα τὰ ὁμολογηθέντα χαρτία, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων πραχθέντα, καὶ τὰ ἰδιωτικῶς γενόμενα (59), παραδώσειν τῇ προειρημένῃ. Παρακαλῶ οὖν, καὶ ἡμᾶς τίμησον, καὶ κτῆσαι παρὰ τῷ Κυρίῳ μεγάλην ἑαυτῷ εὐλογίαν, ἀναμνησθεὶς τῶν σεαυτοῦ ὑποσχέσεων, γινώσκων, ὅτι ἄνθρωπος εἶ, καὶ αὐτὸς (60) ἀναμένειν ὀφείλεις τοὺς καιροὺς ἐν οἷς δεηθήσῃ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀντιλήψεως· ἣν μὴ ἀποκλείσῃς σεαυτῷ διὰ τῆς παρούσης σκληρότητος· ἀλλ' εὐτρέπισον τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ σαυτόν, πᾶσαν χρηστότητα καὶ ἐπιείκειαν τοῖς καταπονουμένοις ἐπιδειξάμενος.

A promissionum ac liberalitati tuæ convenientium oblitum, nunc huic sorori violentissimam ac implacabilem exactionem inferre : et quid conjiciam ex his quæ dicuntur, nescio. Nam et tibi plurimam eorum, qui tui periculum fecere, testimonio liberalitatem scio attribui, et promissorum memini, quibus te coram me et illo obstrinxisti : cum diceres tempus quidem brevius scribi, sed te amplius concessurum, eo quod te velles ad rei necessitatem accommodare, et huic viduæ ignoscere, quæ tantam simul pecuniæ summam e domo sua emittere cogitur. Quænam autem causa, cur mutatio tanta contigerit, ego intelligere non queo. At quæcunque fuerit, rogo te, ut tuæ liberalitatis memor, et ad Dominum bonæ voluntatis remuneratorem respiciens, tempus **202** induciarum initio promissum concedas : ut possint venditis rebus suis debitum dissolvere. Illud etiam probe memini pollicitum te esse, si aurum, de quo convenerat, acciperes, chartas omnes, tum eas quæ coram judicibus, tum quæ privatim confectæ, mulieri prædictæ traditurum. Obsecro itaque, et mihi honorem defer, et magnam tibi apud Dominum benedictionem compara, in memoriam promissa revocans, teque hominem esse cognoscens, ac tempora illa exspectare debere, quibus ope divina indigebis. Quam quidem tibi ipse per præsentem duritiam ne intercluseris : sed misericordias Dei in teipsum converte, benignitatem omnem et clementiam afflictis demonstrans.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΘ'.

EPISTOLA CIX*.

Rogat Basilius Helladium comitem, ut sua apud præfectum gratia viduam tueatur, quæ præter sortem etiam usuras reddere cogebatur contra pactionum et promissorum fidem.

Ἑλλαδίῳ Κόμητι.

C

Πάνυ παραιτούμενος δι' ὄχλου εἶναι τῇ χρηστότητί σου, διὰ τὸ μέγεθος τῆς περὶ ὑμᾶς ἀρχῆς, ἵνα μὴ δόξω ἀμέτρως ἐμφορεῖσθαι τῆς φιλίας ὑμῶν· ὅμως ὑπὸ τῶν ἀναγκῶν ἡσυχάζειν οὐκ ἐπιτρέπομαι. Τὴν γοῦν ἀδελφὴν τήνδε, καὶ πρὸς γένος ἡμῖν οὖσαν καὶ διὰ χηρείαν καταπονουμένην, καὶ παιδὸς ὀρφανοῦ πράγματος φροντίζουσαν, ἐπεὶ εἶδον λοιπὸν ὑπὲρ δύναμιν ἀφορήτοις ἀνάγκαις συνεχομένην, κατελεήσας, καὶ παθὼν τὴν ψυχὴν, ἔσπευσα παρακαλέσαι σε, ἵνα, εἴ τις δύναμις, τῷ ἀποσταλέντι παρ' αὐτῆς ἀνθρώπῳ καταξιώσῃς συμπρᾶξαι, πρὸς τὸ ὅπερ αὕτη περιοῦσα (61) ὑπέσχετο ὑφ' ἡμῶν, ἤδη τοῦτο αὐτὴν ἀποδοῦσαν τῆς εἰς τὸ πλέον ἐπηρείας ἀπαλλαγῆναι. Ὑπέσχετο γὰρ τὸ κεφάλαιον δοῦσα συγχωρεῖσθαι τοὺς τόκους. Νῦν τοίνυν οἱ φροντίζοντες αὐτῆς τῶν κληρονόμων μετὰ τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν τῶν τόκων

D

Helladio Comiti.

Quamvis benignitati tuæ obstrepere refugiam ob magnitudinem potestatis tuæ, ne amicitia tua ultra modum impleri videar, tamen me res necessariæ quiescere non sinunt. Hanc igitur sororem, quæ et sanguine mihi conjuncta est, et ob viduitatem afflictatur, et res filii orphani procurat, ubi vidi jam ultra vires ærumnis intolerabilibus constringi, misertus illius, atque animo dolens, rogare te festinavi, ut si qua suppetat facultas, misso ab ea viro operam navare digneris; ut quod ipsa præsens coram me promiserat, eo jam reddito nulla amplius ei fiat injuria. Sic enim pacta fuerat, ut si sortem solveret, remitterentur usuræ. Nunc igitur qui res illius hæredum procurant, præter sortem usuras etiam conantur exigere. Igitur ut perspectum et exploratum habens Dominum

(57) *Καὶ τοῦδε.* Non bene Combefisius legendum putat τοῦ δὲ λόγου. Indicat Basilius illum exprædisidibus, de quo in superiore epistola.

(58) *Διὰ τό.* Sic emendavimus ex codice Claromontano, quod prave in Coisliniano primo et editis legebatur δεῖ τῷ. Plures in hanc epistolam codices non habuimus. Paulo post editi ἐλευθερίᾳ. Uterque codex ut in textu.

(59) *Γενόμενα.* Sic uterque codex. Editi γινόμενα.

(60) *Καὶ αὐτός.* Iterum editi et Coisl. primus addunt καί, quæ conjunctio melius deesse visa est in codice Clarom.

(61) *Περιοῦσα.* Bigot. alter secunda manu παρτοῦσα.

* Alias CDXXII, scripta anno 372.

Digitized by Google

res viduarum atque orphanorum suas facere : ita studium tuum et operam impende huic negotio, in spem futuræ ab ipso Deo nostro mercedis. Existimo enim, si præfecti maxime admirandi clementia sortem solutam esse didicerit, fore ut illum misereat domus illius cætera ærumnosæ et infelicis et in genua provolutæ, atque ad injurias, quæ extrinsecus inferuntur, imparis. Rogo igitur, et necessitati ignoscas, quæ ut tibi molestus essem coegit, et in hoc negotium incumbas pro potestate, quam Christus tibi, benignis ac probis moribus prædito, et his quæ accepisti ad optima quæque utenti largitus est.

A εἰσπραξιν ἐπιχειροῦσι ποιήσασθαι. Ὡς οὖν εἰδὼς, ὅτι Κύριός ἐστιν ὁ τὰ τῶν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν ἰδιοποιούμενος, οὕτω σπούδασον χρήσασθαι ἑαυτὸν τῇ σπουδῇ τῇ ὑπὲρ τοῦ πράγματος, ἐπ' ἐλπίδι τῆς παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μισθαποδοσίας. Οἶμαι γὰρ, καὶ τὴν ἡμερότητα τοῦ θαυμασιωτάτου ἐπάρχου (62) μαθοῦσαν, ὅτι τὸ κεφάλαιον ἐκτέτισται, συμπαθῆσειν τῷ ἐλεεινῷ λοιπὸν καὶ ἀθλίῳ οἴκῳ εἰς γόνυ κλιθέντι, καὶ οὐκέτι ἀρκοῦντι ταῖς ἔξωθεν αὐτῷ ἐπαγομέναις ἐπηρείαις. Παρακαλῶ οὖν, καὶ τῇ ἀνάγκῃ σύγγνωθι, δι' ἣν ὤχλησά σοι, καὶ τῷ πράγματι σύμπραξον κατὰ τὴν δύναμιν, ἣν ἔδωκέ σοι ὁ Χριστὸς χρηστῷ καὶ ἀγαθῷ τὸν τρόπον ὄντι. καὶ εἰς ἀγαθὸν οἷς ἔλαβες κεχρημένῳ.

EPISTOLA CX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙ'.

Basilius data a præfecto scribendi licentia utitur, ut ei commendet Tauri incolas, quibus graviora ferri tributa imponebantur.

Modesto præfecto.

Quantum mihi honoris ac libertatis concessisti, morum lenitate non veritus te ad nos demittere, tanta tibi atque etiam majora, quandiu vixeris, a bono nostro Domino incrementa tribui splendoris precamur. Me autem et jampridem scribere, et honore, qui ex te percipitur, perfrui cupientem retinebat amplissimæ dignitatis reverentia : quippe cum vererer, ne quando libertate immoderatius uti viderer. Nunc vero simul et accepta ab incomparabili tua magnanimitate scribendi licentia, simul et necessaria res hominum afflictorum confidere coegit. Si quid igitur tenuissimorum preces apud viros potentissimos valuerint : sine te, vir in primis admirande, hoc exorem, ut pro tua benigna voluntate, rusticitati miserandæ salutem largiaris, ac jubeas ut ferri tributum iis qui Taurum ferri feracem incolunt, fiat tolerabile, ne statim obruantur, sed publicis usibus diu inserviant : quam rem omnium maxime curæ esse admirandæ tuæ humanitati persuasum habeo.

B *Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.*

Ὅσης ἡμῖν τιμῆς καὶ παῤῥησίας μεταδίδως, τῇ ἡμερότητι τοῦ τρόπου καταβαίνειν πρὸς ἡμᾶς ἀνεχόμενος, τοσαύτην σοι καὶ ἔτι πλείω ἐν παντὶ τῷ βίῳ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Δεσπότου τὴν αὔξησιν γενέσθαι τῆς περιφανείας εὐχόμεθα. Ἐμὲ δὲ καὶ πάλαι ἐπιθυμοῦντα γράφειν, καὶ ἀπολαύειν τῆς παρὰ σοῦ τιμῆς, κατεῖχεν ἡ πρὸς τὸ ὑπερέχον αἰδὼς· εὐλαβούμενον μήποτε νομισθῶ ἀμέτρως ἐμφορεῖσθαι τῆς παῤῥησίας. Νῦν δὲ ὁμοῦ μὲν καὶ τὸ λαβεῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐπιστέλλειν παρὰ τῆς ἀπαραβλήτου σου μεγαλοψυχῆς, ὁμοῦ δὲ καὶ χρεία τῶν καταπονουμένων ἐξεβιάσατό με πρὸς τὸ θαρσεῖν. Εἴ τις οὖν καὶ παρὰ τῶν μικρῶν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις (63) ἱκετηρίας ἰσχύς, παρακλήθητι, θαυμασιώτατε, φιλανθρώπῳ νεύματι C ἐλεεινῇ ἀγροικίᾳ τὴν σωτηρίαν χαρίσασθαι, καὶ τοῖς τὸν Ταῦρον οἰκοῦσι τὸν σιδηροφόρον φορητὴν προσάξαι γενέσθαι τὴν τοῦ σιδήρου συντέλειαν· ὡς μὴ εἰς ἅπαξ αὐτοὺς ἐκτριβῆναι, ἀλλὰ διαρκῆ αὐτῶν εἶναι τὴν ὑπηρεσίαν τοῖς δημοσίοις· οὗ μάλιστα πάντων μέλειν τῇ ἀξιαγάστῳ σου φιλανθρωπίᾳ πεπείσμεθα.

203 EPISTOLA CXI**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΑ

Commendat amicum, qui a præfecto accersitus fuerat ob illatas ei criminationes.

Modesto præfecto.

Alias quidem magnanimitati tuæ obstrepere ausus non fuissem, qui et memet metiri, et potestates dignoscere sciam. Sed ubi amicum mihi hominem vidi difficultatibus implicatum, eo quod accersitus sit, hanc ei epistolam præbere ausus sum, ut eam, veluti quoddam supplicantis insigne offerens, ali-

D *Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.*

Ἄλλως μὲν οὐκ ἂν ἐθάῤῥησα δι' ὄχλου γενέσθαι τῇ μεγαλοψυχίᾳ σου, εἰδὼς καὶ ἐμαυτὸν μετρεῖν, καὶ τὰς ἐξουσίας γνωρίζειν· ἐπειδὴ δὲ εἶδον ἄνδρα φίλον ἐναγωνίως διακείμενον ἐπὶ τῷ μετακληθῆναι, ἀπετόλμησα αὐτῷ δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, ἵνα ἀνθ' ἱκετηρίας (64) αὐτὴν προβαλλόμενος τύχῃ τινὸς φιλ-

* Alias CCLXXVII, scripta anno 372.
** Alias CCLXXVI, scripta anno 372.
(62) *Ἐπάρχου.* Legendum ὑπάρχου, ut supra monuimus.
(63) *Μεγίστοις.* Coisl. primus μεγάλοις.
(64) *Ἀνθ' ἱκετηρίας.* Reg. uterque et Coisl. secundus ἀνθ' ἱκεσίας. Illa autem vox ἱκετηρία, qua sæpe alias utitur Basilius, non idem hoc loco sonat ac supplicatio, ut interpretes existimarunt ; sed potius id designat, quod supplicantes prætendere solebant, ut eum, cui supplicabant, inflecterent. Observat Chrysostomus, orat. 2 *adversus Anomœos*, plebem, si quid petat ab imperatore, olivæ ramos prætendere solere. Sed hunc Basilii locum inprimis illustrat Gregorius Nazianzenus, qui desertorem quemdam commendat Olympio in epist. 78, eumque ait ad Olympium confugere, et canitiem ac sacerdotium Gregorii, *veluti regiam quamdam imaginem*

Digitized by Google

ἀνθρωπίας. Πάντως δὲ, εἰ καὶ ἡμεῖς οὐδενὸς λόγου ἄξιοι, ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτριον (65) ἱκανὸν δυσωπῆσαι τὸν φιλανθρωπότατον τῶν ὑπάρχων (66), καὶ ἡμῖν δοῦναι συγγνώμην, ἵνα, εἰ μὲν μηδὲν πεπλημμέληται τῷ ἀνδρὶ, σωθῆναι αὐτὸν δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ καὶ ἥμαρτεν, ἀφεθῆναι αὐτῷ (67) δι' ἡμᾶς τοὺς ἱκετεύσαντας. Οἷα δὲ τὰ ἐνταῦθα τῶν πραγμάτων ἐστὶ, τίς μᾶλλον ἐπίσταται σοῦ, τοῦ καὶ ἐπιβλέποντος τὰ παρ' ἑκάστῳ (68) σαθρὰ, καὶ τῇ θαυμασίᾳ προμηθείᾳ τὰ πάντα διακρατοῦντος;

A quid humanitatis consequatur. Certe autem, etsi nullius pretii sumus, moderatio ipsa præfectorum humanissimum potest flectere, et nobis veniam conciliare; ut si vir nihil peccavit, ipsius veritatis beneficio salvus sit et incolumis: si quid autem commisit, illud ei mea supplicantis causa remittatur. Quo autem in statu sint res nostræ, quis melius quam tu novit, qui ea quæ in unoquoque infirma sunt, consideras, ac mirabili tua providentia omnia moderaris?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΒ'.

204 EPISTOLA CXII'.

Cum Domitianus Basilii necessarius in Andronicum, præpotentem virum, peccasset, Basilius hortatur Andronicum, ut Domitiano in metu et ignominia degenti novum supplicium non infligat, cæterisque qui eum intuentur, vene metu mortuis et quid futurum sit observantibus, humanitatis laudandæ materiam præbeat.

Ἀνδρονίκῳ (69) ἡγεμόνι.

B *Andronico duci.*

1. Εἰ μὲν οὕτως εἶχον σώματος, ὥστε ῥᾳδίως ὑπομένειν ὁδοιπορίας δύνασθαι, καὶ τὰ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ φέρειν, οὐκ ἂν ἐπέστελλον, ἀλλ' αὐτὸς παρὰ τὴν σὴν (70) μεγαλοψυχίαν ἐβάδιζον δυοῖν ἕνεκεν· τοῦ τε παλαιὸν ὑποσχέσεως ἐκτῖσαι χρέος (οἶδα γὰρ ὁμολογήσας παρέσεσθαι τῇ Σεβαστείᾳ, καὶ ἀπολαῦσαί (71) σου τῆς τελειότητος· ὅπερ ἐποίησα μὲν, διήμαρτον δὲ τῆς συντυχίας, μικρὸν κατόπιν τῆς σῆς καλοκαγαθίας παραγενόμενος)· ἑτέρου δὲ, τοῦ τὴν πρεσβείαν δι' ἐμαυτοῦ πληρῶσαι, ἣν ἀποστεῖλαι (72) τέως ἀπώκνουν, μικρότερον ἐμαυτὸν κρίνων ἢ ὥστε τοιαύτης τυγχάνειν χάριτος· καὶ ἅμα λογιζόμενος, ὅτι οὔτε ἄρχοντα οὔτε ἰδιώτην ὑπὲρ οὐδενὸς ἂν τις λέγων διὰ γραμμάτων πείσειεν οὕτως, ὡς αὐτὸς παρὼν, καὶ τὰ μὲν ἀπολυόμενος (73) τῶν ἐγκλημάτων, C τὰ δὲ ἱκετεύων, τοῖς δὲ συγγνώμην παραιτούμενος ἔχειν· ὧν οὐδὲν ἂν ῥᾳδίως δι' ἐπιστολῆς γένοιτο. Πᾶσιν οὖν τούτοις ἓν ἀντιθεὶς, σὲ τὴν θείαν κεφαλὴν, καὶ ὅτι ἐξαρκέσει τὴν γνώμην ἐνδείξασθαί σοι, ἣν περὶ τοῦ πράγματος ἔχομεν, τὰ δὲ λοιπὰ προσθήσεις παρὰ σεαυτοῦ, πρὸς τὴν ἐγχείρησιν οὐκ ἀπώκνησα.

1. Si corpore ita valerem, ut facile peregrinationem sustinere possem et hiemis molestias ferre, non equidem scriberem; sed ipse ad tuam magnanimitatem proficiscerer duabus de causis; ut et vetus promissi debitum persolverem (nam promisisse scio, venturum me Sebastiam, atque præstantia tua fruiturum: quod quidem feci, sed congressus compos non fui, propterea quod paulo post tuam probitatem adveni), deinde ut et legationem per me ipse obirem, quam mittere hactenus reformidabam, non tanti faciens me, ut ejusmodi beneficium consequar, ac illud etiam cogitans neminem esse qui vel principi vel privato per litteras æque persuadere possit, ac si ipse coram adsit, et ex criminibus alia diluat, pro aliis supplicet, aliis veniam precetur; quorum nihil facile fieri possit per epistolam. Sane his omnibus unum habens quod opponam, te scilicet divinum caput, cui satis erit nostram de re sententiam declarare; reliqua vero addes ex temetipso; rem sine cunctatione aggressus sum.

obtendere, ὥσπερ τινὰ εἰκόνα βασιλικὴν τὴν πολιὰν ἡμῶν προβαλλόμενος καὶ τὴν ἱερωσύνην. Idem Gregorius orat. 22, p. 400, ait de Machabæorum matre, προέτεινε τὴν πολιὰν καὶ τὲ γῆρας ἱκετηρίας προυβάλλετο, *protendebat canitiem filiis suis et senectutem ostendebat velut ea quæ ad supplicandum prætendi solent.* Regia imago in primo testimonio adhibita, probat in altero ἱκετηρίαν esse signum supplicandi, non orationem supplicem, ut visum est Billio.

(65) *Τὸ μέτριον.* Ita Coisl. uterque. Editi τὸ μέτρον.

(66) *Ὑπάρχων.* Coisl. et Med. ἐπάρχων.

(67) *Ἀφεθῆναι αὐτῷ.* Unus ex Combefisianis codicibus habet αὐτόν. Simili commendatione utitur Gregorius Nazianzenus epist. 183, narratque olim quemdam ita ad amicum scripsisse: Τὸν δεῖνα, εἰ μὲν οὐδὲν ἀδικεῖ, διὰ τὸ δίκαιον ἄφες· εἰ δὲ ἀδικεῖ, δι' ἡμᾶς ἄφες· *Illum, si nihil mali admisit, ob jus ipsum et æquitatem absolve; si admisit, in nostri gratiam absolve.* Liquet autem illud crimen, cui Basilius veniam precatur, non majestatis aut aliud gravissimum crimen fuisse, in quo locus ejusmodi precibus non fuisset.

(68) *Παρ' ἑκάστῳ.* Ita Harl. cum duobus aliis. Editi παρ' ἑκάστου.

(69) *Ἀνδρονίκῳ.* Coisl. primus addit ὑπὲρ πρεσβυτέρου, *pro presbytero.* Sic etiam Vat. et Med., nisi quod in utroque legitur πρὸ πρεσβυτέρου.

(70) *Παρὰ τὴν σήν.* Sic mss. sex. Editi πρὸς τὴν σήν. Mox iidem codices, uno forte excepto, παλαιόν. Editi παλαιᾶς.

(71) *Ἀπολαῦσαι.* Sic tres vetustissimi codices. D Editi ἀπολαύσειν.

(72) *Ἀποστεῖλαι.* Contra editi ὑποστῆναι, *Legationem, quam sustinere hactenus reformidabam.* Quamvis autem scriptura nitatur auctoritate trium vetustissimorum codicum, non possum tamen hoc loco non plus tribuere tribus aliis codicibus non ita vetustis, nempe Vaticano, Coisl. secundo et Regio secundo. Repugnat enim ut Basilius dicat se hactenus reformidasse hanc legationem per se obire, cum conceptis verbis declaret desiderio suo solam corporis debilitatem obstare. Idem probant allatæ ab eo rationes: prima, quod sibi non tantum tribuat ut in ejusmodi rebus per alios agat: altera, quod scribendo minus quam adeundo promoveri intelligat. Verebatur ergo legationem mittere, non per se obire.

(73) *Ἀπολυόμενος.* Quatuor codices non vetustissimi ἀποδυόμενος.

* Alias CLXIV. Scripta anno 372.

Digitized by Google

2. At vides quomodo circuitione utar, dum aperire vereor ac refugio, qua de causa orationem instituam. Domitianus ille necessarius noster est ab antiquo ex parentibus, sic ut nihil omnino differat a fratre. Quamobrem enim quod verum est non dicam? Deinde causam edoctus, ob quam hæc pertulit, dignum esse dixi qui sic pateretur. Neque enim quisquam sit, qui si parum aut multum in tuam virtutem peccaverit, pœnam effugiat. Sed quoniam videmus hunc in metu et ignominia degentem, salutemque ipsius in tua sententia sitam, satis illum pœnæ dedisse judicavimus, et, ut magnanimum quiddam simul et humanum de eo cogites, obsecramus. Nam rebelles sub potestatem redigere, et fortis est viri, et vere imperantis : at benignum esse ac mansuetum in prostratos, hominis est magnanimitate et clementia omnes superantis. Itaque tibi, si voles, in uno et eodem licebit tuam et in ulciscendo et in servando ad arbitrium magnanimitatem ostendere. Hic modus supplicii satis sit Domitiano, metus eorum quæ exspectat, et quæ se pati dignum esse novit. Iis nihil illi ad pœnam adjicias supplicamus. Illud enim considera dominos eorum qui læserant exstitisse multos ex iis qui ante nos vixere, de quibus nullus ad posteros transmissus **205** sermone; at vero iram remisisse, qui philosophia vulgus antecelluerunt, quorum immortalis memoria in omni ævo perhibetur. Addatur igitur et hoc præconiis tuis. Largire nobis, qui tua celebrare cupimus, ut humanitatis exempla superioribus temporibus decantata laudando superemus. Sic et Crœsus filii interfectori iram remisisse dicitur, seipsum ad supplicium offerenti : et magnus ille Cyrus huic ipsi Crœso amicus post victoriam fuisse. Hos inter te numerabimus, et pro virili hæc prædicabimus, nisi exiles quidam esse omnino tanti viri præcones existimemur.

3. Cæterum illud cæteris necesse est addere, eos qui quidvis deliquerint, non ob ea quæ jam admissa sunt puniri (qua enim arte quæ facta sunt, infecta reddantur?); sed ut aut ipsi deinceps meliores fiant, aut aliis sapiendi sint exemplum. Horum autem neutrum nunc deesse quisquam dixerit : ipse namque horum recordabitur etiam post mortem; reliquos vero, dum in hunc intuentur, metu mortuos esse puto. Quare quidquid supplicio adjecerimus, nostram ipsorum iram explere videbimur : quod multum abesse, ut de te verum sit, ego sane dixerim, neque adduci potuissem, ut ejusmodi verbum ullum proferrem, nisi majori beneficio affici dantem quam accipientes perspicerem. Neque enim paucis perspicua erit ista animi magnitudo. Nam Cappadoces omnes quid futurum sit

2. Ἀλλ' ὁρᾷς ὅπως κύκλῳ περίειμι ὀκνῶν καὶ ἀναδυόμενος τὴν αἰτίαν ἐκφαίνειν ὑπὲρ ὧν ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Δομετιανὸς οὗτος ἐπιτήδειος ἡμῖν ἐστιν ἐκ τῶν γονέων ἄνωθεν· ὥστε ἀδελφοῦ μηδ' ὁτιοῦν διαφέρειν. Τί γὰρ ἄν τις μὴ τἀληθῆ λέγοι; Εἶτα τὴν αἰτίαν μαθόντες ἀφ' ἧς ταῦτα πέπονθεν, ἄξιον εἶναι τοῦ παθεῖν οὕτως ἔφαμεν. Μηδὲ γὰρ ἔστω μηδεὶς, ὅς, μικρὸν ἢ μεῖζον εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν ἁμελήσας (74), τὴν τιμωρίαν ἐκφύγοι. Ἀλλ' ὁρῶντες τοῦτον περιδεῶς καὶ ἀδόξως ζῶντα, καὶ ἐπὶ τῇ σῇ ψήφῳ κειμένην αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν, ἀρκοῦσαν αὐτὸν ἔχειν τὴν δίκην ἐκρίναμεν· μεγαλόψυχόν τε ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον διανοηθῆναί σε περὶ αὐτοῦ ἱκετεύομεν. Τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς· τὸ δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι χρηστὸν εἶναι καὶ πρᾶον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος. Ὥστε ὑπάρξει σοι βουληθέντι ἐν τῷ αὐτῷ τήν τε πρὸς τὸ ἀμύνασθαι καὶ τὴν εἰς τὸ σώζειν, ὡς ἂν ἐθέλοις (75), ἐπιδείξασθαι μεγαλοψυχίαν. Τοῦτο μέτρον ἀρκοῦν Δομετιανῷ τῆς κολάσεως, τῶν προσδοκωμένων ὁ φόβος, καὶ ὧν ἄξιον οἶδεν ἑαυτὸν παθεῖν ὄντα. Τούτοις μηδὲν εἰς τιμωρίαν προσθεῖναι αὐτῷ ἱκετεύομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι κύριοι μὲν τῶν ἠδικηκότων πολλοὶ τῶν πρότερον ἤδη γεγόνασιν, ὧν οὐδεὶς πρὸς τοὺς ὕστερον διεπέμφθη λόγος· ἀφῆκαν δὲ τὴν ὀργὴν οἱ φιλοσοφίᾳ τοὺς πολλοὺς ὑπεράραντες, ὧν ἀθάνατος ἡ μνήμη τῷ χρόνῳ (76) παντὶ παραδέδοται. Προσκείσθω δὲ καὶ τοῦτο τοῖς περὶ σοῦ διηγήμασι. Δὸς ἡμῖν, τοῖς ὑμνεῖν προαιρουμένοις τὰ σὰ, τὰς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἀδομένας φιλανθρωπίας ὑπερβαλέσθαι. Οὕτω καὶ Κροῖσος τῷ παιδοφόνῳ τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι λέγεται, ἑαυτὸν παραδόντι εἰς τιμωρίαν· καὶ Κῦρος ὁ μέγας αὐτῷ τούτῳ τῷ Κροίσῳ φίλος γενέσθαι μετὰ τὴν νίκην. Τούτοις σε συναριθμήσομεν· καὶ, ὅση δύναμις ἡμετέρα, ταῦτα ἀναγορεύσομεν, εἴπερ μὴ μικροί τινες εἶναι πανταπασιν ἀνδρὸς τοσούτου κήρυκες νομισθείημεν.

3. Ἐκεῖνο δὲ ἐπὶ πᾶσιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι τοὺς ὁτιοῦν ἀδικοῦντας οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων κολάζομεν· (τίς γὰρ ἂν γένοιτο μηχανὴ μὴ γεγενῆσθαι τὰ πεπραγμένα;) ἀλλ' ὅπως ἂν ἢ αὐτοὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀμείνους γένοιντο, ἢ ἑτέροις ὑπάρξειαν τοῦ σωφρονεῖν παράδειγμα (77). Τούτων τοίνυν οὐθέτερον ἐνδεῖν ἄν τις ἐν τῷ παρόντι φήσειεν, αὐτός τε γὰρ καὶ μετὰ τὸν θάνατον τούτων μεμνήσεται· τούς τε λοιποὺς τεθνάναι τῷ δέει πρὸς τοῦτον ἀφορῶντας οἰόμαι. Ὥσθ' ὅπερ ἂν προσθῶμεν τῇ τιμωρίᾳ, τὴν ὀργὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀποπιμπλάναι δόξομεν· ὃ πολλοῦ δεῖν ἐπὶ σοῦ ἀληθὲς εἶναι φαίην ἂν ἔγωγε, καὶ οὐδὲν ἂν τούτων τῶν λόγων προήχθην εἰπεῖν, εἰ μὴ μείζονα τῷ διδόντι τὴν χάριν ἐνεώρων ἢ τοῖς λαμβάνουσιν. Οὐδὲ γὰρ ὀλίγοις ἔσται καταφανὴς ἡ μεγαλοψυχία τοῦ τρόπου. Καππαδόκαι γὰρ ἅπαντες ἀποσκοποῦσι

(74) *Ἀμελήσας*. Ita Coisl. uterque, Med., Vat., Reg. secundus et Harl. Editi ἁμαρτήσας, quod eodem redit.

(75) *Ἐθέλοις*. Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐθέλῃς.

(76) *Τῷ χρόνῳ*. Vaticanus codex, Reg. secundus et Coisl. secundus τῷ βίῳ.

(77) *Παράδειγμα*. Reg. uterque et Coisl. secundus παραδείγματα.

Digitized by Google

τὸ μέλλον, οἷς εὐξαίμην ἂν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν προσόντων σοι καὶ ταύτην (78) ἀπαριθμήσασθαι. Ὀκνῶ δὲ τοῦ γράφειν παύσασθαι, ἡγούμενός μοι ζημίαν οἴσειν τὸ παρεθέν. Τοσοῦτόν γε μὴν προσθήσω, ὅτι, πολλῶν ἐπιστολὰς ἔχων ἐξαιτουμένων αὐτὸν, πασῶν ἡγήσατο προτιμοτέραν εἶναι τὴν παρ' ἡμῶν, οὐκ οἶδά που (79) μαθὼν εἶναί τινα ἡμῶν λόγον παρὰ τῇ σῇ τελειότητι. Ὅπως οὖν μήτε αὐτὸς ψευσθῇ τῶν ἐλπίδων, ἃς ἐφ' ἡμῖν ἔσχε, καὶ ἡμῖν ὑπάρξῃ πρὸς τοὺς ἐνταῦθα σεμνολογεῖσθαι· παρακέκλησο, δέσποτα ἀνυπέρβλητε, ἐπινεῦσαι πρὸς τὴν αἴτησιν. Πάντως δὲ οὐδενὸς χεῖρον τῶν πώποτε φιλοσοφησάντων ἐπέσκεψαι τὰ ἀνθρώπινα· καὶ οἶδας, ὡς καλὸς θησαυρὸς πᾶσι τοῖς δεομένοις ὑπουργεῖν προαποκείμενος (80).

A observant, qui quidem optaverim ut inter reliqua tua ornamenta hanc quoque magnanimitatem numerent. Finem epistolæ imponere vereor, ratus, quod omissum fuerit, mihi damno fore. Tantum hoc adjungam, eum etsi a multis epistolas habet ipsius incolumitatem ac salutem exposcentibus, nostram omnibus potiorem duxisse, cum nescio unde didicerit nos apud tuam præstantiam in aliquo esse numero. Ut igitur neque eum spes fallat, quam in nobis habet, et nobis liceat apud nostros gloriari; te, domine perquam eximie, exorari sinas, ut nostræ annuas petitioni. Profecto autem nullo deterius eorum qui unquam philosophati sunt, considerasti res humanas: et nosti quam bonus thesaurus iis, qui omnibus egentibus operam suam

B præbent, jam olim repositus sit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΓ'.

EPISTOLA CXIII'.

Demonstrat Basilius in magna rerum ecclesiasticarum perturbatione liberaliter agendum esse cum infirmioribus, nec amplius quidquam a fratribus exposcendum, nisi ut fidem Nicænam recipiant, et Spiritum sanctum fateantur creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt, communicandum.

Τοῖς ἐν Ταρσῷ πρεσβυτέροις.

Συντυχὼν τῷδε, πολλὴν ἔσχον τῷ ἁγίῳ Θεῷ τὴν χάριν, ὅτι με καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀπὸ πολλῶν θλίψεων παρεμυθήσατο, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐναργῶς ἔδειξε δι' αὐτοῦ. Σχεδὸν γὰρ τὸν πάντων ὑμῶν περὶ τὴν ἀλήθειαν ζῆλον ἐν τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνδρὸς προαιρέσει κατέμαθον. Ἃ μὲν οὖν ἰδίᾳ διελέχθημεν πρὸς ἀλλήλους, αὐτὸς ὑμῖν ἀπαγγελεῖ (81)· ἃ δὲ παρ' ἐμοῦ γνωρισθῆναι ὑμῶν προσῆκε τῇ ἀγάπῃ, ταῦτά ἐστιν. Ὁ καιρὸς πολλὴν ἔχει ῥοπὴν πρὸς καταστροφὴν τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τοῦτο πολὺν ἔχομεν ἤδη χρόνον ἐξ οὗ καταμανθάνομεν. Οἰκοδομὴ δὲ Ἐκκλησίας, καὶ σφαλμάτων διόρθωσις, καὶ συμπάθεια μὲν πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας, ὑπερασπισμὸς δὲ πρὸς τοὺς ὑγιαίνοντας τῶν ἀδελφῶν οὐδὲ εἷς. Ἀλλ' οὔτε βοήθημα ἢ θεραπευτικὸν (82) τῆς προκατασχούσης νόσου, ἢ προφυλακτικὸν τῆς *προσ*δοκωμένης οὐδέν. Καὶ ὅλως ἔοικε λοιπὸν ἡ τῆς Ἐκκλησίας κατάστασις (ἵνα ἐναργεῖ χρήσωμαι τῷ ὑποδείγματι, κἂν εὐτελέστερον εἶναι δοκῇ) ἱματίῳ παλαιῷ, ὑπὸ τῆς τυχούσης προφάσεως ῥᾳδίως καταῤῥηγνυμένῳ, ὃ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἰσχὺν ἐπανελθεῖν πάλιν ἀδυνατεῖ. Ὡς οὖν ἐν καιρῷ τοιούτῳ, μεγάλης χρεία τῆς σπουδῆς καὶ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας εὐεργετηθῆναί τι τὰς Ἐκκλησίας. Εὐεργεσία δέ ἐστιν ἑνωθῆναι τὰ τέως διεσπασμένα (83). Ἕνωσις δ' ἂν γένοιτο, εἰ βουληθείημεν, ἐν οἷς μηδὲν βλάπτομεν τὰς ψυχὰς, συμπεριενεχθῆναι τοῖς ἀσθενεστέροις. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ στόματα ἠνοίκται κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ πολλαὶ γλῶσσαι ἠκόνηνται εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ βλασφημίαν· ἀξιοῦμεν ὑμᾶς, ὅσον ἐστὶν ἐφ' ὑμῖν (84), εἰς ὀλίγον ἀριθμὸν περιστῆσαι τοὺς βλασφημοῦντας· καὶ

Presbyteris Tarsensibus.

Congressus cum illo, magnas habui Deo sancto gratias, qui et me illius præsentia ex multis angoribus consolatus est, et vestram charitatem perspicue per ipsum ostendit. Nam vestrum fere omnium veritatis studium in viri unius proposito cognovi. Quæ igitur privatim inter nos locuti sumus, ea ipse vobis referet. **206** Quæ autem ex me charitatem vestram par est cognoscere, hæc sunt. Tem-

C pus plurimum incumbit ad eversionem Ecclesiarum, idque jam a longo tempore perspeximus. Ædificatio autem Ecclesiæ, delictorum emendatio, erga debiles commiseratio, sanorum fratrum defensio nulla prorsus est. Sed neque remedium ullum, aut morbus prior curetur, aut impendens caveatur. Ac profecto similis est Ecclesiæ status (ut claro utar exemplo, etiamsi vilius esse videatur) vetusto vestimento, quod facile qualibet occasione discinditur, nec potest iterum ad pristinum robur redire. Itaque ut in tali tempore magno opus est studio ac multa diligentia, ut aliquid accedat emolumenti Ecclesiis. Emolumentum est autem membra prius divulsa conjungi. Fiet autem conjunctio, si velimus, quibus in rebus ani-

D mas non lædimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ multæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacutæ: rogamus vos, ut quantum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; et qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemi relinquantur soli, ac vel pudore

(78) *Καὶ ταύτην*. Ita mss. septem. Editi καὶ τοῦτο, excepta tamen editione prima Basileensi.

(79) *Οὐκ οἶδά που*. Ita tres vetustissimi codices. Editi οὐκ οἶδ' ὅπως.

(80) *Προαποκείμενος*. Sic mss. sex. Editi προαποκείμενός ἐστι, excepta tamen editione prima Basil.

(81) *Ἀπαγγελεῖ*. Ita mss. quinque. Editi ἐπαγγελεῖ.

(82) *Θεραπευτικόν*. Med. προθεραπευτικόν.

(83) *Διεσπασμένα*. Duo mss. διεσπαρμένα, *dispersa*.

(84) *Ἐφ' ὑμῖν*. Ita mss. quinque. Editi ἐφ' ἡμῖν.

* Alias CCIII. Scripta circa an. 372.

Digitized by Google

suffusi ad veritatem redeant, vel si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus : sed volentibus nobiscum conjungi fratribus fidem Nicænam proponamus : ac si ei assentiuntur, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, et eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo. Enimvero persuasum mihi est diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si etiam quid amplius adjiciendum sit explanandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum [19].

τους μὴ λέγοντας κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δέχεσθαι εἰς κοινωνίαν, ἵνα μόνοι καταλειφθῶσιν οἱ βλάσφημοι, καὶ ἢ καταισχυνθέντες ἐπανέλθωσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἐπιμένοντες τῇ ἁμαρτίᾳ ἀναξιόπιστοι ὦσι διὰ τὴν ὀλιγότητα. Μηδὲν τοίνυν πλέον ἐπιζητῶμεν, ἀλλὰ προτεινώμεθα τοῖς βουλομένοις ἡμῖν συνάπτεσθαι ἀδελφοῖς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν· κἂν ἐκείνῃ συνθῶνται, ἐπερωτῶμεν καὶ τὸ μὴ δεῖν λέγεσθαι κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μηδὲ κοινωνικοὺς αὐτῶν εἶναι τοὺς λέγοντας. Πέρα δὲ τούτων (85) ἀξιῶ μηδὲν ἐπιζητεῖσθαι παρ' ἡμῶν. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι τῇ χρονιωτέρᾳ συνδιαγωγῇ καὶ τῇ ἀφιλονείκῳ συγγυμνασίᾳ, καὶ εἴ τι δέοι πλέον προστεθῆναι εἰς τράνωσιν, δώσει ὁ Κύριος ὁ πάντα συνεργῶν εἰς ἀγαθὸν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

EPISTOLA CXIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΔ'.

Cum exorta esset in clero Tarsensi aliqua dissensio, Basilius pacis constituendæ cupidus hanc Cyriaco conditionem fert, ut Nicænam fidem nulla prorsus excepta voce recipiat, et fateatur Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt communicandum. Spondet pro fratribus nihil eos amplius ab eo petituros.

Cyriaco, Tarsi commoranti.

Τοῖς ἐν Ταρσῷ περὶ Κυριακόν (86).

Quantum sit pacis bonum, quid opus est apud pacis filios dicere? Quia igitur magnum illud bonum, et admirandum, et omnibus qui Dominum diligunt maxime expetendum, jam pene ad nudam vocem redactum est, eo quod multiplicata sit iniquitas, refrigerata jam in multis charitate; hoc unum arbitror iis qui germane et vere Domino serviunt, studio esse debere, ut Ecclesias variis partibus multisque modis inter se discissas ad unitatem reducant. Quod et ego facere dum aggredior, immerito curiosi hominis crimen sustineam. Nihil **207** enim Christiani tam proprium est, quam pacem conciliare : unde et hujus rei mercedem maximam nobis Dominus promisit. Postquam igitur cum fratribus congressus sum eorumque perspexi magnum in fratres et in vos, sed et multo majorem in Christum amorem, ac fidei integritatem et firmitatem; et utrumque ipsis magno esse studio, ut neque a vestra charitate segregentur, neque fidem sanam prodant ; hac eorum bona mente comprobata, ad vestram gravitatem scribo, obsecrans omni charitate, ut eos vere et ex animo conjunctos omnisque ecclesiasticæ curæ participes habeatis. Quin et illis spopondi rectam esse vestram mentem, ac vos Dei gratia pro vestro veritatis studio ad omnia paratos esse, quæcunque pro veritatis doctrina pati oportuerit. Quæ autem, ut mihi persuadeo, neque vobis adversantur, et prædictis fratribus satis sunt ad integram persuasionem,

Ὅσον ἐστὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν, τί χρὴ λέγειν πρὸς ἄνδρας υἱοὺς τῆς εἰρήνης; Ἐπεὶ οὖν τὸ μέγα τοῦτο, καὶ θαυμαστὸν, καὶ πᾶσι περισπούδαστον τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον, κινδυνεύει λοιπὸν εἰς ὄνομα ψιλὸν περιστῆναι, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγείσης λοιπὸν ἐν τοῖς πολλοῖς (87) τῆς ἀγάπης, οἶμαι προσήκειν μίαν ταύτην εἶναι σπουδὴν τοῖς γνησίως καὶ ἀληθινῶς δουλεύουσι τῷ Κυρίῳ, τὸ ἐπαναγαγεῖν πρὸς ἕνωσιν τὰς Ἐκκλησίας, τὰς πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἀπ' ἀλλήλων διατμηθείσας. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐπιχειρῶν ποιεῖν, οὐκ ἂν δικαίως πολυπράγμονος αἰτίαν λάβοιμι. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιόν ἐστι Χριστιανοῦ, ὡς τὸ εἰρηνοποιεῖν· διὸ καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ μισθὸν μέγιστον ἡμῖν ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. Συντυχὼν τοίνυν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ θεασάμενος αὐτῶν πολὺ μὲν τὸ φιλάδελφον καὶ τὸ περὶ ὑμᾶς ἀγαπητικὸν, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον τὸ φιλόχριστον καὶ τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀκριβές τε καὶ εὔτονον· καὶ ὅτι πολλὴν ἀμφοτέρων ποιοῦνται σπουδὴν, τῆς τε ὑμετέρας ἀγάπης μὴ χωρίζεσθαι, καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν πίστιν μὴ καταπροδοῦναι· ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν, ἐπιστέλλω τῇ σεμνότητι ὑμῶν, παρακαλῶν πάσῃ ἀγάπῃ ἔχειν αὐτοὺς ἡνωμένους γνησίως, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς φροντίδος κοινωνούς· ἐγγυησάμενος καὶ αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ὀρθότητα, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι τῷ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζήλῳ πρὸς πάντα ἑστὲ παρατεταγμένοι, ὅσαπερ ἂν δέῃ (88) παθεῖν ὑπὲρ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας. Ἔστι δὲ, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τὰ οὔτε ὑμῖν ὑπεναντία, καὶ

[19] Rom. VIII, 28.

* Alias CCIV. Scripta circa an. 372.

(85) *Πέρα δὲ τούτων... παρ' ἡμῶν.* Ita septem mss. Editi Παρὰ δὲ τούτων... παρ' ὑμῶν. Similem prorsus animi moderationem Gregorius Naz. iis exhibet, qui Spiritui sancto divinitatem libenter tribuebant, Dei nomen tribuere verebantur, orat. 44, p. 710.

(86) *Τοῖς ἐν Ταρσῷ*, etc. Ita Med. et Coisl. primus. Nonnulli alii Τοῖς ἐν Ταρσῷ τοῖς περὶ Κυριακόν. Editi Τοῖς αὐτοῖς περὶ Κυριακὸν παραπλήσια.

(87) *Ἐν τοῖς πολλοῖς.* Præpositio addita ex Coisl. primo et alio ms.

(88) *Ἂν δέῃ.* Sic Med, et Coisl. primus cum nonnullis aliis. Editi ἂν δέοι. Paulo post editi ἐκ τῶν Πατέρων. Coisl. primus et duo alii ut in textu.

Digitized by Google

τοῖ; προειρημένοις τῶν ἀδελφῶν αὐτάρκη πρὸς πληροφορίαν, ταῦτα, ὁμολογεῖν ὑμᾶς τὴν ὑπὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν ἐκτεθεῖσαν Πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ ποτὲ συνελθόντων, καὶ μηδεμίαν τῶν ἐκεῖ λέξεων ἀθετεῖν, ἀλλ' εἰδέναι, ὅτι τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ, ἀφιλονείκως συνιόντες, οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας ἐφθέγξαντο· προσθεῖναι δὲ τῇ Πίστει ἐκείνῃ καὶ τὸ μὴ χρῆναι λέγειν κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ μέντοι μηδὲ τοῖς λέγουσι κοινωνεῖν, ἵνα καθαρὰ ᾖ τοῦ Θεοῦ ἡ Ἐκκλησία, μηδὲν ζιζάνιον ἑαυτῇ παραμεμιγμένον ἔχουσα. Ταύτης αὐτοῖς τῆς πληροφορίας παρὰ τῆς εὐσπλαγχνίας ὑμῶν προτεθείσης, καὶ αὐτοὶ τὴν πρέπουσαν ὑμῖν ὑπόταγὴν ἕτοιμοί εἰσι παρασχέσθαι. Αὐτὸς γὰρ ἐγγυῶμαι τὸ μέρος τῶν ἀδελφῶν, ὡς εἰς οὐδὲν ἀντεροῦσιν, ἀλλὰ πᾶσαν ὑμῖν ἐπιδείξονται εὐταξίας ὑπερβολὴν, ἑνὸς τούτου αὐτοῖς τοῦ ἐπιζητουμένου παρ' αὐτῶν ὑπὸ τῆς ὑμετέρας τελειότητος ἑτοίμως παρασχεθέντος.

A hæc sunt : ut fidem a Patribus nostris, qui Nicææ quondam convenerunt, editam profiteamini, nullamque in ea vocem rejiciatis, sed sciatis trecentos decem et octo Patres, qui citra contentionem convenerunt, non sine Spiritus sancti afflatu locutos esse ; atque illud etiam huic fidei addatis, Spiritum sanctum creaturam dici non oportere, nec cum iis qui dicunt, communicandum, ut Dei Ecclesia pura sit, zizanium nullum sibi admistum habens. Hæc si illis vestra charitas ad persuasionem proposuerit ; ipsi quoque et consentaneum vobis parati sunt obsequium exhibere. Ego enim pro fratribus spondeo, eos nulla in re esse contradicturos, sed cumulatissime modestiam omnem vobis exhibituros ; si modo perfectio vestra hoc unum quod a vobis expetunt, lubenter ipsis concesserit.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΕ'.

EPISTOLA CXV'.

Iracundam mulierem monet parum prodesse sine justitia liberalitatem in pauperes : rogat ut se docere desinat, sed potius cogitet de judicio Dei, ubi nec servi testes aderunt, nec eunuchi. Horum vitia nativis coloribus describuntur.

Σιμπλικίᾳ αἱρετικῇ (89).

Ad Simpliciam hæreticam.

Ἀβούλως οἱ ἄνθρωποι καὶ μισοῦσι τοὺς κρείττονας, καὶ φιλοῦσι τοὺς χείρονας. Διὸ δὴ καὶ αὐτὸς κατέχω τὴν γλῶτταν (90), σιωπῇ τῶν ἐμῶν ὄβρεων πνίγων τὸν ὄνειδον. Ἐγὼ δὲ μενῶ τὸν ἄνωθεν δικαστὴν, ὃς οἶδε πᾶσαν κακίαν ἐν τέλει ἀμύνεσθαι. Κἂν γὰρ ὑπὲρ ψάμμον ἐκχέῃ (91) τις χρήματα, βλάπτει ψυχὴν, πατήσας τὸ δίκαιον. Ἀεὶ γὰρ θυσίαν Θεὸς, οὐχ ὡς χρῄζων, οἶμαι, ζητεῖ, ἀλλὰ θυσίαν πολυτελῆ τὴν εὐσεβῆ καὶ δικαίαν γνώμην δεχόμενος. Ὅταν δέ τις ἑαυτὸν (92) παραβαίνων πατῇ, κοινὰς λογίζεται τὰς εὐχάς. Σαυτὴν οὖν τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ὑπόμνησον, καὶ ἡμᾶς (93), εἰ βούλει, μὴ δίδασκε. Ἴσμεν σου πλείονα, καὶ ταῖς ἔνδοθεν ἀκάνθαις οὐ τοσοῦτον συμπνιγόμεθα· οὔτε ἐν ὀλίγοις καλοῖς δεκαπλασίονα κακίαν ἐπιμίγνυμεν. Ἐπήγειρας ἡμῖν σαύρας τε καὶ φρύνους, ἑαρινὰ δῆθεν θηρία, πλὴν ὅμως ἀκάθαρτα. Ἀλλ' ἦξει πτερὸν (94) ἄνωθεν, τὸ

Temere homines et odio prosequuntur meliores, et diligunt pejores. Quapropter et ipse contineo linguam, contumeliarum mearum opprobrium silentio premens. Ego autem supernum judicem exspectabo, qui novit malitiam omnem in fine ulcisci. Nam etiamsi quis pecunias arena copiosius profundat, si justitiam conculcat, animam suam lædit. Semper enim Deus sacrificium, non quasi, opinor, eo egeat, quærit ; sed pretiosum sacrificium, mentem piam ac justam admittit. Quando autem quispiam prævaricando se ipse proculcat, ejus preces pro impuris ducit. Itaque de extrema die te ipsa commoneas, et nos si videbitur, **208** ne doceto. Novimus plura quam tu, et internis spinis non tam præfocamur, neque paucis bonis decuplam malitiam admiscemus. Excitasti in nos et lacertas et rubetas, bestiolas quidem vernas, sed

C

(89) Argumentum hujus epistolæ, scitu necessarium et publica luce dignum, quod in Operum S. Basilii editionibus deest, exstat in codice Cæsareo num. LXVII prænotato ante initium epistolæ his verbis (*a*) : Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Σιμπλικίαν περὶ εὐνούχων αὐτῆς. Αἱρετικὴ ἦν αὕτη. Ἀρρωστήσαντος δὲ τοῦ μακαρίου Βασιλείου, καὶ εἰσιόντος ἔν τινι λουτρῷ λούσασθαι, ἡ αὐτὴ Σιμπλικία προστάττει εὐνούχοις καὶ κορασίοις ῥιφῆναι τὰ *σάβανα* (*b*) αὐτοῦ ἔξω· καὶ παρευθὺς ἡ δικαία κρίσις τοῦ Θεοῦ ἀνεῖλέ τινας ἐξ αὐτῶν· καὶ ἡ αὐτὴ Σιμπλικία ἔπεμψε χρήματα τῷ αὐτῷ μακαρίῳ Βασιλείῳ ἐξιλεουμένη τὸ πταῖσμα· ὁ δὲ, μὴ δεξάμενος, ἔγραψεν αὐτῇ ταῦτα. Hoc est : *Ejusdem epistola ad Simpliciam de eunuchis ipsius. Hæretica hæc fuit ; ideoque cum S. Basilius ob adversam valetudinem lavandi causa intrasset balneum, mandavit illa eunuchis ac puellis suis ut ejus* sabana *foras projicerent. Quo facto, statim justa Dei vindicta nonnullas eorum qui id perpetraverant sustulit. Simplicia igitur, ut per expiationem illatæ injuriæ S. Basilio reconciliare-*

tur, pecuniam quidem ipsi misit ; sed is, pecunia, quæ sibi oblata fuerat, non accepta, scripsit hæc. In editione Operum divi Basilii Benedictina anni 1730 argumentum hoc nostrum scholii saltem vices obire poterat, nec videmus causam cur fuerit neglectum.

D

(90) *Τὴν γλῶτταν*. Editiones secunda Basileensis et Parisiensis addunt μου, quod deest in Coisl. utroque, Harl., Reg. secundo et Colb. et antiquioribus editionibus. Non exstat hæc epistola in Medicæo et Regio primo.

(91) *Ἐκχέῃ*. Ita summo consensu veteres libri. Editi ἐκχέει.

(92) *Ἑαυτόν*. Reg. secundus et Colbert., et in margine Coisl. secundus δόλῳ ἑαυτόν.

(93) *Καὶ ἡμᾶς*. Duo codices ἡμᾶς δέ, et paulo post ἴσμεν γάρ. Mox Harl. πνιγόμεθα.

(94) *Πτερόν*. Regius secundus et Coisl. secundus habent πτηνόν in textu et ad marginem πτερόν.

* Alias LXXXVII. Scripta circa an. 372.

(*a*) Lambec. *Commentar. de biblioth. Vindobon.*, tom. III, ed. Kollar., p. 336
(*b*) Hoc est lintea balnearia.

Digitized by Google

immundas. At e supernis veniet avis, quæ has depascetur. Mihi enim reddenda ratio, non ut tu existimas, sed ut Deus judicare novit. Quod si et testibus opus erit, non sistentur servi, neque eunuchorum genus inhonestum ac perniciosum, non, inquam, genus illud, neque femineum, neque masculum, mulierum amore insaniens, invidum, mercede vili conductum, iracundum, fractum, ventri serviens, avarum, sævum, cœnæ plorans jacturam, inconstans, illiberale, quidvis accipiens, insatiabile, furiosum, et zelotypum : et quid jam ultra dicendum est? simul ut natum est, ferro damnatum. Quomodo ergo fieri poterit, ut horum mens recta sit, quorum et pedes distorti sunt? Hi caste quidem vivunt absque mercede per ferrum : sed amore insaniunt absque fructu, ob suam ipsorum turpitudinem. Non hi producentur judicii testes, sed oculi justorum, et conspectus virorum perfectorum, quotquot tunc oculis ea cernent, ad quæ nunc animi cogitatione respiciunt.

A ταῦτα νεμόμενον. Ἐμοὶ γὰρ λόγος, οὐχ ὡς σὺ νομίζεις, ἀλλ' ὡς οἶδε κρίνειν Θεός. Εἰ δὲ καὶ μαρτύρων χρεία, οὐ δοῦλοι στήσονται, οὐδὲ εὐνούχων γένος ἄτιμον καὶ πανώλεθρον· τοῦτο δὴ τοῦτο, ἄθηλυ, ἀνανδρον, γυναικομανὲς, ἐπίζηλον, κακόμισθον, ὀξύθυμον, θηλυδριῶδες, γαστρίδουλον, χρυσομανὲς, ἁπηνὲς, κλαυσίδειπνον, εὐμετάβλητον, ἀμετάδοτον, πάνδοχον, ἀπροσκορὲς, μανικὸν καὶ ζηλότυπον· καὶ τί γὰρ ἔτι εἰπεῖν; σὺν αὐτῇ τῇ γενέσει σιδηροκατάδικον. Πῶς οὖν τούτων γνώμη ὀρθὴ, ὧν καὶ οἱ πόδες στρεβλοί; Οὗτοι σωφρονοῦσι μὲν ἄμισθα διὰ σιδήρου· μαίνονται δὲ ἄκαρπα δι' οἰκείαν αἰσχρότητα. Οὐχ οὗτοι στήσονται τῆς κρίσεως μάρτυρες, ἀλλ' ὀφθαλμοὶ δικαίων, καὶ ὄψεις ἀνδρῶν τελείων· ὅσοι τότε ὁρῶσι, πρὸς ἃ βλέποντες νῦν εἰσι συνέσει.

EPISTOLA CXVI.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙϚ'.

Firminum cum audisset Basilius, relicta vitæ asceticæ exercitatione, arma sequi, dehortatur eum ab hoc consilio, atque auctor est, ut beatos progenitores malit patria regenda, quam paternum avum armorum professione imitari.

Firmino.

B

Φιρμίνῳ.

Et raræ sunt litteræ tuæ et breves, sive segnitie scribendi, sive alioqui satietatis, quæ ex copia nasci posset, vitandæ consilio ; sive quod etiam te ipse sermonis brevitati assuefacias. Nobis certe nihil satis est, sed etiamsi redundent copia, desiderio impares sunt ; eo quod velim singulas res tuas discere, quomodo tibi corpus habeat, quomodo pietatis exercitatio ; utrum in iis quæ initio decrevisti, perseveres ; an aliquid novi consilii susceperis, ut quæque res accidunt, ita sententiam immutans. Quod si idem permaneres, multitudinem litterarum non exposceremus : sed satis nobis esset hoc tantum : *Ille illi : valere nos scias, et vale.* Quoniam autem audimus, quæ et dicere nos pudet, te relicto beatorum progenitorum ordine ad avum paternum transfugere, et Brettanium fieri velle pro Firmino, hæc ipsa avemus audire, et quibus rationibus ad hanc vitæ viam ineundam adductus sis, discere. Verum quoniam ipse ob consilii pudorem conticuisti : nos te adhortamur, ut pudore digna consilia non capias, et si quid subiit animum tuum, hoc ex mente expulso, iterum ad te redeas, ac longo vale militiæ armisque et castrorum molestiis **209** dicto, revertare in patriam, satis ad vitæ securitatem et ad omnem splendorem existimans, urbi, itidem ut majores, præesse : id quod tibi citra laborem obventurum confidimus, respicientes tum ad idoneas naturæ dotes, tum ad competitorum

Καὶ σπάνιά σου τὰ γράμματα, καὶ μικρὰ ταῦτα, ἢ ὄκνῳ τοῦ γράφειν, ἢ ἄλλως, τὸν ἐκ τοῦ πλήθους κόρον διαφεύγειν οἰκονομοῦντος, ἢπου καὶ πρὸς βραχυλογίαν ἑαυτὸν συνεθίζοντος. Ἡμῖν μέντοι οὐδὲν ἐξαρκεῖ, ἀλλὰ κἂν ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει, τῆς ἐπιθυμίας ἐστὶν ἐλάττω, διὰ τὸ βούλεσθαι ἕκαστα (94') περὶ σοῦ μανθάνειν· πῶς μέν σοι τὸ σῶμα ἔχει, ὅπως δέ σοι τὰ τῆς ἀσκήσεως· καὶ πότερον ἐπιμένεις τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένοις, ἤ τι καὶ μετεβουλεύσω, πρὸς τὰ συμπίπτοντα τὴν γνώμην μετατιθέμενος (95). Εἰ μὲν οὖν ὁ αὐτὸς διέμεινας (95') σεαυτῷ, οὐκ ἂν πλῆθος γραμμάτων ἐπεζητοῦμεν, ἀλλ' ἐξήρκει ἡμῖν τοσοῦτον· *Ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι· ὑγιαίνειν ἡμᾶς ἴσθι, καὶ ἔρρωσο*· ἐπεὶ δὲ ἀκούομεν C ἃ καὶ λέγειν αἰσχυνόμεθα, καταλιπόντα σε τὴν τῶν μακαρίων προγόνων τάξιν, ἐπὶ τὸν πρὸς πατρὸς πάππον αὐτομολεῖν, καὶ Βρεττάνιον σπουδάζειν γενέσθαι ἀντὶ Φιρμίνου· ἐπιζητοῦμεν αὐτὰ ταῦτα ἀκοῦσαι (96), καὶ τοὺς λογισμοὺς μαθεῖν καθ' οὓς ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τοῦ βίου τὴν ὁδὸν ὑπήχθης. Ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἀπεσιώπησας αἰδοῖ τοῦ βουλεύματος, ἡμεῖς σε παρακαλοῦμεν μήτε βουλεύεσθαι αἰσχύνης ἄξια, καὶ εἴ τι ὑπέδραμέ σου τὸν νοῦν, ἀπελάσαντα τοῦτο τῆς διανοίας, σεαυτοῦ γενέσθαι πάλιν, καὶ μακρὰ χαίρειν εἰπόντα στρατείᾳ καὶ ὅπλοις, καὶ ταῖς ἐπὶ στρατοπέδου ταλαιπωρίαις, καταλαβεῖν τὴν πατρίδα, ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν βίου καὶ πρὸς πᾶσαν D περιφάνειαν τὸ ἐξίσου τοῖς προγόνοις κρατῆσαι τῆς πόλεως ἡγησάμενον· ὅπερ ἀπόνως σοι παραγενή-

* Alias CLXXIV. Scripta circa an. 372.

(94') *Ἕκαστα.* Editi πάνθ' ἕκαστα, sed prima vox deest in antiquissimis codicibus Coisl. et Med. Deerat etiam in Harlæano, sed addita est ab alia manu.

(95) *Μετατιθέμενος*, etc. Sic quatuor codices et prima manu Harlæanus. Editi μεταθέμενος.

(95') *Διέμεινας*. Med. διέμενες. Paulo post editi ἐπεζητοῦμεν· ἀλλ' ἤρκει. Codices antiquissimi Coisl., Med., Coisl. et Harl. ut in contextu ; subinde Med. primus τὰ ἀκουόμενα, *Quæ audimus pudet dicere.*

(96) *Ἀκοῦσαι.* Editio Paris. addit παρὰ σοῦ, sed hæc desunt in edit. Basil. et sex mss. codicibus. Duo autem codices, nempe Vaticanus et Coisl. secundus, habent Βρέττανιν. Non multo post Coisl. primus μήποτε βουλεύεσθαι.

Digitized by Google

σεσθαι πεπιστεύκαμεν, πρός τε τὴν ἐκ φύσεως ἐπιτηδειότητα ἀφορῶντες καὶ πρὸς τὴν ἐρημίαν τῶν ἐνισταμένων. Εἴτε οὖν μὴ γέγονεν ἐξ ἀρχῆς ἡ γνώμη, εἴτε γενομένη πάλιν ἐκβέβληται, γνώρισον (96*) ἡμῖν ἐν τάχει· εἰ δὲ, ὃ μὴ γένοιτο, τὰ αὐτὰ μένει βουλεύματα, αὐτάγγελτος ἡμῖν ἡκέτω ἡ συμφορά· γραμμάτων δὲ οὐ δεόμεθα.

A paucitatem. Sive igitur hoc consilium ab initio captum non est, sive captum postea rejectum est, cito nobis significato : si vero, quod absit, eadem manent consilia, sua sponte nuntiata nobis veniat calamitas ; litteris vero opus non habemus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΖ'.

EPISTOLA CXVII*.

Firminus respondet præcedenti epistolæ, dolorem suum significat, quod a pietatis exercitatione discessisset : promittit deinceps se ad priorem vitam rediturum ; seque impetraturum sperat ut dimittatur. Cæterum Dei auxilio confidit suam virginitatis servandæ voluntatem regiis mandatis potiorem futuram.

Ἀνεπίγραφος (97), ἐπὶ ἀσκήσει.

Sine inscriptione, piæ ac religiosæ exercitationis causa.

Ἐγὼ καὶ ἄλλως ὀφείλεσθαι τῇ ὑμετέρᾳ τιμιότητι ἐμαυτὸν νομίζω· καὶ τὸ νῦν δὲ τοῦτο φρόντισμα, ἐν B ᾧ ἐσμεν, ἀναγκαίως ἡμᾶς ὑπευθύνους ταῖς τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑπηρεσίαις καθίστησι, κἂν οἱ τυχόντες ὦσιν (97*) οἱ ἐπιτάττοντες, μὴ ὅτι ὑμεῖς οἱ πολλοῖς δικαίοις καὶ ἄλλοις πρὸς ἡμᾶς συναπτόμενοι. Τὰ μὲν οὖν παρελθόντα εἰς ἐξέτασιν ἀγαγεῖν οὐκ ἀναγκαῖον· ἐπεὶ ἐνῆν εἰπεῖν, ὅτι ἡμεῖς ἐγενόμεθα ἑαυτοῖς τῶν ταράχων αἴτιοι, τῆς ἀγαθῆς ἐκείνης ἀσκήσεως καὶ μόνης ἀγούσης πρὸς σωτηρίαν φιλονεικήσαντες ἀποστῆναι· διὸ τάχα καὶ τῷ ταράχῳ τούτῳ εἰς πειρασμὸν παρεδόθημεν. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν γέγονε, καὶ ὑπομνήσεως ἠξιώθη, ὥστε μὴ δεύτερον ἡμᾶς τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν· τὰ δὲ ἑφεξῆς, πάνυ βούλομαι πληροφορεῖσθαί σου τὴν εὐλάβειαν, ὅτι, τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος, ῥᾷστα ἡμῖν προσχωρήσει, τοῦ πράγματος καὶ ἐννόμου ὄντος, καὶ οὐδὲν ἔχοντος βαρὺ, καὶ C τῶν φίλων ἡμῶν πολλῶν (98) ἑτοίμως χαριζομένων, ὄντων ἐν τῷ στρατοπέδῳ. Τυπωθήσεται οὖν παρ' ἡμῶν δέησις, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ προσδοθέντος λιβέλλου τῷ βικαρίῳ· ἐν ᾗ ἐὰν μή τις γένηται παρολκὴ, εὐθέως ἀποπεμψόμεθα, τὴν ἐκ τοῦ γράμματος (99) ἄδειαν παρεχόμενοι. Πέπεισμαι δὲ ἐν τοιούτοις μεῖζον τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων τὴν προαίρεσιν ἡμῶν ἰσχύειν, ἣν ἐὰν ἄτρεπτον καὶ ἀκλινῆ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἀκμὴν βίου ἐπιδείξώμεθα, ἀνεπιχείρητος ἡμῖν καὶ ἄσυλος διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας τῆς παρθενίας ἡ φυλακὴ εἴη. Τὸν δὲ ἐγχειρισθέντα ἡμῖν παρὰ σοῦ ἀδελφὸν καὶ ἐθεασάμεθα ἡδέως, καὶ ἔχομεν ἐν τοῖς γνωρίμοις, εὐχόμενοι ἄξιον εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς σῆς μαρτυρίας.

Ego et alias tuæ me dignitati deberi puto ; et nunc illa sollicitudo in qua versor, necessario me (1) ejusmodi ministeriis obnoxium facit, etiamsi quivis e turba præcepta tradat, nedum tu, quem multa mecum et alia jura conjungunt. Itaque præterita expendere necesse non est ; siquidem dicere licet, causam me fuisse molestiarum ; dum a bona illa pietatis exercitatione, et quæ sola ad salutem ducit, pertinaciter discessi ; unde et cito huic perturbationi ad tentationem traditi sumus. Atque hæc quidem transierunt, nec caruere admonitione, ut ne iterum in eadem mala incidam. Quod attinet ad futura, pietati tuæ persuasissimum esse velim, ea nobis Dei dono facillime processura ; cum res et æqua sit, nec quidquam grave habeat ; et amici nobis multi, qui sunt in aula, prompto animo gratificentur. Itaque delineabitur a nobis rogatio ad similitudinem dati libelli vicario : quam quidem si nulla protrahat mora, statim dimittar, ex scripto solutionem metus afferens. Persuasum autem habeo in ejusmodi rebus potiorem esse regis mandatis voluntatem nostram, quam si immutatam ac immotam a proposito vitæ perfectæ exhibuero, inexpugnabilis nobis et inviolabilis Dei auxilio virginitatis erit custodia. Fratrem autem mihi a te traditum et lubens vidi, et inter familiares habeo : quem et Deo et tuo testimonio dignum esse opto.

(96*) *Γνώρισον.* Ita codices mss. summo consensu. Edita δήλωσον. Paulo post editio Paris. et secunda Basil. ἱκέτω. Editio prima Basil. et mss. ἡκέτω.

(97) *Ἀνεπίγραφος.* Nemo non videt hanc epistolam non esse Basilii, sed ad eum scriptam ab ipso Firmino.

(97*) *Τυχόντες ὦσιν.* Sic duo mss.. melius quam in editis, τυχόντες εἰσίν.

delectatus magis, quam dolui, jacturam considerans, quanta nobis per silentii tempus evenerit. Sed quia scribere cœpisti, hoc facere ne intermittas; nam magis delectabis, quam qui multas pecunias avaris mittunt. Scriptor autem nullus **226** mihi aderat, neque ex iis qui eleganter scribunt, neque ex iis qui velociter. Nam quos exercueram, horum alii ad pristinum vitæ genus rediere; alii vero diuturnis morbis afflictati labores ferre non possunt.

A ἐγνων αὐτὴν, οὐχ ἧσθην μᾶλλον τοῖς ἐπεσταλμένοις, ἢ ἠνιάθην, τὴν ζημίαν, ὁπόση γέγονεν ἡμῖν κατὰ τὸν τῆς σιωπῆς χρόνον, διαλογιζόμενος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἤρξω γράφειν, μὴ διαλίπῃς (30) τοῦτο ποιῶν. Εὐφρανεῖς γὰρ πλέον ἢ οἱ τὰ πολλὰ χρήματα τοῖς φιλοπλούτοις διαπεμπόμενοι. Τῶν δὲ γραφέων οὐδείς μοι παρῆν, οὔτε τῶν καλλιγραφούντων οὔτε τῶν ταχυγράφων. Οὓς γὰρ ἔτυχον ἐξασκήσας, οἱ μὲν ἀνέδραμον ἐπὶ τὴν πρώτην τοῦ βίου συνήθειαν, οἱ δὲ ἀπειρήκασι πρὸς τοὺς πόνους, χρονίαις ἀῤῥωστίαις κεκακωμένοι.

EPISTOLA CXXXV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΕ'.

Basilius ingemue exponit quid de duobus libris a Diodoro compositis sentiat, et de dialogis scribendis multa peracute observat. Sperat Diodorum plura scripturum : ipse vero tantum se a scribendo, quantum a valetudine et otio remotum esse dicit. Primum librum remittit; alterum retinet, volens describere, nec copiam habens tachygraphi.

Diodoro, Antiochiæ presbytero.

1. Legi missos a tua præstantia libros. Et secundo quidem valde oblectatus sum, non solum propter brevitatem, ut par erat hominem jam ad omnia segniter et debiliter sese habentem, verum etiam quod simul et frequens est sententiis, ac perspicue tum adversariorum objecta, tum etiam objectis responsa continet : et simplex nec elaboratum dicendi genus congruere mihi visum est Christiani proposito, non tam ad ostentationem, quam ad communem utilitatem scribentis. Prior vero, vim quidem eamdem in rebus habens, sed dictione uberiore et variis figuris ac dialogorum gratiis exornatus, multo mihi visus est et tempore ad legendum et mentis labore ad colligendas sententias ac memoria tenendas indigere. Adversariorum enim intertextæ vituperationes, laudesque nostrorum, etsi quasdam ex dialogo suavitates operi videntur afferre; quia tamen detinent et morantur, continuationem sententiæ divellunt, atque contentiosæ orationis firmitatem relaxant. Illud enim omnino solertiæ tuæ notum est, eos etiam ex philosophis exteris qui dialogos scripsere, Aristotelem quidem et Theophrastum statim res ipsas attigisse, quod conscii sibi essent deesse sibi lepores Platonicos. Plato autem ea est dicendi facultate, ut simul et sententias impugnet, et personas comico more describat, Thrasymachi quidem temeritatem ac impudentiam vituperans, Hippiæ vero levitatem mentis atque ignaviam, arrogantiam quoque et fastum Protagoræ. Ubi vero indefinitas personas in dialogos introducit, utitur quidem personis disserentibus ad rerum perspicuitatem, sed nihil aliud ex personis admiscet argumentis : id quod in *Legibus* præstitit.

B *Διοδώρῳ, πρεσβυτέρῳ Ἀντιοχείας* (31).

1. Ἐνέτυχον τοῖς ἀποσταλεῖσι βιβλίοις παρὰ τῆς τιμιότητός σου. Καὶ τῷ μὲν δευτέρῳ ὑπερήσθην, οὐ διὰ τὴν βραχύτητα μόνον, ὡς εἰκὸς ἦν τὸν ἀργῶς πρὸς πάντα καὶ ἀσθενῶς λοιπὸν διακείμενον, ἀλλ' ὅτι πυκνόν τε ἅμα ἐστὶ ταῖς ἐννοίαις, καὶ εὐκρινῶς ἐν αὐτῷ ἔχουσιν αἵ τε ἀντιθέσεις τῶν ὑπεναντίων, καὶ αἱ πρὸς αὐτὰς ἀπαντήσεις· καὶ τὸ τῆς λέξεως ἁπλοῦν τε καὶ ἀκατάσκευον πρέπον ἔδοξέ μοι εἶναι (32) προθέσει Χριστιανοῦ, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον ἢ κοινὴν ὠφέλειαν συγγράφοντος (33). Τὸ δὲ πρότερον, τὴν μὲν δύναμιν ἔχον τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς πράγμασι, λέξει δὲ πολυτελεστέρᾳ καὶ σχήμασι ποικίλοις καὶ διαλογικαῖς χάρισι κεκομψευμένον, πολλοῦ μοι ἐφάνη καὶ χρόνου πρὸς τὸ ἐπελθεῖν (34), καὶ πόνου διανοίας πρὸς τὸ καὶ συλλέξαι τὰς ἐννοίας, καὶ παρακατασχεῖν αὐτὰς τῇ μνήμῃ δεόμενον. Αἱ γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ παρεμβαλλόμεναι διαβολαὶ τῶν ὑπεναντίων, καὶ συστάσεις τῶν ἡμετέρων, εἰ καὶ γλυκύτητάς τινας ἐπεισάγειν δοκοῦσι διαλεκτικὰς (35) τῷ συγγράμματι· ἀλλ' οὖν τῷ σχολὴν καὶ διατριβὴν ἐμποιεῖν, διασπῶσι μὲν τὸ συνεχὲς τῆς ἐννοίας, καὶ τοῦ ἐναγωνίου λόγου τὸν τόνον ὑποχαυνοῦσιν. Ἐκεῖνο γὰρ πάντως συνεῖδέ (36) σου ἡ ἀρχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν· Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα, Θρασυμάχου μὲν τὸ Θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλων, Ἱππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον. Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις (37), οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν· ὅπερ ἐποίησεν ἐν τοῖς *Νόμοις*.

* Alias CLXVII. Scripta anno 373.

(30) *Μὴ διαλίπῃς*. Multi codices non vetustissimi μὴ διαλίποις.

(31) *Διοδώρῳ*. Coisl. primus et Med. Θεοδώρῳ.

(32) *Εἶναι*. Hanc vocem addidimus ex Med., Harl., Coisl. primo et utroque Regio.

(33) *Συγγράφοντος*. Ita tres vetustissimi codices. Editi γράφοντος.

(34) *Ἐπελθεῖν*. Sic mss. sex pro eo quod erat in editis ἐξελθεῖν, vel ut in editione 2 Paris. ἐπεξελθεῖν.

(35) *Γλυκύτητας... διαλεκτικάς*. Med. et Harl. prima manu γλυκυτάτας... διαλέξεις.

(36) *Συνεῖδε*. Harl. σύνοιδε, sed secunda manu.

(37) *Προσδιαλεγομένοις*. Tres codices non vetustissimi προδιαλεγομένοις.

Digitized by Google

2. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς τοὺς οὐ κατὰ φιλοτιμίαν A ἐρχομένους ἐπὶ τὸ γράφειν, ἀλλ' ὑποθήκας καταλιμπάνειν ὠφελίμων λόγων τῇ ἀδελφότητι προελομένους, ἐὰν μέν τι πᾶσι προκεκηρυγμένον ἐπὶ αὐθαδείᾳ τρόπου πρόσωπον ὑποβαλλώμεθα (38), τινὰ καὶ ἀπὸ προσώπου ποιότητος παραπλέκειν τῷ λόγῳ, εἴπερ ὅλως ἐπιβάλλει ἡμῖν διαβάλλειν ἀνθρώπους, τῶν πραγμάτων ἀφεμένους (39). Ἐὰν δὲ ἀόριστον ᾖ τὸ διαλεγόμενον, αἱ πρὸς τὰ πρόσωπα διαστάσεις (40) τὴν μὲν συνάφειαν διακόπτουσι, πρὸς οὐδὲν δὲ πέρας χρήσιμον ἀπαντῶσι (41). Ταῦτα εἶπον ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐκ εἰς κόλακος χεῖρας ἀπέστειλάς σου τοὺς πόνους, ἀλλὰ ἀδελφῷ τῷ γνησιωτάτῳ ἐκοινώνησας τῶν καμάτων. Εἶπον δὲ οὐ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ πρὸς φυλακὴν τῶν μελλόντων. Πάντως γὰρ ὁ τοσαύτῃ περὶ τὸ γράφειν ἕξει καὶ σπουδῇ B κεχρημένος οὐκ ἀποκνήσει γράφων· ἐπειδὴ οὐδὲ οἱ (42) τὰς ὑποθέσεις παρέχοντες ἀπολήγουσιν. Ἡμῖν δὲ ἀρκέσει μὲν ἀναγινώσκειν τὰ ὑμέτερα· τοῦ δὲ δύνασθαι γράφειν τι (43), τοσοῦτον ἀποδέομεν, ὅσον μικροῦ δέω λέγειν, καὶ τοῦ ὑγιαίνειν, ἢ καὶ τοῦ μετρίαν σχολὴν ἄγειν ἀπὸ τῶν πραγμάτων. Ἀπέστειλα δὲ νῦν διὰ τοῦ ἀναγνώστου τὸ μεῖζον καὶ πρότερον, ἐπελθὼν αὐτὸ ὡς ἐμοὶ δυνατόν. Τὸ δὲ δεύτερον (44) παρακατέσχον, βουλόμενος αὐτὸ μεταγράψαι, καὶ μὴ εὑπορῶν τέως τινὸς τῶν εἰς τάχος γραφόντων. Μέχρι γὰρ τοσαύτης ἦλθε πενίας τὰ ἐπίφθονα Καππαδοκῶν.

2. Oportet itaque et nos, qui non gloriæ studio ad scribendum ducimur, sed documenta relinquere utilium sermonum fraternitati instituimus, si quam omnibus jam decantatam ex morum pervicacia personam subjiciamus, nonnulla etiam ex personæ indole orationi attexere ; si tamen nobis omnino decorum est homines vituperare, rebus omissis. Sed si indefinitæ **227** sint personæ disserentes, illi adversus personas excursus intercidunt continuationem, nec ad ullum finem utilem pertingunt. Hæc eo dixi, ut exploratum sit, te non misisse labores tuos in adulatoris manus, sed cum fratre maxime ingenuo communicasse. Dixi autem non ad eorum quæ scripta sunt correctionem, sed ad eorum quæ scribentur, cautionem. Nam profecto qui tanta in scribendo facultate et diligentia utitur, non deterrebitur a scribendo ; quandoquidem et qui suppeditant argumenta, minime cessant. Nobis autem satis erit vestra legere : tantum enim abest ut scribere possimus, quantum ferme dixerim, ut valeamus, aut vel modicum otium habeamus a negotiis. Remisi autem nunc per lectorem majus ac primum volumen, a me, quantum mihi licuit, perlectum. Alterum vero retinui volens describere, nec copiam hactenus habens cujusquam, qui velociter scribat. Ad tantam enim penuriam invidendæ Cappadocum res devenere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛϚ'.

EPISTOLA CXXXVI*.

Morbum suum describit Basilius, queritur res ecclesiasticas dilapsas esse et proditas. Jamdudum Eusebium invisisset, nisi eum detinuisset per duos menses Eustathii diaconi morbus, ac deinde alii, qui cum Basilio erant, ægrotassent, ac postremo ipse Basilius.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. C *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

1. Ἐν οἵοις ἡμᾶς ὄντας κατέλαβεν ὁ χρηστὸς Ἰσαάκης (45), αὐτός σοι ἄμεινον διηγήσεται, εἰ καὶ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχει τὴν γλῶσσαν, ὥστε τραγικῶς ἐξαγγεῖλαι τὸ ὑπεραῖρον τῶν παθῶν· τοσοῦτον ἦν τῆς ἀῤῥωστίας τὸ μέγεθος. Καὶ τὸ εἰκὸς δὲ παντὶ γνώριμον, τῷ ἐμὲ καὶ κατὰ βραχὺ ἐπισταμένῳ. Εἰ γὰρ ἐν τῇ δοκούσῃ εὐεξίᾳ τῶν ἀπεγνωσμένων πρὸς τὸ ζῆν ἀσθενέστερον διεκείμην, γινώσκειν ἔξεστι τίς ἂν ἦμην ἐπὶ τῆς ἀῤῥωστίας. Καίτοιγε ἐρχῆν (δὸς γὰρ τῷ πυρετῷ συγγνώμην ἐρεσχελοῦντι), ἐπειδή μοι κατὰ φύσιν ἦν τὸ νοσεῖν, ἐν τῇ μεταβολῇ ταύτῃ (46) τῆς ἕξεως ὑγείας μοι νῦν τὸ κράτιστον περιεῖναι.

1. Quo in statu deprehenderit nos vir probus Isaaces, ipse tibi melius enarrabit, licet lingua illius par non sit, ut tragice exponat quæ majorem in modum patiebar : tanta erat morbi magnitudo. Sed tamen quid verisimile sit, quisquis me vel paululum novit, perspicere potest. Nam, si dum videbar valere, iis, quorum desperatur salus, infirmior eram, qualis in morbo fuerim cognoscere licet. Quanquam oportebat (da enim veniam febri ineptienti), cum mihi morbus secundum naturam esset, in hac habitus mutatione nunc me in præclarissima valetudine constitui. Sed quia Domini

(38) *Ὑποβαλλώμεθα.* Post hanc vocem editi addunt χρή, quæ vox cum perincommode posita sit, quia δεῖ paulo ante præcessit, nec in Harl. codice reperiatur, nisi secunda manu, merito visa est delenda. Ibidem Vat. et Coisl. secundus et duo Regii codices : χρή τινα καὶ ἀπὸ προσώπου πεποιημένα.

(39) *Ἀφεμένους.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi immutatione prorsus inutili ἀφεμένοις.

(40) *Διαστάσεις.* Ita Med., Coisl. uterque, Harl. prima manu et Reg. secundus. Editi διατάσεις.

(41) *Ἀπαντῶσι.* Post hoc verbum editi addunt τοῦ λόγου. Sed hæc desunt in sex mss. et in prima editione Basileensi.

(42) *Οὐδὲ οἱ.* Editi καὶ οἱ... οὐκ ἀπολήγουσιν. D Sed sequi maluimus tres optimos et vetustissimos libros.

(43) *Γράφειν τι.* Voculam addidimus ex Med., Harl., Coisl. utroque et Reg. secundo

(44) *Δεύτερον.* Editiones Parisienses addunt καὶ μικρότερον, sed hæc in nullo codice ms. reperimus, neque etiam occurrunt in editionibus Basileensibus.

(45) *Ἰσαάκης.* Ita Coisl. primus, Harl., Med. et Reg. primus et Bigot. alter. Editi Ἰσαάκιος. Quatuor alii mss. Ἰωσάκης.

(46) *Ταύτῃ.* Quatuor mss. non vetustissimi ταύτης. Mox editi παρεῖναι. Tres vetustissimi codices cum pluribus aliis περιεῖναι.

* Alias CCLVII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

flagellum est, quod accessionibus pro merito nostro dolores intendit, in morbum ex morbo incidi, adeo ut quod inde consequitur, vel puero manifestum sit, nostrum illud integumentum necessario solutum iri; nisi forte Dei benignitas tempus nobis pro sua patientia ad pœnitentiam concedens, efficiat etiam nunc, ut sæpe antea, solutionem quamdam et exitum ex malis inextricabilibus. Atque hæc quidem, ut ei gratum et nobis utile, ita se habebunt.

2. Res autem ecclesiasticæ quomodo dilapsæ et proditæ sint, dum nos propriæ securitatis causa quæ ad proximum attinent negligimus, ac ne hoc quidem intelligere possumus, rebus communibus male cadentibus, privatas etiam simul perire, quid attinet vel dicere? Præsertim **228** ad te, qui cuncta longe ante prævidens et in antecessum testatus es et declarasti, et prior ipse exsurrexisti, et alios excitasti, litteras scribens, coram accedens, quid non agens, quam vocem non emittens! Quorum quidem meminimus, ut quæque res evenit, sed inde nihil jam adjuvamur. Nunc autem, nisi mihi mea peccata obstitissent (ac primum quidem religiosissimus ac dilectissimus frater noster Eustathius condiaconus in morbum gravem delapsus, totos me duos menses distinuit, dum diem ex die valetudinem illius exspecto : deinde qui mecum sunt omnes ægrotarunt, quorum reliquias narrabit frater Isaaces; postremo tandem ego ipse hoc sum morbo correptus), jamdudum apud tuam præstantiam forem, non rebus communibus quidpiam afferens emolumenti, sed mihimetipsi lucrum non parvum ex tuo congressu concilians. Etenim statueram extra ecclesiastica esse tela, eo quod imparati simus adversus ea quæ struuntur ab adversariis. Servet te omnibus hominibus magna Dei manus, generosum fidei custodem, ac vigilantem Ecclesiarum defensorem, dignosque nos efficiat, qui tuo congressu ac colloquio ante obitum ad animarum nostrarum utilitatem potiamur.

Ἀλλ' ἐπειδὴ μάστιξ τοῦ Κυρίου ἐστὶ προσθήκαις ταῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν τὸ ἀλγεινὸν ἐπιτείνουσα, ἀσθένειαν ἐπὶ τῇ ἀσθενείᾳ προσεκτησάμην, ὥστε τὸ ἀπὸ τούτου καὶ παιδὶ φανερὸν εἶναι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη οἰχήσεσθαι ἡμῖν τὸ ἔλυτρον τοῦτο (47)· πλὴν εἰ μή που ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἡμῖν ἐν τῇ μακροθυμίᾳ αὐτοῦ χρόνους εἰς μετάνοιαν χαριζομένη, ποιήσειε καὶ νῦν, ὡς καὶ πολλάκις πρότερον, λύσιν τινὰ καὶ πόρον ἐκ τῶν ἀμηχάνων δεινῶν (48). Ταῦτα μὲν οὖν ἕξει, ὡς αὐτῷ φίλον καὶ ἡμῖν συμφέρον.

2. Τὰ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ὅπως οἴχεται καὶ προπέποται, ἡμῶν τῆς οἰκείας ἀσφαλείας ἕνεκεν τὰ τῶν πλησίον περιορώντων, καὶ οὐδὲ τοῦτο συνοραῖν δυναμένων, ὅτι τῇ τοῦ κοινοῦ κακοπραγίᾳ (49) καὶ τὸ καθ' ἕκαστον συναπόλλυται, τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα, ὃς, πόῤῥωθεν ἕκαστα προειδὼς, καὶ προδιεμαρτύρω καὶ προεκήρυξας, καὶ αὐτός τε προεξανέστης, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπήγειρας, ἐπιστέλλων, αὐτὸς παραγινόμενος, τί οὐ ποιῶν, τίνα φωνὴν οὐκ ἀφιείς! Ὧν μεμνήμεθα μὲν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐκβαινόντων, ὠφελούμεθα δὲ ἀπ' αὐτῶν οὐκέτι. Καὶ νῦν εἰ μὴ αἱ ἁμαρτίαι ἀντέστησάν μοι καὶ τὸ μὲν πρῶτον (50) ὁ εὐλαβέστατος καὶ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐστάθιος ὁ συνδιάκονος, εἰς νόσον χαλεπὴν καταπεσὼν, εἰς ὅλους με δύο παρέτεινε μῆνας, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ περιμένοντα· ἔπειτα δὲ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἠσθένησαν, ὧν τὰ μὲν καταλείμματα ἐξαριθμήσεται ὁ ἀδελφὸς Ἰσαάκης· τὸ δὲ τελευταῖον αὐτὸς ἐγὼ τῇ νόσῳ κατεσχέθην ταύτῃ· ἐπεὶ πάλαι ἂν ἦμην παρὰ τὴν σὴν τιμιότητα, οὐκ ὄφελός τι τοῖς κοινοῖς παρεχόμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μέγα κέρδος ἐκ τῆς συντυχίας σου κτώμενος. Καὶ γὰρ ἐγνώκειν ἔξω τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι βελῶν διὰ τὸ ἀφύλακτον ἡμῶν πρὸς τὰ σκευωρούμενα (51) παρὰ τῶν ἐναντίων. Σώζοι σε τῷ βίῳ παντὶ ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χεὶρ, τὸν γενναῖον φύλακα τῆς πίστεως, καὶ νήφοντα τῶν Ἐκκλησιῶν προστάτην· καὶ καταξιώσειεν ἡμᾶς πρὸ τῆς ἐξόδου τῆς συντυχίας σου ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

(47) *Τοῦτο*. Ita mss. quatuor. Editi τούτου. Desunt hoc loco multæ voces in Med., Harl. et Coisl. primo, in quibus legitur οἰχήσεται, ac statim, cæteris omissis, ἐν τῇ μακροθυμίᾳ.

(48) *Δεινῶν*. Coisl. primus κακῶν.

(49) *Κακοπραγίᾳ*. Reg. secundus et Coisl. secundus δυσπραγίᾳ.

(50) *Τὸ μὲν πρῶτον*. Ita mss. Editio 1 Paris. τὸ μὴ πρῶτον.

(51) *Σκευωρούμενα*. Harl., Paris. et Clarom. σκαιωρούμενα. Hujus loci, qui subobscurus est, ea videtur esse sententia. Non dicit Basilius sibi in votis esse iter Samosatense, ut extra tela inimicorum sit. Quomodo enim tutior fuisset in extera regione? Metuendum potius erat ne in gregem eo absente lupi irruerent; quod periculum episcopis diu absentibus imminere ait pluribus locis. Rationem ergo reddit, cur colloquium et conspectum Eusebii non ad communem utilitatem, sed ad propriam profuturum speraret. Cum enim ei mutuas operas episcopi ad communem utilitatem non traderent, imparem se videbat evertendis adversariorum consiliis, satisque magnum sibi facturus videbatur, si sibi ipse consulens extra eorum tela esset, seque eorum subduceret furori, id quod etiam testatur supra in epistola ad Urbicium monachum. Sic animo affectus Samosatam cogitabat non communis, sed propriæ utilitatis causa. Nihil prorsus vidit in hoc loco Combefisius, qui sic interpretandum docet : *Putaveram esse me extra ecclesiasticorum tela*, etc.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΖ'.

EPISTOLA CXXXVII*.

Basilius cum jam totum mensem aquis calidis curaretur, hac utitur excusatione, cur, Antipatro gubernacula capessente, adesse non possit. Rogat ut judicium de quodam Palladiæ propinquæ suæ negotio in adventum suum differatur.

Ἀντιπάτρῳ.

Νῦν μοι δοκῶ μάλιστα ἐπαισθάνεσθαι τῆς ζημίας, ἣν ὑπομένω διὰ τὸ ἀῤῥωστεῖν· ὁπότε, ἀνδρὸς τοιούτου τὴν πατρίδα ἡμῶν ἐφέποντος, αὐτὸς ἀπεῖναι διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἀναγκάζομαι. Μῆνα γὰρ ὅλον ἤδη προσκαθέζομαι (52) τῇ ἐκ τῶν αὐτοφυῶς θερμῶν (53) ὑδάτων θεραπείᾳ, ὡς δή τι ὄφελος ἐντεῦθεν ἔξων. Ἔοικα δὲ διακενῆς πονεῖν ἐπὶ τῆς ἐρημίας, ἢ καὶ γέλωτος τοῖς πολλοῖς ἄξιος εἶναι φαίνεσθαι, μηδὲ τῆς παροιμίας ἀκούων τῆς οὐδὲν ἀπὸ θερμῶν ὄφελος εἶναι τοῖς τεθνηκόσι λεγούσης. Διόπερ καὶ οὕτως ἔχων βούλομαι πάντα παρεὶς καταλαβεῖν σου τὴν σεμνοπρέπειαν· ὥστε τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαύειν, καὶ τὰ κατὰ τὸν οἶκον τὸν ἐμαυτοῦ πράγματα διὰ τῆς σῆς ὀρθότητος εὐπρεπῶς διαθέσθαι. Ἐμὸς γὰρ ἐστιν ἴδιος ὁ τῆς σεμνοτάτης μητρὸς ἡμῶν Παλλαδίας οἶκος· ἣν οὐ μόνον ἡ τοῦ γένους οἰκειότης ἡμῖν συνάπτει, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ τρόπου δεξιὸν ἀντὶ μητρὸς ἡμῖν εἶναι πεποίηκεν. Ἐπεὶ οὖν κεκίνηταί τις ταραχὴ περὶ τὸν οἶκον αὐτῆς, ἀξιοῦμέν σου τὴν μεγαλόνοιαν μικρὸν ὑπερθέσθαι τὴν ἐξέτασιν, καὶ ἀναμεῖναι ἡμῶν τὴν παρουσίαν, οὐχ ὥστε διαφθαρῆναι τὸ δίκαιον (μυριάκις γὰρ ἂν ἀποθανεῖν ἑλοίμην, ἢ τοιαύτην αἰτῆσαι χάριν παρὰ δικαστοῦ φίλου τοῖς νόμοις καὶ τῷ δικαίῳ), ἀλλ' ὥστε ἃ οὐκ εὐπρεπὲς ἐμοὶ γράφειν, ταῦτα ἀπὸ στόματος ἐπαγγέλλοντός μου μαθεῖν. Οὕτω γὰρ οὔτε αὐτὸς τῆς ἀληθείας διαμαρτήσῃ, οὔτε ἡμεῖς πεισόμεθά τι τῶν ἀβουλήτων. Δέομαι οὖν, τοῦ προσώπου ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντος καὶ κατεχομένου παρὰ τῆς τάξεως, ἀνεπαχθῆ ταύτην χάριν καὶ ἀνεπίφθονον ἡμῖν καταθέσθαι.

Antipatro.

Nunc mihi videor maxime sentire damnum quod ex morbo patior, quando, tanto viro patriæ nostræ gubernacula capessente, ipse abesse ob curationem corporis cogor. Jam enim totum mensem aquis natura calidis curor, ut inde aliquid utilitatis accepturus. Videor autem frustra laborare in solitudine, vel etiam dignus esse quem plerique rideant, ut qui ne proverbium quidem intelligam, quod mortuos calidis non juvari dicit. Quapropter, quanquam ita me habeo, prætermissis rebus omnibus, ad tuam amplitudinem proficisci volo, ut bonis quæ in te sunt, perfruar, et domus meæ rebus, per integritatem tuam, ut par est, consulam. Propria enim mea est matris nostræ colendissimæ Palladiæ domus: quam non solum generis propinquitas nobis conjungit, sed etiam morum probitas fecit, ut matris loco eam haberemus. Cum igitur tumultus quidam circa illius domum commotus sit, rogamus tuam magnanimitatem, ut paulisper disquisitionem differas, adventumque nostrum exspectes, non ut jus corrumpatur (millies enim mori mallem, quam ejusmodi gratiam a judice **229** legum jurisque amante exposcere), sed ut ea quæ a me scribi non decet, me referente ex meo ipsius ore discas. Nam hoc pacto neque tu a veritate aberrabis, neque nos quidquam molesti patiemur. Rogo igitur, ut, cum persona in tuto posita sit atque a cohorte detineatur, hanc gratiam molestia et invidia carentem nobis non deneges.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΗ'.

EPISTOLA CXXXVIII**.

Morbum suum, cujus tum quinquagesimus erat dies, excusat, cur in Syriam proficisci non possit, quamvis hujus rei cupidissimus sit, ut consiliis Eusebii ad multa, quæ scribere non licet, utatur. Interim nuntiat ei quid Evagrius Roma rediens proposuerit. Narrat Sebastenos detecto ulcere Eustathii ad se confugere, seque ab Iconiensibus advocari, ut episcopum illis det, mortuo Faustino. His de rebus consilium exquirit Eusebii.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

1. Τίνα με οἴει ψυχὴν ἐσχηκέναι, ὅτε τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην τῆς θεοσεβείας σου; Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἐν τῷ γράμματι ἀπεῖδον διάθεσιν, εὐθὺς ὥρμων πέτεσθαι τὴν εὐθὺς Σύρων· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἀῤῥωστίαν τοῦ σώματος, ὑφ' ἧς πεπεδημένος ἐκείμην, ἠσθανόμην οὐχὶ τοῦ πέτεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης στρέφεσθαι ἐνδεὲς ἔχων. Πεντηκοστὴν γὰρ ταύτην ἡμέραν ἦγον ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καθ' ἣν ἐπέστη ἡμῖν ὁ ἀγαπητὸς καὶ σπουδαιότατος ἀδελφὸς ἡμῶν συνδιάκονος Ἐλπίδιος· πολλὰ μὲν τῷ πυρετῷ δαπανηθείς· ὃς, ἀπορίᾳ τῆς τρεφούσης αὐτὸν

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Quo me animo putas fuisse, cum epistolam accepi pietatis tuæ? Si enim ad studium quod mihi in epistola significasti, respiciebam, statim ut recta ad Syros convolarem, incitabar; sin autem ad corporis imbecillitatem, qua constrictus decumbebam, non modo id mihi deesse sentiebam, ut volare possem, sed etiam ut me in lecto convertere. Nam quinquagesimum hunc diem agebam in infirmitate, cum advenit nobis dilectus ac optimus frater noster condiaconus Elpidius. Multum quidem febre eram confectus: quæ nutriente ma-

(52) *Ἤδη προσκαθέζομαι.* Ita Harl. et Med. cum tribus aliis. Deerat ἤδη in editis, et legebatur προσκαθέσομαι.

(53) *Θερμῶν.* Deest ea vox in codicibus Med et Coisl. primo. Sed cum illud, αὐτοφυῶν θερμῶν, quod est in aliis mss. et editis, vitiosum sit, legere non dubitavi αὐτοφυῶς, ut in epistola sequenti ad Eusebium, omnibus codicibus mss. et editis consentientibus, legitur.

* Alias CCCLXVI. Scripta anno 373.

** Alias VIII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

teria destituta, et in arida hac carne velut in exusto quodam ellychnio circumvoluta, marcorem ac longam ægritudinem peperit. Deinde vero antiqua mea plaga, jecur illud accedens, exclusit me a cibis, expulit ab oculis somnum, et in confiniis detinuit vitæ ac mortis, tantum vivere sinens, quantum opus erat ad sentiendos dolores, quibus me exstimulabat. Quare et aquis usus sum natura calidis, et nonnulla a medicis remedia accepi. Omnia autem superavit ingens illud malum, quod quidem, si adsit consuetudo, forte alius perferat, subito autem inflictum nullus adeo adamantinus ut sustineat. A quo diu vexatus, nunquam tantum dolui, quantum nunc ab eo impeditus, quominus in sinceræ tuæ dilectionis congressum colloquiumque veniam. Quali enim sim animi voluptate privatus, novi et ipse, etsi extremo digito dulcissimum Ecclesiæ vestræ mel anno præterito degustavi.

2. Mihi autem et ob alia necessaria negotia opus erat, tuam ut pietatem convenirem, ac de multis communicarem, et multa discerem. Neque enim licet hic veram charitatem deprehendere. Quod si quis etiam omnino amantem inveniat, tamen nemo est, qui possit æque ac perfecta tua prudentia atque experientia, quam ex multis pro Ecclesiis laboribus consecutus es, consilium nobis de rebus propositis dare. Ac cætera quidem scribere non licet : quæ vero vel proferre tutum sit, hæc sunt. Presbyter Evagrius, Pompeiani Antiochensis filius, qui **230** quondam in Occidentem cum beato Eusebio profectus fuerat, rediit nunc Roma, petens a nobis epistolam, ad verbum ipsa illa quæ ab eis scripta sunt, continentem (nostra autem nobis retro retulit, ut viris illic accuratioribus non placentia), ac legationem aliquam per viros fide dignos celeriter mitti, ut speciosam illi occasionem habeant nos invisendi. Qui Sebastiæ idem ac nos sentiunt, occulto pravæ opinionis Eustathii ulcere detecto, aliquam a nobis ecclesiasticam sollicitudinem exposcunt. Iconium civitas est Pisidiæ, olim quidem post primam maxima, nunc vero et ipsa præsidet ei parti, quæ ex diversis segmentis com-

ὕλης, τῇ ξηρᾷ ταύτῃ σαρκὶ, οἷον θρυαλλίδι κεκαυμένῃ περιειλούμενος, μαρασμὸν (54) καὶ χρονίαν ἐπήγαγεν ἀρρωστίαν· τὰ δὲ ἐφεξῆς, ἡ ἀρχαία πληγή μου, τὸ ἧπαρ τοῦτο διαδεξάμενον, ἀπέκλεισε μέν με τῶν σιτίων, ἀπεδίωξε δὲ τῶν ὀμμάτων τὸν ὕπνον, ἐν μεθορίοις δὲ κατέσχε ζωῆς καὶ θανάτου, τοσοῦτον ζῆν ἐπιτρέπον (55), ὅσον τῶν ἀπ' αὐτοῦ δυσχερῶν ἐπαισθάνεσθαι. Ὥστε καὶ ὕδασιν ἐχρησάμην αὐτοφυῶς θερμοῖς, καί τινας παρ' ἰατρῶν ἐπιμελείας κατεδεξάμην. Ἅπαντα δὲ ἤλεγξε τὸ νεανικὸν τοῦτο κακόν· ὃ, τοῦ μὲν ἔθους παρόντος, κἂν ἄλλος ἐνέγκοι (56), ἀμελετήτως δὲ προσπεσόντος, οὐδεὶς οὕτως ἀδαμάντινος ὥστε ἀντισχεῖν. Ὑφ' οὗ πολὺν ὀχληθεὶς χρόνον, οὐδέποτε οὕτως ἠνιάθην, ὅσον νῦν, ἐμποδισθεὶς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὴν συντυχίαν τῆς ἀληθινῆς ἀγάπης σου. Οἷας γὰρ ἀπεστερήθημεν (57) θυμηδίας, οἶδα καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ τοῦ γλυκυτάτου μέλιτος τῆς παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίας ἀπεγευσάμην πέρυσιν.

2. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλων ἀναγκαίων ἕνεκεν πραγμάτων ἐδεόμην εἰς ταυτὸν (58) γενέσθαι τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ περὶ πολλῶν μὲν ἀνακοινώσασθαι, πολλὰ δὲ μαθεῖν. Καὶ γὰρ οὐδέ ἐστιν ἐνταῦθα οὐδὲ ἀγάπης ἀληθινῆς ἐπιτυχεῖν. Ὅταν δὲ καὶ πάνυ τις ἀγαπῶντα εὕροι (59), οὐκ ἔστιν ὁ δυνάμενος παραπλησίως τῇ τελείᾳ σου φρονήσει καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ, ἣν ἐκ πολλῶν τῶν περὶ τὰς ἐκκλησίας συνελέξω καμάτων, δοῦναι γνώμην ἡμῖν περὶ τῶν προκειμένων. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα οὐκ ἐνῆν γράφειν· ἃ δ' οὖν καὶ ἐξενεγκεῖν ἀσφαλὲς, ταῦτά ἐστιν. Ὁ πρεσβύτερος Εὐάγριος, ὁ υἱὸς Πομπηΐανοῦ τοῦ Ἀντιοχέως, ὁ συναπάρας ποτὲ ἐπὶ τὴν δύσιν τῷ μακαρίῳ (59*) Εὐσεβίῳ ἐπανῆκε νῦν ἐκ τῆς Ῥώμης, ἀπαιτῶν ἡμᾶς ἐπιστολὴν, αὐτὰ τὰ παρ' ἐκείνων γεγραμμένα ἔχουσαν αὐτολεξεὶ (ἀνεκόμισε δὲ ἡμῖν εἰς τοὐπίσω τὰ παρ' ἡμῶν, ὡς οὐκ ἀρέσαντα τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἐκεῖ), καὶ πρεσβείαν τινὰ δι' ἀνδρῶν ἀξιολόγων ἤδη κατεπείγεσθαι, ὑπὲρ τοῦ εὐπρόσωπον ἔχειν ἀφορμὴν τοὺς ἄνδρας τῆς ἐπισκέψεως ἡμῶν. Οἱ κατὰ Σεβάστειαν τὰ ἡμέτερα φρονοῦντες, Εὐσταθίου τὸ ὕπουλον τῆς κακοδοξίας ἕλκος ἀπογυμνώσαντες, ἀπαιτοῦσί τινα παρ' ἡμῶν ἐκκλησιαστικὴν (60) ἐπιμέλειαν. Ἰκόνιον πόλις ἐστὶ τῆς Πισιδίας, τὸ μὲν παλαιὸν μετὰ τὴν μεγίστην

(54) *Μαρασμόν*. Ita Harl. et Med. Editi μερασμώδη. Coisl. primus et Reg. secundus μαρασμώδη.

(55) *Ἐπιτρέπον*. Ita mss., melius quam editi ἐπιτρέπων.

(56) *Ἐνέγκοι*. Ita mss. octo. Editio Hagan. ἐνέγκος. Aliæ ἤνεγκεν.

(57) *Ἀπεστερήθημεν*. Sic duo antiquissimi codices Harl. et Coisl. primus. Editi ἀπεστερήθην. Paulo post quatuor codices recentiores ἀπεγευσάμεθα.

(58) *Εἰς ταυτόν*. Harl. εἰς ταυτό. Paulo post editi Καὶ γὰρ οὐδέν. Sex mss. et editio Hagan. ut in textu.

(59) *Εὕροι*. Sic tres vetustissimi codices. Editi εὕρῃ.

(59*) *Μακαρίῳ*. Quatuor codices non vetustissimi addunt ἀνδρί. Paulo post editio Basileensis secunda et Parisienses ἥτει κατεπείγεσθαι. Septem mss. et vetustiores editiones ut in textu. Qui contextum emendare voluerunt, cum minus animadverterent illud ἤδη ἐπείγεσθαι referri ad verbum ἀπαιτῶν quod præcedit, posuerunt ἥτει pro ἤδη. Lucem attulimus ope parenthesis. Vide Addenda.

(60) *Ἐκκλησιαστικήν*. Editio Parisiensis addit αὐτῶν, quæ vox melius et elegantius deest in aliis editionibus et mss. Perspicimus ex epistola 151, multos Sebastiæ a communione Eustathii secessisse. Hi ad Basilium, ut primatum in has regiones habentem, confugerunt. Cura autem ecclesiastica, quam a Basilio petunt, interdum eo spectat, ut pulso episcopo alius ordinetur; velut cum Xystus III, epist. 1, p. 1235, minatur episcopis hæresi faventibus : *Ecclesiarum ab ipsis occupatarum curam fore, si non ipsi sibi consuluerint.* At Sebasteni non videntur id petiisse; neque enim sub Valente fieri potuisset; sed Basilio regendos se ac gubernandos, ut episcopo carentes, commisisse.

Digitized by Google

ἡ πρώτη, νῦν δὲ καὶ αὐτὴ προκάθηται (61) μέρους, ὃ, ἐκ διαφόρων τιμημάτων συναχθὲν, ἐπαρχίας ἰδίας οἰκονομίαν ἐδέξατο. Αὕτη καλεῖ (62) καὶ ἡμᾶς εἰς ἐπίσκεψιν, ὥστε αὐτῇ δοῦναι ἐπίσκοπον. Τετελευτήκει γὰρ ὁ Φαυστῖνος. Εἰ οὖν δεῖ μὴ κατοκνεῖν τὰς ὑπερορίους χειροτονίας, καὶ ποίαν τινὰ χρὴ δοῦναι τοῖς Σεβαστηνοῖς ἀπόκριαν, καὶ πῶς πρὸς τὰς τοῦ Εὐαγρίου διατεθῆναι γνώμας· ἐδεόμην διδαχθῆναι αὐτὸς δι' ἐμαυτοῦ συντυχὼν τῇ τιμιότητί σου, ὧν πάντων (63) ἀπεστερήθην διὰ τὴν παροῦσαν ἀσθένειαν. Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ τινος ἐπιτυχεῖν ταχέως πρὸς ἡμᾶς ἀφικνουμένου, καταξίωσον περὶ πάντων ἀποστεῖλαί μοι τὰς ἀποκρίσεις· εἰδὲ μὴ, εὔξαι ἐλθεῖν ἐπὶ νοῦν μοι, ὅπερ εὐάρεστον ᾖ τῷ Κυρίῳ. Ἐν δὲ τῇ συνόδῳ μνήμην ἡμῶν κέλευσον γενέσθαι, καὶ αὐτὸς δὲ πρόσευξαι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν συμπαράλαβε (64), ἵνα τὰς λειπομένας ἡμέρας ἢ ὥρας τῆς παροικίας ἡμῶν καταξιωθῶμεν δουλεῦσαι, ὡς ἔστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

posita, propriæ provinciæ sortita est gubernationem. Ipsa et nos invitat, ut se invisamus, ut episcopum ei demus. Mortuus est enim Faustinus. An igitur ordinationes peregrinas oporteat non detrectare, qualemque oporteat dare Sebastenis responsionem, et quomodo erga Evagrii consilia affici par sit, edoceri ipse per me volebam, conveniens tuam præstantiam : quibus omnibus præsens me infirmitas privavit. Si quem ergo nactus fueris cito ad nos venientem, dignare de omnibus mihi responsa mittere : sin minus, precare in mentem mihi veniat quod fuerit Deo acceptum. In conventu autem mentionem nostri jube fieri, et ipse quoque precare pro nobis, et populum tibi adjunge, ut reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ servire, ut Domino gratum est, nobis donetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΘ'.

EPISTOLA CXXXIX*.

Alexandrinos oblata occasione Eugenii monachi consolatur Basilius, et ad constantiam gravissima persecutione vexatos hortatur. Libenter eos inviseret, nisi morbo et luporum metu abesse prohiberetur

Τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν

1. Ἡμᾶς μὲν ἡ ἀκοὴ τῶν γεγενημένων κατά τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν λοιπὴν Αἴγυπτον διωγμῶν πάλαι κατέλαβε, καὶ διέθηκε τὰς ψυχάς, ὡς εἰκὸς ἦν. Ἐλογισάμεθα γὰρ τὸ ἔντεχνον τοῦ διαβολικοῦ πολέμου· ὅς, ἐπειδὴ (65) εἶδεν ἐν τοῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν (66) διωγμοῖς πληθυνομένην τὴν Ἐκκλησίαν καὶ μᾶλλον θάλλουσαν, μετέστρεψεν ἑαυτοῦ τὴν βουλὴν (67), καὶ οὐκέτι ἐκ τοῦ προφανοῦς πολεμεῖ, ἀλλὰ κεκρυμμένα ἡμῖν τὰ ἐνέδρα τίθησι, καλύπτων αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διὰ τοῦ ὀνόματος ὃ περιφέρουσιν, ἵνα καὶ πάθωμεν τὰ αὐτὰ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, καὶ μὴ δόξωμεν πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα ἔχειν καὶ τοὺς δώκοντας. Ταῦτα λογιζόμενοι πολὺν χρόνον ἐκαθέσθημεν, ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ τῶν γεγενημένων (68) ἐκπεπληγμένοι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι ἤχησαν ἡμῶν ἀμφότερα τὰ ὦτα, μαθόντα τὴν ἀναιδῆ καὶ μισάνθρωπον αἵρεσιν τῶν διωξάντων ὑμᾶς· ὅτι οὐχ ἡλικίαν ᾐδέσθησαν, οὐ τοὺς

Alexandrinis.

1. Ad nos quidem jamdudum persecutionum, quæ Alexandriæ ac in reliqua Ægypto factæ sunt, rumor ac fama pervenit, atque, ut par erat, animos nostros affecit. Perspeximus enim astutiam belli diabolici, qui, ubi vidit in hostium persecutionibus multiplicari Ecclesiam ac magis florere, mutavit suum ipsius consilium, nec jam aperte bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, obtegens callidam nocendi voluntatem nomine quod circumferunt, **231** ut et patiamur eadem quæ patres nostri, nec videamur pati pro Christo, eo quod Christianorum nomen habeant et ipsi persecutores. Hæc considerantes diu sedimus, nuntio rerum gestarum obstupefacti. Revera namque insonuerunt utræque nostræ aures, cum didicimus impudentem atque inhumanam hæresim persecutorum vestrorum, qui non ætatem reveriti sunt, non labores vitæ pie actæ, non amorem populorum ; imo vero

(61) *Προκάθηται.* Tres mss. non vetustissimi πρώτη κάθηται.

(62) *Καλεῖ.* Harl. et Coisl. primus κεκλήκει. Med. κεκίνηκεν.

(63) *Ὧν πάντων.* Harl. prima manu et Med. ὡς πάντων.

(64) *Συμπαράλαβε.* Rogat Eusebium Basilius, ut præter consuetas orationes unam aliquam pro se indicat, et populo ipse præeat ; velut cum Athanasius dicebat : *Precemur pro salute religiosissimi imperatoris Constantii :* statimque populus una voce acclamavit : *Christe, auxiliare Constantio.* (*Apol. ad Constant.*, n. 10.) Fiebant interdum ejusmodi extra ordinem preces. Audierat Joannes Hierosolymitanus S. Epiphanium sic pro eo in sacrificiis solitum precari : *Domine, præsta Joanni ut recte credat.* Fatetur Epiphanius in epistola ad eumdem Joannem se corde quidem sic semper orasse ; sed negat se ejusmodi preces in alienas aures protulisse ; sed tantummodo in completa oratione secundum ritum mysteriorum et pro omnibus et pro Joanne quoque dicere : *Custodi illum, qui prædicat veritatem,* vel certe ita : *Tu præsta, Domine, ut ille verbum prædicet veritatis.* Non videtur Epiphanius ante has preces populum admonuisse. At Basilius rogat Eusebium ut id non omittat.

(65) *Ὅς, ἐπειδή.* Ita vetustissimi duo codices Med. et Coisl. In Harlæano non exstat hæc epistola. Editi πῶς, ἐπειδή

(66) *Τῶν ἐχθρῶν.* Vaticanus et quatuor alii codices habent τῶν ἐθνῶν, *in gentium persecutionibus.* Sed tamen quia Medicæus codex et Coisl. primus retinent vulgatam lectionem, quæ sua sponte vitiosa non est, nihil mutandum existimavi.

(67) *Ἑαυτοῦ τὴν βουλήν.* Ita sex mss. pro eo quod erat in editis αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλήν. Habet etiam Vaticanus codex αὐτοῦ τὴν βουλήν. Paulo post Coisl. primus κεκρυμμένας τὰς ἐνέδρας. Ibidem Coisl. secundus et tres Regii καλύπτων αὐτῶν.

(68) *Γεγενημένων.* Coisl. secundus et tres Regii γενομένων. Paulo post editi τὰ ὦτα, μαθόντων. Med. et Coisl. primus ut in textu.

* Alias LXXI. Scripta anno 373.

Digitized by Google

cruciarunt corpora, affecerunteque ignominia, et in exsilium ejecerunt, et quorum bona invenire potuerunt, ea diripuere : neque hominum veriti improbationem, neque horrendam justi Judicis remunerationem prævidentes. Hæc nos perculserunt, et propemodum mente emoverunt. Ad has autem cogitationes illa etiam accessit : Num Dominus Ecclesias suas reliquit ? num novissima hora est, et defectio per hæc ingreditur, ut reveletur tandem iniquus ille, filius perditionis qui adversatur, et effertur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen [21] ?

2. Sed tamen sive temporaria est ista tentatio, ferte illam, boni Christi athletæ : sive etiam res summo intéritui traditæ sunt, animo ne concidamus ob præsentia, sed exspectemus e cœlis revelationem, et adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Etenim, si creatura omnis dissolvetur, et transmutabitur mundi hujus figura, quid mirum est nos quoque, qui rerum creatarum pars sumus, communibus malis affici, ac tradi afflictionibus, quas pro virium nostrarum modulo infligit nobis justus Judex, non tentari nos sinens supra id quod possumus, sed dans una cum tentatione exitum, ut perferre possimus [22] ? Exspectant vos, fratres, martyrum coronæ ; parati sunt confessorum chori manus vobis porrigere, inque eum numerum recipere. Memineritis veterum sanctorum, quorum nemo deliciis inserviens, aut adulationibus delinitus, coronas patientiæ consecutus est ; sed omnes, per magnas afflictationes quasi per ignem tentati, experimentum sui dederunt. Alii enim ludibriis et flagris probati sunt, alii dissecti sunt, alii denique occisione gladii occubuerunt [23]. Hæ sunt gloriationes sanctorum. Beatus qui dignus habetur qui patiatur pro Christo. Beatior qui majora patitur, quandoquidem afflictiones temporis præsentis dignæ non sunt quæ comparentur cum gloria quæ deinceps revelabitur in nobis [24].

A ἐν τῇ πολιτείᾳ (69) καμάτους, οὐ λαῶν ἀγάπην · ἀλλὰ καὶ ἠκίσαντο τὰ σώματα, καὶ ἠτίμωσαν, καὶ ἐξορίαις παρέδωκαν, καὶ διήρπασαν τὰς ὑπάρξεις ὧν εὑρεῖν ἠδυνήθησαν · οὔτε τὴν παρὰ ἀνθρώπων κατάγνωσιν (70) ἐντρεπόμενοι, οὔτε τὴν φοβερὰν τοῦ δικαίου Κριτοῦ ἀνταπόδοσιν προορώμενοι. Ταῦτα ἡμᾶς ἐξέπληξε, καὶ μικροῦ ἔξω ἐποίησε τῶν λογισμῶν. Συνεισῆλθε δὲ τούτοις τοῖς διαλογισμοῖς κἀκείνη ἡ ἔννοια · Ἆρα μὴ ἐγκατέλιπεν ἑαυτοῦ τὰς Ἐκκλησίας παντελῶς ὁ Κύριος ; ἆρα μὴ ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἡ ἀποστασία διὰ τούτων λαμβάνει τὴν εἴσοδον, ἵνα λοιπὸν ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνομος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα ;

B 2. Πλὴν εἴτε πρόσκαιρός ἐστιν ὁ πειρασμὸς, βαστάσατε αὐτὸν, οἱ καλοὶ τοῦ Χριστοῦ ἀγωνισταί · εἴτε καὶ τῇ παντελεῖ φθορᾷ τὰ πράγματα παραδίδοται (71), μὴ ἀκηδιάσωμεν πρὸς τὰ παρόντα, ἀλλ' ἀναμείνωμεν τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀποκάλυψιν καὶ ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ πᾶσα ἡ κτίσις λυθήσεται, καὶ μεταποιηθήσεται τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, τί θαυμαστὸν καὶ ἡμᾶς, μέρος ὄντας τῆς κτίσεως, παθεῖν τὰ κοινὰ πάθη, καὶ παραδοθῆναι θλίψεσιν, ἃς κατὰ τὸ μέτρον τῆς δυνάμεως ἡμῶν (72) ἐπάγει ἡμῖν ὁ δίκαιος Κριτὴς, οὐκ ἐῶν ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ διδοὺς σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δυνηθῆναι ὑπενεγκεῖν ; Ἀναμένουσιν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, οἱ τῶν μαρτύρων στέφανοι · C ἕτοιμοί εἰσιν οἱ χοροὶ τῶν ὁμολογητῶν πρωτεῖναι ὑμῖν τὰς χεῖρας, καὶ ὑποδέξασθαι ὑμᾶς εἰς τὸν ἴδιον ἀριθμόν. Μνήσθητε τῶν πάλαι ἁγίων, ὅτι οὐδεὶς τρυφῶν, οὐδὲ κολακευόμενος (73), τῶν στεφάνων τῆς ὑπομονῆς ἠξιώθη · ἀλλὰ πάντες, διὰ μεγάλων θλίψεων πυρωθέντες (74), τὸ δοκίμιον ἐπεδείξαντο. Οἱ μὲν γὰρ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἄλλοι δὲ (75) ἐπρίσθησαν, οἱ δὲ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Ταῦτά ἐστι τὰ σεμνολογήματα τῶν ἁγίων. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Μακαριώτερος δὲ ὁ πλεονάσας ἐν τοῖς παθήμασι · διότι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι (76) εἰς ἡμᾶς.

[21] II Thess. II, 4. [22] I Cor. X, 13. [23] Hebr. XI, 35-37. [24] Rom. VIII, 18.

(69) *Πολιτείᾳ.* Ita Med. et Coisl. uterque cum duobus Regiis. Edd. πολιᾷ, *labores in canitie.* Non omnino displicet vulgata scriptura : confirmari enim posset ex epistola Petri Alexandrini apud Theodoretum, *Hist.*, lib. IV, c. 22, ex qua discimus Arianorum furorem in novemdecim presbyteros et diaconos, quorum nonnulli octogesimum annum excesserant, exarsisse. Sed præferenda videtur codicum mss. auctoritas. His enim verbis, *non ætatem reveriti sunt*, satis indicavit Basilius nefaria hæreticorum facinora in senes et pueros; nam ne pueris quidem pepercerunt. Quamobrem legendum duximus ἐν τῇ πολιτείᾳ, *labores vitæ pie institutæ*, id est, vitæ monasticæ sanctitatem. Ex iis enim qui custodiæ mancipati, verberati, lacerati, torti, ad Phennensia et Proconnesia metalla damnati sunt, plerosque monachos fuisse docet epistola modo citata. Non dissimulabo τοὺς ἐν τῇ πολιτείᾳ καμάτους, de laboribus in reipublicæ administratione susceptis intelligi posse; sed magis placet prima interpretatio.

(70) *Κατάγνωσιν.* Med. et Coisl. 1 κατάκρισιν.

(71) *Παραδίδοται.* Ita Med. et Coisl. primus cum pluribus aliis. Editi παραδίδονται.

D (72) *Ἡμῶν.* Ita mss. Editio prima Paris. ἡμᾶς. In vetustioribus deest. Paulo post editio 1 Paris. δυνηθῆναι ἡμῶν, secunda δυνηθῆναι ἡμᾶς. Deest ultima vox in quatuor mss. Med. et Coisl. primo et duobus Regiis et antiquis editionibus.

(73) *Οὐδὲ κολακευόμενος.* Ita Med. et Coisl. primus cum pluribus aliis. Editi οὐ κολακευόμενος. Secunda Paris. ἢ κολακευόμενος.

(74) *Πυρωθέντες.* Ita Coisl. uterque cum tribus Regiis. Editio Hagan. πορωθέντες. Basil. et Paris. πορευθέντες. Ibidem Reg. secundus ὑπεδέξαντο, *acceperunt.*

(75) *Ἄλλοι δέ*, etc. Sic Vat. et Coisl. secundus cum tribus Regiis. Editi ἄλλοι δὲ ἐπειράσθησαν · ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ.

(76) *Ἀποκαλυφθῆναι.* Quatuor mss. ἀποκαλύπτεσθαι. Mox in tribus legitur αὐτῷ μοι, et infra in quatuor δύνασθαι μεταβαίνειν.

Digitized by Google

3. Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν αὐτόν με παραγενέσθαι, οὐδὲν ἂν προετίμησα τῆς συντυχίας ὑμῶν· ὥστε καὶ ἰδεῖν τοὺς ἀθλητὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ κοινωνῆσαι τῶν προσευχῶν καὶ τῶν πνευματικῶν ἐν ὑμῖν χαρισμάτων· ἐπειδὴ δὲ τὸ σῶμά μοι λοιπὸν ὑπὸ χρονίας νόσου κατανάλωται, ὡς μηδὲ ἀπὸ τῆς κλίνης δύνασθαί με καταβαίνειν, καὶ οἱ ἐφεδρεύοντες ἡμῖν πολλοί, ὡς λύκοι ἅρπαγες, ἐπιτηροῦντες καιρὸν, πότε δυνηθῶσι διαρπάσαι τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ, ἀναγκαίως ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ γράμματος ἐπίσκεψιν ἦλθον· παρακαλῶν προηγουμένως μὲν ἐκτενεῖς τὰς ὑπὲρ ἐμοῦ ποιεῖσθαι ὑμᾶς δεήσεις, ἵνα καταξιωθῶ τὰς γοῦν λειπομένας ἡμέρας ἢ ὥρας δουλεῦσαι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας· ἔπειτα καὶ συγγνώμην ἔχειν μου τῇ ἀπολείψει καὶ τῇ βραδυτῆτι ταύτῃ τῶν γραμμάτων. Μόλις γὰρ εὑπορήσαμεν ἀνθρώπου, τοῦ δυναμένου ἐξυπηρετήσασθαι ἡμῶν τῇ ἐπιθυμίᾳ. Λέγομεν δὲ τὸν υἱὸν ἡμῶν Εὐγένιον τὸν μονάζοντα· δι' οὗ παρακαλῶ εὔξασθαι ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας πάσης, καὶ ἀντιγράψαι ἡμῖν τὰ περὶ ὑμῶν, ἵνα γνόντες εὐθυμότερον διατεθῶμεν.

A **232** 3. Quod si fieri posset, ut ad vos ipse proficiscerer, nihil prætulissem congressui vestro, ut et Christi athletas viderem amplectererque, et precum, ac donorum spiritualium, quæ in vobis sunt, particeps fierem. Sed quia corpus meum jam diuturno morbo confectum est, adeo ut ne e lecto quidem possim descendere; et quia multi fiobis insidiantur, instar luporum rapacium, occasionem observantes, si quando Christi oves rapere possint, necessario vos per litteras invisere constitui: adhortans vos, primum quidem, ut intente precemini pro me, ut dignus fiam, qui reliquos saltem dies aut horas Domino secundum regni Evangelium serviam; deinde vero ut etiam ignoscatis absentiæ meæ et huic litterarum dilationi ac moræ. Vix enim copiam habuimus hominis, qui nostro desiderio posset subservire. Dico autem filium nostrum Eugenium monachum, per quem obsecro vos, ut pro nobis ac universa Ecclesia oretis, ac nobis rescribatis de rebus vestris. ut his cognitis lætiores efficiamur.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜ'.

EPISTOLA CXL*.

Antiochenos Basilius ob corporis debilitatem invisere non potest, sed eos per litteras in ærumnis consolatur et ad patientiam hortatur. Apponit fidem Nicænam, mentis suæ fetus tradere non audens; addilque Pneumatomachos excommunicandos.

Τῇ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ.

Ecclesiæ Antiochenæ.

1. *Τίς δώσει μοι πτέρυγας, ὡσεὶ περιστερᾶς; καὶ πετασθήσομαι* (77) πρὸς ὑμᾶς, καὶ καταπαύσω τὸν πόθον ὃν ἔχω ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Νυνὶ δὲ οὐχὶ πτερύγων ἐνδεῶς ἔχω μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, πάλαι μέν μοι ὑπὸ μακρᾶς τῆς ἀῤῥωστίας πεπονηκότος, νῦν δὲ ὑπὸ τῶν συνεχῶν θλίψεων παντελῶς συντετριμμένου. Τίς γὰρ οὕτως ἀδαμάντινος τὴν ψυχὴν, τίς οὕτω παντελῶς ἀσυμπαθὴς καὶ ἀνήμερος, ὡς ἀκούων τοῦ παντα χόθεν ἡμᾶς (78) προσβάλλοντος στεναγμοῦ, οἷον ἀπό τινος χοροῦ κατηφοῦς κοινόν τινα θρῆνον καὶ σύμφωνον προσηχοῦντος, μὴ οὐχὶ παθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ κατακαμφθῆναι εἰς γῆν, καὶ ταῖς ἀμηχάνοις ταύταις μερίμναις παντελῶς ἐκτακῆναι; Ἀλλὰ δυνατὸς ὁ ἅγιος Θεὸς δοῦναί τινα λύσιν τῶν ἀμηχάνων, καὶ χαρίσασθαι ἡμῖν τινα τῶν μακρῶν πόνων ἀναπνοήν. Ὥστε καὶ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν ἔχειν ἀξιῶ παράκλησιν, καὶ τῇ ἐλπίδι τῆς παρακλήσεως χαίροντας ὑμᾶς τὸ παρὸν ἀλγεινὸν τῶν θλίψεων ὑπομένειν. Εἴτε γὰρ ἁμαρτημάτων ἀποτίννυμεν δίκας, ἱκαναὶ αἱ μάστιγες πρὸς παραίτησιν (79) λοιπὸν τῆς ἐφ' ἡμῖν ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· εἴτε εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας διὰ τῶν πειρασμῶν τούτων κεκλήμεθα (80), δίκαιος ὁ ἀθλοθέτης μὴ ἐᾶσαι ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα ὑπενεγκεῖν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς προπεπονημένοις ἀποδοῦναι ἡμῖν τὸν τῆς ὑπο-

1. *Quis dabit mihi alas, sicut columbæ? et volabo*[28] ad vos, ac explebo meum congrediendi cum vestra charitate desiderium. Nunc autem non solum alæ mihi desunt, sed ipsum etiam corpus, dudum quidem mihi longa ægritudine debilitatum, nunc vero molestiis continuis penitus attritum. Quis enim animo ita adamantino, quis ita commiserationis omnis ac mansuetudinis expers, ut audiens gemitum undique aures nostras ferientem, velut ex tristi quodam choro communem quamdam ac consonam lamentationem edente, non animo doleat, non humi procumbat, et non penitus inextricabilibus his curis tabescat? Sed Deus sanctus potest nos ex iis quæ inextricabilia sunt solvere, et aliquam nobis ex diutinis laboribus respirationem largiri. Quare et vos idem volo solatium habere, ac spe consolationis gaudentes præsentem afflictionum dolorem perferre. Sive enim peccatorum solvimus pœnas, sufficiunt flagella ad avertendam deinceps Dei in nos iram; sive ad sustinenda pro pietate certamina his tentationibus vocamur, justus est certaminum arbiter, ut non sinat tentari nos ultra quam ferre possumus: sed nobis reddat pro toleratis jam laboribus, patientiæ et spei in ipsum nostræ coronam. Itaque ne defatigemur, obeundis pro pietate certaminibus,

C

D

[28] Psal. LIV, 7.

(77) *Πετασθήσομαι.* Unus Regius codex a Combefisio citatus πετανθήσομαι.

(78) *Ἡμᾶς.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἡμῖν.

(79) *Πρὸς παραίτησιν.* Ita sex mss. Editi πρὸς παρέκτισιν.

(80) *Κεκλήμεθα.* Sic Med. et Coisl. primus cum aliis quatuor. Editi βεβαιούμεθα, *confirmamur*

* Alias LX. Scripta anno 373.

Digitized by Google

neque per desperationem labores jam a nobis exantlatos projiciamus. Non enim una res fortiter gesta, neque brevis labor constantiam animi declarat : sed qui **233** corda nostra probat, vult ut longa et prolixa probatione coronam justitiæ consequamur. Solum infractus servetur animus noster, inconcussum custodiatur fidei in Christum firmamentum, et veniet cito adjutor noster : veniet, et non tardabit. *Exspecta enim tribulationem super tribulationem, spem super spem : adhuc parum, adhuc parum.* Sic novit recreare promissione futuri alumnos suos Spiritus sanctus. Spes enim post afflictiones, nec longe absunt quæ sperantur. Nam etiamsi quis totam dicat humanam vitam, brevissimum est omnino spatium, si conferatur cum infinito illo sæculo, quod in spe repositum est.

μονῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος στέφανον. Μὴ οὖν ἀποκάμωμεν ἐναθλοῦντες εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, μηδὲ δι' ἀνελπιστίας τὰ πονηθέντα ἡμῖν προώμεθα. Οὐ γὰρ μία πρᾶξις ἀνδρείας, οὐδὲ βραχὺς πόνος τὸ τῆς ψυχῆς καρτερὸν διαδείκνυσιν· ἀλλ' ὁ δοκιμάζων ἡμῶν τὰς καρδίας διὰ μακρᾶς καὶ παρατεταμένης τῆς δοκιμασίας βούλεται ἡμᾶς τῆς δικαιοσύνης στεφανίτας ἀποδειχθῆναι (81). Μόνον ἀνένδοτον φυλασσέσθω τὸ φρόνημα ἡμῶν, ἄσειστον τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διατηρείσθω, καὶ ἥξει ἐν τάχει ὁ ἀντιλήψόμενος ἡμῶν· ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ. *Προσδέχου γὰρ θλῖψιν ἐπὶ θλίψει, ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι· ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρόν.* Οὕτως οἶδε ψυχαγωγεῖν τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ μέλλοντος τοὺς ἑαυτοῦ τροφίμους τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μετὰ γὰρ τὰς θλίψεις ἡ ἐλπίς· ἐκ τοῦ σύνεγγυς δὲ πάρεστι τὰ ἐλπιζόμενα. Κἂν γὰρ ὅλον τις εἴποι τὸν ἀνθρώπινον βίον, σμικρότατόν ἐστι διάστημα παντελῶς, συγκρίσει ἐκείνου τοῦ ἀπεράντου αἰῶνος τοῦ ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἀποκειμένου.

2. Fidem autem nos neque ab aliis scriptam nobis recentiorem suscipimus, neque ipsi mentis nostræ fetus tradere audemus, ne humana faciamus pietatis verba : sed quæ a sanctis Patribus edocti sumus, ea iis qui nos interrogant, annuntiamus. Viget igitur a patrum nostrorum temporibus in nostra Ecclesia fides a Patribus Nicææ congregatis conscripta, quam arbitramur et apud vos etiam in ore esse : sed tamen non recusamus, ne segnitiei crimen sustineamus, ipsa quoque verba in epistola referre. Hæc autem sunt : *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium sive visibilium, sive invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est, ex essentia Patris; lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero : genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, et quæ in cœlo sunt, et quæ in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit : incarnatus est, homo factus est, passus est, et resurrexit tertia die : ascendit ad cœlos, venturus est ad judicandum vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, erat aliquando, quando non erat; et antequam gigneretur, non erat; et quod ex non exsistentibus factus est; aut ex alia hypostasi aut essentia esse dicunt, aut mutabilem, aut alterabilem Filium Dei, eos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.* His credimus : sed quia definita non est de Spiritu sancto doctrina, nondum tunc pneumatomachis

2. Πίστιν δὲ ἡμεῖς οὔτε παρ' ἄλλων γραφομένην ἡμῖν νεωτέραν παραδεχόμεθα, οὔτε αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα ποιήσωμεν (82) τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα· ἀλλ' ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν. Ἔστι τοίνυν ἐκ πατέρων ἐμπολιτευομένη τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡμῶν (83) ἡ γραφεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων πίστις τῶν κατὰ τὴν Νίκαιαν συνελθόντων· ἣν ἡγούμεθα μὲν διὰ στόματος εἶναι καὶ παρ' ὑμῖν, οὐ παραιτούμεθα δὲ, ἵνα μὴ ὄκνου ἔγκλημα ἀπενεγκώμεθα, καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐνσημᾶναι τῷ γράμματι. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον* (84) *Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ· τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα* (85)· *σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα* (86), *καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· καὶ, Πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· καὶ, ὅτι Ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο· ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι,*

(81) *Ἀποδειχθῆναι.* Ita Med. et Coisl. uterque, et Vat. cum duobus Regiis. Editi ἀναδειχθῆναι. Non multo post editi post στερέωμα addunt ἡμῶν, quæ vox deest in quinque mss.

(82) *Ποιήσωμεν.* Ita septem mss.; unde miror legi in editis λογίζωνται.

(83) *Τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡμῶν.* Nicænam formulam Cæsaream attulerat S. Leontius, qui huic synodo interfuerat. Ejusdem fidei acerrimus defensor exstitit Hermogenes, Leontii successor, ut perspici potest ex epist. 81. At Dianius qui Hermogeni successit, non videtur ejus vestigiis semper institisse. Sæpe enim Arianorum formulis subscripsit. Non ideo tamen Nicæna formula Cæsareæ oblitterata, ut hoc loco testatur Basilius : ac ipsius Dianii perhonorificum de hac fide et de Nicænis Patribus testimonium habemus in epist. 51.

(84) *Κύριον.* Editio Paris. et Basileensis secunda addunt ἡμῶν, quæ vox deest in antiquioribus editionibus et codicibus Med. Coisl. primo et tribus aliis.

(85) *Κατελθόντα.* Editi addunt ἐκ τῶν οὐρανῶν, quæ desiderantur in sex mss.

(86) *Παθόντα.* Hanc vocem addidi ex Med. et Coisl. utroque, et utroque Regio.

Digitized by Google

ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. Πιστεύομεν τούτοις. Ἐπειδὴ δὲ ἀδιόριστός ἐστιν ὁ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος, οὕτω τότε τῶν πνευματομάχων ἀναφανέντων, τὸ χρῆναι ἀναθεματίζεσθαι τοὺς λέγοντας τῆς κτιστῆς εἶναι καὶ δουλικῆς φύσεως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐσίγησαν. Οὐδὲν γὰρ ὅλως τῆς θείας καὶ μακαρίας Τριάδος κτιστόν. A apparentibus, anathematizandos esse eos, qui dicunt creatæ esse ac servilis naturæ Spiritum sanctum, silentio prætermiserunt. Nihil enim omnino in divina ac beata Trinitate creatum est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΑ'.

234 EPISTOLA CXLI*.

Cum questus fuisset Eusebius quod Basilius ad se non venisset, cumque eum hortatus fuisset ad rerum ecclesiasticarum defensionem, Basilius absentiam tuetur morbi excusatione; res ecclesiasticas non sua culpa adversariis tradi demonstrat, sed episcoporum sibi communione conjunctorum, ad quos et Bosporius nuper accessit. Narrat quomodo eos hortatus sit, cum ad urbem ipsius morte audita venissent; sed queritur, quod statim ac recesserunt, ad ingenium redeant.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Ἐδεξάμην ἤδη δύο ἐπιστολὰς παρὰ τῆς ἐνθέου καὶ τελειοτάτης φρονήσεώς σου· ὧν ἡ μὲν ὑπέγραφεν B ἡμῖν ἐναργῶς, ὅπως μὲν προσεδοκήθημεν ὑπὸ τοῦ λαοῦ τοῦ ὑπὸ τὴν χεῖρα τῆς ὁσιότητός σου, ὅσον δὲ ἐλυπήσαμεν ἀπολειφθέντες τῆς ἁγιωτάτης συνόδου. Ἡ δὲ ἑτέρα, ἡ παλαιοτέρα μὲν, ὡς εἰκάζω τῷ γράμματι, ὕστερον δὲ ἡμῖν ἀποδοθεῖσα, διδασκαλίαν περιεῖχε πρέπουσάν σοι καὶ ἡμῖν ἀναγκαίαν, μὴ καταῤῥᾳθυμεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ κατὰ μικρὸν προῖεσθαι τοῖς ὑπεναντίοις τὰ πράγματα· ἀφ' ὧν τὰ μὲν ἐκείνων αὐξήσει, τὰ δὲ ἡμέτερα μειωθήσεται. Καὶ οἶμαι πρὸς ἑκατέραν ἀποκεκρίσθαι· πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν (ἐπειδὴ ἄδηλον εἰ οἱ πιστευθέντες τὴν διακονίαν διέσωσαν ἡμῶν τὰς ἀποκρίσεις) περὶ τῶν αὐτῶν ἀπολογοῦμαι· πρὸς μὲν τὴν ἀπόλειψιν ἀληθεστάτην πρόφασιν γράφων, ἧς C οἶμαι τὴν ἀκοὴν καὶ μέχρι τῆς σῆς ὁσιότητος διαβεβηκέναι, ὅτι ὑπὸ ἀῤῥωστίας κατεσχέθην, τῆς μέχρις αὐτῶν με τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου καταγαγούσης. Καὶ ἔτι καὶ νῦν, ἡνίκα ἀπέστελλον περὶ τούτων, λείψανα φέρων τῆς ἀῤῥωστίας ἔγραφον. Ταῦτα δέ ἐστι τοιαῦτα, ὥστε ἐξαρκεῖν ἑτέρῳ νοσήματα (87) εἶναι δύσφορα.

1. Jam duas litteras accepi a divina tua et absolutissima prudentia, quarum una nitide nobis describebat, quomodo a populo sub manu sanctitatis tuæ constituto exspectati fuerimus, quantumque intulerimus doloris a sanctissimo conventu absentes. Altera vero, antiquior quidem, ut e scriptura conjicio, sed posterius nobis reddita, documenta continebat te digna et nobis necessaria, ut ne Dei Ecclesias negligamus, neve paulatim negotia adversariis tradamus, unde res eorum augeantur, nostræ vero minuantur. Ac mihi quidem videor utrique respondisse, sed tamen etiam nunc (siquidem incertum est an ii quibus hoc ministerium commissum fuerat, responsa nostra servaverint) de iisdem causam dico: quod quidem ad absentiam attinet, excusationem verissimam scribens, cujus famam etiam usque ad tuam sanctitatem pervenisse puto: quod morbo detentus fuerim, qui me usque ad ipsas mortis januas perduxit. Imo etiam nunc cum de his scriberem, adhuc ferens morbi reliquias scribebam. Hæ autem sunt ejusmodi, ut alteri possint esse morbus ad ferendum difficilis.

2. Πρὸς δὲ τὸ, ὅτι οὐ ῥᾳθυμίᾳ ἡμετέρᾳ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῖς ἐναντίοις προδέδοται, εἰδέναι βούλομαι τὴν θεοσέβειάν σου, ὅτι οἱ κοινωνικοὶ δῆθεν ἡμῖν τῶν ἐπισκόπων, ἢ ὄκνῳ, ἢ τῷ πρὸς ἡμᾶς ὑπόπτως ἔχειν ἔτι καὶ μὴ καθαρῶς, ἢ τῇ παρὰ τοῦ διαβόλου ἐγγινομένῃ πρὸς τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐναντιώσει, συνάρασθαι (88) ἡμῖν οὐκ ἀνέχονται. Ἀλλὰ σχήματι μὲν δῆθεν οἱ πλείους ἐσμὲν μετ' ἀλλήλων, προστεθέντος D ἡμῖν καὶ τοῦ χρηστοῦ Βοσπορίου· ἀληθείᾳ δὲ πρὸς οὐδὲν ἡμῖν τῶν ἀναγκαιοτάτων συναίρονται· ὥστε με καὶ ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ταύτης τὸ πλεῖστον μέρος πρὸς τὴν ἀνάληψιν ἐμποδίζεσθαι, συνεχῶς μοι τῶν ἀῤῥωστημάτων ἐκ τῆς σφοδρᾶς λύπης ἀποστρεφόντων. Τί δ' ἂν ποιήσαιμι μόνος (89), τῶν κανόνων,

2. Quod autem non nostra segnitie res Ecclesiarum adversariis traditæ sunt, hoc pietati tuæ perspectum esse volo, episcopos nobis communione conjunctos, sive socordia, sive quod adhuc suspicioso in nos nec puro affecti sunt animo, sive diabolo bonis operibus obstante, suam nobis operam præstare nolle. Sed specie quidem plures inter nos conjungimur, adjuncto nobis et optimo Bosporio: at revera nullam ad rem ex his, quæ maxime sunt necessariæ, nos adjuvant: ita ut maxima ex parte hæc animi obstet ægritudo, quominus vires resumam, continenter mihi morbis ex vehementi mœrore redeuntibus. Quid autem solus facere possim, quandoquidem canones, ut et ipse non ignoras, uni

(87) *Ἑτέρῳ νοσήματα.* Ita Harl., Med., Coisl. primus, Vat., Clarom. Editi ἑτέρων νοσημάτι. Nonnulli mss. ἑτέρῳ νοσήματι.

(88) *Συνάρασθαι.* Ita tres antiquissimi codices cum pluribus aliis. Editi συναίρεσθαι.

(89) *Μόνος.* Hæc vox addita ex septem mss. Canones illos, qui apostolis afflicti fuere, nonnunquam citat Basilius in Epistolis canonicis. Videtur hoc loco respicere ad vigesimum septimum, ubi præscribitur, ut in unaquaque provincia episcopi nihil majoris rei incipiant sine sententia illius, qui inter eos primus, ac unusquisque iis contentus sit, quæ ad parœciam suam pertinent: sed nec ille absque omnium voluntate quidquam faciat. Erat Basilius hujus canonis observandi studiosus, et quamvis nominis fama et sedis dignitate plurimum posset, nunquam ab eo communionis restitutionem impetrare

* Alias CCLXII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

ministeria ejusmodi non concedunt ? Jam vero quodnam remedium non adhibui ? Quodnam judicium ipsis non revocavi in memoriam, partim per litteras, partim cum coram congressi essemus ? Venerunt enim et usque ad urbem, audito mortis meæ nuntio. Sed quia Deo visum est, ut me vivum deprehenderent, eos, ut par erat, sum allocutus. Ac præsentem quidem reverentur, et omnia quæcunque officii sunt pollicentur : at simul ut recesserunt, iterum recurrunt ad suam ipsorum sententiam. In his nos quoque communis rerum status participes sumus, Domino **235** palam nos deserente, quorum charitas ob multiplicatam iniquitatem refrixit. Sed nobis ad omnia sufficiat magna tua ac potentissima apud Deum deprecatio. Forte enim aut rebus aliquid proderimus, aut si optato exitu aberremus, condemnationem effugiemus.

Α ὡς καὶ αὐτὸς οἶδας, ἐνὶ τὰς τοιαύτας οἰκονομίας μὴ συγχωρούντων ; Καίτοι τίνα θεραπείαν οὐκ ἐθεράπευσα ; Ποίου κρίματος αὐτοὺς οὐκ ἀνέμνησα τὰ μὲν διὰ γραμμάτων, τὰ δὲ καὶ διὰ τῆς συντυχίας ; Ἦλθον γὰρ καὶ μέχρι τῆς πόλεως, κατὰ ἀκοὴν τοῦ ἐμοῦ θανάτου. Ἐπεὶ δὲ ἔδοξε τῷ Θεῷ ζῶντας ἡμᾶς παρ' αὐτῶν καταληφθῆναι, διελέχθημεν αὐτοῖς τὰ εἰκότα. Καὶ παρόντα μὲν αἰδοῦνται, καὶ ὑπισχνοῦνται τὰ εἰκότα πάντα· ἀπολειφθέντες δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀνατρέχουσι γνώμην. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς τῆς κοινῆς καταστάσεως τῶν πραγμάτων ἀπολαύομεν, προδήλως τοῦ Κυρίου ἐγκαταλιπόντος ἡμᾶς, τοὺς διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψύξαντας τὴν ἀγάπην. Ἀλλὰ πρὸς πάντα ἡμῖν ἀρκεσάτω ἡ μεγάλη σου καὶ δυνατωτάτη πρὸς Θεὸν ἱκεσία. Τάχα γὰρ ἂν Β ἢ γενοίμεθά τι τοῖς πράγμασι χρήσιμοι (90), ἢ, διαμαρτόντες (91) τῶν σπουδαζομένων, φύγοιμεν τὴν κατάκρισιν.

EPISTOLA CXLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΒ*.

Rogat Basilius ut pauperum hospitia vectigalibus eximantur.

Numerario præsidum.

Convocavi omnes ad conventum beati martyris Eupsychii fratres nostros chorepiscopos, ut notos facerem dignitati tuæ. Sed quia abfuisti, per litteras eos necesse est sistere integritati tuæ. Cognosce igitur fratrem istum, qui dignus est ob Domini timorem cui tua prudentia fidem habeat. Et quæcunque pauperum causa ad tuam bonam voluntatem retulerit, ei ut verum dicenti digneris fidem C habere, atque afflictatos pro virili adjuvare. Dignaberis autem procul dubio et pauperum domum ad pagos ipsi commissos pertinentem invisere, ac omnino vectigalibus eximere. Hoc enim jam et tuo collegæ visum est exiguam egenorum possessionem tributis eximere.

Νουμεραρίῳ ἐπάρχων (92).

Συνήγαγον (93) μὲν πάντας ἐν τῇ συνόδῳ τοῦ μακαρίου μάρτυρος Εὐψυχίου τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν τοὺς χωρεπισκόπους, ὥστε γνωρίμους ποιῆσαι τῇ τιμιότητί σου· ἐπεὶ δὲ ἀπελείφθης, διὰ γραμμάτων αὐτοὺς ἀναγκαῖόν ἐστι προσαχθῆναί σου τῇ τελειότητι. Γνώριζε τοίνυν τὸν ἀδελφὸν τόνδε, ἄξιον ὄντα τοῦ πιστεύεσθαι παρὰ τῆς σῆς φρονήσεως διὰ τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Καὶ ἅπερ ἂν τῶν πτωχῶν ἕνεκεν ἀναφέρῃ σου τῇ ἀγαθῇ προαιρέσει, καταξίωσον ὡς ἀληθεύοντι πείθεσθαι, καὶ τὴν δυνατὴν ἐπικουρίαν παρέχεσθαι τοῖς καταπονουμένοις. Καταξιώσεις δὲ δηλονότι καὶ πτωχοτροφίαν τῆς συμμορίας τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκέψασθαι, καὶ πάντη ἀνεῖναι τῆς συντελείας. Τοῦτο γὰρ ἤδη καὶ τῷ ἑταίρῳ σου συνήρεσε τὴν μικρὰν κτῆσιν τῶν πενήτων ἀλειτούργητον κατασταῖσαι.

EPISTOLA CXLIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΓ*.

Idem petit ab altero numerario.

Alteri numerario.

Mihi quidem si liceret dignitatem tuam convenire, per me ipse prorsus retulissem quibus de rebus D sollicitus sum, et afflictorum defensionem suscepissem. Sed cum me corporis infirma valetudo ac negotiorum impedimenta retrahant, mei loco hunc fratrem chorepiscopum tibi commendo, ut ei aures

Ἑτέρῳ νουμεραρίῳ.

Εἰ μὲν αὐτῷ μοι δυνατὸν ἦν συμπαρεῖναι τῇ τιμιότητί σου, δι' ἐμαυτοῦ ἂν πάντως ἀνήνεγκα περὶ ὧν ἐβουλόμην, καὶ προέστην τῶν καταπονουμένων· ἐπεὶ δέ με ἀῤῥωστία σώματος καὶ ἀσχολίαι πραγμάτων ἀφέλκουσιν (94), ἀντ' ἐμαυτοῦ σοι τὸν ἀδελφὸν τόνδε τὸν χωρεπίσκοπον συνίστημι· ὥστε, σὲ αὐτῷ γνη-

impetrare potuerunt Marcelli discipuli, antequam Petri Alexandrini auctoritas accessisset : et cum ab episcopis in Palæstina exsulantibus non exspectato aliorum episcoporum consensu restituti fuissent, factum moleste tulit et libere reprehendit, epist. 265.

* Alias CCCCXVIII. Scripta anno 373.

** Alias CCCCXIX. Scripta anno 373.

(90) *Χρήσιμοι.* Legendum puto χρήσιμον, ut jam observavi ad epist 72.

(91) *Διαμαρτόντες.* Ita quinque mss. Editi διαμαρτάνοντες. Reg. secundus et Paris. διαμαρτῶντες.

(92) *Ἐπάρχων.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἐπαρχιῶν. Sanxerat Valens anno 365, ut numerarii consularium et præsidum vocarentur deinceps tabularii. Sed forte lex illa minus fuit observata : vel huic epistolæ, ut pluribus aliis, non a Basilio, sed post eum a librariis titulus præfixus.

(93) *Συνήγαγον.* Coisl. uterque et Reg. secundus συνηγάγομεν.

(94) *Ἀφέλκουσιν.* Ita sex codices mss. pro eo quod est in editis ἀνθέλκουσιν. Paulo post ope Coisl. primi et Reg. secundi emendavimus quod erat in editis ὥστε σεαυτῷ.

Digitized by Google

σίως προσχοντα, χρήσασθαι συμβούλῳ, ὡς φιλαληθῶς καὶ ἐμφρόνως δυναμένῳ συμβουλεῦσαι περὶ τῶν πραγμάτων. Τὸ γὰρ πτωχοτροφεῖον τὸ παρ' αὐτοῦ οἰκονομούμενον ἐπειδὰν καταξιώσῃς θεάσασθαι [ὄψει γάρ, εὖ οἶδα, καὶ οὐ παραδραμῇ, ἐπειδὴ οὐδὲ ἄπειρος (95) εἶ τοῦ ἔργου· ἀλλ', ὡς ὁ δεῖνά μοι ἀνήνεγκεν, ἓν τῶν ἐν τῇ Ἀμασείᾳ ἐξ ὧν ἔδωκέ σοι ὁ Κύριος διατρέφεις (96)], ἐπειδὰν οὖν ἴδῃς καὶ τοῦτο, πάντα αὐτῷ παρέξῃ τὰ ἐπιζητούμενα. Ἤδη γάρ μοι καὶ ὁ ἑταῖρός σου (97) κατεπηγγείλατο φιλανθρωπίαν τινὰ περὶ τὰ πτωχοτροφεῖα. Τοῦτο δὲ λέγω, οὐχ ἵνα ἄλλον αὐτὸς μιμήσῃ (σὲ γὰρ εἰκὸς ἑτέροις εἶναι τῶν καλῶν ἡγεμόνα), ἀλλ' ἵνα γνῷς, ὅτι δὴ περὶ αὐτῶν τούτων καὶ ἄλλοι ἡμᾶς ἐδυσωπήθησαν (98).

A sincere accommodans, ipso utaris consiliario, ut homine et amore veritatis et prudentia ad consilium de rebus dandum idoneo. Postquam enim pauperum hospitium ab eo gubernatum visere dignatus fueris (invises enim, sat scio, nec præteribis : siquidem nec rei inexpertus es: sed, ut a quodam ad me relatum est, unum ex his quæ Amaseæ constructa sunt, ex bonis quæ tibi Dominus tradidit sustentas), ubi, inquam, et hoc videris; concedes ei omnia quæ opus erunt. Jam enim et collega tuus aliquam mihi erga egenorum hospitia humanitatem pollicitus est. Hoc autem dico, non ut alium ipse imiteris (par enim te aliis recte factorum ducem esse), sed ut scias jam nobis ab aliis reverentiam his in rebus habitam fuisse.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΔ'.

236 EPISTOLA CXLIV*.

Eamdem immunitatem petit ac in duabus præcedentibus epistolis.

Τρακτευτῇ τῶν ἐπάρχων.

B

Tractatori præsidum.

Γνωρίζεις πάντως τόνδε ἐκ τῆς κατὰ τὴν πόλιν συντυχίας· ὅμως δέ σοι αὐτὸν καὶ διὰ τῆς ἐπιστολῆς προσάγομεν συνιστῶντες, ὅτι εἰς πολλά σοι τῶν σπουδαζομένων χρήσιμος ἔσται, διὰ τὸ καὶ συνετῶς καὶ εὐλαβῶς δύνασθαι ὑποτίθεσθαι τὰ πρακτέα. Ἃ δὲ ἐμοὶ εἰς τὸ οὗς διελέχθης, ταῦτα νῦν ἐστι καιρὸς ἐπιδείξασθαι, ἐπειδάν σοι ὁ προειρημένος ἀδελφὸς τὰ τῶν πτωχῶν ὑποδείξῃ.

Cognoscis profecto illum ex mutuo in urbe colloquio. Sed tamen eum tibi et per litteras sisto et commendo, ut ad multa, quæ tibi curæ sunt, utilem futurum, eo quod pie ac prudenter possit agenda suggerere. Quæ autem mihi in aurem dixisti, ea nunc tempus est exsequi; postquam memoratus frater pauperum statum tibi indicaverit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΕ'.

EPISTOLA CXLV**.

Quamvis multæ magnæque rationes Eusebium prohibere videantur, quominus peregre eat; non tamen desperat Basilius eum omnia impedimenta superaturum. Quare eum rogat, ne spem Ecclesiæ Cæsariensis irritam faciat, quam de ejus adventu Basilius anno præterito Syria rediens attulerat.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Οἶδα τοὺς μυρίους πόνους (99) σου, οὓς ἀνέτλης ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ τῶν ἀσχολιῶν τὸ πλῆθος οὐκ ἀγνοῶ, ἃς ἔχεις· τὴν οἰκονομίαν οὐ παρέργως, ἀλλὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου διατιθέμενος. Καὶ τὸν ἐκ γειτόνων ὑμῖν ἐπικαθήμενον ἔννοῶ (1), ᾧ ἀνάγκη ὑμᾶς, ὥσπερ ὄρνιθας ἀετῷ ὑποπτήσσοντας, μὴ πόῤῥω τῆς σκέπης ἕκαστον ἀποτρέχειν. Τούτων με οὐδὲν λέληθεν. Ἀλλ' ὁ πόθος πρᾶγμα βίαιον, καὶ ἐλπίσαι τὰ μὴ ἐνδεχόμενα, καὶ ἐγχειρῆσαι τοῖς ἀδυνάτοις (2)· μᾶλλον δὲ ἡ ἐπὶ Κύριον ἐλπὶς ἰσχυρότατον πάντων. Οὐ γὰρ ἀλόγῳ ἐπιθυμίᾳ, ἀλλ' ἰσχύϊ πίστεως προσδοκῶ καὶ πόρον ἐν ἀμηχάνοις φανήσεσθαι, καὶ πάντων ῥᾳδίως σε (3)

Novi innumeros labores tuos, quos pro Dei Ecclesiis exantlasti; nec negotiorum multitudinem ignoro, quibus detineris; commissam administrationem non perfunctorie, sed secundum Dei voluntatem gerens. Illum etiam cogito, qui vobis e propinquo imminet, sub quo vos necesse est, veluti aves sub aquila formidantes, non longe a suo quemque tecto excurrere. Horum nihil me latet. Sed desiderium res violenta, tum in iis sperandis quæ parabilia non sunt, tum in aggrediendis quæ fieri non possunt: vel potius spes in Domino omnium rerum fortissima. Non enim temeraria cupiditate, sed fidei robore exspecto aliquem futurum

(95) *Ἄπειρος.* Uterque Coisl. cum Reg. secundo et Paris. *ἄπορος, Non cares facultatibus ad hoc opus.*

(96) *Διατρέφεις.* Ita Coisl. uterque et Vat. Editio prima Paris. διατρέφοις. Paulo post editi παρέξεις. Coisl. uterque, Med. et Reg. secundus ut in textu.

(97) *Ὁ ἑταῖρός σου.* Duo erant numerarii in unaquaque provincia. Non tamen collega hoc loco intelligitur alter numerarius, cui superior inscripta epistola. Huic enim Basilius similiter dicit beneficium sibi in pauperes ab ipsius collega promissum fuisse. Quare collegam utriusque numerarii interpretor tractatorem præsidum, cujus promissa in epistola sequenti reposcuntur. Is cum munus administraret magna cum numerariis necessitudine conjunctum, eorum collega dici poterat.

(98) *Ἐδυσωπήθησαν.* Sic Coisl. secundus e Reg. secundus. Editi ἐδυσώπησαν.

(99) *Πόνους.* Quatuor mss. κόπους. Infra Harl., Med. et Clarom. θέλημα τοῦ Θεοῦ.

(1) *Ἔννοῶ.* Quamvis hoc verbum non omnino necessarium sit : quia tamen legitur in codicibus Harl., Med., Clarom., Coisl. secundo, et Reg. secundo, recipiendum visum est in contextum. Ibidem editi ᾧ ἀνάγκη ἡμᾶς. Melius in Coisl. primo et aliis nonnullis quos secuti sumus.

(2) *Ἀδυνάτοις.* Editi post hanc vocem addunt ποιεῖ, sed in nullo prorsus ex nostris octo mss. reperitur.

(3) *Ῥᾳδίως σε.* Deest vocula in editis, legitur in omnibus mss. Ibidem editi περιγενέσθαι. Harl. et Coisl. primus ut in textu.

* Alias CCCCXX. Scripta anno 373.

** Alias CCLV. Scripta anno 373.

Digitized by Google

etiam in rebus difficillimis exitum, teque omnia impedimenta superaturum, ut Ecclesiarum amicissimam videas, atque etiam ab ipsa conspiciaris : quod quidem omnium illi bonorum antiquissimum est, vultum tuum conspicere, ac tuam vocem audire. Cave igitur spes illius vanas ac irritas facias. Anno enim præterito cum e Syria rediens, promissum quod acceperam reportavi, quomodo eam putas spe suspensam a me fuisse? Ne igitur in aliud tempus differas illius visitationem, vir admirande. Nam etiamsi fieri possit, ipsam ut aliquando invisas, sed non etiam nobiscum, quos urget morbus ab hac tandem ærumnosa vita secedere.

A τῶν κωλυμάτων περιγενήσεσθαι, πρὸς τὸ ἰδεῖν σε τὴν φιλτάτην τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ μέντοι καὶ ὀφθῆναι παρ' αὐτῆς · ὃ πάντων αὐτῇ τῶν ἀγαθῶν προτιμότατον, τῷ σῷ προσβλέψαι (4) προσώπῳ, καὶ τῆς σῆς ἀκοῦσαι φωνῆς. Μὴ τοίνυν αὐτῇ τὰς ἐλπίδας ἀτελεῖς καταστήσῃς. Καὶ γὰρ πέρυσιν, ἀπὸ τῆς Συρίας ἐπανελθών (5), ἣν ἐδεξάμην ἐπαγγελίαν, ταύτην διακομίσας, πῶς οἴει μετέωρον αὐτὴν κατέστησα ταῖς ἐλπίσι ; Μὴ οὖν εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπέρθῃ τὴν ἐπίσκεψιν αὐτῆς (6), ὦ θαυμάσιε. Καὶ γὰρ ἐὰν ᾖ δυνατὸν ἰδεῖν αὐτήν ποτε, ἀλλ' οὐχὶ καὶ μεθ' ἡμῶν, οὓς ἐπείγει ἡ νόσος ἀπᾶραι λοιπὸν τοῦ ὀδυνηροῦ τούτου βίου.

EPISTOLA CXLVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜϚ'.

Antiochum, qui manu sua salutem apposuerat, vicissim salutat Basilius et hortatur, ut animæ saluti animum intendat.

Antiocho.

Non possum te inertiæ aut pigritiæ accusare, quod cum tempus incidisset scribendi, conticueris. Quam enim venerandam mihi **237** manu salutem misisti, hanc pluris facio quam multas epistolas. Te igitur vicissim saluto, ac exhortor, ut strenue ad animæ salutem incumbas, omnes carnis affectiones ratione frenans, ac indesinenter Dei cogitationem velut in sanctissimo quodam templo, ita in animo tuo consecratam habens : atque ut in actione omni et in omni sermone ante oculos habeas Christi judicium ; ita ut tibi opera singula ad accuratum illud ac tremendum examen collecta, gloriam in die remunerationis afferant, coram omni creatura laudem consequenti Quod si non gravetur ad nos usque proficisci magnus ille vir, parum non erit lucri te una cum ipso in nostra regione conspicere.

B

C

Ἀντιόχῳ (7).

Οὐκ ἔχω μέμψασθαί σοι ἀργίαν οὐδὲ ῥᾳθυμίαν, ὅτι, καιροῦ παραπεσόντος (8) γραμμάτων, ἀπεσιώπησας. Ἦν γὰρ διὰ τῆς τιμίας ἐμοὶ χειρὸς διεπέμψω προσηγορίαν, πολλῶν ἐπιστολῶν τιμιωτέραν ποιοῦμαι. Ἀντὶ οὖν ταύτης προσαγορεύω σε, καὶ παρακαλῶ σπουδαίως ἀντέχεσθαι τῆς κατὰ ψυχὴν σωτηρίας, πάντα τὰ πάθη τῆς σαρκὸς παιδαγωγοῦντα τῷ λόγῳ, καὶ διηνεκῶς τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν, οἷον ἐν ναῷ τινι ἁγιωτάτῳ, τῇ σαυτοῦ ψυχῇ ἐνιδρυμένην ἔχοντα· ἐπὶ πάσης δὲ πράξεως καὶ παντὸς λόγου πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνειν τὸ τοῦ Χριστοῦ (9) δικαστήριον, ὥστε σοι τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας συναχθείσας ἐπὶ τῆς ἀκριβοῦς ἐκείνης καὶ φοβερᾶς ἐξετάσεως δόξαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως ἐνέγκειν, ἐπὶ πάσης τῆς κτίσεως τῶν ἐπαίνων ἀξιουμένῳ. Εἰ δὲ καταδέχοιτο τὴν μέχρις ἡμῶν ὁδὸν ὁ μέγας, οὐ μικρὸν κέρδος ἰδεῖν σε μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας.

EPISTOLA CXLVII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΖ'.

Aburgio Basilius Maximum commendat, ac rogat, ut hominem longe optimum, qui Cappadociæ præses fuerat, omnibus rebus spoliatum, et in ærumnis jacentem adversus calumniam tueatur.

Aburgio.

Fabulam hactenus credebam Homeri carmina, cum perlegerem alteram illius poesis partem, in qua Ulyssis calamitates narrat. Sed fabulosa illa hactenus et incredibilia, omnino nos probabilia existimare docuit longe optimi Maximi calamitas. Nam et hic præfuit genti non vilissimæ, quemadmodum ille dux fuit Cephalleniorum. Ac Ulysses quidem

D

Ἀβουργίῳ.

Μῦθον ἐνόμιζον τέως τὰ τοῦ Ὁμήρου, ὅτε ἐπῄειν αὐτοῦ τὸ ἕτερον μέρος τῆς ποιήσεως, ἐν ᾧ τὰ τοῦ Ὀδυσσέως πάθη μεταδιδάσκει. Ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ μυθικὰ τέως καὶ ἄπιστα πάνυ ἡμᾶς πιθανὰ νομίζειν ἐδίδαξεν ἡ περὶ τὸν πάντα ἄριστον Μάξιμον περιπέτεια. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἄρχων ἐγένετο ἔθνους οὐ φαυλοτάτου, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ στρατηγὸς (10) τῶν

* Alias CCLXVIII. Scripta anno 373.

** Alias CCCLVI. Scripta anno 373.

(4) *Προσβλέψαι.* Ita summo consensu veteres libri. Editio prima Paris. προβλέψαι.

(5) *Ἐπανελθών* Sic Harl. et Coisl primus cum pluribus aliis. Editio 1 Paris. ἀπανελθών.

(6) *Αὐτῆς.* Hanc vocem addidimus ex septem mss. Harlæanus codex αὐτῶν.

(7) *Ἀντιόχῳ.* Legitur in omnibus mss. et editis τῷ αὐτῷ, quia scilicet hæc epistola sequitur epistolam 31. alias 267. Sed tamen perspicuum est hanc epistolam non inscriptam fuisse Eusebio, quem Basilius designat his verbis : *Quod si magnus ille vir*, etc., sed ipsius fratris filio, quem Basilius, ut æqualem, vel forte etiam natu minorem, ad pietatem hortatur.

(8) *Παραπεσόντος.* Sic quatuor vetustissimi codices, Harl., Med., Coisl., Vat. et alii nonnulli. Editi παρεμπεσόντος. Paulo post auctoritate quinque codicum, quorum nonnulli antiquissimi, transposuimus ἐμοί, cum legeretur in editis ἐμοὶ διεπέμψω.

(9) *Χριστοῦ.* Sic plerique mss. codices. Editi Κυρίου.

(10) *Ὁ στρατηγός.* Additus articulus ex tribus vetustissimis codicibus et tribus aliis. Ibidem. Reg. secundus et Coisl. secundus Κεφαλήνων.

Digitized by Google

Κεφαλλήνων. Καὶ πολλὰ χρήματα ἄγων ἐκεῖνος, γυμνὸς ἐπανῆλθε· καὶ τοῦτον οὕτως ἡ συμφορὰ διέθηκεν, ὡς κινδυνεῦσαι ἐν ἀλλοτρίοις ῥάκεσιν ὀφθῆναι τοῖς οἰκοι (11). Καὶ ταῦτα πέπονθε, Λαιστρυγόνας τάχα που ἐφ' ἑαυτὸν παροξύνας, καὶ Σκύλλῃ περιπεσὼν ἐν γυναικείᾳ μορφῇ κυνείαν ἐχούσῃ ἀπανθρωπίαν καὶ ἀγριότητα. Ἐπεὶ οὖν μόλις αὐτῷ ὑπῆρξε τὸν ἄφυκτον τοῦτον διανήξασθαι κλύδωνα, σὲ δι' ἡμῶν ἱκετεύει, ἀξιῶν αἰδεσθῆναι τὴν κοινὴν φύσιν, καὶ ἐπὶ ταῖς παρ' ἀξίαν αὐτοῦ συμφοραῖς ἀλγήσαντα, μὴ σιωπῇ κρύψαι τὰ κατ' αὐτὸν, ἀλλὰ διαγγεῖλαι τοῖς ἐν δυνάμει. ὥστε μάλιστα μὲν καὶ γενέσθαι τινὰ αὐτῷ βοήθειαν πρὸς τὴν σκευωρηθεῖσαν (12) ἐπήρειαν· εἰ δὲ μή, δημοσιευθῆναι γοῦν τὴν προαίρεσιν τοῦ εἰς αὐτὸν ἐμπαροινήσαντος. Ἀρκοῦσα γὰρ τῷ ἠδικημένῳ παραμυθία ἡ τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ τῆς πονηρίας φανέρωσις.

cum pecuniæ plurimum exportasset, nudus reversus est: hunc autem eo res adversæ redegerunt, ut pene in alienis et laceris pannis domui suæ visus sit. Atque hæc perpessus est, forte quia Læstrygonas in se instigavit, ac in Scyllam incidit, habentem in muliebri forma caninam immanitatem ac feritatem. Cum igitur vix ei licuerit ex ineluctabili illa procella emergere, te mea opera supplex rogat, ut naturam communem reverearis, ac calamitatibus, quas non merito suo passus est, commotus de rebus illius non taceas, sed viris potentibus nunties, in primis ut præsidii aliquid contra structam calumniam habeat: sin minus, ut propositum illius, qui in ipsum debacchatus est, divulgetur. Non leve enim homini injuriis affecto solatium eorum, qui ipsi insidiati sunt, improbitatis declaratio.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΗ'.

EPISTOLA CXLVIII*.

Maximum Trajano commendat Basilius, ac rogat ut ei in judicio patrocinium impendat.

Τραϊανῷ.

Πολλὴν φέρει τοῖς καταπονουμένοις παραμυθίαν, καὶ τὸ ἔχειν ἀποδύρασθαι τὰς ἑαυτῶν συμφοράς· καὶ μάλιστα, ὅταν ἀνδρῶν ἐπιτύχωσι δυναμένων ἐκ τῆς τοῦ τρόπου καλοκαγαθίας συμπαθῆσαι τοῖς ἀλγεινοῖς. Ὅθεν καὶ ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς Μάξιμος, ὁ τῆς πατρίδος ἡμῶν ἡγησάμενος, παθὼν οἷα οὐδέπω (13) τις ἀνθρώπων ἕτερος, καὶ πάντων μὲν γυμνωθεὶς τῶν προσόντων, ὅσα τε ἦν αὐτῷ πατρῷα, καὶ ὅσα ἐκ προτέρων πόνων ὑπῆρχε (14) συνειλεγμένα, κακοπαθήσας δὲ τῷ σώματι μυρία ταῖς ἄνω (15) καὶ κάτω πλάναις, καὶ οὐδὲ αὐτὴν τὴν ἐπιτιμίαν ἀνεπηρέαστον διασώσας, ἧς ἕνεκα πάντα πονεῖν τοῖς ἐλευθέροις σύνηθες, πολλὰ μὲν πρὸς ἡμᾶς περὶ τῶν συμβάντων αὐτῷ ἀπωλοφύρατο, ἠξίωσε δὲ δι' ἡμῶν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ φανερὰν γενέσθαι σοι τὴν περιστᾶσαν αὐτῷ τῶν κακῶν Ἰλιάδα. Κἀγὼ, ἐπειδὴ ἄλλως οὐδὲν ἀφελεῖν αὐτοῦ τῶν δεινῶν ἠδυνήθην, ἑτοίμως ταύτην ἔδωκα τὴν χάριν· τὸ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, ὧν ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, διαγγεῖλαι τῇ κισμιότητί σου· ἐπειδὴ αὐτὸς ἐρυθριᾷν μοι ἐδόκει τὰς ἑαυτοῦ συμφορὰς ἐναργῶς διηγήσασθαι. Εἰ γὰρ καὶ πονηρὸν τὸν ἠδικηκότα συνίστησι τὰ γενόμενα (16), ἀλλ' οὖν γε τὸν πεπονθότα τῆς ἐλεεινοτάτης ὄντα μερίδος δείκνυσιν· ἐπειδὴ αὐτὸ τὸ περιπεσεῖν τοῖς θηλάτοις κακοῖς ἀπόδειξίν πως ἔχειν δοκεῖ τοῦ παραδεδόσθαι τοῖς πάθεσιν. Ἀλλ' ἀρκεῖ (17) αὐτῷ πρὸς παραμυθίαν τῶν συμβάντων τὸ εὐμενεῖ αὐτὸν προσβλέψαι τῷ ὄμματί σε, καὶ τὴν πολυαρκῆ χάριν, ἧς πάντες ἀπολαύοντες δαπανᾷν οὐ δύνανται (τὴν τῆς σῆς ἡμερότητος λέγω), καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀφ-

Trajano.

Multum affert afflictis solatii vel posse deflere calamitates suas; maxime, cum viros nacti fuerint morum probitate idoneos, qui eorum doloribus commoveantur. Unde et omni honore dignus frater Maximus, qui patriæ nostræ præfuit, talia passus, qualia nondum quisquam hominum, et suis rebus omnibus tum paternis tum pristino labore partis nudatus, **238** innumeris afflictus corporis incommodis, dum susdeque errat, ac ne ipsum quidem civis statum, cujus causa liberi nihil intentatum relinquere solent, ab injuriis integrum retinens, pluribus apud me casus suos lamentatus est, ac rogavit, ut malorum suorum Iliadem breviter tibi ante oculos ponerem. Ego autem cum aliter illius ærumnas levare non possem, libenter id præstiti beneficii, ut pauca ex multis quæ ab eo audivi, dignitati tuæ referrem, quandoquidem eum pudebat, ut mihi videbatur, calamitates suas aperte exponere. Nam quæ evenere, si auctorem injuriæ nequam esse demonstrant, certe eum qui passus est, maxima miseratione dignum ostendunt: siquidem illud ipsum in mala divinitus immissa incidere argumento est quodammodo eum qui hæc patitur afflictationibus esse traditum. Sed tamen satis est illi ad solatium malorum, ut benigno illum aspicias oculo, ac uberem illam gratiam, quam omnes experiuntur, nec tamen possunt absumere (gratiam dico lenitatis tuæ) etiam in illum extendas. In judicio autem magno ei fore ad vincendum præsidio patrocinium tuum, nobis omnibus certo persuasum est.

(11) *Τοῖς οἰκοι.* Sic tres vetustissimi codices et Clarom. Editi τοῖς οἰκείοις.

(12) *Σκευωρηθεῖσαν.* Harl. et Clarom. σκαιωρηθεῖσαν.

(13) *Οὐδέπω.* Ita Harl. cum quinque aliis. Editi οὔπω.

(14) *Ὑπῆρχε.* Hoc verbum addidimus ex Harl., Med. et Clarom.

(15) *Ταῖς ἄνω.* Ita Harl., Med., Coisl. uterque, Reg. uterque et uterque Bigot. Editi ταῖς τε ἄνω.

(16) *Τὰ γενόμενα.* Sic tres vetustissimi codices et alii nonnulli. Editi τὰ γεγονότα.

(17) *Ἀρκεῖ.* Male in editione 1 Paris. ἀρκεῖν contra veterum codicum fidem.

* Alias CCLXXVI. Scripta anno 373.

Digitized by Google

Atque omnium dignissimus est ipse ille, qui meas litteras, ut sibi aliquid profuturas poposcit, quem cum aliis videamus totis suæ vocis viribus laudes gravitatis tuæ prædicantem.

εθῆναι. Ὅτι δὲ καὶ ἐν δικαστηρίοις μεγάλη αὐτῷ ἀφορμὴ πρὸς τὴν νίκην ἡ παρὰ σοῦ ῥοπή, πάντες ἀκριβῶς πεπείσμεθα. Δικαιότατος δὲ πάντων καὶ αὐτὸς οὗτος, ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἡμῶν, ὡς τι ὄφελος αὐτῷ ἐσομένην, ἐπιζητήσας· ὃν μετὰ τῶν ἄλλων ἴδοιμεν τῇ κατὰ δύναμιν αὐτοῦ (18) φωνῇ τὴν σὴν εὐφημοῦντα σεμνότητα.

EPISTOLA CXLIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΜΘ*.

Is ad quem scripta est hæc epistola, viderat primordia ærumnarum Maximi; sed postea pœnæ ac contumeliæ graviores inflictæ sunt, ac vicarius modo advenerat, ut mala expleret. Homini miserrimo opem implorat Basilius.

Trajano.

Τραϊανῷ (19).

Ipse oculis vidisti calamitatem viri quondam clari, sed nunc miserrimi omnium Maximi qui patriæ nostræ præfuerat, atque utinam non præfuisset! Existimo enim fore, ut multi gentium gubernacula fugiant, si administrationes ad ejusmodi exitum redituræ sunt. Quare quid opus est singula enarrem, et quæ vidi, et quæ audivi, viro ob eximiam ingenii aciem idoneo, qui ex paucis factis ea quæ omittuntur existimet? Sed tamen forte superflua loqui tibi non videbor, hoc si dixero, cum multa et gravia ante tuum adventum in ipsum perpetrata sint, quæ postea gesta sunt talia esse, ut superiora humanitatem existimare cogant. Tantam contumeliæ et damni et ipsius corporis incommodorum magnitudinem **239** habuere, quæ in ipsum postmodum a vicario excogitata sunt. Et nunc cum cohortalibus apparitoribus venit, ut reliqua sua mala hic impleat, nisi tu magnam tuam manum prætendere velis afflicto. Supervacaneam rem scio me facere, qui tuam clementiam ad humanitatem adhorter. Quia tamen hunc virum cupio juvare, dignitatem tuam rogo, ut innatæ tibi ad bonum propensioni aliquid mea causa adjicias: adeo ut manifesta sit homini meæ pro illo deprecationis utilitas.

Καὶ αὐτὸς ὑπέβαλες (20) ὀφθαλμῷ τὴν κακοπάθειαν τοῦ πρότερον μὲν εὐδοκίμου, νῦν δὲ ἐλεεινοτάτου πάντων Μαξίμου, τοῦ ἄρξαντος τῆς πατρίδος ἡμῶν, ὡς οὐκ ὤφελεν (21)! Οἶμαι γὰρ ἂν πολλοῖς ἀπευκτὴν ἔσεσθαι τὴν τῶν ἐθνῶν ἀρχήν, εἰ πρὸς τοιοῦτον πέρας μέλλουσι καταστρέφειν αἱ προστασίαι. Ὥστε τί δεῖ ἡμᾶς τὰ καθ' ἕκαστον ἐπαγγέλλειν, ὧν τε εἴδομεν, ὧν τε ἠκούσαμεν, ἀνδρὶ διὰ πολλὴν τῆς διανοίας ὀξύτητα ἱκανῷ ἐξ ὀλίγων τῶν πραχθέντων στοχάσασθαι τὰ λειπόμενα; Πλὴν ἐκεῖνό γε εἰπὼν, ἴσως οὐ περιττός σοι φανήσομαι, ὅτι πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν τῶν εἰς αὐτὸν τολμηθέντων πρὸ τῆς σῆς παρουσίας, τοιαῦτα γέγονε τὰ μετὰ ταῦτα, ὡς φιλανθρωπίαν ποιῆσαι νομισθῆναι τὰ φθάσαντα. Τοσαύτην εἶχεν ὑπερβολὴν ὕβρεως καὶ ζημίας, καὶ τῆς εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα κακοπαθείας (22), τὰ δὴ ὕστερον αὐτῷ παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἐξευρεθέντα. Καὶ νῦν ἔμφρουρος ἧκει τὰ λείψανα τῶν ὧδε κακῶν αὐτοῦ ἀποπληρώσων, ἐὰν μὴ σὺ τὴν μεγάλην σαυτοῦ χεῖρα ὑπερσχεῖν ἐθελήσῃς τῷ καταπονουμένῳ. Περιττὸν μὲν οὖν οἶδα ποιῶν, τὴν σὴν χρηστότητα εἰς φιλανθρωπίαν παρακαλῶν. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ βούλομαι γενέσθαι χρήσιμος τῷ ἀνδρὶ, ἱκετεύω σου τὴν σεμνοπρέπειαν προσθεῖναί τι τῇ ἐκ φύσεως περὶ τὸ καλὸν σπουδῇ δι' ἡμᾶς, ὥστε ἐναργὴς τῷ ἀνδρὶ γενέσθαι τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ παρακλήσεως ἡμῶν τὸ ὄφελος.

* Alias CCCLXXVII. Scripta anna 373.

(18) *Αὐτοῦ*. Hanc vocem addidimus ex Harl., Med. et Clarom.

(19) *Τραϊανῷ*. Legitur in omnibus editis et mss. codicibus τῷ αὐτῷ, *eidem*, Trajano scilicet: ad quem scripta superior epistola. Quare non ausus sum hunc titulum mutare; sed tamen nullus dubito, quin hæc epistola ad Trajanum minime scripta sit. Is enim ad quem scripta est, oculis suis viderat calamitates Maximi. At Trajanus nihil prorsus audierat de his ærumnis; et idcirco Basilium Maximus rogavit, ut eas Trajano breviter exponeret.

(20) *Ὑπέβαλες*. Med., Reg. secundus et Coisl. secundus ὑπέλαβες.

(21) *Οὐκ ὤφελεν*. Ita mss. sex. Editi οὐκ ὤφειλεν.

(22) *Κακοπαθείας*. Hac voce non quæstionis tormenta, quibus subjici non poterant præsides provinciarum, nisi in crimine majestatis, sed ea potius incommoda intelligi debent, quæ ab homine lautiori vitæ assueto, dum bonis omnibus spoliatus fugit, abesse non possunt. Hinc in præcedenti epistola, ut ex octo veteribus libris legimus, corporis incommoda, quæ Maximus sustinuit, ex illius potissimum fuga et variis susdeque erroribus repetuntur. Videtur autem accusatus repetundarum fuisse, et idcirco omnibus rebus spoliatus; quia etsi minime convictus fuit, per vim tamen et impressionem vicarii, quadrupli pœnam, quam leges convictis infligebant, coactus est persolvere. Hinc etiam civis statu non omnino excidit, nec eum tamen integrum et illæsum retinuit, ut in superiori epistola legimus. Nam judices repetundarum convicti *ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti, inter pessimos quosque et plebeios* habebantur, ut sancitur *Cod. Theod.* lib. I, tit. 27, leg. 1; nec tamen infames et intestabiles erant, ut observat Gothofredus ad eamdem legem.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝ'. EPISTOLA CL*.

Heraclidas ab Amphilochio accusatus, quod non secum secederet in deserta loca, ut promiserat, pluribus refellit hanc criminationem. Exponit quid rerum agat in pauperum hospitio ad urbem Cæsaream; seque ab Amphilochio separari negat, quamvis locorum intervallo disjunctus sit. Refert deinde quæ præcepta a Basilio acceperit: hortatur ut Amphilochius ad Basilium veniat, a quo eruditi melius esse statuit, quam in desertis locis vagari.

Ἀμφιλοχίῳ, ὡς παρὰ Ἡρακλείδου. A *Amphilochio, Heraclidæ nomine.*

1. Ἐγὼ καὶ τῶν ὁμιληθέντων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους ποτὲ μέμνημαι, καὶ ὧν τε αὐτὸς εἶπον, ὧν τε ἤκουσα παρὰ τῆς εὐγενείας σου, οὐκ ἐπιλέλησμαι. Καὶ νῦν βίος μέν με δημόσιος οὐ κατέχει. Εἰ γὰρ καὶ τῇ καρδίᾳ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὔπω τὸν παλαιὸν ἀπεδυσάμην ἄνθρωπον, πλὴν τῷ γε σχήματι, καὶ τῷ μακρὰν ἐμαυτὸν (23) ποιῆσαι τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, ἔδοξα λοιπόν, οἷον ἐπιβεβηκέναι τῆς ὁδοῦ (24) τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας. Καθέζομαι δὲ ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὥσπερ οἱ εἰς πέλαγος ἀφιέναι μέλλοντες, ἀποσκοπεύων τὸ μέλλον. Οἱ μὲν γὰρ πλέοντες ἀνέμων χρῄζουσι πρὸς τὴν εὔπλοιαν, ἡμεῖς δὲ τοῦ χειραγωγήσοντος ἡμᾶς, καὶ ἀσφαλῶς διὰ τῶν ἁλμυρῶν κυμάτων τοῦ βίου παραπέμψοντος. Χρῄζειν γὰρ ἐμαυτὸν λογίζομαι πρῶτον μὲν χαλινοῦ πρὸς τὴν νεότητα, ἔπειτα κέντρων (25) πρὸς τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας. Τούτων δὲ πρόξενος λόγος δηλονότι, νῦν μὲν παιδαγωγῶν ἡμῶν τὸ ἄτακτον, νῦν δὲ τὸ νωθρὸν τῆς ψυχῆς διεγείρων. Πάλιν μοι χρεία φαρμάκων ἑτέρων, ὥστε τὸν ἐκ τῆς συνηθείας ἀποπλύνασθαι ῥύπον. Οἶδας γάρ, ὅτι ἡμεῖς, οἱ πόλυν χρόνον ἐνεθισθέντες τῇ ἀγορᾷ, ἀφειδῶς μὲν ἔχομεν τῶν ῥημάτων, ἀφυλάκτως δὲ πρὸς τὰς ἐν τῇ διανοίᾳ συνισταμένας ἐκ τοῦ πονηροῦ (26) φαντασίας. Ἠττήμεθα δὲ καὶ τιμῆς, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς τι φρονεῖν οὐ ῥᾳδίως ἀποτιθέμεθα. Πρὸς ταῦτα μεγάλου μοι δεῖν καὶ ἐμπείρου λογίζομαι διδασκάλου. Ἔπειτα μέντοι καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς ἀποκαθαρθῆναι, ὥστε πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῆς ἀγνοίας ἐπισκότησιν, οἱονεί τινα λήμην, ἀφαιρεθέντα, δύνασθαι ἐνατενίζειν τῷ κάλλει τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, οὐ μικροῦ ἔργου κρίνω, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τὴν ὠφέλειαν φέρειν. Ἃ καὶ τὴν σὴν λογιότητα συνοράν, καὶ ἐπιθυμεῖν ὑπάρξαι τινὰ εἰς ταύτην τὴν βοήθειαν ἀκριβῶς ἐπίσταμαι (27)· καὶ ἐάν ποτε δῷ ὁ Θεὸς εἰς ταυτὸν ἀφικέσθαι τῇ κοσμιότητί σου, δηλονότι πλείονα μαθήσομαι ὑπὲρ ὧν φροντίζειν με χρή. Νῦν γὰρ ὑπὸ πολλῆς ἀμαθίας οὐδὲ ὅσων ἐνδεής (28) εἰμι γνωρίζειν δύναμαι· πλήν γε ὅτι οὐδὲν μετεμέλησέ μοι τῆς πρώτης ὁρμῆς, οὔτε ὀκλάζει μου ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, ὅπερ ἠγωνίασας ἐπ' ἐμοὶ, καλῶς καὶ προσηκόντως ἑαυτῷ ποιῶν, μήποτε, στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, στήλη γένωμαι ἁλός, ὅπερ γυνή τις ἔπαθεν, ὥσπερ ἀκούω.

1. Ego et eorum, quæ inter nos aliquando disseruimus, memini: nec quid dixerim, quid ex generosa tua indole audierim, oblitus sum; et nunc vita publica non distineor. Quanquam enim corde idem sum, ac veterem hominem nondum exui; tamen ipsa specie, et quod longe a sæculi negotiis recesserim, videor jam vitæ secundum Christum viam ingressus esse. Sedeo autem mecum ipse, velut qui sese mari commissuri sunt, prospiciens futurum. Nam qui navigant, ventis indigent ad felicem cursum; nobis vero opus est qui nos manu ducat, ac tuto per amaros vitæ fluctus transvehat. Nam indigere me perspicio, primum quidem freno adversus juventutem; B deinde stimulis ad pietatis cursum. Horum autem conciliatrix ratio videlicet, nunc quidem temperans quod in nobis incompositum est, nunc vero animæ pigritiam excitans. Rursus indigeo remediis aliis, ut sordes ex consuetudine contractas eluam. Scis enim nos, qui diu foro assuefacti fuimus, nec parcos esse verborum, nec cautos adversus eas, quæ in mente excitantur a maligno cogitationes. Vincimur autem et honore, nec facile de nobis ipsis magni aliquid sentire desinimus. Adversus hæc magno mihi opus esse et perito arbitror magistro. Deinde vero expurgari etiam animæ oculum, ut omnibus ignorationis tenebris quasi lippitudine aliqua liberatus, fixo C intuitu pulchritudinem majestatis Dei conspicere possit, non parvi laboris esse reor, neque parum afferre utilitatis. Atque hæc tuam quoque prudentiam perspicere, ac optare ut aliquis detur ad eam rem adjutor, exploratum habeo: ac si Deus aliquando dederit, ut tuam dignitatem conveniam, plura certe de quibus sollicitum me esse par est, ediscam. Nunc enim, **240** quæ mea est imperitia, quot et quantis indigeam ne cognoscere quidem possum; sed tamen me primi conatus non pœnitet, neque labat et vacillat anima in proposito vivendi secundum Deum; quod ipsum mihi timuisti, præclare teque digne faciens, ne conversus retrorsum, salis statua fierem, quod D mulieri cuidam contigisse audio [26]. Sed adhuc me

[26] Gen. xix, 26.

(23) *Ἐμαυτόν.* Hanc vocem addidimus ex novem mss.

(24) *Τῆς ὁδοῦ.* Regius quidam ms. τοῦ οὐδοῦ, *limen ingressus:* quæ quidem scriptura valde arrideret, si faverent alii codices, aut vitium inesset vulgato contextui. Paulo post Coisl. primus σκοπεύων.

(25) *Κέντρων.* Quatuor mss. κέντρου. Paulo post edit' λόγος τις. Vocula deest in quinque veteribus libris, non tamen in antiquissimis.

(26) *Ἐκ τοῦ πονηροῦ.* Quinque mss. ἐκ τῆς πονηρίας. Sed Coisl. primus et Medicæus consentiunt cum editis. In Harlæano autem codice non reperitur hæc epistola.

(27) *Ἐπίσταμαι.* Med. et Coisl. primus πέπεισμαι.

(28) *Ὅσων ἐνδεής.* Coisl. primus et quidam Reg. ὅσον ἐνδεής. Infra idem Coisl. et Med. ὡς ἀκούω.

* Alias CCCXCII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

cohibent externæ potestates, quasi magistratus desertorem aliquem reposcant. Detinet autem me maxime meum ipsius cor, eorum quæ dixi sibi conscium.

2. Quoniam autem meministi pactorum, teque denuntiasti accusaturum, mihi in hac mea tristitia risum movisti, quod etiamnum rhetor sis, nec a timore incutiendo discedas. Ego namque ita existimo, nisi omnino ut imperitus aberrem a veritate, unam esse viam ad Dominum ducentem, et quicunque ad ipsum pergunt, itineris ejusdem esse socios, et eodem vitæ fœdere progredi. Quare quo abiens separari a te possum, nec tecum simul vivere, et tecum servire Deo, ad quem simul confugimus? Corpora enim nostra locis disjungentur; sed profecto Dei oculus ambos simul intuetur; siquidem et vita mea digna fuerit, quæ a Dei oculis conspiciatur; hoc enim legi alicubi in Psalmis: *Oculi Domini super justos* [27]. Equidem cupio et tibi et cuivis alii propositum tuo simile habenti etiam corpore conjungi, et ante Patrem nostrum, qui in cœlis est, tota nocte ac die tecum genua flectere, et si quis alius est, qui rite Deum invocet. Novi enim communionem in precibus multum utilitatis afferre. Quod si quoties mihi contigerit in diverso angulo jacenti ingemiscere, mendacium me omnino sequetur; pugnare non possum adversus ea quæ a te dicta sunt, neque ipse ut mendacem condemno, si quid ejusmodi locutus sum secundum pristinam indifferentiam, quod me mendacii crimine obstringat.

3. Postquam prope Cæsaream veni, ut rerum statum perspicerem, in ipsa urbe nolui commorari, sed ad proximum pauperum hospitium confugi, ut ibi discerem quæ volebam. Deinde cum eo venisset ex more religiosissimus episcopus, retuli ad eum quibus de rebus mandaverat eruditio tua. Quæ autem respondit, ea nec memoria retineri poterant, et epistolæ modum superabant. In summa autem de paupertate hunc dixit esse modum, ut extrema tunica suam quisque possessionem definiat. Atque ex Evangelio testimonia exhibebat: unum quidem Joannis Baptistæ dicentis: *Qui habet duas tunicas, det non habenti* [28]: aliud autem Domini vetantis, ne discipuli duas

A Ἀλλ' ἔτι μέν με καὶ αἱ ἔξωθεν ἀρχαὶ συστέλλουσιν, ὥσπερ λειποτάκτην τινὰ τῶν ἀρχόντων ἀναζητούντων (29)· ἐπέχει δέ με μάλιστα ἡ ἐμοῦ αὐτοῦ καρδία, ἐκεῖνα μαρτυροῦσα ἑαυτῇ ἅπερ εἴρηκα.

2. Ἐπειδὴ δὲ συνθηκῶν ἐμνήσθης, καὶ κατηγορεῖν ἐπηγγείλω, γελάσαι με ἐποίησας ἐν ταύτῃ τῇ κατηφείᾳ μου, ὅτι ἔτι ῥήτωρ εἶ, καὶ τῆς δεινότητος οὐκ ἀφίστασαι. Ἐγὼ γὰρ οὕτω νομίζω (30), εἰ μὴ πάντη ὡς ἀμαθὴς διαμαρτάνω τῆς ἀληθείας, μίαν εἶναι ὁδὸν τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἄγουσαν, καὶ πάντας τοὺς πρὸς αὐτὸν πορευομένους συνοδεύειν ἀλλήλοις, καὶ κατὰ μίαν συνθήκην τοῦ βίου πορεύεσθαι. Ὥστε ποῦ ἀπελθὼν χωρισθῆναί σου δύναμαι, καὶ μὴ μετὰ σοῦ ζῆν, καὶ μετὰ σοῦ δουλεύειν Θεῷ, ᾧ κοινῇ προσεφύγομεν; Τὰ μὲν γὰρ σώματα ἡμῶν τόποις διαB σταθήσεται· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς κοινῇ ἀμφοτέρους ἐφορᾷ δηλονότι· εἴπερ οὖν ἄξιος καὶ ὁ ἐμὸς βίος ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ ἐποπτεύεσθαι· ἀνέγνων γάρ που ἐν Ψαλμοῖς, ὅτι *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους*. Ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι καὶ σοὶ καὶ παντὶ τῷ παραπλησίως (31) σοι προαιρουμένῳ καὶ τῷ σώματι συνεῖναι, καὶ πᾶσαν νύκτα καὶ ἡμέραν μετὰ σοῦ κλίνειν τὰ γόνατα πρὸς τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀξίως ἐπικαλούμενος τὸν Θεόν· οἶδα γὰρ τὴν ἐν ταῖς προσευχαῖς κοινωνίαν πολὺ τὸ κέρδος φέρουσαν (32)· ἐὰν δὲ, ὁσάκις ὑπάρξῃ μοι ἐν διαφόρῳ γωνιδίῳ (33) παρεμβεβλημένῳ στενάζειν, ἀκολουθήσει μοι πάντως τὸ ψεύδεσθαι, μάχεσθαι μὲν (34) πρὸς τὸν λόγον οὐκ ἔχω, ἤδη δὲ ὡς ψεύστου ἐμαυτὸν κατακρίνω, εἴ τι τοιοῦC τον κατὰ τὴν παλαιὰν ἀδιαφορίαν ἐφθεγξάμην, ὃ μετῷ κρίματι τοῦ ψεύδους ὑπόδικον καθιστᾷ.

3. Γενόμενος δὲ πλησίον Καισαρείας, ὥστε γνωρίσαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτῇ παραβαλεῖν τῇ πόλει μὴ ἀνασχόμενος, τῷ πλησίον προσέφυγον πτωχοτροφείῳ, ὥστε ἐκεῖ μαθεῖν περὶ ὧν ἐβουλόμην. Εἶτα κατὰ συνήθειαν ἐπιδημήσαντι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ ἀνήνεγκα περὶ ὧν ἐπέταξεν (35) ἡμῖν ἡ λογιότης σου. Καὶ ἃ μὲν ἀπεκρίνατο, οὔτε τῇ μνήμῃ φυλαχθῆναι παρ' ἡμῶν δυνατὸν (36) ἦν, καὶ ἐπιστολῆς ὑπερέβαινε μέτρον. Ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης ἐκεῖνο ἔφη τὸ μέτρον εἶναι, ὥστε εἰς τὸν ἔσχατον χιτῶνα ἕκαστον ἑαυτῷ περιστάναι (37) τὴν κτῆσιν. Καὶ παρείχετο ἡμῖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὰς ἀποδείξεις· μίαν μὲν, ὡς Ἰωάννου τοῦ βαπτιD στοῦ εἰπόντος· *Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας μεταδότω τῷ*

[27] Psal. xxxiii, 16. [28] Luc. iii, 11.

(29) *Ἀναζητούντων* Ita mss. sex. Editi ἀνεπιζητούντων. Ibidem non male Coisl. primus et Med. ἐπέχει δὲ μάλιστα.

(30) *Οὕτω νομίζω*. Deest οὕτω in sex mss., non tamen in Coisl. et Med., quorum in postremo legitur οὕτως.

(31) *Παραπλησίως*. Ita Coisl. primus cum aliis quatuor, quibus favent duo Regii, in quibus legitur παραπλίως. Editi παραπλήσιον.

(32) *Φέρουσαν*. Tres codices recentiores ἔχουσαν.

(33) *Γωνιδίῳ*. Sic Coisl. primus et Paris. et quidam Regius. Alius apud Combefisium γωνίᾳ. Editi γονιδίῳ.

(34) *Μάχεσθαι μέν*. Editi addunt γάρ, sed prorsus vitiose. Quamobrem cum hæc vocula desit in tribus mss., delendam duximus. Ibidem quatuor mss. non vetustissimi ὡς ψεύστου ἐμαυτοῦ.

(35) *Ἐπέταξεν*. Ita Coisl. primus et Med. cum duobus aliis.

(36) *Δυνατόν*. Deest ἦν in nonnullis mss. non antiquissimis. Legitur etiam paulo post in nonnullis ὑπερβαίνει.

(37) *Περιστάναι*. Coisl. primus et Med. περιστῆσαι.

Digitized by Google

μὴ ἔχοντι· ἑτέραν δὲ, ὡς τοῦ Κυρίου τοῖς μαθηταῖς ἀπαγορεύσαντος μὴ ἔχειν (38) δύο χιτῶνας. Προσετίθει δὲ τούτοις καὶ τό· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς.* Ἔλεγε δὲ καὶ τὴν τοῦ μαργαρίτου παραβολὴν εἰς τοῦτο φέρειν· ὅτι ὁ ἔμπορος ὁ εὑρὼν τὸν πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν ἐπώλησεν ἑαυτοῦ πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἠγόρασεν ἐκεῖνον. Προσετίθει δὲ τούτοις, ὅτι οὐδὲ ἑαυτῷ τινα ἐπιτρέπειν χρὴ τὴν τῶν χρημάτων διανομὴν, ἀλλὰ τῷ τὰ τῶν πτωχῶν οἰκονομεῖν πεπιστευμένῳ (39). Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν Πράξεων ἐπιστοῦτο· ὅτι, πωλοῦντες τὰ προσόντα αὐτοῖς, φέροντες ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ παρ' ἐκείνων διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι ἂν τις χρείαν εἶχεν. Ἔλεγε γὰρ ἐμπειρίας χρῄζειν τὴν διάγνωσιν τοῦ ἀληθῶς δεομένου, καὶ τοῦ κατὰ πλεονεξίαν αἰτοῦντος. Καὶ ὁ μὲν τῷ θλιβομένῳ δίδοὺς τῷ Κυρίῳ ἔδωκε, καὶ παρ' αὐτοῦ λήψεται τὸν μισθόν· ὁ δὲ τῷ περιερχομένῳ παρασχόμενος παντὶ (40) προσέῤῥιψε κυνὶ, φορτικῷ μὲν διὰ τὴν ἀναίδειαν, οὐκ ἐλεεινῷ δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν.

4. Περὶ δὲ τοῦ πῶς χρὴ βιοῦν ἡμᾶς καθ' ἡμέραν, ὀλίγα μὲν ἔφθη εἰρηκὼς ὡς πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως μέγεθος· πλὴν ἀλλ' ἐβουλόμην παρ' αὐτοῦ ἐκείνου σε μαθεῖν. Ἐμὲ γὰρ ἀφανίζειν τὴν ἀκρίβειαν τῶν διδαγμάτων οὐκ εὔλογον. Ηὐχόμην δὲ μετὰ σοῦ ποτε καταλαβεῖν αὐτὸν, ἵνα, καὶ τῇ μνήμῃ ἀκριβῶς φυλάξας τὰ λεχθέντα, καὶ τῇ σεαυτοῦ συνέσει προσεξεύρῃς τὰ λείποντα. Ἐκεῖνο γὰρ (41) μέμνημαι ἐκ τῶν πολλῶν ὧν ἤκουσα, ὅτι ἡ περὶ τοῦ πῶς χρὴ ζῆν τὸν Χριστιανὸν διδασκαλία οὐ τοσοῦτον δεῖται λόγου, ὅσον τοῦ καθημερινοῦ ὑποδείγματος. Καὶ οἶδα, ὅτι, εἰ μή σε κατεῖχεν ὁ δεσμὸς τῆς γηροκομίας τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν οὔτε αὐτὸς ἄλλο τι προετίμησας τῆς συντυχίας τοῦ ἐπισκόπου, οὔτ' ἂν ἐμοὶ συνεβούλευσας καταλιπόντι τοῦτον εἰς ἐρημίας πλανᾶσθαι. Τὰ μὲν γὰρ σπήλαια καὶ αἱ πέτραι ἀναμένουσιν ἡμᾶς· αἱ δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὠφέλειαι οὐκ ἀεὶ ἡμῖν παραμένουσιν. Ὥστε, εἰ ἀνέχῃ μου συμβουλεύοντος, τυπώσεις τὸν πατέρα μικρὸν ἐπιτρέπειν σοι ἀναχωρεῖν αὐτοῦ, καὶ περιτυγχάνειν (42) ἀνδρὶ πολλὰ καὶ ἐκ τῆς ἑτέρων πείρας, καὶ ἐκ τῆς οἰκείας συνέσεως καὶ εἰδότι, καὶ παρέχειν τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ δυναμένῳ.

A tunicas haberent [28*]. Addebat autem his et illud: *Si vis perfectus esse, vade,* **241** *vende quæ habes, et da pauperibus* [29]. Aiebat et ipsam margaritæ parabolam ad hoc pertinere: quod qui margaritam perquam pretiosam invenit mercator, abiens vendidit omnia sua bona, et illam emit [30]. Rursus his addebat, non oportere, ut quis sibi ipse rerum suarum distributionem committat, sed ei, cui hoc munus creditum est, ut res pauperum dispenset. Atque id ipsum ex Actis confirmabat [31], quippe quia vendita bona sua afferentes, ante apostolorum pedes ponebant, et ab eis unicuique, prout cuilibet opus erat, distribuebatur. Dicebat enim experientia opus esse, ut is qui vere pauper est ab eo, qui ex avaritia mendicat, B secernatur. Et quidem quisquis calamitoso dat, dedit Domino, et ab eo mercedem accipiet: qui vero errabundo omni tribuit, projicit cani, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

4. Quomodo autem nos quotidie vivere oporteat, de eo pauca dicere incœpit, pro rei magnitudine; sed vellem ab ipso illo disceres. Non enim a me oblitterari accuratam documentorum diligentiam convenit. Mihi autem in optatis est, tecum aliquando illum adire, ut et memoria accurate dicta retinens, tua etiam ipsius prudentia quæ defuerint invenias. Illud enim memini ex multis quæ audivi, doctrinam illam quomodo C Christianum vivere oporteat, non tantum indigere sermone, quantum exemplo quotidiano. Scio autem nisi te detineret vinculum fovendæ patris senectutis, nec te quidquam aliud antepositurum episcopi colloquio, nec mihi auctorem futurum, ut eo relicto in desertis locis vager. Speluncæ enim et saxa exspectant nos: sed hominum subsidia nobis non semper adsunt. Quare si me tibi consilium dare pateris, persuadebis patri, ut tibi a se ad breve tempus discedendi concedat facultatem, et virum adeundi, qui multa cum facto aliorum periculo, tum sua ipsius prudentia et novit et impertire adeuntibus potest.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΑ'.

EPISTOLA CLI*.

Invitat ad scribendum, ac declarat nonnullorum factum, qui discesserant a communione (episcopi sui Eustathii), *non sibi esse voluptati, quemadmodum nec merces libenter navigantes ejiciunt; sed tamen a se non improbari, quia veritatis amatoribus nihil Deo antiquius.*

Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ (43). D

Εἴ τι ὄφελος ἡμετέρων (44) γραμμάτων, μηδένα χρόνον

Eustathio archiatro.

Si qua utilitas litterarum nostrarum, nullum

[28*] Matth. x, 10. [29] Matth. xix, 21. [30] Matth. xiii, 43. [31] Act. ii, 45.

(38) *Μὴ ἔχειν.* Negatio addita ex sex mss.

(39) *Πεπιστευμένῳ.* Sic Med. et Coisl. uterque et plures alii. Editi ἐμπεπιστευμένῳ. Jamdudum vigebat hoc institutum in monasteriis Basilii, ut patet ex Regulis majoribus, interrog. 9. Alter Bigot. ἐπισταμένῳ. Infra editi χρῆσειν. Quatuor mss. ut in textu.

(40) *Παρασχόμενος παντί.* Hæc verba in quatuor mss. desunt non antiquissimis.

(41) *Ἐκεῖνο γάρ.* Quinque mss. Ἐκείνου γάρ. Sed Coisl. et Med. cum editis consentiunt. Paulo ante legi posset φυλάξαις, nihil tamen mutavimus, quia cum editis consentiunt codices mss.

(42) *Περιτυγχάνειν.* Med. συντυγχάνειν.

(43) *Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ.* Ita Vaticanus codex legitur lonice ἀρχιήτρῳ in Harlæano, Coisl. utroque et Reg secundo. Alii cum editis Εὐσταθίῳ ἰατρῷ

(44) *Ἡμετέρων.* Tres vetustissimi codices et Vaticanus

* Alias LXXXI. Scripta anno 373.

Digitized by Google

tempus intermitte scribendi nobis et excitandi ad scribendum. Ipsi enim manifeste lætiores efficimur, dum prudentium virorum, qui Dominum diligunt, epistolas legimus. Utrum autem et ipsi apud nos aliquid, quod operæ pretium sit, inveniatis, nosse vestrum est, qui nostra legitis. Equidem nisi negotiorum multitudine abducerer, scribendi assidue gaudio **242** non abstinerem. Vos vero, quibus minus est curarum, quoties fieri potest, litteris nos demulcete. Nam puteos aiunt haustos meliores fieri. Videtur autem tuarum admonitionum, quæ ex arte medica petuntur, supervacaneus labor; cum nos ferrum non adhibeamus, sed in semetipsos ruant, qui facti sunt inutiles. Hæc est igitur Stoici sententia: Quoniam, inquit, res non fiunt ut volumus, ut fiunt volumus. Ego autem his quæ fiunt, ex animo assentiri non possum: sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, haud improbo. Neque enim vos medici, ægrotum urere, aut alio modo dolorem creare vultis: sed tamen sæpe id faciendum existimatis, morbi difficultatem sequentes. Neque navigantes libenter merces ejiciunt: sed ut naufragia effugiant, ejectionem perferunt, pauperem vitam morti præferentes. Quare existima nos etiam separationem eorum, qui se separaverunt, moleste quidem et cum uberrimis lacrymis ferre, sed ferre tamen: siquidem veritatis amatoribus, nihil est Deo et spe in Deum antiquius.

διαλίπῃς ἐπιστέλλων ἡμῖν, καὶ διεγείρων ἡμᾶς πρὸς τὸ γράφειν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ προδήλως ἡδίους γινόμεθα ἐντυγχάνοντες ἐπιστολαῖς συνετῶν ἀνδρῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον· εἰ δὲ καὶ αὐτοί τι ἄξιον σπουδῆς εὑρίσκετε (45) παρ' ἡμῖν, ὑμέτερον εἰδέναι τῶν ἐντυγχανόντων. Εἰ μὲν οὖν μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀσχολιῶν ἀπηγόμεθα (46), οὐκ ἂν τῆς ἐκ τοῦ γράφειν συνεχῶς εὐφροσύνης ἀπειχόμεθα· ὑμεῖς δὲ, οἷς ἐλάττους αἱ φροντίδες, ὁσάκις ἂν οἷόν τε ᾖ, κατακηλεῖτε ἡμᾶς τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ τὰ φρεάτα φασιν ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι (47). Ἔοικασι δέ σου αἱ ἐξ ἰατρικῆς παραινέσεις εἰς πάρεργον χωρεῖν, οὐχ ἡμῶν ἐπαγόντων (48) τὸν σίδηρον, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκπιπτόντων τῶν ἀπαχρειουμένων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Στωϊκοῦ λόγος· Ἐπειδὴ, φησὶ, μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, ὡς γίνεται βουλόμεθα (49)· ἐγὼ δὲ τοῖς μὲν πράγμασι τὴν γνώμην συγκατατίθεσθαι (50) οὐ καταδέχομαι· τὸ δὲ ἀβουλήτως τινὰς ποιεῖν τι τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἀποδοκιμάζω. Οὔτε γὰρ ὑμῖν τοῖς ἰατροῖς τὸ καίειν τὸν ἄῤῥωστον, ἢ ἄλλως ποιεῖν ἀλγεῖν, βουλητόν· ἀλλ' οὖν καταδέχεσθε πολλάκις τῇ δυσχερείᾳ τοῦ πάθους ἑπόμενοι. Οὔτε οἱ πλέοντες ἑκουσίως ἐκβάλλουσι τὰ ἀγώγιμα· ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὰ ναυάγια, ὑφίστανται τὴν ἐκβολὴν, τὸν ἐν πενίᾳ βίον τοῦ ἀποθανεῖν προτιμῶντες· Ὥστε καὶ ἡμᾶς οἷον ἀλγεινῶς μὲν καὶ μετὰ μυρίων ὀδυρμῶν φέρειν τὸν χωρισμὸν τῶν ἀφισταμένων (51)· φέρειν δ' οὖν ὅμως· ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος οὐδὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς προτιμότερον.

B

EPISTOLA CLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΒ'.

Silentii sui causam exponit Basilius, confidenter deinceps scripturum se promittit. Gratias agit quod suas pro Ecclesia preces Victor antevertit.

Victori exercitus duci.

Οὐίκτορι στρατηλάτῃ.

C

Ad aliquem alium si non scriberem, forte non immerito sustinerem segnitiei aut oblivionis crimen. Tui vero quomodo possim oblivisci, cujus nomen apud omnes homines prædicatur? aut quomodo te negligere, qui omnes fere in terrarum orbe fastigio dignitatum antecellis? Sed silentii mei manifesta est causa. Viro tanto molestiam

Ἄλλῳ μέν τινι μὴ ἐπιστέλλων, τάχα ἂν δεξαίμην δικαίως ἔγκλημα ῥᾳθυμίας ἢ λήθης· σοῦ δὲ πῶς ἔστιν ἐπιλαθέσθαι, οὗ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις λαλεῖται τὸ ὄνομα; πῶς δὲ καταῤῥᾳθυμῆσαι, ὃς πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην τῷ ὕψει τῶν ἀξιωμάτων ὑπερανέστηκας; Ἀλλὰ δήλη ἡμῶν ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς. Ὀκνοῦμεν δι' ὄχλου γίνεσθαι (52) ἀνδρὶ

Vaticanus ὑμετέρων. *Si qua utilitas vestrarum litterarum.*

* Alias CCCLXXIV. Scripta circa ann. 373.

(45) *Εὑρίσκετε*, Ita septem mss. Editi εὑρήσετε.

(46) *Ἀπηγόμεθα.* Non male Coisl. secundus et Reg. secundus ἀπειργόμεθα.

(47) *Γίνεσθαι.* Iidem duo codices γίνεται et φησίν.

(48) *Ἐπαγόντων.* Tres codices non antiquissimi ἐναγόντων. Ibidem Harl. τὸ σιδήριον, et Reg. secundus περιπιπτόντων.

(49) *Βουλόμεθα.* Ita Harl. et Med. Sic etiam videtur prima manu habuisse Coisl. primus. Editi βουλώμεθα. Reg. secundus et Coisl. secundus ὡς ἂν γίνηται βουλώμεθα.

A peritum, fugerit. Antiqui enim illud baptisma suspiciendum putavere, quod nihil a fide recedit; unde alias quidem hæreses, alia schismata, alias parasynagogas appellarunt. Hæreses quidem eos, qui penitus resecti sunt, et in ipsa fide abalienati; schismata vero, eos, qui propter ecclesiasticas quasdam causas et quæstiones inter utramque partem non insanabiles dissident; parasynagogas autem, conventus illos qui ab immorigeris presbyteris aut episcopis et a populis **269** disciplinæ expertibus fiunt. Velut si quis in delicto deprehensus, a ministerio arceatur, nec se canonibus summittat, sed sibi principatum et ministerium vindicet, ac nonnulli una cum eo, relicta catholica Ecclesia, discedant; hoc dicitur parasynagoga. Schisma autem est, de pœnitentia ab iis qui ex Ecclesia sunt, dissentire. Hæreses autem, velut Manichæorum, et Valentinianorum, et Marcionistarum, et horum ipsorum Pepuzenorum; statim enim de ipsa in Deum fide dissensio est. Visum est ergo antiquis hæreticorum quidem baptisma penitus re-

prianum de baptismo sensisse. Videtur hac in re major auctoritas Basilio attribuenda quam Hieronymo. Plus operæ insumpserat Basilius in ea re examinanda. Præterea cum illius testimonio congruit tota Dionysii agendi ratio, qui deprecatorem se pro Asiaticis et Afris interposuit: nedum in eadem ac illi causa versaretur. Quin etiam suam ac decessorum suorum sententiam satis declaravit, cum hominem impio et blasphemiæ pleno baptismo apud hæreticos initiatum, sed jamdudum sine baptismo ab antecessoribus suis receptum, ante non ausus est baptizare, quam Xystum episcopum Romanum consuluisset, Euseb. *Hist.* l. VII, c. 9. 2° Etsi testatur Basilius non rejectum a Dionysio fuisse baptisma Pepuzenorum; non tamen videtur existimasse magnum illum virum eadem indulgentia in alios hæreticos usum fuisse. Miratur enim cur tam liberaliter egerit cum Pepuzenis utpote hæreticis; quod profecto mirum ei visum non fuisset, si ipsos etiam Marcionitas et Valentinianos ab eo sine baptismo receptos credidisset. Quamobrem Basilii sententia paulo restrictius accipienda, quam vulgo accipitur. Constat illius de Pepuzenis sine baptismo receptis testimonium, atque ex hoc testimonio illud etiam colligi potest, quodlibet baptisma, modo ritus legitimus non deesset, ratum a Dionysio habitum fuisse. Sed Basilius ipse de solis Pepuzenis loquitur, et in hoc ipso canone magni Dionysii erratum (sic enim appellat) in eo manifestum et ante oculos positum esse declarat, quod discesserit a sancita priscis canonibus regula, ut aliter hæretici, aliter schismatici recipiantur. Credebat ergo opinatam illam regulam in aliis hæresibus a Dionysio observatam fuisse.

(37) *Τὸ μηδὲν τῆς πίστεως παρεκβαῖνον.* His verbis Basilius, *qui nihil a fide recedit*, baptisma intelligit, quod ab hominibus nihil in fidem peccantibus extra Ecclesiam datur. Nam in toto hoc canone non quærit, utrum observata necne fuerit præscripta a Christo forma: sed eam rem, ut minime controversam prætermittens, baptismi rejiciendi aut probandi regulam repetit ex sana aut hæretica doctrina. Hinc illa hæresum, schismatum et parasynagogarum distinctio, ex qua profecto dignosci non possit, utrum observati necne fuerint legitimi ritus. Hinc etiam Basilius hæreticorum baptisma, etsi *a fide recedit*, interdum tamen ratum esse patitur, si ita postulet publica utilitas.

At profecto nunquam tanta usus esset indulgentia, si baptisma a fide recedere aut non recedere existimasset, prout præscripta a Christo forma violatur aut servatur. Denique sancit can. 47 baptizandos Encratitas, quamvis dicant, *In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizati sumus.* Rejiciebat ergo illud baptisma non ob violatos baptizandi ritus, sed quia Encratitæ, ut ibidem testatur, Deum auctorem malorum existimabant, itidem ut Marcion et aliæ hæreses.

(38) *Τὰ δὲ σχίσματα.* Sic plerique mss. Editi τὰς δέ. Nonnulli codices habent τὰς δὲ παρασυναγωγάς.

(39) *Τοῖς ἐξ ἀρχῆς.* Quosnam hic antiquos intelligit Basilius? An Firmilianum, an ejus antecessores, an successores? Non loquitur de Firmiliano; ejus enim sententiam non parum ab ista discrepantem infra exponit. Si de successoribus loquitur, nihil erit ambigui, nihil non accurate dictum. Nam cum Firmilianus nullo discrimine habuisset baptisma sive in hæresi, sive in schismate, sive in parasynagogis datum, ut patet ex ejus epistola ad Cyprianum et ex hoc ipso canone; de illius severitate aliquid postea limatum, et ea inducta distinctio quam Basilius commemorat. Sed videtur Basilius episcopos Firmiliano antiquiores designare. Hæc enim verba τοῖς ἐξ ἀρχῆς satis apte eos indicant, qui de baptismo primi pertractarunt. Præterea miratur Basilius, quod Dionysius, qui æqualis fuit Firmiliani, ab hac distinctione discesserit in recipiendo Pepuzenorum baptismo. Jam tum ergo illam viguisse credebat. Hæc autem sancti doctoris opinio cum sua sponte non verisimilis est, tum ab ipso Firmiliano refellitur, qui sententiam suam a majoribus accepisse se testatur. *Nec meminimus*, inquit in epistola inter Cyprianicas 75, p. 149 novæ edit., *hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptisma non nisi sanctæ Ecclesiæ computaremus.* Credebat ergo Firmilianus ignotam majoribus suis fuisse distinctionem hæreticorum et schismaticorum in baptismate: longe aliter visum Basilio. Unde patet summos illos viros, Firmilianum et Basilium, errasse, dum suam uterque opinionem justo longius repetit, alter ab ipsis apostolis, alter a temporibus ante Firmilianum elapsis.

Digitized by Google

jicere; schismaticorum vero, ut adhuc ex Ecclesia exsistentium, admittere; eos tandem qui sunt in parasynagogis, justa pœnitentia et animadversione emendatos rursus Ecclesiæ conjungere; adeo ut sæpe et ii qui in gradu collocati una cum rebellibus abierant, postquam pœnitentiam egerint, in eumdem ordinem admittantur. Pepuzeni ergo sunt aperte hæretici : nam in Spiritum sanctum blasphemaverunt, Montano et Priscillæ Paracleti appellationem nefarie impudenterque attribuentes. Igitur, sive quia hominibus divinitatem attribuunt, condemnandi sunt : sive quia Spiritum sanctum afficiunt injuria, dum eum comparant cum hominibus, sic etiam sunt æternæ condemnationi obnoxii, quod condonari non possit blasphemia in Spiritum sanctum. Qua igitur ratione eorum baptisma admittatur, cum in Patrem et Filium et Montanum aut Priscillam baptizent? non enim baptizati sunt qui in ea, quæ nobis tradita non sunt, baptizati fuere. Quare, etsi hoc Dionysium magnum latuit, servanda nobis non est imitatio erroris. Hoc enim quam absurdum sit, sua sponte perspicuum est, ac omnibus evidens, qui vel leviter ratiocinari possunt. Cathari sunt et ipsi ex iis qui sunt abscissi. Cæterum antiquis visum est, Cypriano **270** dico, et nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subjicere, Catharos, et Encratitas, et Hydroparastatas; propterea quod principium quidem separationis per schisma factum fuerat : qui autem ab Ecclesia se separaverant, non habebant amplius in se gratiam

A ἀθετῆσαι, τὸ δὲ τῶν ἀποσχισάντων (40), ὡς ἔτι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ὄντων, παραδέξασθαι· τοὺς δὲ ἐν ταῖς παρασυναγωγαῖς, μετανοίᾳ ἀξιολόγῳ καὶ ἐπιστροφῇ βελτιωθέντας, συνάπτεσθαι πάλιν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥστε πολλάκις καὶ τοὺς ἐν βαθμῷ, συναπελθόντας τοῖς ἀνυποτάκτοις, ἐπειδὰν (41) μεταμεληθῶσιν, εἰς τὴν αὐτὴν παραδέχεσθαι τάξιν. Οἱ τοίνυν Πεπουζηνοὶ προδήλως εἰσὶν αἱρετικοί· εἰς γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐβλασφήμησαν, Μοντανῷ καὶ Πρισκίλλῃ τὴν τοῦ Παρακλήτου προσηγορίαν ἀθεμίτως καὶ ἀναισχύντως ἐπιφημίσαντες. Εἴτε οὖν ὡς ἀνθρώπους θεοποιοῦντες, κατάκριτοι· εἴτε ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ πρὸς ἀνθρώπους συγκρίσει καθυβρίζοντες (42), καὶ οὕτω τῇ αἰωνίῳ καταδίκῃ ὑπεύθυνοι, διὰ τὸ ἀσυγχώρητον εἶναι τὴν εἰς τὸ
B Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν. Τίνα οὖν λόγον ἔχει τὸ τούτων βάπτισμα ἐγκριθῆναι τῶν βαπτιζόντων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν (43); οὐ γὰρ ἐβαπτίσθησαν οἱ εἰς τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν βαπτισθέντες. Ὥστε, εἰ καὶ τὸν μέγαν Διονύσιον τοῦτο παρέλαθεν, ἀλλ' ἡμῖν οὐ φυλακτέον τὴν μίμησιν τοῦ σφάλματος. Τὸ γὰρ ἄτοπον αὐτόθεν πρόδηλον, καὶ πᾶσιν ἐναργὲς, οἷς τι καὶ μικρὸν τοῦ λογίζεσθαι μέτεστιν. Οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσί. Πλὴν ἀλλ' ἔδοξε τοῖς ἀρχαίοις, τοῖς περὶ Κυπριανὸν λέγω καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἡμέτερον, τούτους πάντας μιᾷ ψήφῳ ὑποβαλεῖν, Καθαροὺς, καὶ Ἐγκρατίτας, καὶ Ὑδροπαραστάτας (44)· διότι ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ χωρισμοῦ διὰ σχίσματος γέ
C γονεν· οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντες οὐκέτι

(40) *Ἀποσχισάντων.* Ita plerique mss. Editi ἀποσχισθέντων. Coisl. primus ἀποσχίστων. Quod autem addit Basilius, *ut adhuc ex Ecclesia exsistentium*, non idcirco addit quod schismaticos in Ecclesiæ membris numeraret. Illius verba si quis in deteriorem partem rapiat, facilis et expedita responsio. Nam sub finem hujus canonis de Encratitis ipsis, id est, de hæreticis Incarnationem et Dei singularitatem negantibus, ait sibi non jam integrum esse eos qui huic sectæ conjuncti sunt *ab Ecclesia separare*, quia duos eorum episcopos sine baptismo ac sine nova ordinatione receperat. Nemo autem suspicabitur Basilium ejusmodi hæreticos ab Ecclesia alienissimos non judicasse. Quare quidquid schismaticis tribuit, in sola baptismi societate positum est. Nam cum Cyprianus et Firmilianus schismaticos et hæreticos ita ab Ecclesia distractos crederent, ut nihil prorsus ad eos ex fontibus Ecclesiæ perflueret; Basilius huic sententiæ non assentitur, et in schismaticis quia fidem Ecclesiæ retinent, vestigium quoddam agnoscit necessitudinis et societatis cum Ecclesia, ita ut valida sacramentorum administratio ab Ecclesia ad illos permanare possit. Hinc sibi integrum negat detestandos hæreticos *ab Ecclesia separare*, quorum baptisma ratum habuerat. Idem docent duo præstantissimi unitatis defensores, Optatus et Augustinus. *Quod enim scissum est*, inquit Optatus lib. III, n. 9, *ex parte divisum est, non ex toto : cum constet merito, quia nobis et vobis ecclesiastica una est conversatio, et si hominum litigant mentes, non litigant sacramenta.* Vid. lib. IV, n. 2. Sic etiam Augustinus lib. I *De baptismo*, n. 3 : *Itaque isti* (hæretici et schismatici) *in quibusdam rebus nobiscum sunt : in quibus autem nobiscum non sunt, ut veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, adhortamur.* Vid. lib. III, n. 26. Sic ex Basilio hæretici nobiscum sunt quoad baptisma.

(41) *Ἐπειδάν.* Editi addunt δέ, sed hæc vocula deest in omnibus mss.

(42) *Καθυβρίζοντες.* Ita omnes mss. Editi καθυβρίσαντες.

(43) *Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν.* Nonnulli mss. codices καὶ Πρίσκιλλαν. Non ait Basilius Pepuzenos in baptizando Montanum aut Priscillam nominatim appellasse; sed Pepuzenorum baptisma rejicit, quia aperte sunt hæretici; et cum eos Montano crederet Spiritus sancti nomen deferre, inde concludit eos dum baptizant in nomine Spiritus sancti, Montanum intelligere. Simili ratione rejicit Cyprianus baptisma Marcionis in epist. ad Jubaianum, p. 131 novæ edit. *Nunquid*, inquit, *hanc Trinitatem Marcion tenet? Nunquid eumdem asserit, quem et nos Patrem creatorem? Nunquid eumdem novit Filium Christum de Maria virgine natum?* Firmilianus
D negat Cataphrygas in eumdem ac Catholicos Christum baptizare, quia *si quæramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit Spiritum per Montanum et Priscillam locutum*, p. 145 ejusdem edit. Quemadmodum ex his Cypriani et Firmiliani testimoniis non sequitur hæreticos aliis ac catholicos in baptizando verbis usos fuisse; ita nec de Montanistis id Basilius testari credendus est.

(44) *Ὑδροπαραστάτας.* Editi addunt ἀποταχτίτας, sed hæc desunt in nostris omnibus codicibus, et apud Balsamonem ac Zonaram. Ibidem editi δι' ὃ ἡ. Melius plerique codices quos secuti sumus. Paulo post sex mss. ἐφ' ἑαυτούς. Sic etiam vetustissima canonum collectio Joannis patriarchæ Constantinopolitani, quæ asservatur in bibliotheca Coisliniana. Sed alii codices cum editis consentiunt.

Digitized by Google

ἔσχον τὴν χαριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ἑαυτοῖς· ἐπέλιπε γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀναχωρήσαντες παρὰ τῶν πατέρων ἔσχον τὰς χειροτονίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν εἶχον τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν· οἱ δὲ ἀποῤῥαγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι, οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε τοῦ χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν, οὐκέτι δυνάμενοι χάριν Πνεύματος ἁγίου ἑτέροις παρέχειν, ἧς αὐτοὶ ἐκπεπτώκασι. Διὸ, ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν, ἐκέλευσαν ἐρχομένους ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὅλως ἔδοξέ τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκονομίας ἕνεκα τῶν πολλῶν δεχθῆναι αὐτῶν τὸ βάπτισμα, ἔστω δεκτόν. Τὸ δὲ τῶν Ἐγκρατιτῶν (45) κακούργημα νοῆσαι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι, ἵν' αὐτοὺς ἀπροσδέκτους ποιήσωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεχείρησαν λοιπὸν ἰδίῳ προκαταλαμβάνειν βαπτίσματι· ὅθεν καὶ τὴν συνήθειαν τὴν ἑαυτῶν παρεχάραξαν. Νομίζω τοίνυν, ὅτι, ἐπειδὴ οὐδέν ἐστι περὶ αὐτῶν φανερῶς διηγορευμένον, ἡμᾶς προσῆκεν ἀθετεῖν αὐτῶν τὸ βάπτισμα· κἂν τις ᾖ παρ' αὐτῶν εἰληφὼς, προσιόντα τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζειν. (Ἐὰν μέντοι μέλλοι (46) τῇ καθόλου οἰκονομίᾳ ἐμπόδιον ἔσεσθαι τοῦτο, πάλιν τῷ ἔθει χρηστέον, καὶ τοῖς οἰκονομήσασι τὰ καθ' ἡμᾶς Πατράσιν ἀκολουθητέον. Ὑφορῶμαι γὰρ μήποτε, ὡς βουλόμεθα ὀκνηροὺς αὐτοὺς περὶ τὸ βαπτίζειν ποιῆσαι, ἐμποδίσωμεν τοῖς σωζομένοις διὰ τὸ τῆς προτάσεως αὐστηρόν.) Εἰ δὲ ἐκεῖνοι φυλάσσουσι τὸ ἡμέτερον βάπτισμα, τοῦτο ἡμᾶς μὴ δυσωπείτω. Οὐ γὰρ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς ὑπεύθυνοι χάριν ἐσμὲν, ἀλλὰ δουλεύειν ἀκριβείᾳ κανόνων. Παντὶ δὲ λόγῳ τυπωθήτω, τοὺς ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων (47) προσερχομένους χρίεσθαι ἐπὶ τῶν πιστῶν δηλονότι, καὶ οὕτω προσιέναι τοῖς μυστηρίοις. Οἶδα δὲ, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς περὶ Ἰζοῖν (48), καὶ Σατορνῖνον, ἀπ' ἐκείνης ὄντας τῆς τάξεως, προσεδεξάμεθα εἰς τὴν καθέδραν τῶν ἐπισκόπων. Ὥστε τοὺς τῷ

Spiritus sancti: defecerat enim communicatio, interrupta continuatione. Qui enim primi recesserant, ordinationem a patribus habebant, et per manuum eorum impositionem habebant donum spirituale; qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi, nec ordinandi habebant potestatem, ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis præbere, a qua ipsi exciderant. Quare eos, qui ab ipsorum partibus stabant, tanquam a laicis baptizatos, jusserunt vero Ecclesiæ baptismate ad Ecclesiam venientes expurgari. Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est eorum baptisma, pluribus consulendi causa, suscipiendum esse, suscipiatur. Encratitarum autem facinus oportet nos intelligere. Nimirum, ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant, aggressi sunt deinceps proprio baptismate præoccupare: unde et suam ipsorum consuetudinem violarunt. Existimo itaque, quoniam nihil de illis aperte dictum est, eorum baptisma a nobis rejiciendum esse; ac si quis ab eis acceperit, accedentem ad Ecclesiam baptizandum. (Quod si hoc generali œconomiæ impedimento erit, rursus consuetudine utendum est, et sequi oportet Patres, qui quæ ad nos pertinent, dispensaverunt. Vereor enim, ne, dum eos volumus ad baptizandum tardos facere, impedimento propter sententiæ severitatem simus iis qui salvantur.) Quod si illi nostrum baptismum servant, hoc nos non moveat. Neque enim debemus par pari referre, sed accuratæ canonum observationi servire. Omni autem ratione statuatur, ut ii qui ab illorum baptismo veniunt, ungantur coram fidelibus videlicet, et ita demum ad mysteria accedant. Scio autem, fratres, Izoinum, et Saturninum, qui erant ex illorum ordine, in episcoporum cathedram a nobis esse susceptos. Quare eos qui illorum ordini conjuncti sunt, non possumus amplius ab Ecclesia separare: qui scilicet com-

(45) *Τῶν Ἐγκρατιτῶν.* Hoc Encratitarum facinore non corrupta essentialis baptismi forma, sed novæ quædam adjectæ cæremoniæ. Nam in canone 47 sic eos loquentes inducit, *In Patrem et Filium et Spiritum baptizati sumus.* Hinc eorum baptisma ratum habet, si qua inciderit magni momenti causa. Quod autem ait hoc facinus eos incipere, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, videtur id prima specie in eam sententiam accipiendum, quasi Encratitæ baptisma suum ea mente immutassent, ut Catholicos ad illud rejiciendum incitarent, sicque plures in secta contineret odium et fuga novi baptismatis. Abhorrebat enim ab omnium animis iteratus baptismus, ut pluribus exemplis probat Augustinus, lib. v *De baptismo*, n. 6. Videtur ergo prima specie Encratitis, ea, quam dixi, exstitisse causa, cur baptismum immutarent. Atque ita hunc locum interpretatur Tillemontius, tom. IV, p. 628. Sic etiam illius exemplo interpretatus sum in Præf. novæ Cypriani operum editioni præmissa cap. 4, p. 12. Sed huic interpretationi non convenit cum his quæ addit Basilius. Vereri enim se significat ne Catholici, dum Encratitas ab hac baptismi immutatione deterrere volunt, nimium restricti sint et severi in eorum baptismo rejiciendo. Sperabant ergo Catholici tardiores ad ejusmodi baptisma Encratitas futuros, si illud Catholici ratum habere nollent; nedum ipsi Encratitæ baptismatis immutationem eo consilio induxerint, ut ejusmodi baptisma a Catholicis rejiceretur. Quamobrem hæc verba, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, non consilium et propositum Encratitarum designant, sed incommodum quod ex eorum facinore consequebatur; velut si dicamus aliquem scelus admittere, ut æternam sibi damnationem accersat.

(46) *Μέλλοι.* Sic plerique mss. Editi μέλλῃ.

(47) *Ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων.* Sic emendavimus ope duorum codicum Regiorum, nempe 2507 et 2508, quod legebatur in editis ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνῳ. Quidam codices ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνῳ. Alii cum editis consentiunt, nisi quod habent ἐκείνων. Ibidem editi ὑπὸ τῶν πιστῶν. Omnes mss. ut in textu.

(48) *Ἰζοῖν.* Cum magna sit hac in voce codicum mss. varietas, sequi maluimus tres codices optimæ notæ, nempe duos Regios et Coislinianum primum. His favent plures alii in quibus legitur, Ἰζώην, vel Ἰζωΐον, vel Ἰζόην. Alii habent Ζωΐον. Pauci cum editis Ζοῖν.

Digitized by Google

munionis cum ipsis quasi canonem quemdam, episcopos suscipiendo, ediderimus.

271 II. Quæ de industria fetum corrupit, cædis pœnas luit. De formato autem aut informi subtilius non inquirimus. Hic enim non id modo quod nasciturum erat, vindicatur, sed etiam illa ipsa, quæ sibi insidias paravit, quoniam ut plurimum intereunt in ejusmodi inceptis mulieres. Huc autem accedit et fetus interitus, cædes altera, saltem si consilii eorum qui hæc audent, ratio habeatur. Oportet autem non ad obitum usque pœnitentiam earum extendere, sed decem quidem annorum mensuram accipiant; definiatur autem curatio non tempore, sed pœnitentiæ modo.

III. Diaconus post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicietur quidem, sed in laicorum detrusus locum, a communione non arcebitur. Quoniam antiquus est canon, ut ii qui gradu exciderunt, huic soli pœnæ generi subjiciantur, antiquis, opinor, secutis legem illam, *Non vindicabis bis in idipsum* [47]: atque etiam propter aliam causam; quod qui in ordine sunt laico, si a loco fidelium ejiciantur, rursus in eum, ex quo ceciderunt, locum recipiuntur; diaconus vero semel habet semper mansuram pœnam depositionis. Quoniam igitur diaconatus ei non restituitur, in ea sola mulcta steterunt. Atque hæc quidem sunt quæ ex constitutionibus habentur. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam abjecit, is si carnem conterendo et in omnem, secundum continentiæ præscripta, servitutem redigendo secedat a voluptatibus, a quibus victus et prostratus est, plenum nobis suæ curationis specimen dabit. Itaque scire nos utraque oportet, et quæ sunt summi juris, et quæ sunt consuetudinis: sequi autem in iis quæ summum jus non admittunt, formam traditam.

[47] Nahum I, 9.

(49) *Ἐκείνων.* Ita mss. plerique. Editi ἐκείνῳ.

(50) *Γενηθησόμενον.* Hic locus sic legitur in plurimis mss. codicibus: γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσας.

(51) *Δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον.* Consentiunt hoc loco codices mss. Unde miror in editis legi μετὰ τὸ μέτρον, *post mensuram decem annorum eas oportet recipere.*

(52) *Ἀρχαιός ἐστι κανών.* Respicit, ni fallor, ad canonem 25 apostolorum, ad quem Balsamon et Zonaras observant nonnulla esse peccata, quibus excommunicatio, non solum depositio infligitur; velut si quis pecunia, vel magistratus potentia sacerdotium assequatur, ut sancitur can. 29 et 30.

(53) *Συντριμμοῦ τῆς σαρκός.* Duo veteres libri συντριμμοῦ τῆς καρδίας, *per contritionem cordis.* Constat autem hic canon duabus partibus. Prima diaconis excommunicationis et graduum pœnitentiæ molestiam eximit. Altera veram et *in omnibus* servandam præscribit medicinam, quæ est recessus a peccato, nec diaconos ab exhibendo curationis suæ specimine immunes relinquit. Unde colligitur clericis lapsis non statim concessum fuisse corpus

A τάγματι ἐκείνων (49) συνημμένους οὐκέτι δυνάμεθα διακρίνειν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. οἷον κανόνα τινὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας ἐκθέμενοι διὰ τῶν ἐπισκόπων παραδοχῆς.

Β'. Φθείρασα κατ' ἐπιτήδευσιν, φόνου δίκην ὑπέχει. Ἀκριβολογία δὲ ἐκμεμορφωμένου καὶ ἀνεξεικονίστου παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἐκδικεῖται οὐ μόνον τὸ γεννηθησόμενον (50), ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἑαυτῇ ἐπιβουλεύσασα· διότι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναποθνήσκουσι ταῖς τοιαύταις ἐπιχειρήσεσιν αἱ γυναῖκες. Πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ ἡ φθορὰ τοῦ ἐμβρύου, ἕτερος φόνος, κατά γε τὴν ἐπίνοιαν τῶν ταῦτα τολμώντων. Δεῖ μέντοι μὴ μέχρι τῆς ἐξόδου παρατείνειν αὐτῶν τὴν ἐξομολόγησιν, ἀλλὰ δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον (51) τῶν δέκα ἐτῶν· ὁρίζειν δὲ μὴ χρόνῳ,
B ἀλλὰ τρόπῳ τῆς μετανοίας τὴν θεραπείαν.

Γ'. Διάκονος, μετὰ τὴν διακονίαν πορνεύσας, ἀπόβλητος μὲν τῆς διακονίας ἔσται· εἰς δὲ τὸν τῶν λαϊκῶν ἀπωσθεὶς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰρχθήσεται. Διότι ἀρχαῖός ἐστι κανὼν (52) τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κολάσεως ὑποβάλλεσθαι· ἀκολουθησάντων, ὡς οἶμαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἐκείνῳ τῷ, *Οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό*· καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν· ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ λαϊκῷ ὄντες τάγματι, ἐκβεβλημένοι τοῦ τόπου τῶν πιστῶν, πάλιν εἰς τὸν ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τόπον ἀναλαμβάνονται· ὁ δὲ διάκονος ἅπαξ ἔχει διαρκῆ τὴν δίκην τῆς καθαιρέσεως. Ὡς οὖν οὐκ ἀποδιδομένης αὐτῷ τῆς διακονίας, ἐπὶ ταύτης ἔστησαν μόνης τῆς ἐκδικήσεως. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τῶν
C τύπων. Καθόλου δὲ ἀληθέστερόν ἐστιν ἴαμα ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀναχώρησις. Ὥστε ὁ διὰ σαρκὸς ἡδονὴν ἀθετήσας τὴν χάριν, διὰ τοῦ συντριμμοῦ (53) τῆς σαρκὸς καὶ πάσης δουλαγωγίας τῆς κατ' ἐγκράτειαν ἀποστὰς τῶν ἡδονῶν, ὑφ' ὧν κατεστράφη, τελείαν ἡμῖν παρέξει τῆς ἰατρεύσεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν. Ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας· ἕπεσθαι δὲ ἐπὶ τῶν μὴ καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα τῷ παραδοθέντι τύπῳ.

Domini, sed eorum conversionem proratam aliquandiu fuisse, quamvis depositionis pœnæ excommunicatio non adderetur. Sic etiam Basilius, can. 1, testatur clericos, qui cum rebellibus abierant, rédeuntes sæpe in eodem ordine recipi, sed *postquam pœnitentiam egerint*, non illam quidem publicam, sed eam quæ in vitiorum emendatione et legitimis conversi cordis significationibus posita est. Late patet hæc observatio in canonibus Basilii; eademque adhibita ratio in iis curandis et sanandis, qui quamvis inter pœnitentes non amandarentur, sed cum fidelibus consisterent, non tamen ideirco ad Eucharistiam accedebant. Hinc iis qui in bello ceciderunt auctor est Basilius, ut a communione per tres annos abstineant, can. 13. Eamdem pœnam imponit iis qui adversus latrones arma sumpserunt, can. 55. Furi sponte confesso locum inter alios fideles relinquit; ita tamen ut annum unum communione careat. Eum autem qui usuras accipit, ad sacerdotium admitti patitur, sed *si voluerit injustum lucrum in pauperes insumere, et deinceps ab avaritiæ morbo liberari.*

Digitized by Google

Δ'. Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὥρισαν (54) κανόνα, ὃν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ τέτρασι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν. Ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι πέντε ἄνδρας διαμειψάσῃ, *Ὃν νῦν*, φησὶν, *ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ*· ὡς οὐκέτι ἀξίων ὄντων τῶν ὑπερεκπεσόντων τοῦ μέτρου τῆς διγαμίας τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς καλεῖσθαι προσρήματι. Συνήθειαν δὲ κατελάβομεν ἐπὶ τῶν τριγάμων πεντατείας ἀφορισμόν· οὐκ ἀπὸ κανόνων (55), ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν προειληφότων ἀκολουθίας. Δεῖ δὲ μὴ πάντη αὐτοὺς ἀπείργειν τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἀκροάσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν ἐν δύο που ἔτεσιν ἢ τρισί· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιτρέπειν συστήκειν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι, καὶ οὕτως ἐπιδειξαμένους καρπόν τινα μετανοίας ἀποκαθιστᾷν τῷ τόπῳ τῆς κοινωνίας.

Ε'. Τοὺς δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ μετανοοῦντας τῶν αἱρετικῶν δέχεσθαι χρή· δέχεσθαι δὲ δηλονότι οὐκ ἀκρίτως, ἀλλὰ δοκιμάζοντας εἰ ἀληθινὴν ἐπιδείκνυνται μετάνοιαν, καὶ εἰ τοὺς καρποὺς (56) ἔχουσι μαρτυροῦντας τῇ πρὸς τὸ σωθῆναι σπουδῇ.

Ϛ'. Τῶν κανονικῶν (57) τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾷν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν λυσιτελὲς, καὶ τοῖς αἱρετικοῖς οὐ δώσει καθ' ἡμῶν λαβὴν, ὡς διὰ τὴν τοῦ ἁμαρτάνειν ἄδειαν ἐπισπωμένων πρὸς ἑαυτούς.

Ζ'. Ἀῤῥενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοὶ, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολάτραι τῆς αὐτῆς καταδίκης εἰσὶν ἠξιωμένοι. Ὥστε ὃν ἔχεις ἐπὶ τῶν ἄλλων τύπον, καὶ ἐπὶ τούτων φύλαξον. Τοὺς δὲ ἐν τριάκοντα ἔτεσι (58) μετανοήσαντας ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ,

IV. De trigamis et polygamis definiere eumdem canonem, quem et de digamis, servata proportione: annum videlicet in digamis, alii vero duos annos. Trigamos autem tribus, et sæpe quatuor annis segregant. Id autem non amplius conjugium, sed polygamiam appellant, vel potius moderatam fornicationem. Quapropter et Dominus Samaritanæ, quæ maritos quinque per vices habuerat, *Quem nunc*, inquit, *habes, maritus non est* [48]: quippe quod ii qui digamiæ mensura exciderunt, digni non sint qui vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Jam vero consuetudine accepimus in trigamis quinquennii segregationem, non a canonibus, sed eos qui præcesserunt sequendo. Oportet **272** autem eos non omnino arcere ab Ecclesia, sed auditione dignari duobus vel tribus annis: ac posthac ipsis permittere, ut consistant quidem, abstineant vero a boni communione, et sic, exhibito pœnitentiæ aliquo fructu, communionis loco restituere.

V. Hæreticos in exitu pœnitentiam agentes recipere oportet. Recipere autem, non sine judicio, sed examinantes an veram pœnitentiam ostendant, fructusque habeant, qui salutis studium testificentur.

VI. Canonicarum stupra pro matrimonio non reputentur, sed earum conjunctio omnino divellatur. Hoc enim et Ecclesiæ ad securitatem est utile, et hæreticis non dabit adversus nos ansam, quasi per peccandi libertatem ad nos attrahamus.

VII. Masculorum et animalium corruptores, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et idololatræ, eadem condemnatione digni habentur. Quare quam in aliis habes formam, in iis quoque serva. Ii autem qui triginta annos pœnitentiam egerunt pro-

[48] Joan. IV, 18.

(54) *ὥρισαν*. Sic mss. summo consensu. Editi ὡρίσαμεν.

(55) *Ἀπὸ κανόνων*. Plures codices mss. ἀπὸ κανόνος. Ibidem post vocem ἀκολουθίας legitur in uno codice Regio et in uno Coisliano recentiore ἤτοι τοῖς προλαβοῦσιν ἀκολουθοῦντες πατράσι, *scilicet eos qui præcesserunt patres sequendo*. Sed hæc explicandi causa ad marginem apposita, in contextum postea irrepsisse perspicuum est.

(56) *Τοὺς καρποὺς*. Statuit synodus Eliberitana, can. 39, ut gentilibus, si vita eorum honesta fuerit, baptismus in fine concedatur. Sed non puto Basilium in eamdem sententiam de hæreticis loqui. Fructus enim in hæreticis redeuntibus intelligendi sunt, non anteacta vita, sed præsens hæresis detestatio, veritatis amor, ac sincerus omnibus Ecclesiæ documentis assensus. Porro non mirum si Basilius redeuntes hæreticos non sine examine in exitu recipi jubeat; cum de Catholicis ipsis sanciat synodus Nicæna, can. 13, ut quisquis communionem petat in exitu, eum episcopus μετὰ δοκιμασίας, *cum examine* impertiat oblatione.

57) *Τῶν κανονικῶν*. Clericos sive eos qui in canone recensentur hac voce designari hactenus existimarunt Basilii interpretes, ac ipsi etiam Zonaras et Balsamon. Sed ut canonicas sive sacras virgines interpretor, plurimus rationum momentis adducor: 1° Basilius hoc nomine clericos appellare non solet, sed sacras virgines, ut perspici potest ex epistolis 52 et 173; 2° præscriptum Basilii non convenit in clericos, quorum nonnullis, nempe lectoribus et aliis ejusmodi venia dabatur ineundi matrimonii, quamvis in canone recenserentur; 3° prohibet Basilius ejusmodi stupra quæ honesto matrimonii nomine prætexi solebant. At id non quadrat in clericos, quorum aliis, ut jam dixi, non inconcessum erat matrimonium, alios vero matrimonium post ordinationem inire nulla prorsus Ecclesia patiebatur, aut certe matrimonii pretium erat depositio. Contra virginibus nubentibus non longior pœna pluribus in locis imponebatur, quam digamis, ut perspicitur ex canone 18, ubi Basilius hanc consuetudinem abrogat, ac virginum matrimonia instar adulterii existimat.

(58) *Ἐν τριάκοντα ἔτεσι*. Manifestum est in hoc triginta annorum numero erratum, quamvis omnes libri veteres cum editis consentiant. Quomodo enim triginta annorum pœnitentia ejusmodi peccato imprudenter commisso imposita fuisset, quod qui scientes et volentes admiserant, per annos tantum quindecim a communione arcebantur, ut patet ex canonibus 58, 62, 63? Deinde vero testatur Basi-

Digitized by Google

pter immunditiam, quam in ignorantia fecerunt, quin recipiendi sint, ne dubitare quidem nos oportet. Nam eos venia dignos efficit et ignoratio, et spontanea confessio, et temporis tanta diuturnitas. Fere enim totam hominis ætatem Satanæ traditi sunt, ut discant non gerere se turpiter. Quamobrem jube eos absque dilatione suscipi, maxime si lacrymas habent, quæ tuam clementiam flectant, et vitam ostendunt commiseratione dignam.

VIII. Qui ob iracundiam securi adversus uxorem suam usus est, est homicida. Recte autem me admonuisti, et uti tuam sapientiam decuit, ut fusius de his dicerem, propterea quod multa in voluntariis et involuntariis discrimina. Est enim involuntarium omnino, et longe a consilio ejus qui incepit, remotum, dum lapis jacitur in canem aut arborem, hominem attingere. Propositum enim fuit bestiam propulsare aut fructum excutere : sed ictum fortuito subiit qui transiens occurrit, quare hoc involuntarium est. Et illud quoque involuntarium est, si quis volens aliquem castigare, loro vel virga non dura eum percutiat, moriatur autem qui percussus est. Propositum enim hic consideratur, **273** quia peccantem corrigere voluit, non interimere. Recensetur et illud inter involuntaria, cum quis in pugna aliquem ligno vel manu repellens, non parce in præcipuas partes ictum torquet, ut eum lædat, non ut omnino interficiat. Sed hoc quidem accedit ad voluntarium. Qui enim ejusmodi instrumento ad se defendendum usus est, vel qui non parce ictum inflixit, liquet eum ideo homini non pepercisse, quod ira victus fuerit. Sic et qui gravi ligno, et qui lapide majore, quam pro viribus humanis, usus est, in involuntariis numeratur, ut qui aliud voluerit, aliud fecerit. Nam præ ira ictum talem intulit, ut etiam percussum interficeret; quamquam forte in animo habebat eum conterere, non autem omnino interimere. Qui autem ense vel quavis re simili usus est, nullam habet excusationem : et maxime, qui securim jaculatus est. Manifestum est enim illum manu non percussisse, ita ut ictum ad arbitrium moderari posset : sed jaculatus est, ita ut et gravitate ferri et acie et motu e longinquo, ictus necessario lethalis fieret. Rursus autem omnino est voluntarium, ac nullam habens dubitationem, quod fit a latronibus, et in bellicis incursionibus. Hi enim propter pecunias

A την ἐν ἀγνοίᾳ ἔπραξαν, οὐδ' ἀμφιβάλλειν ἡμᾶς προσῆκεν εἰς τὸ παραδέξασθαι. Ἥ τε γὰρ ἄγνοια συγγνώμης ἀξίους αὐτοὺς ποιεῖ, καὶ τὸ ἑκούσιον τῆς ἐξαγορεύσεως, καὶ ἡ παράτασις ἐν τοσούτῳ χρόνῳ γενομένη. Σχεδὸν γὰρ ὅλην γενεὰν ἀνθρώπου παρεδόθησαν τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ ἀσχημονεῖν. Ὥστε κέλευσον αὐτοὺς ἤδη ἀνυπερθέτως δεχθῆναι, μάλιστα εἰ καὶ δάκρυα ἔχουσι δυσωποῦντά σου τὴν εὐσπλαγχνίαν, καὶ βίον ἐπιδείκνυνται ἄξιον συμπαθείας.

H'. Ὁ ἀξίνῃ παρὰ τὸν θυμὸν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς χρησάμενος φονεύς ἐστι. Καλῶς δέ με ὑπέμνησας καὶ ἀξίως τῆς σεαυτοῦ συνέσεως εἰπεῖν περὶ τούτων πλατύτερον· διότι πολλαὶ ἐν τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἀκουσίοις διαφοραί. Ἀκούσιον μὲν γάρ B ἐστι παντελῶς καὶ πόρρω τοῦ κατάρξαντος τὸ, ἀκοντίσαντα (59) λίθον ἐπὶ κύνα ἢ δένδρον, ἀνθρώπου τυχεῖν. Ἡ μὲν γὰρ ὁρμὴ ἦν τὸ θηρίον ἀμύνασθαι, ἢ τὸν καρπὸν κατασεῖσαι· ὑπέδη δὲ αὐτομάτως τῇ πληγῇ κατὰ πάροδον ὁ παραπεσών· ὥστε τὸ τοιοῦτον ἀκούσιον. Ἀκούσιον μέντοι καὶ εἴ τις βουλόμενος ἐπιστρέψαι τινὰ, ἰμάντι ἢ ῥάβδῳ μὴ σκληρᾷ τύπτοι, ἀποθάνῃ δὲ ὁ τυπτόμενος. Ἡ γὰρ πρόθεσις ἐνταῦθα σκοπεῖται, ὅτι βελτιῶσαι ἠβούλετο τὸν ἁμαρτάνοντα, οὐκ ἀνελεῖν. Ἐν τοῖς ἀκουσίοις ἐστὶ κἀκεῖνο (60), τὸ, ἀμυνόμενόν τινα ἐν μάχῃ ξύλῳ ἢ χειρὶ, ἀφειδῶς ἐπὶ τὰ καίρια τὴν πληγὴν ἐνεγκεῖν, ὥστε κακῶσαι αὐτὸν, οὐχ ὥστε παντελῶς ἀνελεῖν. Ἀλλὰ τοῦτο ἤδη προσεγίζει τῷ ἑκουσίῳ. Ὁ γὰρ τοσούτῳ χρησάμενος ὀργάνῳ πρὸς ἄμυναν, ἢ ὁ μὴ πεφεισμένως τὴν πληγὴν C ἐπαγαγὼν, δῆλός ἐστι, διὰ τὸ κεκρατῆσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀφειδῶν τοῦ ἀνθρώπου. Ὁμοίως καὶ ὁ ξύλῳ βαρεῖ, καὶ ὁ λίθῳ μείζονι τῆς δυνάμεως τῆς ἀνθρωπίνης χρησάμενος, τοῖς ἀκουσίοις ἐναριθμεῖται, ἄλλο μέν τι (61) προελόμενος, ἄλλο δέ τι ποιήσας. Ὑπὸ γὰρ τοῦ θυμοῦ τοιαύτην ἤνεγκε τὴν πληγὴν, ὥστε ἀνελεῖν τὸν πληγέντα· καίτοι ἡ σπουδὴ ἦν αὐτῷ συντρίψαι τυχὸν, οὐχὶ δὲ καὶ παντελῶς θανατῶσαι. Ὁ μέντοι ξίφει χρησάμενος, ἢ ὠτινιοῦν τοιούτῳ, οὐδεμίαν ἔχει παραίτησιν· καὶ μάλιστα ὁ τὴν ἀξίνην ἀκοντίσας. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπὸ χειρὸς φαίνεται πλήξας, ὥστε τὸ μέτρον τῆς πληγῆς ἐπ' αὐτῷ εἶναι, ἀλλ' ἠκόντισεν, ὥστε καὶ τῷ βάρει τοῦ σιδήρου, καὶ τῇ ἀκμῇ, καὶ τῇ διὰ πλείστου φορᾷ, ὀλεθρίαν ἀναγ- D καίως τὴν πληγὴν γενέσθαι. Ἑκούσιον δὲ πάλιν παντελῶς, καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχον, οἷόν ἐστι τὸ τῶν λῃστῶν καὶ τὸ τῶν πολεμικῶν ἐφόδων. Οὗτοι μὲν γὰρ διὰ χρήματα ἀναιροῦσι, τὸν ἔλεγχον ἀπο-

lius eos *fere hominis ætatem* Satanæ traditos fuisse. At ætas hominis (γενεά) sæpe annorum viginti spatio existimatur : velut cum ait Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, lib. VII, cap. 21, Israelitas in deserto fuisse duabus ætatibus. Ipse Basilius in epistola 201, quæ scripta est anno 375, Neocæsarienses incusat quod sibi jam totam fere hominis ætatem succenseant ; quos tamen non ita pridem amicos habuerat, ac anno 368, Musonii morte afflictos literis amicissimis consolatus fuerat. Sæculum apud Latinos non semper stricte sumitur; velut cum ait Hieronymus in epist. 27 *ad Marcellam*, in Christi verbis explicandis *ver tanta jam sæcula tantorum ingenia sudasse :* vel cum auctor libri *De rebaptismate* in Cyprianum tacito nomine invehitur, quod *adversus prisca consulta post tot sæculorum tantam seriem nunc primum repente sine ratione* insurgat, p. 357. De hoc ergo triginta annorum numero non paucos deducendos esse crediderim.

(59) *Ἀκοντίσαντα.* Sic plerique mss. Editi ἀκοντίζοντα.

(60) *Κἀκεῖνο.* Editi addunt ὁμοίως, quod deest in omnibus mss.

(61) *Ἄλλο μέν τι*, etc. Sic plerique mss. codices. Editi ἄλλο μέν τοι, et paulo post ἄλλο δὲ ποιήσας.

Digitized by Google

φεύγοντες· οἵ τε ἐν τοῖς πολέμοις ἐπὶ φόνους ἔρχονται, οὔτε φοβῆσαι, οὔτε σωφρονίσαι, ἀλλ' ἀνελεῖν τοὺς ἐναντιουμένους (62) ἐκ τοῦ φανεροῦ προαιρούμενοι. Καὶ μέντοι, κἂν δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν περίεργον φάρμακόν τις ἐγχεράσῃ, ἀνέλῃ δὲ, ἑκούσιον τιθέμεθα τὸ τοιοῦτον· οἷον ποιοῦσιν αἱ γυναῖκες πολλάκις, ἐπαοιδαῖς τισι καὶ καταδέσμοις πρὸς τὸ ἑαυτῶν φίλτρον ἐπάγεσθαί τινας πειρώμεναι, καὶ προσδιδοῦσαι αὐτοῖς φάρμακα, σκότιστν ἐμποιοῦντα ταῖς διανοίαις. Αἱ τοιαῦται τοίνυν ἀνελοῦσαι, εἰ καὶ ἄλλο προελόμεναι, ἄλλο ἐποίησαν, ὅμως διὰ τὸ περίεργον καὶ ἀπηγορευμένον τῆς ἐπιτηδεύσεως ἐν τοῖς ἑκουσίως φονεύουσι καταλογίζονται. Καὶ αἱ τοίνυν τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι φάρμακα φονεύτριαί εἰσι καὶ αὐταὶ, καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Θ'. Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις, κατὰ μὲν τὴν τῆς ἐννοίας ἀκολουθίαν, ἐξ ἴσου καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμου ἐξίστασθαι, παρεκτὸς λόγου πορνείας. Ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν πολλὴν εὑρίσκομεν ἀκριβολογίαν, τοῦ μὲν Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστι·* τοῦ δὲ Ἱερεμίου· *Ὅτι, ἐὰν γένηται γυνὴ ἀνδρὶ ἑτέρῳ, οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ μιαιρομένη μιανθήσεται·* καὶ πάλιν· *Ὁ ἔχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής.* Ἡ δὲ συνήθεια καὶ μοιχεύοντας ἄνδρας καὶ ἐν πορνείαις ὄντας κατέχεσθαι ὑπὸ γυναικῶν προστάσσει. Ὥστε ἡ τῷ ἀφειμένῳ ἀνδρὶ συνοικοῦσα οὐκ οἶδα εἰ δύναται μοιχαλλὶς χρηματίζειν (63). Τὸ γὰρ ἔγκλημα ἐνταῦθα τῆς ἀπολυσάσης τὸν ἄνδρα ἅπτεται, κατὰ ποίαν αἰτίαν (64) ἀπέστη τοῦ γάμου. Εἴτε καὶ τυπτομένη, μὴ φέρουσα (65) τὰς πληγὰς, ὑπομένειν ἐχρῆν μᾶλλον ἢ διαζευχθῆναι τοῦ συνοικοῦντος· εἴτε τὴν εἰς τὰ χρήματα ζημίαν μὴ φέρουσα, οὐδὲ αὕτη ἡ πρόφασις ἀξιόλογος. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἐν πορνείᾳ αὐτὸν ζῆν, οὐκ ἔχομεν τοῦτο ἐν τῇ συνηθείᾳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ τὸ παρατήρημα· ἀλλὰ καὶ ἀπίστου ἀνδρὸς χωρίζεσθαι οὐ προσετάχθη (66) γυνὴ, ἀλλὰ παραμένειν, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* Ὥστε ἡ καταλειποῦσα, μοιχαλὶς, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθεν ἄνδρα. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς συγγνωστός ἐστι, καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ τοιούτῳ οὐ κατακρίνεται. Εἰ μέντοι ὁ ἀνὴρ, ἀποστὰς τῆς γυναικὸς, ἐπ' ἄλλην ἦλθε, καὶ αὐτὸς μοιχὸς,

A interimunt, caventes ne convincantur : et qui in bellis ad cædem feruntur, his nec terrere, nec castigare, sed adversarios interficere aperte propositum est. Atque etiamsi quis propter aliquam aliam causam curiosum pharmacum miscuerit, et interfecerit, id pro voluntario ducimus; ut sæpe faciunt mulieres, quæ quibusdam incantationibus et amuletis ad sui amorem aliquos attrahere conantur, dantque eis pharmaca mentibus tenebras offundentia. Hæ ergo, si interfecerint, etiamsi aliud volentes, aliud fecerint, tamen propter curiosum et prohibitum opus inter voluntarios homicidas reputantur. Itaque et quæ præbent pharmaca abortum cientia, sunt et ipsæ homicidæ, sicut et quæ venena fetum necantia accipiunt. Hæc quidem huc

B usque.

IX. Æque viris et mulieribus convenit secundum sententiæ consecutionem quod a Domino pronuntiatum est, non licere a matrimonio discedere, nisi ob fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet, sed mulieribus quidem multa accurate observari deprehendimus, cum Apostolus quidem dicat, *Quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus* [49]; Jeremias vero, *Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta polluetur* [50]; et iterum, *Qui habet adulteram, stultus est et impius* [51]. Consuetudo autem etiam adulteros viros et in fornicationibus versantes jubet a mulieribus retineri. Quare quæ una cum viro dimisso habitat, nescio an possit adultera appellari. C Crimen enim hic attingit mulierem, quæ **274** virum dimisit, quanam de causa a conjugio discesserit. Sive enim percussa plagas non ferat, ferre satius erat quam a conjuge separari : sive damnum in pecuniis non ferat, ne hæc quidem justa excusatio : sin autem, quoniam ipse vivit in fornicatione, non habemus hanc in ecclesiastica consuetudine observationem, imo vero ab infideli viro non jussa est mulier separari, sed propter eventum incertum remanere. *Quid enim scis, mulier, an virum salvum sis factura* [52]? Quare, quæ reliquit, est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem relictus est, dignus est venia, et quæ una cum eo habitat, non condemnatur. Sed si vir, qui ab uxore D discessit, accessit ad aliam, est et ipse adulter,

[49] I Cor. vi,16. [50] Jerem. iii, 1. [51] Prov. xviii, 22. [52] I Cor. vii, 16.

(62) *Τοὺς ἐναντιουμένους.* Editi αὐτοὺς ἐναντιουμένους. Melius in plerisque mss. quos secuti sumus.

(63) *Χρηματίζειν.* Ita fere omnes mss. Editi χρηματίσαι.

(64) *Κατὰ ποίαν αἰτίαν.* Sequitur in hoc canone Basilius Romanas leges, quas tamen fatetur cum Evangelio minus consentire. Lex Constantini jubet *in repudio mittendo a femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit.* At eadem lege viris conceditur, ut adulteras uxores dimittant. Aliud discrimen hoc in canone uxores inter et maritos ponitur, quod uxor injuste dimissa, si ab alio ducatur, adulterii notam non effugiat; dimissus autem injuste maritus nec adulter sit, si aliam ducat, nec quæ ab eo ducitur, adultera. Cæterum Basilius ante episcopatum eodem jure uxorem ac maritum esse censebat. Nam in *Moralibus*, reg. 73, p. 308, statuit *virum ab uxore, aut uxorem a viro non debere separari, nisi quis deprehendatur in adulterio.* Utrique pariter interdicit novis nuptiis, sive repudient, sive repudientur.

(65) *Μὴ φέρουσα.* Sic mss. plerique omnes. Editi μὴ φέρει.

(66) *Προσετάχθη.* Sic mss. plerique omnes. Editi προσετάγη.

Digitized by Google

quia facit ut ipsa adulterium committat; et quæ una cum ipso habitat, est adultera, quia alienum virum ad se traduxit.

X. Qui jurant se ordinationem non accepturos, ejurantes, ne cogantur pejerare. Etsi enim videtur aliquis esse canon, qui ejusmodi hominibus concedat; experientia tamen cognovimus eos qui pejerarunt, felices exitus non habere. Consideranda autem sunt, et species jurisjurandi, et verba, et animus quo juraverunt, et sigillatim quæ verbis addita fuerunt, adeo ut si nulla prorsus sit rei leniendæ ratio, tales omnino dimittendi sint. Quod autem attinet ad Severi negotium, videlicet ad presbyterum ab ipso ordinatum, videtur mihi res temperamentum ejusmodi habere, si idem et tibi videatur. Agrum illum Mestiæ subjectum, cui ille vir addictus fuit, jube Vasodis subesse. Sic enim nec pejerabit ille a loco non recedens, nec Longinus, secum habens Cyriacum, in causa erit cur deserta sit ecclesia, neque animam suam per otium damnabit. Neque nos aliquid præter canones efficere videbimur, accommodatione utentes in Cyriacum, qui cum se Mindanis permansurum jurasset, tamen translationem suscepit. Reditus enim erit jurisjurandi observatio. **275** Œconomiæ autem a

A διότι ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ἡ συνοικοῦσα αὐτῷ, μοιχαλίς, διότι ἀλλότριον ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν.

Ι'. Οἱ ὀμνύοντες μὴ καταδέχεσθαι τὴν χειροτονίαν, ἐξομνύμενοι, μὴ ἀναγκαζέσθωσαν ἐπιορκεῖν. Εἰ γὰρ καὶ δοκεῖ τις εἶναι κανὼν (67) ὁ συγχωρῶν τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ πείρᾳ ἐγνώκαμεν, ὅτι οὐκ εὐοδοῦνται οἱ παρορκήσαντες. Σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὅρκου, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διάθεσιν ἀφ' ἧς ὀμωμόκασι, καὶ τὰς κατὰ λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας· ὡς, ἐὰν μηδεμία ᾖ μηδαμόθεν παραμυθία, χρὴ παντελῶς ἐᾶν τοὺς τοιούτους. Τὸ μέντοι κατὰ Σευῆρον (68) πρᾶγμα, ἤτοι τὸν ὑπὸ τούτου χειροτονηθέντα πρεσβύτερον, τοιαύτην τινά μοι δοκεῖ παραμυθίαν ἔχειν, εἰ καί σοι συνδοκεῖ. Τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον B τὸν ὑποκείμενον τῇ Μηστείᾳ (69), ᾧ ἐπεκηρύχθη ὁ ἄνθρωπος, κέλευσον Οὐασσόδοις ὑποτελεῖν. Οὕτω γὰρ κἀκεῖνος οὐ παρορκήσει (70) μὴ ἀναχωρῶν τοῦ τόπου· καὶ ὁ Λογγῖνος, ἔχων τὸν Κυριακὸν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐρημώσει τὴν ἐκκλησίαν, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῆς ἀργίας καταδικάσει (71). Καὶ ἡμεῖς δόξομεν μὴ παρὰ κανόνας ποιεῖν τι, συμπεριφερόμενοι τῷ Κυριακῷ, ὁμόσαντι μὲν συμπαραμένειν Μινδανοῖς (72), καταδεξαμένῳ δὲ τὴν μετάθεσιν. Ἡ γὰρ ἐπάνοδος φυλακὴ ἔσται τοῦ ὅρκου. Τὸ δὲ εἶξαι αὐτὸν τῇ οἰκό-

(67) *Κανών.* Videtur hunc canonem secutus esse S. Athanasius, cum Dracontium, qui juraverat se abiturum, si ordinaretur episcopus, ac ordinatus fugerat, ad suscipiendam Ecclesiæ curam, nulla habita jurisjurandi ratione, hortatus est.

(68) *Κατὰ Σευῆρον.* Perobscurus hic canon videtur sic explicari posse. Longinus presbyter erat in agro Mestiæ subjecto. Sed cum is depositus esset ob aliquod delictum, ac forte honorem sacerdotii retineret, ut nonnunquam fiebat, Severus episcopus in ejus locum transtulit Cyriacum, quem antea Mindanis ordinaverat, ac jurare coegerat se Mindanis mansurum. Nihil hac in re statui posse videbatur, quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam si in agro Mestiæ subjecto Cyriacus remaneret, perjurii culpam sustinebat. Si rediret Mindana, ager Mestiæ subjectus presbytero carebat, atque hujus incommodi culpa redundabat in caput Longini, qui ob delictum depositus fuerat. Quid igitur Basilius? Utrique occurrit incommodo; jubet agrum, qui Mestiæ subjectus erat, Vasodis subjici, id est loco, cui subjecta erant Mindana. Hoc ex remedio duo consequebatur Basilius, ut et ager ille presbytero non careret, et Cyriacus ibi remanens, Mindana tamen redire censeretur, cum jam hic locus eidem ac Mindana chorepiscopo pareret.

(69) *Μηστείᾳ.* Sic quatuor mss. Editi Μισθίᾳ. Coisl. primus Μηστίᾳ. Nonnulli mss. Μησθείᾳ. Paulo post editi Οὐασάδοις, plerique mss. ut in textu.

(70) *Παρορκήσει.* Sic mss. plerique. Editi παρορκίσει.

(71) *Διὰ τῆς ἀργίας καταδικάσει.* His vocibus rite explicatis, totus canon qui valde obscurus est, illustrabitur. Balsamon et Zonaras tenebras offundunt, dum Longinum illum existimant hominem potentem fuisse, qui se vastaturum Ecclesiam minabatur, nisi in agro suo retineret Cyriacum presbyterum. At illud, *διὰ τῆς ἀργίας, neque per otium animam suam condemnabit*, depositum fuisse probat Longinum agri Mestiæ subjecti presbyterum. Id enim sonat ἀργία apud Basilium. Sic can. 69: *Lector si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, postquam anno otiatus fuerit, ad legendum suscipietur.* Paregorio in epist. 55 sic minas intentat, nisi mulierem dimittat subintroductam: Τελευτήσεις ἀργῶν, καὶ δώσεις τῷ Κυρίῳ λόγον τῆς σεαυτοῦ ἀργίας. *Morieris otiosus et rationem Domino reddes otii tui.* In canone 15 Apostol. ἀργία est depositionis pœna. Eodem sensu apud Epiphanium, hæres. 75, cap. ultimo usurpatur verbum ἀργεῖν. Erat ergo dejectus sacerdotio Longinus ob aliquod delictum, quod multo gravius visum fuisset, si recedente Cyriaco, nemo alius regendæ Ecclesiæ idoneus occurrisset. Huic incommodo ut medeatur Basilius, rem tractat ita prudenter, ut nec Cyriacus perjurii reus sit, nec Longini peccato quidam veluti cumulus ob desertam et viduam ecclesiam addatur.

(72) *Μινδαροῖς.* Erant ergo Mindana Vasodis subjecta, id est chorepiscopo Vasodis sedenti; siquidem Basilius agrum Mestiæ subjectum Vasodis subjici jubet, ut Cyriacus ex agro, in quem translatus fuerat, non discedens, redire tamen Mindana censeatur. Ex quo etiam colligi potest vel Cyriacum non stricte jurasse Mindanis se mansurum, sed paulo latius de tota regione, quæ sub eodem erat ac Mindana chorepiscopo, jusjurandum concepisse; vel Basilium, ut in re difficili ac molesta, benignam interpretationem adhibuisse. Sed prior sententia magis arridet, quia summa erat Basilii in jurisjurandi observatione religio. Exemplum satis simile occurrit apud S. Augustinum, qui rem paulo aliter ac Basilius temperavit. Nam cum Timotheus quidam Severo episcopo jurasset nunquam se ab eo recessurum, isque postea ordinatus alibi diaconus, nec redire posse videretur ad Severum ob susceptam ordinationem, nec ubi ordinatus fuerat remanere ob religionem jurisjurandi; censuit Augustinus una cum Alypio et Samsucio non futurum perjurii reum Timotheum, si non per ipsum, sed per Severum fieret, ut ab eo discederet; quandoquidem de sua Timotheus, non de Severi voluntate juraverat, nec vicissim Severus sese jurejurando obstrinxerat. Aug., epist. 62 et 63.

Digitized by Google

νομίᾳ εἰς ἐπιορκίαν αὐτῷ οὐ λογισθήσεται, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι τῷ ὅρκῳ, μηδὲ πρὸς βραχὺ ἀναχωρήσειν (73) Μινδάνων, ἀλλὰ παραμενεῖν εἰς τὸ ἐφεξῆς. Συνήρῳ δὲ, προφασιζομένῳ τὴν λήθην, ἡμεῖς συγχωρήσομεν, εἰπόντες, ὅτι τῶν κρυπτῶν γνώστης οὐ περιόψεται τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ τοιούτου λυμαινομένην· ποιοῦντος μὲν ἀκανονίστως τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅρκῳ δὲ καταδεσμοῦντος παρὰ τὰ Εὐαγγέλια· παρορκεῖν δὲ διδάσκοντος δι' ὧν μετετέθη, ψευδομένου δὲ νῦν δι' ὧν (74) τὴν λήθην σχηματίζεται. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐσμὲν καρδιῶν κριταὶ, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν κρίνομεν· δῶμεν τῷ Κυρίῳ τὴν ἐκδίκησιν, αὐτοὶ δὲ ἀδιακρίτως αὐτὸν δεξώμεθα, συγγνώμην δόντες ἀνθρωπίνῳ πάθει, τῇ λήθῃ. A

ΙΑ'. Ὁ δὲ τὸν ἀκούσιον ποιήσας φόνον ἀρκούντως ἐξεπλήρωσε τὴν δίκην ἐν τοῖς ἕνδεκα ἔτεσι. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἐπὶ τῶν πληγέντων τὰ Μωϋσέως παρατηρήσομεν· καὶ τὸν κατακλιθέντα μὲν ἐπὶ τῶν πληγῶν ἃς ἔλαβε, βαδίσαντα δὲ πάλιν ἐπὶ τῇ ῥάβδῳ αὐτοῦ, οὐ λογισόμεθα πεφονεῦσθαι. Εἰ δὲ καὶ οὐκ ἐξανέστη μετὰ τὰς πληγὰς, ἀλλ' οὖν τῷ μὴ προελέσθαι αὐτὸν ἀνελεῖν ὁ τυπτήσας φονευτὴς μὲν, ἀλλ' ἀκούσιος διὰ τὴν πρόθεσιν. B

XI. Qui autem involuntariam cædem fecit, undecim annorum spatio abunde judicio satisfecit. Nam dubio procul, erga eos qui percussi sunt, Moysis præscripta observabimus, ac eum qui decubuit quidem post acceptas plagas, sed iterum baculo suo innixus ambulavit, non censebimus occisum fuisse. Sin autem non surrexit post plagas, quia tamen non voluit occidere is qui percuſit, homicida quidem est, sed involuntarius propter propositum.

ΙΒ'. Τοὺς διγάμους παντελῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισε.

XII. Canon omnino digamos a ministerio exclusit.

ΙΓ'. Τοὺς ἐν πολέμοις φόνους οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο· ἐμοὶ δοκεῖν, συγγνώμην δόντες τοῖς ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις. Τάχα δὲ καλῶς ἔχει συμβουλεύειν, ὡς τὰς χεῖρας μὴ καθαροὺς, τριῶν ἐτῶν (75) τῆς κοινωνίας μόνης ἀπέχεσθαι. C

XIII. Cædes in bellis factas patres nostri pro cædibus non habuere; iis, ut mihi videtur, qui pro pudicitia ac pietate pugnant, ignoscentes. Fortasse tamen recte suadebitur, ut ipsi, cum manus eorum puræ non sint, per tres annos a sola communione abstineant.

ΙΔ'. Ὁ τόκους λαμβάνων (76), ἐὰν καταδέξηται τὸ ἄδικον κέρδος εἰς πτωχοὺς ἀναλῶσαι, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῦ νοσήματος τῆς φιλοχρηματίας ἀπαλλαγῆναι, δεκτός ἐστιν εἰς ἱερωσύνην.

XIV. Qui usuras accipit, si voluerit injustum lucrum in pauperes insumere, et deinceps ab avaritiæ morbo liberari, ad sacerdotium admitti potest.

ΙΕ'. Θαυμάζω δέ σου, τὴν γραμματικὴν ἀκρίβειαν ἐπὶ τῆς Γραφῆς ἀπαιτοῦντος, καὶ λογιζομένου, ὅτι ἠναγκασμένη ἐστὶν ἡ λέξις τῆς ἑρμηνείας τὸ αὐτῆς εὔσημον ἐκδιδούσης, οὐ τὸ κυρίως ὑπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς φωνῆς σημαινόμενον μετατιθείσης. Ἐπεὶ δὲ δεῖ μὴ ἀργῶς παρελθεῖν τὸ ὑπ' ἀνδρὸς ζητητικοῦ κινηθὲν πρόβλημα, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ οἱ ἰχθύες

XV. Miror sane quod grammaticam in scriptura diligentiam requiras, ac dictionem coactam esse putes illius interpretationis, quæ suum ipsius significatum commode exprimit, neque id transfert, quod proprie Hebraica voce significatur. Sed quia segniter non prætereunda quæstio, quæ a viro quærendi studioso proposita est: aves cœli, et pisces

(73) *Ἀναχωρησειν*. Sic plerique mss. Editi ἀναχωρῆσαι.

(74) *Νῦν δι' ὧν*. Primam voculam, quæ deerat in editis, agnoscunt plerique mss. codices.

(75) *Τριῶν ἐτῶν*. Multa observant in hoc loco Basilii canonum interpretes Balsamon, Zonaras et Alexius Aristenus: 1° Consilium dari a sancto Patre, non legem imponi, nec militum conscientiam ei pollutam videri, sed manus non puras; 2° objecisse hunc canonem episcopos imperatori Phocæ, cum eos qui in bello ceciderant inter martyres referri vellet; 3° hunc canonem non fuisse observatum, utpote minus appositum ad publicam utilitatem, ac præterea minus consentaneum Athanasii sententiæ, qui in epistola ad Amun, *adversarios in bello occidere, et legibus vermissum et laude dignum esse* pronuntiat.

(76) *Τόκους λαμβάνων*. Ex his patet ejusmodi peccatum non in insignibus pœnitentiæ gradibus, sed inter consistentes expiatum fuisse. Alioqui ad itum in sacerdotium non reliquisset Basilius. Atque ex hac lenitate illud etiam colligi possit, canonem 17 Nicænum, qui clericos usuram exigentes deponi jubet, non sine benigna interpretatione in Cappadocia observatum fuisse. Videntur enim Græci canonem 44 apostolorum sequi maluisse quam Nicænum; siquidem in canone decimo Trullano, itidem ut in canone pseudoapostolico, sanciunt, *ut episcopus, presbyter, vel diaconus, qui usuras vel quæ dicuntur centesimas accipit, vel cesset vel deponatur*. Conjici ergo possit Basilium ejusmodi peccato, quod in laicis leniter punit, non gravissimam pœnam in clericis statim irrogasse. Illius autem lenitatem inde repetit Balsamon, quod fenus civilium legum auctoritate comprobaretur. D

Digitized by Google

maris [83], etiam in mundi creatione eamdem sortiti sunt generationem. Nam genera utraque ex aquis producta sunt. Causa autem, quod utrisque eadem est proprietas. Hi enim in mari natant, illæ vero in aere. Itaque eam ob causam communiter eorum facta mentio. Hoc autem loquendi genus, quod ad pisces quidem attinet, non convenienter redditum est: at quod ad omnia in aquis degentia, **276** valde etiam proprie. Nam aves cœli sunt homini subjectæ, itemque maris pisces, et non ipsi solum, sed omnia etiam, quæ marium semitas perambulant. Non enim si quid est aquatile, continuo piscis est, ut sunt cetacea, balænæ, et zygænæ, et delphines, et phocæ, ad hæc et equi, et canes, et serræ, et gladii, et boves marini; si vis autem, et urticæ, et pectines, et omnia testacea, quorum nullum est piscis, et omnia quæ semitas marium perambulant: quare tria sunt genera, aves cœli, pisces maris, et quæcunque aquatilia quidem sunt, sed a piscibus distincta, semitas marium ipsa quoque perambulant.

XVI. Neeman autem non magnus apud Dominum, sed apud dominum suum [84], hoc est, unus erat ex iis qui magna pollebant auctoritate apud regem Syrorum. Itaque animum diligenter attende ad Scripturam, et quæstionis sua sponte occurret solutio.

A τῆς θαλάσσης καὶ ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ τὴν αὐτὴν ἔλαχον γένεσιν. Ἐκ τῶν ὑδάτων γὰρ ἐξήχθη ἀμφότερα τὰ γένη. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ταυτόν ἐστιν ἑκατέροις ἰδίωμα. Τὰ μὲν γὰρ διανήχεται τὸ ὕδωρ, τὰ δὲ ἐπινήχεται τῷ ἀέρι. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν κοινῇ αὐτῶν ἐπεμνήσθη. Τὸ δὲ σχῆμα τοῦ λόγου ὡς μὲν πρὸς τοὺς ἰχθύας ἀκαταλλήλως ἀποδοθὲν (77), ὡς δὲ πρὸς πάντα τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα καὶ πάνυ οἰκείως. Τὰ γὰρ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ὑποτέτακται τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης· καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν. Οὐ γὰρ εἴ τι ἔνυδρον, καὶ ἰχθύς ἐστιν, ὡς τὰ κητώδη, φάλαιναι (78), καὶ ζύγαιναι, καὶ δελφῖνες, καὶ φῶκαι, καὶ προσέτι ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ πρίονες, καὶ ξιφίαι, καὶ οἱ θαλάσσιοι βοῦς· εἰ δὲ βούλει, B καὶ ἀκαλῆφαι, καὶ κτένες, καὶ τὰ ὀστρακόρινα πάντα, ὧν οὐδέν ἐστιν ἰχθύς, καὶ πάντα ἃ διαπορεύεται τρίβους θαλασσῶν (79)· ὡς εἶναι τρία τὰ γένη, πετεινὰ οὐρανοῦ, ἰχθύας θαλάσσης, καὶ ὅσα τῶν ἐνύδρων τοῖς ἰχθύσιν ἀντιστελλόμενα διαπορεύονται καὶ αὐτὰ τὰς τρίβους θαλασσῶν.

ΙϚ'. Ὁ δὲ Νεεμᾶν (80) οὐχὶ μέγας παρὰ Κυρίῳ, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ κυρίῳ αὐτοῦ· τουτέστι, τῶν παραδυναστευόντων ἦν τῷ βασιλεῖ τῶν Σύρων. Πρόσεχε οὖν ἀκριβῶς τῇ Γραφῇ, καὶ αὐτόθεν εὑρήσεις τὴν λύσιν τοῦ ζητήματος.

EPISTOLA CLXXXIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΘ'.

Laudat Eustathium Basilius, quod sibi dolorem abstersisset in gravissimis inimicorum injuriis, nunc hoc, nunc illud, nunc tres deos, nunc Sabellii errorem affingentium. His criminibus depulsi, novitatem objiciebant, eo quod unam divinitatem admitteret in tribus personis. Fatetur Basilius de postremo crimine: et cum illi unam in tribus divinitatem rejicerent, ut excluderent Spiritum sanctum, demonstrat eum ut in baptismo, ita in aliis etiam Patri et Filio adjungi debere; et cum eidivina nomina tribuantur, Dei nomen non esse denegandum, quod etiam simulacris et dæmoniis tributum. Cum autem objicerent hac voce naturam designari, probat in tribus personis, ut unam operationem, ita unam esse naturam.

Eustathio archiatro.

Εὐσταθίῳ (81) *ἀρχιάτρῳ.*

C

1. Omnibus quidem vobis, qui artem medicam tractatis, humanitas disciplina est. Ac mihi videtur, qui omnibus rebus, quæ quidem in vita studio habentur, scientiam vestram anteponit, decenter judicare, nec aberrare a recto; siquidem pretiosissima omnium rerum vita fugienda est et molesta, nisi illam liceat cum sanitate conjunctam habere; vestra autem ars conciliatrix est sanitatis. Sed in te præsertim scientia suis est absoluta numeris, ac majores tibi ipse constituis humanitatis terminos, non corporibus definiens artis beneficium, sed et animi morborum suscipiens curationem. Hæc au-

1. Ἔστι μὲν καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοῖς τὴν ἰατρικὴν μετιοῦσι φιλανθρωπία τὸ ἐπιτήδευμα. Καί μοι δοκεῖ τῶν κατὰ τὸν βίον σπουδαζομένων ἁπάντων ὁ τὴν ὑμετέραν προτιθεὶς ἐπιστήμην ἐπιτυχεῖν ἂν τῆς πρεπούσης κρίσεως, καὶ μὴ διαμαρτεῖν τοῦ προσήκοντος (82)· εἴπερ τὸ πάντων προτιμότατον, ἡ ζωὴ φευκτόν ἐστι καὶ ἐπώδυνον, ἐὰν μὴ μεθ' ὑγείας ἐξῇ ταύτην ἔχειν· ὑγείας δὲ χορηγὸς ἡ ὑμετέρα τέχνη. Ἀλλά σοι διαφερόντως περιδέξιός ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, καὶ μείζονας ποιεῖς σεαυτῷ τῆς φιλανθρωπίας τοὺς ὅρους, οὐ μέχρι τῶν σωμάτων περιορίζων τὴν ἐκ τῆς τέχνης χάριν, ἀλλὰ καὶ τῶν

[83] Psal. VIII, 9. [84] IV Reg. v, 1.

* Alias LXXX. Scripta anno 374 exeunte, aut ineunte 375.

(77) *Ἀποδοθέν.* Sic omnes mss. Editi ἀπεδόθη.

(78) *Φάλαιναι.* Ita quinque melioris notæ codices, quibus favent plures alii, in quibus legitur φάλλαιναι. Editi βάλαιναι et ζύγεναι. Mss. ζυγαῖναι. Paulo post editi βόες, mss. βοῦς.

(79) *Θαλασσῶν.* Consentiunt in hac voce mss. codices. Editi θαλάσσης.

(80) *Νεεμᾶν.* Sic mss. codices plerique, nonnulli Ναιμᾶν. Editi Νααμᾶν.

(81) *Ἀρχιάτρῳ.* Sic, pro eo quod erat in editis ἰατρῷ, posuimus, ut in epist. 151. Legitur hæc epistola inter opera S. Gregorii Nysseni tom. III, p. 6. In ora Regii cujusdam codicis num. 2896 hæc leguntur: Ἰστέον, ὅτι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην τοῦ Νύσσης εἶναι λέγουσί τινες. Ἔοικε δὲ, ὅσον ἀπὸ τοῦ χαρακτῆρος τῆς γραφῆς· *Sciendum est hanc epistolam Nysseni esse nonnullos dicere; idque verisimile est, quantum ex scribendi ratione perspicitur.*

(82) *Τοῦ προσήκοντος.* Vat., Coisl. secundus et duo Regii τοῦ πρέποντος. Medicæus consentit cum editis. In Harlæano autem et Coisliniano primo non reperitur hæc epistola.

Digitized by Google

ψυχικῶν ἀῤῥωστημάτων ἐπινοῶν τὴν διόρθωσιν. Ταῦτα δὲ λέγω, οὐ μόνον ταῖς τῶν πολλῶν φήμαις ἑπόμενος, ἀλλὰ καὶ τῇ κατ' ἐμαυτὸν διδαχθεὶς πείρᾳ, ἐν πολλοῖς τε ἄλλοις, καὶ διαφερόντως νῦν ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ἀνεκδιηγήτῳ κακίᾳ· ἣν ῥεύματος πονηροῦ δίκην κατὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιῤῥυεῖσαν (83) εὐμηχάνως διέχεας, τὴν βαρεῖαν ταύτην φλεγμονὴν τῆς καρδίας ἡμῶν τῇ ἐπαντλήσει τῶν παρηγορικῶν λόγων διαφορήσας. Ἐγὼ γὰρ (84), πρὸς τὴν ἐπάλληλον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ποικίλην καθ' ἡμῶν ἐπιχείρησιν ἀποβλέπων, σιωπᾷν ᾤμην δεῖν, καὶ δέχεσθαι καθ' ἡσυχίαν τὰ ἐπαγόμενα. (85) μηδὲ ἀντερεῖν τοῖς καθωπλισμένοις τῷ ψεύδει, τῷ πονηρῷ τούτῳ ὅπλῳ, τῷ καὶ διὰ τῆς ἀληθείας πολλάκις τὴν ἀκμὴν εἰσωθοῦντι. Σὺ δὲ, καλῶς ποιῶν, μὴ καταπροδιδόναι τὴν ἀλήθειαν ἐνεκελεύου (86), ἀλλὰ διελέγχειν τοὺς συκοφάντας, ὡς ἂν μὴ πολλοὶ παραβλαβεῖεν, κατευημεροῦντος τῆς ἀληθείας τοῦ ψεύδους.

2. Ἔδοξαν οὖν μοι παραπλήσιόν τι ποιεῖν τῷ Αἰσωπείῳ μύθῳ οἱ τὸ ἀπροφάσιστον καθ' ἡμῶν ἀναλαβόντες μῖσος. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐγκλήματά τινα τῷ ἀρνίῳ τὸν λύκον προφέρειν ἐποίησεν, αἰσχυνόμενον δῆθεν τὸ δοκεῖν ἄνευ δικαίας προφάσεως ἀναιρεῖν τὸν μηδὲν προλυπήσαντα· τοῦ δὲ ἀρνὸς (87) πᾶσαν τὴν ἐκ συκοφαντίας ἐπαγομένην αἰτίαν εὐχερῶς διαλύοντος, μηδὲν μᾶλλον ὑφίεσθαι τῆς ὁρμῆς τὸν λύκον, ἀλλὰ τοῖς μὲν δικαίοις ἡττᾶσθαι, τοῖς δὲ ὀδοῦσι νικᾷν· οὕτως οἷς τὸ καθ' ἡμῶν μῖσος ὥς τι τῶν ἀγαθῶν ἐσπουδάσθη, ἐρυθριῶντες τάχα τὸ δοκεῖν ἄνευ αἰτίας μισεῖν, αἰτίας πλάττουσι καθ' ἡμῶν καὶ ἐγκλήματα, καὶ οὐδενὶ τῶν λεγομένων μέχρι παντὸς ἐπιμένουσιν· ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτο, μετ' ὀλίγον δὲ ἄλλο, καὶ αὖθις ἕτερον τῆς καθ' ἡμῶν δυσμενείας τὸ αἴτιον λέγουσι. Βέβηκε δὲ αὐτοῖς ἐπ' οὐδενὸς ἡ κακία· ἀλλ' ὅταν τούτου τοῦ ἐγκλήματος ἀποσεισθῶσιν, ἑτέρῳ προσφύονται, καὶ ἀπ' ἐκείνου πάλιν καταλαμβάνουσιν ἕτερον· κἂν πάντα διαλυθῇ τὰ ἐγκλήματα, τοῦ μισεῖν οὐκ ἀφίστανται. Τρεῖς θεοὺς (88) προσβεύεσθαι παρ' ἡμῶν αἰτιῶνται, καὶ περιηχοῦσι τὰς ἀκοὰς τῶν πολλῶν, καὶ πιθανῶς κατασκευάζοντες τὴν διαβολὴν ταύτην οὐ παύονται. Ἀλλ' ὑπερμάχεται ἡμῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐν κοινῷ πρὸς πάντας, καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, δεικνύντων ἡμῶν, ὅτι ἀνατεθεμάτισται παρ' ἡμῶν πᾶς ὁ τρεῖς λέγων θεοὺς, καὶ οὐδὲ Χριστιανὸς εἶναι κρίνεται. Ἀλλ' ὅταν τοῦτο ἀκούσωσι, πρόχειρος αὐτοῖς καθ' ἡμῶν ὁ Σαβέλλιος, καὶ ἡ ἐξ ἐκείνου νόσος ἐπιθρυλλεῖται τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ. Πάλιν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμεῖς τὸ σύνηθες ὅπλον τὴν ἀλήθειαν προβαλλόμεθα· δεικνύντες, ὅτι ἐπίσης τῷ Ἰουδαϊσμῷ καὶ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν φρίττομεν.

3. Τί οὖν; ἆρα μετὰ τοσαύτας ἐγχειρήσεις ἀποκαμόντες (89) ἡσύχασαν; Οὐκ ἔστι ταῦτα (90). Ἀλλά

tem dico non solum famam plurimorum sequens, sed mea etiam edoctus experientia, cum in aliis multis rebus, tum maxime nunc in hac inimicorum nostrorum non enarrabili malitia, quam in nostram vitam mali fluenti more effusam solerter dissipasti: cum gravem illam cordis nostri inflammationem infusis consolationis verbis excussisti. Ego enim ad alternantem inimicorum nostrorum variumque contra nos conatum respiciens, tacere existimabam oportere, ac inflicta mala silentio perferre, neque contradicere hominibus mendacio armatis, malo illo jaculo, quod et per ipsam veritatem non raro cuspidem adigit. Tu vero recte **277** fecisti, quod hortatus es, ut ne veritatem proderem, sed redarguerem sycophantas, ne plures lædantur, prosperos mendacio contra veritatem successus habente.

2. Visi sunt igitur mihi simile quiddam facere Æsopi fabulæ, qui sine ulla prorsus causa odium in nos susceperunt. Quemadmodum enim ille fingit, crimina quædam agno lupum inferre, verecundantem videlicet sine justa causa eum, qui prius nihil læsisset, occidere videri; sed cum agnus omnem ex calumnia illatam criminationem facile diluisset, non idcirco lupum de impetu quidquam remittere, sed jure quidem vinci, dentibus vero vincere: ita qui odium nostri veluti præclarum quiddam studio habuere, cum forte erubescerent, si sine causa odisse viderentur, causas contra nos et criminationes fingunt, nec in ullo eorum quæ dictitant, constanter insistunt, sed modo hanc, paulo post illam, et rursus aliam suæ in nos inimicitiæ causam assignant. Nulla autem in re consistit eorum malitia; sed postquam hac criminatione depulsi fuerint, ad aliam adhærescunt, et rursus ab ista ad aliam confugiunt; nec, si omnia dissoluta fuerint crimina, odisse desistunt. Tres deos a nobis prædicari causantur, atque hac eorum criminatione aures vulgi circumsonant, neque hanc calumniam subtiliter struere desinunt. Sed pugnat pro nobis veritas, cum et publice omnibus, et privatim accedentibus demonstremus, anathematizari a nobis quisquis tres deos dicit, ac ne Christianum quidem judicari. Sed ubi hoc audiverint, in promptu illis contra nos Sabellius: et illius morbum doctrinæ nostræ rumor affingit. Rursus his quoque consueta arma, veritatem opponimus; demonstrantes æque ac Judaismum hanc nos hæresim perhorrescere.

3. Quid igitur? num post tantos conatus defessi quieverunt? Nequaquam. Sed novitatem nobis obji-

(83) *Ἐπιῤῥυεῖσαν*. Ita Vat. cum tribus aliis et Nyss. ac editione Hagan. Legitur ἐπιῤῥέουσαν in Parisiensi, et ἀποῤῥυεῖσαν in Basileensi.

(84) *Ἐγὼ γάρ*. Ita Med. cum tribus aliis et Nyss. Editi Ἐγὼ δέ.

(85) Vide Addenda.

(86) *Ἐνεκελεύου*. Ita mss. sex. Editi ἐνεκέλευες. Nyss. ἐνεκελεύσω.

(87) *Τοῦ δὲ ἀρνός*. Leve discrimen inter hanc scripturam et vulgatam τοῦ δὲ ἀρνίου, sed eam sequi maluimus quam quinque veteres libri commendant, et editio Haganoensis. Nyssenus τοῦ δὲ ἀρνοῦ.

(88) *Τρεῖς θεούς*. De hoc trium deorum errore vide Not. ad epist. 131.

(89) *Ἀποκαμόντες*. Ita Med. et tres alii. Editi ἀποκάμνοντες.

(90) Vide Addenda.

Digitized by Google

ciunt, qui nos sic incusant quod tres hypostases confiteamur: criminantur quod unam bonitatem et unam potentiam et unam divinitatem dicamus. Neque id extra veritatem: dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudinem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem et normam ducamus. Etenim si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet et nobis profecto usitatum apud nos morem opponere. Quod si hunc illi rejiciunt, neque nobis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra; et apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omnino veritatis suffragium. Quodnam igitur crimen est? Duo enim simul in accusatione nobis illata objecerunt; unum, quod dividamus hypostases; alterum, quod nullum ex nominibus quæ **278** Deo conveniunt, pluraliter numeremus, sed unam, ut dictum est, bonitatem et potentiam, et divinitatem, et quæcunque talia sunt, singulariter enuntiemus. Quod quidem attinet ad divisionem hypostaseon, ab ea minime alieni fuerint, qui essentiarum diversitatem in divina decernunt natura. Non enim par est, ut qui tres dicunt essentias, non etiam tres hypostases dicant. Itaque hoc solum crimini datur, quod quæ de divina natura dicuntur nomina, singulariter pronuntiemus.

A καινοτομίαν ἡμῖν προφέρουσιν, οὐτωσὶ τὸ ἔγκλημα καθ' ἡμῶν συντιθέντες τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογούντων (91)· μίαν ἀγαθότητα, καὶ μίαν δύναμιν, καὶ μίαν θεότητα λέγειν ἡμᾶς αἰτιῶνται. Καὶ οὐκ ἔξω τοῦτό φασι τῆς ἀληθείας· λέγομεν γάρ. Ἀλλ' ἐγκαλοῦντες τοῦτο προφέρουσιν, ὅτι ἡ συνήθεια αὐτῶν τοῦτο οὐκ ἔχει, καὶ ἡ Γραφὴ οὐ συντίθεται. Τί οὖν καὶ πρὸς τοῦτο ἡμεῖς; Οὐ νομίζομεν δίκαιον εἶναι τὴν παρ' αὐτοῖς ἐπικρατοῦσαν συνήθειαν νόμον καὶ κανόνα τοῦ ὀρθοῦ ποιεῖσθαι λόγου. Εἰ γὰρ ἰσχυρόν ἐστιν εἰς ἀπόδειξιν ὀρθότητος ἡ συνήθεια, ἔξεστι καὶ ἡμῖν πάντως ἀντιπροβάλλεσθαι τὴν παρ' ἡμῖν ἐπικρατοῦσαν συνήθειαν. Εἰ δὲ παραγράφονται ταύτην ἐκεῖνοι, οὐδὲ ἡμῖν (92) πάντως ἀκολουθητέον ἐκείνοις. Οὐκοῦν ἡ θεόπνευστος ἡμῖν διαιτησάτω Γραφή· καὶ
B παρ' οἷς ἂν εὑρεθῇ τὰ δόγματα συνῳδὰ τοῖς θείοις λόγοις, ἐπὶ τούτους ἥξει πάντως τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος. Τί οὖν ἐστι τὸ ἔγκλημα; Δύο γὰρ κατὰ ταυτὸν ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ καθ' ἡμῶν προενήνεκται· ἓν μὲν τὸ διαιρεῖν τὰς ὑποστάσεις· ἕτερον δὲ τὸ μηκέτι μηδὲν τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων πληθυντικῶς ἀριθμεῖν, ἀλλὰ μίαν, καθὼς προείρηται, τὴν ἀγαθότητα, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν θεότητα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μοναδικῶς ἐξαγγέλλειν. Πρὸς μὲν οὖν τὴν διαίρεσιν τῶν ὑποστάσεων οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀλλοτρίως οἱ τὴν ἑτερότητα τῶν οὐσιῶν ἐπὶ τῆς θείας δογματίζοντες φύσεως. Οὐ γὰρ εἰκός ἐστι τοὺς τρεῖς λέγοντας οὐσίας μὴ καὶ τρεῖς ὑποστάσεις λέγειν. Οὐκοῦν τοῦτο μόνον ἐστὶν ἐν ἐγκλήματι, τὸ τὰ ἐπι-
C λεγόμενα τῇ θείᾳ (93) φύσει ὀνόματα μοναδικῶς καταγγέλλειν.

4. Sed prompta nobis adversus hoc et manifesta ratio. Qui enim condemnat eos qui unam dicunt divinitatem, necessario aut multas dicenti, aut nullam assentietur. Non enim potest aliud quidquam, præter id quod dictum est, excogitari. Sed nec multas dici divinitus inspirata patitur doctrina, quæ sicubi meminit divinitatis, singulariter eam commemorat, nempe: *In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis* [55]; et alibi: *Invisibilia enim ipsius a creatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, tum sempiterna ejus virtus, tum divinitas* [56]. Si igitur in multitudinem extendere numerum divinitatum, illorum solum est, qui errore
D multitudinis deorum laborant: omnino autem divinitatem negare, atheorum fuerit; qua ratione incusamur, quod unam confiteamur divinitatem? Sed apertius orationis suæ nudant propositum: Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes; Spiritum vero, qui una cum Patre et Filio numeratur, divi-

4. Ἀλλ' ἕτοιμος ἡμῖν πρὸς τοῦτο καὶ σαφὴς ὁ λόγος. Ὁ γὰρ καταγινώσκων τῶν μίαν λεγόντων θεότητα ἐξ ἀνάγκης τῷ πολλὰς λέγοντι, ἢ τῷ μηδεμίαν συνθήσεται. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἕτερόν τι παρὰ τὸ εἰρημένον ἐπινοῆσαι. Ἀλλ' οὔτε πολλὰς λέγειν ἡ θεόπνευστος συγχωρεῖ διδασκαλία, εἴπου καὶ μέμνηται, μοναχῶς τῆς θεότητος (94) μνημονεύουσα, ὅτι *Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος*· καὶ ἑτέρωθι· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης*. Εἰ οὖν εἰς πλῆθος ἐκτείνειν τὸν ἀριθμὸν τῶν θεοτήτων, μόνον τῶν τὴν πολύθεον πλάνην νενοσηκότων ἐστί· τὸ δὲ καθόλου ἀρνεῖσθαι τὴν θεότητα τῶν ἀθέων ἂν εἴη· τίς λόγος ἐστὶν ὁ διαβάλλων ἡμᾶς ἐπὶ τῷ μίαν ὁμολογεῖν τὴν θεότητα; Ἀλλ' ἐκκαλύπτουσι φανερώτερον τὸν τοῦ λόγου σκοπόν· ἐπὶ μὲν τοῦ Πατρὸς καταδέχεσθαι τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ τὸν Υἱὸν ὡσαύτως τιμᾶσθαι τῷ τῆς θεότητος ὀνόματι συντιθέμενοι· τὸ δὲ Πνεῦμα, Πατρὶ καὶ Υἱῷ συναριθμούμενον,

[55] Colos. II, 9. [56] Rom. I, 20.

(91) *Ὁμολογούντων*. In uno ex Regiis codicibus ὁμολογοῦντας, et paulo post in Medicæo λέγοντας ἡμᾶς.

(92) *Οὐδὲ ἡμῖν*. Primam vocem addidimus ex sex mss. et Nysseno. Paulo post editi ἐπὶ τούτοις ἥξει πάντως ἡ θεία τῆς. Sex mss. et Nyssenus ut in textu.

(93) *Τῇ θείᾳ*. Editi ἐν τῇ θείᾳ, sed deest præpositio in sex nostris mss.

(94) *Μοναχῶς τῆς θεότητος*. Ita sex mss. et vetustæ editiones ac Greg. Nyss. Editio Paris. τῆς θεότητος μοναδικῶς αὐτῆς.

Digitized by Google

μηκέτι καὶ τῇ τῆς θεότητος ἐννοίᾳ συμπαραλαμβάνεσθαι· ἀλλ' ἐκ Πατρὸς μέχρι τοῦ Υἱοῦ ἱσταμένην τὴν τῆς θεότητος δύναμιν, ἀποκρίνειν τῆς θείκῆς δόξης τὴν φύσιν τοῦ Πνεύματος. Οὐκοῦν ἀπολογητέον καὶ ἡμῖν, ὡς ἂν οἷοί τε ὦμεν, διὰ βραχέων καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἔννοιαν.

A nitatis notione minime comprehendi, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni. Disserendum igitur et nobis, ut poterimus, breviter, contra hanc quoque sententiam.

5. (95) Τίς οὖν ὁ ἡμέτερος λόγος; Παραδιδοὺς ὁ Κύριος τὴν σωτήριον πίστιν τοῖς μαθητευομένοις τῷ λόγῳ, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συνάπτει καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τὸ δὲ συνημμένον ἅπαξ διὰ πάντων φαμὲν τὴν συνάφειαν ἔχειν. Οὐ γὰρ, ἐν τινὶ συντεταγμένον, ἐν ἑτέροις ἀποσχοινίζεται. Ἀλλ' ἐν τῇ ζωοποιῷ δυνάμει, καθ' ἣν ἐκ τοῦ φθαρτοῦ βίου εἰς ἀθανασίαν ἡ φύσις ἡμῶν μετασκευάζεται, συμπαραληφθεῖσα ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑτέροις, οἷον ἐν τῇ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐννοίᾳ, καὶ τὸ ἅγιόν τε καὶ ἀΐδιον, σοφὸν, εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, δυνατὸν, καὶ πανταχοῦ δηλονότι τὸ ἀχώριστον ἔχει ἐν πᾶσι τοῖς πρὸς τὸ κρεῖττον ὑπειλημμένοις ὀνόμασιν (96). Οὐκοῦν ἡγούμεθα καλῶς ἔχειν τὸ ἐν τοσαύταις ἐννοίαις ὑψηλαῖς τε καὶ θεοπρεπέσι συναπτόμενον Πατρὶ καὶ Υἱῷ ἐν οὐδενὶ διακεκρίσθαι νομίζειν. Οὐδὲ γὰρ οἴδαμέν τινα τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν ἐπινοουμένων ὀνομάτων τὴν κατὰ τὸ κρεῖττον καὶ τὸ χεῖρον διαφοράν· ὡς εὐαγὲς (97) εἶναι οἴεσθαι τὴν ἐν τοῖς καταδεεστέροις τῶν ὀνομάτων κοινωνίαν συγχωροῦντας τῷ Πνεύματι, τῶν ὑπεραιρόντων κρίνειν ἀνάξιον. Πάντα γὰρ τὰ θεοπρεπῆ νοήματά τε καὶ ὀνόματα ὁμοτίμως ἔχει πρὸς ἄλληλα, τῷ μηδὲν περὶ τὴν τοῦ ὑποκειμένου διαφωνεῖν (98) σημασίαν. Οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλο τι ὑποκείμενον χειραγωγεῖ τὴν διάνοιαν τοῦ ἀγαθοῦ ἡ προσηγορία, ἐφ' ἕτερον δὲ ἡ τοῦ σοφοῦ, καὶ τοῦ δυνατοῦ, καὶ τοῦ δικαίου· ἀλλ' ὅσαπερ ἂν εἴπῃς ὀνόματα, ἓν διὰ πάντων ἐστὶ τὸ σημαινόμενον. Κἂν Θεὸν εἴπῃς, τὸν αὐτὸν ἐνδείξῳ ὃν διὰ τῶν λοιπῶν ὀνομάτων ἐνόησας. Εἰ δὲ πάντα τὰ ὀνόματα τῇ θείᾳ φύσει ἐπιλεγόμενα ἰσοδυναμεῖ ἀλλήλοις κατὰ τὴν τοῦ ὑποκειμένου ἔνδειξιν, ἄλλα κατὰ (99) ἄλλην ἔμφασιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν ὁδηγοῦντα· τίς ὁ λόγος τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι κοινωνίαν, πρὸς Πατέρα τε καὶ Υἱὸν συγχωροῦντα τῷ Πνεύματι, μόνης ἀποσχοινίζειν αὐτὸ τῆς θεότητος; ἀνάγκη γὰρ πᾶσα ἢ καὶ ἐν τούτῳ διδόναι τὴν κοινωνίαν, ἢ μηδὲ τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς συγχωρεῖν. Εἰ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἄξιον, οὐδὲ ἐν τούτῳ (1) πάντως ἀνάξιον. Εἰ δὲ μικρότερον, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, ἐστὶν ἢ ὥστε τοῦ τῆς θεότητος ὀνόματος πρὸς Πατέρα τε καὶ Υἱὸν τὴν κοινωνίαν χωρῆσαι, οὐδὲ ἄλλου τινὸς τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων μετέχειν ἄξιον (2). Καταμανθανόμενα γὰρ καὶ συγκρινόμενα πρὸς ἄλληλα τὰ ὀνόματα διὰ τῆς ἑκάστοις (3) ἐνθεωρουμέ-

5. Quæ est igitur nostra ratio? Tradens Dominus salutarem fidem iis, qui in doctrina instituuntur, Patri ac Filio conjungit et Spiritum sanctum. Quod autem semel conjunctum est, id per omnia conjunctum esse dicimus. Non enim in aliquo conjunctum, in aliis sejungitur. Sed in potentia vivifica, per quam ex corruptibili vita ad immortalitatem natura nostra transfertur, potentia Spiritus una cum Patre et Filio assumpta, et in multis aliis, velut in notione boni, et sancti, et æterni, sapientis, recti, principalis, potentis, etiam ubique inseparabilis est, videlicet in omnibus nominibus præstantiorem intelligentiam habentibus. Quapropter id rectum esse arbitramur, ut, qui in tot sublimibus Deoque competentibus notionibus conjungitur Patri et Filio, eum nulla in re separari existimemus. Neque enim novimus ullam nominum, quæ circa divinam naturam intelliguntur, secundum melius ac deterius differentiam, ut pium esse existimemus, nominum inferiorum communionem concedentes Spiritui, præstantioribus indignum judicare. Omnia namque Deo competentia tum cogitata, tum **279** nomina sunt inter se ejusdem dignitatis, eo quod nihil circa subjecti significationem habeant discriminis. Non enim mentis cogitationem ad aliud quoddam subjectum perducit boni appellatio, et ad aliud, sapientis, potentis, et justi: sed quæcunque protuleris nomina, unum prorsus omnia significant. Quod si dixeris Deum, eumdem significasti, quem per reliqua nomina intellexisti. Quod si omnia quæ de divina natura dicuntur, nomina, idem inter se, ad subjecti designationem valent, alia pro alia rei considerandæ ratione mentem nostram ad idem deducentia; quæ ratio est, aliorum nominum communionem Spiritui cum Patre et Filio concedentem, a sola illum arcere divinitate? nam necesse est omnino, aut communionem in hoc etiam dare, aut nec in reliquis deferre. Etenim si in illis dignus, profecto neque in hoc indignus. Quod si minor est, ut isti dictitant, quam ut divinitatis nomen cum Patre et Filio commune habeat; neque dignus erit, qui ullius alius ex nominibus Deo competentibus particeps sit. Considerata enim et comparata inter se nomina per eam notionem, quam in singulis speculamur,

(95) Vide Addenda.

(96) *Ὀνόμασιν.* Editi addunt καὶ τὴν συνάφειαν. Sed hæc desunt in Med. et Coisl. secundo ac Reg. secundo et Nyss. In tribus aliis codicibus legitur tantum τὴν συνάφειαν sine conjunctione.

(97) *Ὡς εὐαγές.* Sic Med. et tres Regii. Sic etiam legitur apud Gregorium Nyss. Editiones Basilii, excepta Haganoensi, ὡς ἐναγές, *ut nefas ducamus.*

(98) *Διαφωνεῖν.* Ita mss. quatuor. Sic etiam Gregorius Nyssenus. Editiones vetustæ Basilii διαφέρειν. Basileensis secunda et Paris. διαφέρειν

(99) *Ἄλλα κατά.* Unus ex Regiis ἀλλ' οὐ κατά.

(1) *Οὐδὲ ἐν τούτῳ.* Medicæus cum tribus aliis οὐδὲ ἐν τούτοις.

(2) *Ἄξιον.* Editi ἦν ἄξιον. Deest vocula in quinque mss. et apud Greg. Nyss.

(3) *Ἑκάστοις ἐνθεωρουμένης.* Ita mss. quinque, pro eo quod erat in editis ἐν ἑκάστοις θεωρουμένης.

Digitized by Google

invenientur Dei appellatione non inferiora. Ejus rei argumentum est, quod hoc nomine multa etiam ex inferioribus vocantur; imo Scriptura divina non parca est hujus equivocæ appellationis, ne in absurdis quidem et repugnantibus rebus, velut cum simulacra Dei appellatione designat. *Dii enim*, inquit, *qui cœlum et terram non fecerunt, tollantur, et subter terram conjiciantur* [57]; item: *Omnes*, inquit, *dii gentium dæmonia* [58]. Et pythonissa cum incantationibus suis Sauli animas evocaret, de iis animabus quæ requirebantur, deos vidisse se dixit [59]. Quin et ipse Balaam, cum augur quidam esset et vates, et per manum, ut ait Scriptura, vaticinia ferret, et dæmonum doctrinam per auguralem curiositatem sibi ipse comparasset, Deum consuluisse memoratur a Scriptura [60]. Ac multa ejusmodi licet ex Scripturis divinis colligentem demonstrare, hoc nomen supra reliquas appellationes, quæ Deo dignæ sunt, nihil habere præcipui: quandoquidem ipsum, ut dictum est, etiam de rebus absurdis et repugnantibus æquivoce usurpatum invenimus. At sancti nomen, et incorrupti, et recti, et boni, nusquam communicatum cum rebus indignis a Scriptura edocti sumus. Igitur si nomina, quæ præcipuo modo de sola divina natura pie usurpantur, Spiritui sancto cum Patre et Filio communia esse non negant; quæ jam ratio est, illud solum contendere, non communicari, quod, secundum æquivocum quemdam usum, et dæmoniis et simulacris impertiri demonstratum est?

280 6. Sed aiunt naturam hac appellatione demonstrari, communem autem non esse cum Patre et Filio Spiritus naturam, ac proinde nec in hoc nomine communionis eum esse participem. Ostendant igitur, quibus rebus diversitatem naturæ agnoverint. Si enim posset ipsa per se natura divina cerni, et quid ei proprium, quid alienum ex manifestis rebus inveniri; sane opus nobis non esset verbis aut signis aliis ad rei quæsitæ intelligentiam. Sed quoniam illa quidem sublimior est, quam ut a quærentibus possit intelligi, ex quibusdam autem conjecturis de rebus cognitionem nostram fugientibus ratiocinamur; necesse prorsus est ex operationibus nos manu duci ad divinæ naturæ investigationem. Itaque si viderimus inter se differre operationes, quæ a Patre et Filio et Spiritu sancto fiunt, naturas etiam, quæ operantur, inter

νης ἐμφάσεως, εὑρεθήσεται μηδὲν τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἔλαττον ἔχοντα. Τεκμήριον δὲ, ὅτι τούτῳ μὲν τῷ ὀνόματι πολλὰ καὶ τῶν καταδεεστέρων ἐπονομάζεται· μᾶλλον δὲ οὐ φείδεται ἡ θεία Γραφὴ τῆς ὁμωνυμίας ταύτης, οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἀπεμφαινόντων πραγμάτων, ὡς ὅταν τὰ εἴδωλα τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ κατονομάζῃ. *Θεοὶ γὰρ*, φησὶν, *οἱ οὐκ ἐποίησαν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀρθήτωσαν, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς βληθήτωσαν*· καὶ, *Πάντες*, φησὶν, *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια*. Καὶ ἡ ἐγγαστρίμυθος, ἐν ταῖς μαγγανείαις αὐτῆς ψυχαγωγοῦσα τῷ Σαοὺλ (4) τὰς ἐπιζητουμένας ψυχὰς, Θεοὺς ἑωρακέναι φησίν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Βαλαὰμ οἰωνιστής τις ὢν καὶ μάντις, καὶ διὰ χειρὸς τὰ μαντεῖα φέρων, καθὼς φησιν ἡ Γραφὴ, καὶ τὴν ἐκ δαιμόνων διδασκαλίαν διὰ τῆς οἰωνιστικῆς περιεργίας ἑαυτῷ κατορθώσας, παρὰ Θεοῦ συμβουλεύεσθαι ὑπὸ τῆς Γραφῆς ἱστορεῖται. Καὶ πολλὰ τοιαῦτά ἐστι συλλεξάμενον ἐκ τῶν θείων παραθέσθαι Γραφῶν· ὅτι τὸ ὄνομα τοῦτο οὐδὲν ὑπὲρ τὰς λοιπὰς τὰς θεοπρεπεῖς προσηγορίας πρωτεύει, ὅτε, καθὼς εἴρηται, καὶ ἐπὶ τῶν ἀπεμφαινόντων ὁμωνύμως λεγόμενον εὑρίσκομεν. Τὸ δὲ τοῦ ἁγίου ὄνομα, καὶ τοῦ ἀφθάρτου, καὶ τοῦ εὐθέος, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, οὐδαμοῦ κοινοποιούμενον πρὸς τὰ μὴ δέοντα παρὰ τῆς Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. Οὐκοῦν, εἰ ἐν τοῖς ἐξαιρέτως ἐπὶ μόνης τῆς θείας φύσεως εὐσεβῶς λεγομένοις ὀνόμασι κοινωνεῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα οὐκ ἀντιλέγουσι, τίς ὁ λόγος, τούτῳ μόνῳ κατασκευάζειν ἀκοινώνητον εἶναι, οὗ μετέχειν ἐδείχθη, κατά τινα ὁμώνυμον χρῆσιν καὶ τὰ δαιμόνια καὶ τὰ εἴδωλα;

6. Ἀλλὰ λέγουσι φύσεως ἐνδεικτικὴν εἶναι τὴν προσηγορίαν ταύτην· ἀκοινώνητον δὲ εἶναι πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τὴν τοῦ Πνεύματος φύσιν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τῆς κατὰ τὸ ὄνομα τοῦτο κοινωνίας μετέχειν. Οὐκοῦν δειξάτωσαν, διὰ τίνων τὸ τῆς φύσεως παρηλλαγμένον ἐπέγνωσαν. Εἰ μὲν γὰρ ἦν δυνατὸν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν θείαν φύσιν θεωρηθῆναι, καὶ τό τε οἰκείως ἔχον καὶ τὸ ἀλλοτρίως διὰ τῶν φαινομένων εὑρεῖν, οὐκ ἂν πάντως ἐδεήθημεν λόγων ἢ τεκμηρίων ἑτέρων πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου κατάληψιν· ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν ὑψηλοτέρα τῆς τῶν ζητουμένων ἐστὶ κατανοήσεως, ἐκ δὲ τεκμηρίων τινῶν περὶ τῶν διαφευγόντων τὴν γνῶσιν (5) ἡμῶν λογιζόμεθα· ἀνάγκη πᾶσα διὰ τῶν ἐνεργειῶν ἡμᾶς χειραγωγεῖσθαι πρὸς τὴν τῆς θείας φύσεως ἔρευναν. Οὐκοῦν, ἐὰν ἴδωμεν διαφερούσας ἀλλήλων τὰς ἐνεργείας τὰς παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύ-

[57] Jer. x, 11. [58] Psal. xcv, 5. [59] I Reg. xxviii, 13. [60] Num. xxii, 19 seqq.

(4) *Τῷ Σαούλ*. Sic emendamus ope codicis Mediceæ, quod prave in editis legebatur τὸν Σαούλ, *demulcens Saulem*. Videtur hunc locum admodum negligenter legisse Scultetus, dum putat animam Samuelis hoc loco evocatam dici. Unde concludit hanc sententiam pugnare cum iis quæ leguntur in commentario *in Isaiam* n. 218, ubi sic legitur: Ἡ ἐγγαστρίμυθος τῷ Σαοὺλ διὰ τῶν δαιμόνων ἀνήγγειλε τὴν μέλλουσαν ἥτταν. Δαίμονες γὰρ ἦσαν οἱ κατασχηματίζοντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ τοῦ Σαμουὴλ πρόσωπον. *Ventriloqua Sauli per dæmones enuntiavit futuram cladem. Erant enim dæmones qui induerant Samuelis personam.* Hæc profecto non pugnant cum his quæ in hac epistola leguntur. Nam Basilius non solum non dicit animam Samuelis vere apparuisse; sed etiam non obscure indicat dæmones sub animarum specie evocatos fuisse. Probat enim hoc loco Dei nomen in Scriptura ipsis etiam interdum tribui dæmoniis: atque in hunc usum adhibet pythonissæ testimonium, quæ evocatas animas deos appellavit.

(5) *Τὴν γνῶσιν*. Ita mss. sex. Editi μνήμην.

Digitized by Google

ματος ἐνεργουμένας, διαφόρους εἶναι καὶ τὰς ἐνεργούσας φύσεις ἐκ τῆς ἑτερότητος τῶν ἐνεργειῶν στοχασόμεθα (6). Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τὰ διεστῶτα κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον πρὸς τὸ τῶν ἐνεργειῶν εἶδος ἀλλήλοις συνενεχθῆναι· (7) οὔτε ψύχει τὸ πῦρ, οὔτε θερμαίνει ὁ κρύσταλλος· ἀλλὰ τῇ τῶν φύσεων διαφορᾷ συνδιαχωρίζονται ἀπ' ἀλλήλων καὶ αἱ παρὰ τούτων ἐνέργειαι. Ἐὰν δὲ μίαν νοήσωμεν τὴν (8) ἐνέργειαν Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου, ἐν μηδενὶ διαφέρουσάν τι ἢ παραλλάσσουσαν· ἀνάγκη τῇ ταυτότητι τῆς ἐνεργείας τὸ ἡνωμένον τῆς φύσεως συλλογίζεσθαι.

A se differentes esse, ex operationum diversitate conjiciemus. Neque enim fieri potest, ut quæ naturæ ratione discrepant, in forma operationum inter se consentiant : nec ignis refrigescit, nec glacies calefacit; sed cum naturarum differentia simul etiam inter se discrepant quæ ab illis fiunt operationes. Si autem unam intellexerimus et Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, nihil in ulla re differentem aut variantem; necesse est ex operationis identitate unitatem colligi naturæ.

7. Ἁγιάζει, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ φωτίζει, καὶ παρακαλεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὁμοίως ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μηδεὶς κατ' ἐξαίρετον ἀπονεμέτω τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν ἁγιαστικὴν ἐξουσίαν, ἀκούσας τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῶν μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα λέγοντος· *Πάτερ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου.* Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐνεργεῖται τοῖς ἀξίοις παρὰ τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πᾶσα χάρις καὶ δύναμις, ἡ ὁδηγία, ἡ ζωή, ἡ παράκλησις, ἡ πρὸς τὸ ἀθάνατον μεταβολή, ἡ εἰς ἐλευθερίαν μετάστασις, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶν ἀγαθὸν, ὃ μέχρις ἡμῶν (9) καταβαίνει. Ἡ δὲ ὑπὲρ ἡμᾶς οἰκονομία, ἔν τε τῇ νοητῇ κτίσει καὶ τῇ αἰσθητῇ, εἴ τι χρὴ διὰ τῶν γινωσκομένων ἡμῖν καὶ περὶ τῶν ὑπερκειμένων στοχάζεσθαι, οὐδὲ αὐτὴ τῆς τοῦ ἁγίου (10) Πνεύματος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως ἔξω καθέστηκεν, ἑκάστου κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν τε καὶ χρείαν τῆς ὠφελείας μεταλαμβάνοντος. Εἰ γὰρ καὶ ἄδηλος τῇ αἰσθήσει τῇ ἡμετέρᾳ ἡ περὶ τῶν ἄνω τῆς ἡμετέρας φύσεως διάταξίς (11) τε καὶ διοίκησις, ὅμως ἐκ τῆς ἀκολουθίας εὐλογώτερον ἄν τις σύνθοιτο διὰ τῶν ἡμῖν γνωρίμων ἐνεργὸν εἶναι καὶ ἐπ' ἐκείνων τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἢ ἀπεξενῶσθαι τῆς ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις οἰκονομίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο λέγων ψιλὴν καὶ ἀκατάσκευον τὴν βλασφημίαν προβάλλεται (12), οὐδενὶ λογισμῷ κατασκευάζων τὴν ἀτοπίαν· ὁ δὲ συντιθέμενος καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος οἰκονομεῖσθαι, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ τῷ κατὰ τὴν ἰδίαν ζωὴν ἐπερειδόμενος περὶ τούτων διισχυρίζεται. Οὐκοῦν ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου δείκνυσι σαφῶς τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον. Ὥστε, κἂν φύσιν σημαίνῃ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, κυρίως καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόζεσθαι ταύτην ἡ τῆς οὐσίας κοινότης συντίθεται.

7. Sanctificat, et vivificat, et illuminat, et consolatur, et omnia ejusmodi pariter facit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Nec quisquam præcipue tribuat Spiritui sancto potestatem sanctificandi, cum audiat Salvatorem in Evangelio de discipulis dicentem Patri : *Pater, sanctifica eos in nomine tuo* [1]. Similiter autem et reliqua omnia ex æquo peraguntur in iis qui digni sunt, a Patre et Filio, et Spiritu sancto : omnis gratia et virtus, ductus, vita, consolatio, ad immortalitatem transmutatio, transitus ad libertatem, et si quid aliud boni, quod ad nos usque pertingat. Œconomia itidem, quæ supra nos est, sive ad spiritualem sive ad sensibilem creaturam spectet, si ex iis quæ cognoscimus, etiam de iis quæ supra nos sunt conjiciendum, ne ipsa quidem citra Spiritus sancti operationem ac virtutem constituit, unoquoque pro propria dignitate et usu beneficium accipiente. Etsi enim obscura est sensui nostro eorum, quæ supra naturam nostram sunt, ordinatio et gubernatio, tamen æquius quis ex consecutione colligat per ea quæ nobis nota sunt, Spiritus virtutem in illis etiam esse efficacem, quam esse a rerum supernarum gubernatione abalienatam. Qui enim illud dicit, nudam et inconcinnam blasphemiam profert, nulla ratione absurdum commentum confirmans : qui vero confitetur ea etiam quæ supra nos sunt, cum Patre et Filio virtute Spiritus **281** regi, claro indicio ex sua ipsius vita ducto innixus, de his affirmat. Itaque operationis identitas in Patre et Filio et Spiritu sancto perspicue ostendit absolutissimam naturæ similitudinem. Quare etiamsi divinitatis nomen naturam indicet, proprie tamen appellationem illam sancto quoque Spiritui aptari, essentiæ communio demonstrat.

[1] Joan. xvii, 17.

(6) *Στοχασόμεθα.* Sic emendavimus ex Greg. Nyss. quod erat in editionibus Basilii στοχαζόμεθα.

(7) Vide Addenda.

(8) *Ἐὰν δὲ μίαν νοήσωμεν τήν.* Sic Medicæus codex cum tribus aliis et Greg. Editi Ἰδόντες οὖν ἦν.

(9) *Ἡμῶν.* Editi addunt τῶν ἀνθρώπων, quod deest in Medicæo et quatuor aliis et Greg. Nyss. lidem editi ἡμᾶς. Quinque mss. et Greg. Nyss. ut in textu.

(10) *Τοῦ ἁγίου.* Ita mss. sex et Greg. Nyss. Editi τοῦ παναγίου.

(11) *Διάταξις.* Sic emendat editio Greg. Nyss. quod legebatur in editionibus Basilii διάλεξις.

(12) *Προβάλλεται.* Ita codices mss. et Greg. Nyss. Editi προσβάλλεται.

Digitized by Google

8. Sed ignoro quo pacto ad naturæ significationem nomen divinitatis trahant, qui nihil non confingunt : quasi non audierint ex Scriptura, id quod a natura est institutione et electione non comparari. Moses enim deus institutus est Ægyptiorum, cum is, qui oraculum edebat, ita ad ipsum locutus : *Deum te dedi Pharaoni* [62]. Appellatio igitur notam potestatis cujusdam, sive inspectricis sive operatricis, præ se fert. At natura divina, in omnibus quæ excogitantur nominibus, ipsa, ut est, manet inexplicabilis; quæ nostra est doctrina. Cum enim beneficum, judicem, et bonum, et justum et reliqua alia ejusdem generis didicimus, operationum edocti sumus differentiam : sed operantis naturam nihilo magis ex operationum notione cognoscere possumus. Si quis enim definitionem reddat uniuscujusque illorum nominum, et ipsius naturæ, circa quam nomina, non eamdem utrorumque reddet definitionem. Quorum autem definitio alia, horum etiam natura diversa. Igitur aliud quidem est essentia, ad quam exprimendam nondum vox ulla inventa est : alia vero nominum ipsius significatio, quæ ex operatione aliqua aut dignitate imponuntur. Itaque nullum esse in operationibus discrimen ex nominum communione comperimus : at naturæ diversitatem nullo argumento claro deprehendimus : siquidem, ut dictum est, operationum identitas naturæ communionem significat. Sive igitur nomen est operationis divinitas; ut unam Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, ita divinitatem unam esse dicimus : sive divinitatis nomen, quæ est multorum opinio, naturam indicat; quia nulla invenitur in natura diversitas, non immerito unius divinitatis esse sanctam Trinitatem definimus.

A 8. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως ἐπὶ τὴν τῆς φύσεως ἔνδειξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν, οἱ πάντα κατασκευάζοντες, ὥσπερ οὐκ ἀκηκοότες παρὰ τῆς Γραφῆς, ὅτι χειροτονητὴ (13) φύσις οὐ γίνεται. Μωϋσῆς δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἐχειροτονήθη θεὸς, οὕτω πρὸς αὐτὸν εἰπόντος τοῦ χρηματίζοντος, ὅτι *Θεόν σε δέδωκα τῷ Φαραώ* (14). Οὐκοῦν ἐξουσίας τινὸς, εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς, ἔνδειξιν ἡ προσηγορία φέρει. Ἡ δὲ θεία φύσις ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι, καθό ἐστι, μένει ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. Εὐεργέτην γὰρ, καὶ κριτὴν, ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μαθόντες (15), ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐδιδάχθημεν· τοῦ δὲ ἐνεργοῦντος τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν κατανοήσεως ἐπιγνῶναι δυνάμεθα. Ὅταν γὰρ ἀποδῷ τις λόγον ἑκάστου τε τούτων τῶν ὀνομάτων καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδώσει λόγον. Ὧν δὲ ὁ λόγος ἕτερος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος. Οὐκοῦν ἄλλο μέν τί ἐστιν ἡ οὐσία, ἧς οὔπω λόγος (16) μηνυτὴς ἐξευρέθη· ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας εὑρίσκομεν· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς οὐδεμίαν καταλαμβάνομεν ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν· καθὼς εἴρηται, τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὑποσημαινούσης (17). Εἴτε οὖν ἐνεργείας ὄνομα ἡ θεότης, ὡς μίαν ἐνέργειαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὕτω μίαν φαμὲν εἶναι τὴν θεότητα (18)· εἴτε, κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας, φύσεως ἐνδεικτικόν ἐστι τὸ τῆς θεότητος ὄνομα· διὰ τὸ μηδεμίαν εὑρίσκειν ἐν τῇ φύσει παραλλαγὴν, οὐκ ἀπεικότως μιᾶς θεότητος τὴν ἁγίαν Τριάδα διορίζόμεθα.

B

C

[62] Exod. VII, 1.

(13) *Χειροτονητή*. Ita mss. septem. Editiones Basilii et Greg. Nyss. χειροτονία, excepta Haganoensi et Basileensi prima, quæ consentiunt cum codicibus mss. Similiter Basilius in epist. 8, num. 11, demonstrat immerito Dei titulum Pneumatomachos deferre nolle Spiritui sancto; siquidem Dei nomen ex operatione, nempe *ex eo quod posuerit omnia, vel spectet omnia*, deducitur. Si quis autem hanc epistolam, in qua diserte Spiritus sanctus appellatur Deus, idcirco Gregorio Nysseno adjudicet potius quam Basilio, quia Basilius Dei appellatione, cum de Spiritu sancto loqueretur, parcius creditur usus fuisse; hæc certe ratio levissima videri debet. Etsi enim Basilius in una aliqua oratione, nempe anno 371, cum adessent malevoli exploratores, hac voce magnis de causis abstinuit, non idcirco aliis temporibus pariter abstinuisse credendus est. Nam sæpe, ut testatur Gregorius Nazianzenus orat. 20, pag. 365, Deum Spiritum e superiore loco prædicabat, ubi per tempus licebat, et privatim interrogantibus libenter confitebatur : Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἥδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε. In libro *De Spiritu sancto* probat cap. 21, Spiritum esse Dominum ex variis Scripturæ testimoniis; Deum etiam vocari in Scripturis sic ibidem docet : Τί δὲ, ὁ θεόπνευστον τὴν Γραφὴν ὀνομάζων, διὰ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος συγγραφεῖσαν, μὴ τοῖς τοῦ καθυβρίζοντος καὶ κατασμικρύνοντος αὐτὸ προσρήμασι κέχρηται; *Quid, qui Scripturam divinitus inspiratam appellat, eo quod afflatu Spiritus scripta sit, num contumeliosis et Spiritum attenuantibus verbis utitur?*

D

(14) *Τῷ Φαραώ*. Legitur τοῦ Φαραώ in duobus codicibus, nempe Coisl. secundo et uno ex Regiis.

(15) *Μαθόντες*. Codex Medicæus μανθάνοντες.

(16) *Λόγος*. Deest ea vox in uno ex Regiis codicibus.

(17) *Ὑποσημαινούσης*. Codex Mædicæus ἐπισημαινούσης.

(18) *Τὴν θεότητα*. Legitur καὶ τὴν θεότητα in tribus codicibus non antiquissimis. Sic etiam paulo post in Regio secundo et uno ex Regiis εἴτε καὶ κατὰ τὰς τῶν πολλῶν.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙ'.

282 EPISTOLA CXC*.

Amphilochium admonet Basilius de ratione et modo episcopatus in Ecclesia Isaurorum restituendi. Tum narrat se cum Georgio collocutum esse et ad Valerium scripsisse, ut Amphilochius mandaverat. Breviter etiam de rebus Nyssenis et ae inimicorum molitionibus. Philonis de manna sententiam, et Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit : et acceptas a Sympio communionis litteras commemorat.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου. A

1. Ἀξίως τῆς σεαυτοῦ (19) ἐμμελείας καὶ σπουδῆς, ἧς ἀεὶ ἐπαινέτης εἰμὶ ἐγὼ, ἐμερίμνησας τὰ περὶ τῆς Ἐκκλησίας Ἰσαύρων (20). Ὅτι μὲν οὖν τῷ παντὶ λυσιτελέστερον ἦν εἰς πλείονας ἐπισκόπους καταδιαιρεθῆναι τὴν μέριμναν, αὐτόθεν εἶναι δῆλον καὶ τῷ τυχόντι νομίζω· οὐδὲ γὰρ τὴν σὴν σύνεσιν τοῦτο ἔλαθεν, ἀλλ' ὡς ἔχει καὶ ἐπεσημήνω καλῶς, καὶ ἐγνώρισας ἡμῖν· ἐπεὶ δὲ (21) οὐκ εὔκολον εὑρεῖν ἄνδρας ἀξίους, μήπου (22) ἕως βουλόμεθα τὸ ἐκ τοῦ πλήθους ἀξιόπιστον ἔχειν, καὶ ὑπὸ πλειόνων ἀκριβέστερον ποιεῖν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ οἰκονομεῖσθαι, λάθωμεν διὰ τὸ τῶν καλουμένων ἀδόκιμον εἰς εὐτέλειαν τὸν λόγον καταβαλόντες, ἀδιαφορίας μελέτην τοῖς λαοῖς ἐμποιεῖν; Οἶδας γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι ὁποῖοι δ' ἂν ὦσιν οἱ πρεσβεύοντες, τοιαῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (23) καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀρχομένων γίνεσθαι εἴωθεν. Ὥστε τάχα βέλτιον ἕνα τινὰ δόκιμον, εἴπερ καὶ τοῦτο ῥᾴδιον, προβαλέσθαι τῆς πόλεως προστάτην, καὶ ἐπιτρέψαι τῷ ἐκείνου κινδύνῳ οἰκονομεῖσθαι τὰ καθ' ἕκαστον· μόνον ἐὰν ᾖ τις δοῦλος Θεοῦ, ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, μὴ σκοπῶν τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν· ὃς, ἐὰν εἰδῇ ἑαυτὸν μικρότερον πρὸς τὴν φροντίδα, προσλήψεται ἐργάτας εἰς τὸν θερισμόν. Ἐὰν οὖν εὕρωμεν τοιοῦτον, ὁμολογῶ πολλῶν ἀντάξιον εἶναι τὸν ἕνα, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις λυσιτελέστερον, καὶ ἡμῖν δὲ ἀκινδυνότερον, οὕτως οἰκονομῆσαι τῶν ψυχῶν τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ ῥᾴδιον ᾖ (24), σπουδὴ γενέσθω ἡμῖν πρότερον (25) ταῖς μικροπολιτείαις ἤτοι C μικροκωμίαις ταῖς ἐκ παλαιοῦ ἐπισκόπων θρόνον ἐχούσαις δοῦναι τοὺς προϊσταμένους· καὶ τότε τὸν τῆς πόλεως ἀναστήσομεν (26), μήποτε ἐμπόδιον ἡμῖν πρὸς τὴν μετὰ ταῦτα οἰκονομίαν γένηται ὁ προβαλλόμενος (27), καὶ εὐθὺς ἀρξώμεθα ἡμεῖς τοῖς οἴκοι πολεμεῖν, διὰ τὸ πλειόνων βούλεσθαι ἄρχειν· καὶ μὴ καταδέχηται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων. Ἐὰν

Amphilochio, episcopo Iconii.

1. Prout dignum erat tua concinnitate ac diligentia, cujus semper ego laudator, curasti res Ecclesiæ Isaurorum. Illud autem universis utilius esse, ut in plures episcopos dividatur sollicitudo, sua sponte manifestum cuique esse arbitror. Neque enim tuam hoc prudentiam latet : sed quomodo res se habeat et recte observasti, et nobis significasti. Sed quia non facile est reperire qui digni sint, annon forte, dum volumus ex multitudine auctoritatem habere, ac perficere, ut Dei Ecclesia a pluribus accuratius gubernetur; imprudentes doctrinam ob eorum, qui vocati fuerint, indignitatem in contemptum adducentes, indifferentiæ populos assuefaciemus? Nam et ipse B nosti, quales sint qui præsunt, tales plerumque et eorum qui parent mores esse solere. Quamobrem forte satius esset unum aliquem probatum et spectatum, si et id facile fieri potest, præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda : tantum Dei servus sit, operarius non prave pudens, non suis, sed multorum attentus commodis, ut salutem adipiscantur : qui si se ipse noverit imparem sollicitudini, adjunget sibi operarios ad messem. Si quem ergo ejusmodi inveniamus, fateor multorum instar unum esse, ac Ecclesiis utilius esse et nobis tutius, sic animarum curam dispensare. Quod si id non facile, demus primum operam, ut parvis civitatibus sive parvis pagis jam olim episcopalem sedem habentibus demus præpositos; ac tum demum civitatis restituemus episcopum, ne forte nobis ad futuram deinceps œconomiam obstet, qui ordinatus fuerit, ac statim incipiamus bello domestico laborare, dum pluribus præesse vult, nec consentit ordinationi episcoporum. Quod si hoc grave fuerit, nec per tempus liceat, id tua prudentia faciendum

(19) *Τῆς σεαυτοῦ.* Editio secunda Parisiensis et nonnulli mss. τῆς ἑαυτοῦ.

(20) *Ἰσαύρων.* Hoc negotium diu protractum est; nam Basilius anno 375 in Pisidiam profectus, ut episcopos, cum Amphilochio hæc de causa congregatos, consilio ac sententia sua juvaret. Ipse testatur in epist. 216, venisse se in Pisidiam, ut cum episcopis illius provinciæ ea constitueret, *quæ ad fratres Isauriæ spectant*, τὰ κατὰ τοὺς ἐν τῇ D Ἰσαυρίᾳ ἀδελφούς. Existimat Tillemontius non de Isauriæ provincia hic agi, sed tantum de civitate, quæ Isaurus dicebatur. Unde varias in conjecturas fertur : vel enim legendum esse putat ἐν τῇ Ἰσαύρᾳ, vel Isauriæ nomine hanc civitatem vocatam fuisse, ut in Testamento S. Gregorii Nazianzeni appellatur : vel denique Amphilochium hanc urbem in Isauriæ provincia collocare, quamvis attributa aliæ provinciæ esset : quemadmodum etiam Iconium in Pisidia collocat. Libenter amplecterer doctissimi viri opinionem, nisi me deterrerent hæc epistolæ verba, *ut Isaurorum episcopo suus circumscribatur circulus, eo quod nonnullos vicinos ordinet.* Ex his enim perspicitur non de solo urbis episcopo, non de vicinis tantum episcopis, quos ille ordinabat, sed de pluribus aliis deliberationem fuisse.

(21) *Ἐπεὶ δέ.* Sic Reg. secundus et Coisl. secundus. Claromontanus ἐπειδὴ δέ. Editi ἐπειδή.

(22) *Μήπου.* Editi μήπω, quod emendavimus ope Coisl. primi.

(23) *Ἐπὶ τὸ πολύ.* Nonnulli codices recentiores ἐπὶ πολύ.

(24) *Ῥᾴδιον ᾖ.* Sic emendavimus ope Reg. secundi et Coisl. secundi quod prave in editis legebatur ῥᾴδιον, ἡ σπουδή.

(25) Vide Addenda.

(26) *Ἀναστήσομεν.* Coisl. primus ἀναστήσωμεν.

(27) *Ὁ προβαλλόμενος.* Duo mss. ὁ προβεβλημένος. Mox Coisl. secundus et Reg. secundus τοὺς οἴκοι. Ibidem malim καταδέχεσθαι.

* Alias CCCCVI Scripta anno 374.

Digitized by Google

curet, ut circumscribatur Isaurorum episcopo suus circulus, eo quod vicinos quosdam ordinet. Reliquum autem **283** nobis reservatum erit, ut reliquis omnibus episcopos demus, quos maxime idoneos ipsi judicaverimus multo examine præmisso.

2. Georgium, ut pietas tua jussit, percontati sumus: respondit autem ea quæ tua etiam religio retulit; sed de his rebus necesse est quieto animo simus, curam domus in Dominum projicientes. Confido enim Deo sancto, daturum illum intelligentiam, ut alio modo liberemur a necessitatibus, et vacuam molestiis vitam consequamur. Hoc certe si visum non fuerit, ipse digneris ad me commentarium mittere, de qua oporteat dignitate curam impendere, ut hoc beneficium a potentioribus quibusque amicis aggrediamur exposcere, sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Dominus nobis faverit. Scripsi, ut præcepisti, ad fratrem Valerium. Res Nyssenæ eo in statu sunt, in quo erant a te relictæ, et ope tuarum precum cedunt in melius. Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt, alii quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, inde exspectantes rumorem. Potest autem Dominus tum horum spem frustrari, tum illorum reditum irritum reddere.

3. Manna Philo explicans ait, velut ex traditione quadam Judaica eductus, illius qualitatem esse ejusmodi, ut pro comedentis desiderio mutaretur; ac per se quidem esse tanquam milium melli incoctum; nunc autem panis, nunc carnis vicem explere: carnis autem, vel volatilium vel terrestrium animalium: modo etiam olerum saporem referre, idque pro uniuscujusque desiderio: piscium itidem, adeo ut proprietas qualitatis uniuscujusque

δὲ τοῦτο βαρὺ ᾖ, καὶ ὁ χρόνος μὴ ἐπιτρέπῃ, ἐκεῖνο σπουδασάτω ἡ σὴ σύνεσις, τοῦ ποιῆσαι περιγράψαι τῷ Ἰσαύρων (28) τὸν ἴδιον κύκλον, διὰ τὸ χειροτονῆσαι αὐτὸν προσοίκους τινάς. Τὸ δὲ ἐφεξῆς ἡμῖν ὑπάρξει τεταμιευμένον, εἰς τὸ κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν δοῦναι πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἐπισκόπους, οὓς ἂν κυριωτέρους (29) εἶναι κρίνωμεν αὐτοὶ, διὰ παλλῆς ἐξετάσεως δοκιμάσαντες.

2. Ἠρωτήσαμεν Γεώργιον, ὡς ἐκέλευσεν ἡ θεοσεβειά σου, καὶ εἶπεν ἃ καὶ ἡ σὴ εὐλάβεια ἀνήνεγκεν. ἐφ' οἷς ἀνάγκη ἡμᾶς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, ἐπιῤῥίψαντας ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν τοῦ οἴκου. Πιστεύω γὰρ τῷ ἁγίῳ Θεῷ, ὅτι δώσει σὺν ἡμῖν (30), πρὸς τὸ ἑτέρῳ τρόπῳ ἐξελέσθαι τῶν ἀναγκῶν, καὶ ἡμῖν ἄλυπον (31) τὴν ζωὴν προξενῆσαι. Ἐὰν οὖν οὐ δοκῇ (32) τοῦτο, αὐτὸς καταξίωσον ὑπομνηστικόν μοι ἀποστεῖλαι, περὶ τίνος χρὴ ἀξιώματος σπουδὴν εἰσενέγκασθαι, ἵνα ἀρξώμεθα αἰτεῖν ἕκαστον τῶν ἐν δυνάμει φίλων τὴν χάριν ταύτην, εἴτε προῖκα, εἴτε καὶ μετρίου τιμήματος, ὡς ἂν ἡμᾶς Κύριος εὐοδώσῃ. Ἐπέστειλα τῷ ἀδελφῷ Οὐαλερίῳ (33), ὡς προσέταξας. Τὰ Νύσσης πράγματα ὁμοιά ἐστι τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας καταλειφθεῖσι (34), καὶ προκόπτει ἐπὶ τὸ βέλτιον τῇ συνεργίᾳ τῶν σῶν προσευχῶν. Οἱ μέντοι τότε ἀπορῥαγέντες ἡμῶν, οἱ μὲν ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, οἱ δὲ μένουσι, (35) τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένοντες φήμην. Δυνατὸς δὲ ὁ Κύριος καὶ τούτων ματαιῶσαι τὰς ἐλπίδας, κἀκείνοις ἄπρακτον τὴν ἐπάνοδον ποιῆσαι.

3. Τὸ μάννα ὁ Φίλων ἑρμηνεύων ἔφη, ὥσπερ ἐκ παραδόσεώς τινος Ἰουδαϊκῆς δεδιδαγμένος, τοιαύτην αὐτοῦ εἶναι τὴν ποιότητα, ὥστε κατὰ τὴν φαντασίαν τοῦ ἐσθίοντος μετακίρνασθαι· καὶ εἶναι μὲν καθ' ἑαυτὸ οἷονεὶ κέγχρον ἐψημένον (36) ἐν μέλιτι, παρέχειν δὲ νῦν μὲν ἄρτου, νῦν δὲ κρέως· καὶ κρέως τοιοῦδε, ἢ πετεινοῦ ἢ χερσαίου· νῦν δὲ λαχάνου, καὶ λαχάνου τοῦ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστου· καὶ ἰχθύος, ὡς τὸ ἰδίωμα τῆς καθ' ἕκαστον γένος ποιότητος ἀκριβῶς

(28) *Τῷ Ἰσαύρων.* Ita Reg. secundus et Coisl. secundus. Editi τῷ Ἰσαύρῳ. Videtur Amphilochius hoc Basilii consilium secutus esse, id est, Isaurorum episcopo suum circulum circumscripsisse, ac sibi jus episcopatus in aliis civitatibus restituendi retinuisse. Nam cum Macedonius præcipuæ civitati præesset, ut perspicitur ex initio epistolæ tertiæ canonicæ; cumque alia superessent oppida episcopo destituta; Basilius, qui unum aliquem e suo clero promiserat, nec eum morbo debilitatum et imparem episcopalibus muniis factum mittere poterat, auctor est Amphilochio in eadem epistola canonica, ut aliquem ex recens baptizatis, *sive Macedonio videatur, sive non*, episcopum constituat.

(29) *Κυριωτέρους.* Quamvis ita habeant omnes mss. codices, vix tamen dubium quin legendum sit καιριωτέρους, atque hanc lectionem in interpretando secutus sum.

(30) *Δώσει σὺν ἡμῖν.* Nullus ex his verbis sensus eruetur, nisi legamus δώσει σύνεσιν. Ibidem editi πρὸς τῷ, quod emendavimus ope Coisl. secundi. Paulo post vocem Κύριος addidimus ex codice Medicæo. Videtur autem illa dignitas, quam se amici alicujus causa petiturum promittit Basilius, non administratio aliqua fuisse, sed tantum codicillaria dignitas. Hoc enim consilio hanc dignitatem petere statuerat, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Porro in hunc usum impetrari solebant codicilli, ut curia, vel saltem duumviratus et civitatis cura vitarentur. Pretio autem impetratos non modo nulla immunitas, sed etiam multa sequebatur, ut perspicitur ex *Cod. Theod.* lib. VI, tit. 22. Sic enim habet lex secunda imperatoris Constantii: *Ab honoribus mercandis per suffragia, vel qualibet ambitione quærendis, certa multa prohibuit: cui addimus, ut quicunque fugientes obsequia curiarum, umbras et nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa præterita inlatione auri, qua perpetua lege constricti sunt.* Unde miror Basilium ab hac via tentanda non omnino alienum fuisse. Sed forte hæ leges non admodum accurate servabantur sub Valente.

(31) *Ἄλυπον.* Sic ope codicum mss. emendavimus. Male in editis ἄλυτον.

(32) *Οὐ δοκῇ.* Coisl. secundus δοκεῖ.

(33) *Οὐαλερίῳ.* Coisl. secundus Οὐαλλερίῳ.

(34) *Καταλειφθεῖσι.* Coisl. primus καταληφθεῖσι, *in eo statu, in quo erant a te inventa.*

(35) Vide Addenda.

(36) *Ἐψημένον.* Nonnulli codices ἐψημένην

Digitized by Google

ἐν τῇ γεύσει τοῦ ἐσθίοντος διασώζεσθαι. Ἅρματα ἀναβάτας τριστάτας ἔχοντα οἶδεν ἡ Γραφή, διὰ τὸ τῶν λοιπῶν ἁρμάτων δύο εἶναι τοὺς ἐπιβάτας, τόν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὁπλίτην· τὰ δὲ τοῦ Φαραὼ δύο μὲν εἶχε τοὺς πολεμοῦντας, ἕνα δὲ τὸν τὰς ἡνίας τῶν ἵππων ἔχοντα. Σύμπιος ἡμῖν ἐπέστειλε θεραπευτικὴν ἐπιστολὴν καὶ κοινωνικήν, ᾧ ἡμεῖς ἀντιγράψαντες ἐπέμψαμεν τῇ εὐλαβείᾳ σου τὰ γράμματα, ἵνα ἄγαν ἐγκρίνας κελεύσῃς αὐτῷ ἀποσταλῆναι, δηλονότι μετὰ προσθήκης καὶ σῶν γραμμάτων. Ἐρρωμένος, εὔθυμος ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῇ τοῦ Ἁγίου φιλανθρωπίᾳ.

A speciei in comedentis gustu omnino servaretur. Currus qui sessores tres haberent, agnovit Scriptura, siquidem reliquorum curruum sessores duo erant, auriga et miles armatus : Pharaonis autem currus bellatores duos habebant, et unum equorum habenas tenentem. Scripsit mihi Sympius epistolam officii et communionis causa, cui ego rescribens, litteras meas ad tuam pietatem misi, ut diligenter probatas ad illum jubeas transmitti, additis videlicet et tuis ipsius litteris. Valens, in Domino hilaris, pro me precans, serveris mihi et Dei Ecclesiæ, per sancti misericordiam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΑ'.

284 EPISTOLA CXCI*.

Gratias agit Basilius cuidam episcopo, qui prior scripserat; eumque hortatur, ut ipso agente cum vicinis episcopis locus et tempus synodi indicentur, ad pristinam communionem, quam variæ suspiciones interruperant, tandem aliquando inter remotas Ecclesias instaurandam.

Ἀμφιλοχίῳ (37), ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, episcopo Iconii.

B Ἐντυχόντες τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας σου, πολλὴν τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἔσχομεν, ὅτι ἀρχαίας ἀγάπης ἴχνη εὕρομεν ἐν τοῖς ῥήμασι τῆς ἐπιστολῆς· ὃς γε οὐκ ἔπαθες τὸ τῶν πολλῶν, οὐδὲ φιλονείκως ἔσχες πρὸς τὸ μὴ καὶ αὐτὸς κατάρξαι τῆς ἀγαπητικῆς ὁμιλίας· ἀλλ' ὡς πεπαιδευμένος τὸ ἐκ ταπεινοφροσύνης μεγαλεῖον περιγινόμενον τοῖς ἁγίοις, οὕτως εἶλου διὰ τῶν δευτερείων ἔμπροσθεν ἡμῶν ἀποφανθῆναι. Καὶ γὰρ οὗτος νόμος τῆς ἐν Χριστιανοῖς νίκης, καὶ ὁ ἔλαττον ἔχειν καταδεξάμενος στεφανοῦται. Ἵνα οὖν μὴ ἀπολειφθῶμεν τοῦ ἀγαθοῦ ζήλου, ἰδοὺ καὶ αὐτοὶ ἀντιφθεγγόμεθά σου τὴν σεμνότητα, καὶ δείκνυμεν τὴν προαίρεσιν ἡμῶν, ὅτι, Θεοῦ χάριτι τῆς κατὰ τὴν πίστιν συμφωνίας ἐρρωμένης ἡμῖν (38), C οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ ἐμποδίζον πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς ἐκλήθημεν ἐν μιᾷ ἐλπίδι διὰ τῆς κλήσεως. Τῆς οὖν σῆς ἐστιν ἀγάπης τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ τὰ ἑφεξῆς ἀποδοῦναι, συστατεῖν (39) μὲν περὶ σεαυτὸν τοὺς ὁμοψύχους, δηλῶσαι δὲ καὶ χρόνον καὶ τόπον τῆς συντυχίας, ἵνα οὕτω, τῇ

Lectis litteris pietatis tuæ, plurimas Deo gratias egi, quod antiquæ charitatis vestigia invenirem in verbis epistolæ; siquidem non quo plerique morbo laborasti, neque illud pertinaciter tenuisti, ne ipse inceptor esses amici colloquii : sed ut edoctus quam magnifica ex humilitate merces sanctis eveniat, ita elegisti secundas tenendo, prior me inveniri. Hæc enim lex est Christianæ victoriæ, et qui minus habere non recusat, coronatur. Ne igitur desimus bono studio, ecce et nos gravitatem tuam resalutamus, et quid nobis sit sententiæ demonstramus : nempe firmato inter nos, Dei gratia, in fide consensu, nihil esse quod impediat, quominus simus unum corpus et unus spiritus, sicut vocati sumus in una spe per vocationem. Itaque charitatis tuæ est, bono initio et quæ consequuntur adjicere, unanimes tuos tecum conjungere, ac tempus et locum congressus indicare, ut sic, Dei gratia nos invicem excipientes, ad priscam dilectionis formam Ecclesias gubernemus; fratres ex

(37) Ἀμφιλοχίῳ. Codices omnes, editi et mss., hanc epistolam inscribunt Amphilochio : sed luce clarius est ad eum scriptam non fuisse : nec difficile est conjicere ad illum episcopum datam fuisse, de quo mentio facta in epistola præcedenti. Suspicatur Tillemontius hanc epistolam scriptam esse ad aliquem ex Lyciæ episcopis, de quibus agit Basilius in epistola 218. Cum enim audiisset hos episcopos ab Arianis alienos esse, et ipsius communionem amplecti velle; scripsit Amphilochio, cumque hortatus est, ut illorum animos periclitaretur. Inde conjicit Tillemontius aliquem ex illis episcopis, accepta Amphilochii epistola, ad Basilium scripsisse. Sed tempus non quadrat. Cum enim verisimillimum sit hanc epistolam in præcedenti indicari et designari; cumque epistola 218, in qua de episcopis Lyciæ agitur, anno 375 scripta sit post reditum ex Ponto; necesse est hoc loco aliud negotium, ac alios, quam Lyciæ, episcopos intelligere. Deinde vero, ut observat idem doctissimus scriptor, videtur episcopus, cui scribit Basilius, metropolitanus fuisse; siquidem rogat Basilius ut unanimes suos consocieț, ac locum et tempus conveniendi designet. At episcopus Myræ, qui Lyciæ metropolitanus erat, non recensetur inter eos qui Basilii communionem appetebant : sed tribus ejusdem urbis presbyteris hæc laus tribuitur, quod argumento est episcopum male audiisse. Longe ergo probabilior alia Tillemontii conjectura, hanc epistolam inscribi Sympio, de quo in epist. præcedenti, sive Symposio Seleuciæ episcopo, qui concilio Constantinopolitano interfuit anno 381. Hæc sententia confirmatur ex epist. 204, in qua Basilius Isauros enumerat inter suos communicatores. Porro nemo non videt facile fuisse librariis D in his Sympii et Symposii vocibus errare. Quæcunque autem statuatur opinio, facile perspicitur gravissimum esse in titulo epistolæ erratum. Neque enim de reconciliatione Basilius agere potuit cum Amphilochio, cum inter utrumque semper exstiterit arctissima conjunctio.

(38) Ἡμῖν. Quamvis in quatuor veteribus libris legatur ὑμῖν, magis tamen arridet scriptura codicum Coisl. primi et Med. qui cum editis consentiunt. In Harlæano autem non exstat hæc epistola. Paulo post idem Coisl. primus ἐλπίδι τῆς πίστεως· Medicæus ἐλπίδι τῆς κλήσεως.

(39) Συστατεῖν. Codices tres non antiquissimi συντάττειν.

* Alias CCCXCVIII. Scripta anno 374.

Digitized by Google

utraque parte venientes tanquam propria membra suscipiendo, tanquam ad amicos mittendo, et rursus tanquam ab amicis excipiendo. Hæc enim erat olim Ecclesiæ gloria, ut ab orbis termino ad terminum brevibus tesseris, veluti viatico instructi fratres ex unaquaque Ecclesia patres ac fratres omnes invenirent; quod ipsum cum aliis nunc hostis Ecclesiarum Christi de nobis prædatus est, ac singulis civitatibus circumscribimur, et unusquisque proximum suspectum habemus. Et **285** quid aliud dicam, nisi charitatem nostram refrixisse, qua sola Dominus noster suos discipulos dixit, veluti propria nota, dignosci? Ac prius quidem, si videbitur, ipsi vos ipsos mutuo cognoscite, ut sciamus quibuscum nobis futura sit consensio. Atque hoc pacto consensu uno locum aliquem utrisque commodum, tempusque itineri faciendo idoneum eligentes, alii ad alios convolabimus, nosque in via diriget Dominus. Valeas, lætusque sis ac preceris pro me, mihique Sancti benignitate doneris.

τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀπολαβόντες ἀλλήλους, τῷ ἀρχαίᾳ εἴδει τῆς ἀγάπης τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομήσωμεν· τοὺς παρ' ἑκατέρου μέρους βαδίζοντας τῶν ἀδελφῶν ὡς ἴδια μέλη προσιέμενοι, προπέμποντες ὡς ἐπὶ οἰκείους, καὶ ὑποδεχόμενοι (40) πάλιν ὡς παρ' οἰκείων. Τοῦτο γὰρ ἦν ποτε τῆς Ἐκκλησίας τὸ καύχημα, ὅτι ἀπὸ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ πέρατα μικροῖς συμβόλοις (41) ἐφοδιαζόμενοι οἱ ἐξ ἑκάστης Ἐκκλησίας ἀδελφοὶ πάντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς εὗρισκον· ὃ νῦν μετὰ τῶν ἄλλων ἀφῄρηται ἡμῶν ὁ ἐχθρὸς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ πόλεις περιγεγράμμεθα, καὶ ἕκαστος δι' ὑποψίας ἔχομεν τὸν πλησίον. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐφύξαμεν τὴν ἀγάπην, ἀφ' ἧς μόνης τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπε χαρακτηρίζεσθαι; Καὶ εἰ δοκεῖ, πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτούς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία. Καὶ οὕτως ἐκ κοινῆς συγκαταθέσεως τόπον τινὰ τοῖς ἀμφοτέροις (42) ἀνεπαχθῆ, καὶ χρόνον ταῖς ὁδοιπορίαις πρέποντα ἐκλεξάμενοι, δραμούμεθα παρ' ἀλλήλοις, καὶ ὁ Κύριος ἡμᾶς κατευοδώσει. Ἐρρωμένος καὶ εὔθυμος εἶης, ὑπερευχόμενός μου, καὶ χαρισθείης μοι τῇ τοῦ Ἁγίου (43) φιλανθρωπίᾳ.

EPISTOLA CXCII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙϚΒ'.

Cum Sophronius petenti aliquid Basilio ita annuisset, ut seipse duplex beneficium accepisse diceret, nempe litteras Basilii et occasionem bene de eo merendi, Basilius gratias agit in hac epistola, sibique rem eo gratiorem fuisse significat, quod a Sophronio proficisceretur.

Sophronio magistro.

Si ipse duplex accepisti beneficium, quemadmodum mihi immensa quadam bene faciendi voluntate scripsisti, unum, quod acceperis litteras, alterum, quod tuam meo usui operam navaveris; quantam existimandum est me habere gratiam, qui et litteras suavissimæ tuæ vocis legi, et id quod

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.

Εἰ αὐτὸς διπλῆν ἔλαβες χάριν, ὡς αὐτὸς τῇ ἀνυπερβλήτῳ προθυμίᾳ περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔργα ἐπέστειλας ἡμῖν, μίαν μὲν τῷ δέξασθαι (44) γράμματα, δευτέραν δὲ τῷ ὑπουργῆσαι τῇ χρείᾳ ἡμῶν· πόσην τινὰ χρὴ νομίζειν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν, γράμμασί τε τῆς ἡδίστης φωνῆς ἐντυχόντας, καὶ τὴν ἐπιζητηθεῖσαν

* Alias CCCXXIX. Scripta anno 374.

(40) *Ὑποδεχόμενοι.* Ita septem mss. Editi ἀποδεχόμενοι.

(41) *Συμβόλοις.* Sic Coisl. primus et Med. Editi συμβολαίοις. Ad auctoritatem vetustissimorum codicum accedit ipsius Basilii testimonium, qui eadem voce utitur in loco simillimo ex epistola 203, in qua sic loquitur: Ἡμεῖς δὲ, ἐκείνων ὄντες τῶν πατέρων, οἳ ἐνομοθέτησαν διὰ μικρῶν χαρακτήρων τὰ τῆς ἐπιμιξίας σύμβολα ἀπὸ περάτων τῆς γῆς εἰς πέρατα περιῳέρεσθαι, καὶ πάντας πᾶσι πολίτας καὶ οἰκείους εἶναι, νῦν ἀποτέμνομεν ἑαυτοὺς τῆς οἰκουμένης, καὶ οὔτε ἐπαισχυνόμεθα τῇ μονώσει, οὔτε ζημίαν φέρειν τὸν διασπασμὸν τῆς ὁμονοίας τιθέμεθα, οὔτε φρίσσομεν, ὅτι εἰς ἡμᾶς φθάνει ἡ φοβερὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητεία, εἰπόντος, etc.: *Nos autem, qui filii sumus illorum patrum, qui legem tulerunt, ut brevibus notis commercii signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, ac omnes omnibus cives et propinqui essent, nunc abscindimus nosmetipsos ab orbe terrarum, neque nos pudet solitudinis, nec damnum ferre dissolutionem concordiæ ducimus; neque horrescimus, quod ad nos pervenerit terribilis Domini nostri prophetia dicentis*, etc. Sæpe alias Basilius luctuosa tempora deplorat. Sed tamen cum dissolutionem concordiæ in allato testimonio describit, vel, cum ait infra in hac epistola, *singulis civitatibus circumscribimur*, non de se ipso loquitur, sed aliorum mala deflet, ut sua propria. Quanto enim studio arserit fovendæ cum omnibus communionis, perspici potest, tum ex lætitia, quam ei litteræ ab Ecclesiis remotis scriptæ afferebant, tum ex iis quæ scripsit et gessit, ut maritimos episcopos, Neocæsarienses, Lyciæ Ecclesias sibi charitate devinciret. Testatur in epistola 204, secum communicare Pisidas, Lycaones, Isauros, Phryges, Armenos Neocæsariensibus vicinos, Macedones, Achæos, Illyrios, Gallos, Hispanos, totam simul Italiam, Siculos, Afros, et quidquid sani in Ægypto et Syria supererat.

(42) *Τοῖς ἀμφοτέροις.* Ita Coisl. primus et Med. Editi τὸν ἀμφοτέρους. Paulo post editi παρ' ἀλλήλους. Uterque Coisl. et plures alii ut in textu. Utrum ad effectum perducta fuerint, quæ hic proponuntur a Basilio, nullo cognoscimus monumento. Semel eum in Pisidiam, nempe anno 375, venisse et cum Amphilochio ac vicinis episcopis consiliatum esse scimus. Sed ante hoc tempus jam Isauros inter communicatores suos enumeraverat in epist. 204, ex quo conjicimus Basilium, etiamsi cum his episcopis non convenerit, pacem cum illis et communionem per litteras redintegrasse. Præterquamquod nulla necessitas erat conveniendi, cum tota res per litteras confici posset; forte congressum anni tempestas et Basilii morbi interpellarunt.

(43) *Τοῦ ἁγίου.* Editi addunt Θεοῦ. Sed ea vox deest in codicibus Med. et Coisl. utroque et tribus aliis.

(44) *Τῷ δέξασθαι.* Legitur τό in utroque Coisl. et Reg. secundo, et paulo post τὸ ὑπουργῆσαι

Digitized by Google

χρείαν τοσουτῳ ταχει πληρωθεῖσαν ὁρῶντας! Ὥστε, ἡδέως δεξάμενοι τὸ ἀποσταλὲν (45) διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ φύσιν, πολλῷ ἥδιον αὐτὸ προσηκάμεθα τ�ῳ σὲ εἶναι τὸν τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ προεστῶτα. Παράσχοι δὲ ἡμῖν ὁ Κύριος ἰδεῖν σε ἐν τάχει, ὥστε ἀπὸ γλώττης ὁμολογῆσαι τὴν χάριν, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαῦσαι.

A expetebam tam celeriter confectum vidi! Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit: sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepi, quod tu rei illius conficiendæ exstiteris dux et auctor. Det autem nobis Dominus te cito videre, ut lingua gratias referamus, omnibusque simul bonis tuis perfruamur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΓ'.

EPISTOLA CXCIII*.

Peracute Basilius sese cum gruibus comparat. Quominus se ad solitudinem Meletii conferret, tum negotiorum exteriorum occupationibus detentus fuerat, tum vehementibus ac continuis febribus, quæ illum ita debilitaverant, ut aranea infirmior videretur. Venturum se ad Meletium promittit verno tempore, si Dei ope ex hoc morbo evaserit.

Μελετίῳ ἀρχιάτρῳ (46).

Ἡμῖν (47) οὐδ' ὅσον ταῖς γεράνοις ὑπάρχει τὰ δυσχερῆ τοῦ χειμῶνος διαφυγεῖν· ἀλλ' ἕνεκα μὲν τοῦ προϊδέσθαι τὸ μέλλον, οὐδὲν ἴσως τῶν γεράνων χείρους (48) ἐσμέν· τῷ δὲ κατὰ τὸν βίον αὐτεξουσίῳ τοσοῦτον τῶν ὀρνίθων ἀπολειπανόμεθα, ὅσον καὶ τοῦ πέτεσθαι δύνασθαι, μικροῦ δεῖν. Πρῶτον μὲν γάρ με ἀσχολίαι τινὲς τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων ἐπέσχον (49)· ἔπειτα δὲ πυρετοὶ συνεχεῖς καὶ λάβροι οὕτω μου τὸ σῶμα κατεδαπάνησαν, ὥστε ἐφάνη τι καὶ ἐμοῦ λεπτότερον, αὐτὸς ἐγὼ ἐμαυτοῦ· εἶτα τεταρταίων προσβολαὶ πρὸς πλεῖον ἢ εἴκοσι διαρκέσασαι κύκλους. Νυνὶ δὲ, ὅτε δοκῶ τῶν πυρετῶν ἀπηλλάχθαι, οὕτως ὑπὸ τῆς ἀδυναμίας διάκειμαι, ὥστε μηδὲν ἐν τούτῳ ἀποδεῖν ἀραχνίου. Ὅθεν μοι πᾶσα μὲν ὁδὸς ἄβατος, πᾶσα δὲ πνεύματος προσβολὴ πλείονα φέρει τὸν κίνδυνον ἢ αἱ τρικυμίαι τοῖς πλέουσιν. Ἀνάγκη τοίνυν ὑπὸ δωματίῳ κεκρύφθαι, καὶ ἀναμένειν τὸ ἔαρ, ἐάνπερ διαρκέσαι πρὸς αὐτὸ δυνηθῶμεν, ἀλλὰ μὴ προδιαμάρτοιμεν (50) ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ τοῖς σπλάγχνοις ἐνιδρυμένου. Ἐὰν δὲ διασώσῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος τῇ μεγάλῃ αὐτοῦ χειρὶ, ἀσμενέστατα μὲν τὴν ἐσχατιὰν ὑμῶν καταληψόμεθα· ἀσμενέστατα δὲ σὲ τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλὴν περιπτυξόμεθα. Μόνον εὔχου πρὸς τὸ συμφέρον τῇ ψυχῇ τὴν ζωὴν ἡμῶν οἰκονομεῖσθαι.

Meletio archiatro.

Nobis ne quantum quidem gruibus licet hiemis incommoda effugere; sed quantum quidem ad futuri prænotionem attinet, nihil forte deteriores gruibus sumus; quod vero ad vitæ libertatem spectat, tanto fere ab avibus distamus, quanto a volandi facultate. Primum quidem occupationes me nonnullæ negotiorum exteriorum detinuerunt deinde continuæ ac vehementes febres corpus meum usque adeo consumpserunt, ut visum sit aliquid etiam me tenuius, ego videlicet meipso. Præterea quartanarum accessus ultra viginti **286** vices perstiterunt. Nunc autem cum a febribus liber esse videor, ita sum debilis, ut nihil in hoc ab aranea differam. Unde mihi omne iter impervium, et quilibet auræ impulsus periculosior, quam fluctus decumani navigantibus. Necesse est ergo domi latitare, et tempus vernum exspectare, si modo eo usque perdurare possim, nec prius spe excidam ob morbum visceribus insidentem. Quod si me Dominus magna sua manu servaverit, libentissime me conferam ad vestram solitudinem: libentissime te charum mihi caput amplectar. Tantum roga, ut de mea vita, prout animæ meæ conducit, statuatur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΔ'.

EPISTOLA CXCIV**.

Zoili litteris respondet Basilius, hortatur ut sæpe scribat. Morbi sui magnitudinem exprimi non posse dicit; sed vires a Deo exspectat ad patienter ferendum.

Ζωΐλῳ.

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, προλαμβάνων ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς ταπεινώσεως μέτρον; ὃς γε, τοιοῦτος ὢν τὴν παίδευσιν, καὶ οὕτως εἰδὼς ἐπιστέλλειν, ὡς δηλοῖ τὰ γράμματα, ὅμως ἀξιοῖς, ὡς ἐπὶ τολμηροτέρᾳ

Zoilo

Quid agis, vir egregie, prævertens me humilitatis modo? qui cum tanta sis ornatus eruditione, ac scribendi adeo peritus, ut litteræ demonstrant, tamen postulas, ut in audaciore quodam conatu

(45) *Τὸ ἀποσταλέν.* Manifesta est necessitudo hujus epistolæ cum centesima nonagesima. Promiserat Basilius se apud potentiores amicos acturum, si ita Amphilochio videretur, et dignitatem aliquam petiturum, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Observavimus hanc dignitatem non in aliqua administratione, sed in codicillis positam fuisse. Quod ergo tam celeriter confectum misit Sophronius magister officiorum, nihil aliud videtur esse, quam codicillaria aliqua dignitas. Id autem pretio impetratum fuisse, nec Sophronii liberalitas patitur suspicari, nec scriptæ ab eo ad Basilium perhonorifice litteræ.

(46) *Ἀρχιάτρῳ.* Medicæus codex et duo alii recentiores ἀρχιήτρῳ. Regius primus et Bigot. ἰατρῷ.

(47) *Ἡμῖν.* Coisl. primus et Harl. Ἡμῖν δέ.

(48) *Χείρους.* Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(49) *Ἐπέσχον.* Ita tres vetustissimi codices. Editi κατέσχον. Paulo post iidem codices cum tribus aliis οὕτω μου. Editi οὕτως μου.

(50) *Προδιαμάρτοιμεν.* Non male Vaticanus codex et ad marginem Claromontanus προδιαρπασθῶμεν, *nisi prius abripiar morbo visceribus insidente.* Nihil tamen mutandum duximus, quia vulgata scriptura nec sua sponte vitiosa est, et pluribus antiquis codicibus nititur.

* Alias CCCLXIX. Scripta anno 375.

** Alias CCCLXVIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

et meritis tuis majore, veniam tibi a nobis dari. Verum prætermissa hac ironia, scribe nobis ad omnem occasionem. Sive enim eloquentiæ non sum expers, eloquentis viri litteras libentissime legam : sive quantum sit charitatis bonum, e Scriptura didici, maximo prorsus in pretio est hominis me diligentis colloquium. Utinam autem perscribas quæ tibi precor bona, corporis valetudinem, ac domus totius prosperitatem ! Jam quod ad res nostras spectat, scito eas solito non esse tolerabiliores. Satis autem erit hoc dicere, ut tibi corporis nostri infirmitas demonstretur. Nam morbi nunc detinentis magnitudinem, nec verbis demonstrare facile, nec re persuadere : siquidem iis quæ noveras, majus quidpiam a nobis ad infirmitatem inventum est. Jam Dei boni opus est vires mihi sufficere, ut patienter feram inflictas corporis ad nostram utilitatem plagas ab eo qui bene nobis facit Deo.

τινὶ ἐγχειρήσει καὶ ὑπερβαινούσῃ σου τὴν ἀξίαν, συγγνώμης παρ' ἡμῶν τυγχάνειν. Ἀλλὰ, τῆς εἰρωνείας ταύτης ἀφέμενος, ἐπίστελλε ἡμῖν διὰ πάσης προφάσεως. Εἴτε γὰρ ἡμῖν λόγων μέτεστιν, ἥδιστα λογίου ἀνδρὸς γράμμασιν ἐντευξόμεθα (51)· εἴτε καὶ τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν ὅσον ἐστὶ, παρὰ τῆς Γραφῆς πεπαιδεύμεθα, τοῦ παντὸς ἀξίαν τιθέμεθα ἀνδρὸς ἀγαπῶντος ἡμᾶς ὁμιλίαν. Εἴη δέ σε γράφειν ἃ εὐχόμεθά σοι ἀγαθὰ, ὑγείαν σώματος, καὶ εὐθηνίαν οἴκου παντός ! Τὰ δὲ ἡμέτερα μηδὲν ἀνεκτότερα γίνωσκε τῆς συνηθείας εἶναι. Ἀρκεῖ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν, καὶ ἐνδείξασθαί σοι τοῦ σώματος ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν. Τὴν γὰρ νῦν κατέχουσαν ἡμᾶς εἰς τὸ ἀῤῥωστεῖν ὑπερβολὴν, οὔτε λόγῳ ἐνδείξασθαι ῥᾴδιον, οὔτε ἔργῳ πεισθῆναι· εἴπερ ἐκείνων, ὧν αὐτὸς ἤδεις, εὑρέθη τι πλεῖον παρ' ἡμῶν εἰς ἀῤῥωστίαν. Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἔργον δοῦναι ἡμῖν δύναμιν, πρὸς τὸ ἐν ὑπομονῇ φέρειν τὰς ἐπὶ συμφέροντι ἡμῖν ἐπαγομένας εἰς τὸ σῶμα πληγὰς παρὰ τοῦ εὐεργετοῦντος ἡμᾶς Κυρίου.

EPISTOLA CXCV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΕ'.

Rationem reddit Basilius cur raro scribat : ad postulandum a Deo reditum episcoporum hortatur.

Euphronio, episcopo Coloniæ Armeniæ.

Propterea quod longe dissita est a viis publicis Colonia, quam tibi Dominus gubernandam credidit, etiamsi sæpe cæteris minoris Armeniæ fratribus scribam, ægre tamen ad tuam pietatem litteras mitto, neminem sperans futurum, qui illas eo usque perferat. Cum autem nunc sperem aut te adfuturum, aut epistolam ab episcopis quibus scribo, esse **287** ad te transmittendam; et tuæ scribo pietati, et te per litteras saluto; cum te certiorem faciens videri me adhuc in terra versari; tum adhortans, pro me ut preceris, ut ærumnas ac calamitates minuat Dominus, et vehemens illud doloris pondus, nunc cordibus nostris incumbentis, veluti nubem quamdam, a nobis submoveat. Hoc autem continget, si celerem det reditum religiosissimis episcopis, qui nunc dispersi sunt, pœnas pro pietate pendentes.

Εὐφρονίῳ, ἐπισκόπῳ Κολωνείας Ἀρμενίας.

Διὰ τὸ μακρὰν ἀπῳκίσθαι τῶν ὁδευομένων τόπων τὴν Κολώνειαν, ἣν ὁ Κύριος ἔδωκεν ὑπὸ σοὶ διιθύνεσθαι, πολλάκις κἂν τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς ἐπιστέλλομεν τοῖς κατὰ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν, ὀκνηρῶς πέμπομεν γράμματα πρὸς τὴν εὐλάβειάν σου, μηδένα ἐλπίζοντες εἶναι τὸν μέχρις ἐκείνων διακομίζοντα. Ἀλλὰ νῦν ἢ αὐτόν σε παρέσεσθαι προσδοκῶντες, ἢ διαπεμφθήσεσθαι τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τῶν ἐπισκόπων οἷς ἐπεστείλαμεν, καὶ γράφομεν τῇ εὐλαβείᾳ σου, καὶ προσαγορεύομέν σε διὰ τοῦ γράμματος, ὁμοῦ μὲν σημαίνοντες, ὅτι δοκοῦμεν ἔτι εἶναι ὑπὲρ τῆς γῆς, ὁμοῦ δὲ παρακαλοῦντες προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ὁ Κύριος ἐλαττώσῃ τὰς θλίψεις, καὶ τὸ πολὺ τοῦτο βάρος τῆς ὀδύνης τῆς νῦν ἐπικειμένης ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οἷόν τι νέφος, ἀφ' ἡμῶν ἀπαγάγῃ. Ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν ταχείαν δῷ τὴν ἐπάνοδον τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, οἳ νῦν εἰσιν ἐν τῇ διασπορᾷ, δίκας διδόντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας.

EPISTOLA CXCVI**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛϚ'.

Basilius Aburgio gratulatur summos honores, ac prosperum incepti exitum precatur, seque gravissimis morbis debilitatum significat.

Aburgio

Prosilire te instar stellarum, modo in hac, modo in illa barbarorum regione apparentem, nunc quidem annonam militibus subministrantem, nunc vero imperatori in splendido apparatu

Ἀβουργίῳ.

Διάττειν σε ὡς τοὺς ἀστέρας, ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τῆς βαρβαρικῆς ἀνίσχοντα, νῦν μὲν σιτηρέσια στρατιωτικὰ παρέχοντα (52), νῦν δὲ βασιλεῖ φαινόμενον μετὰ λαμπροῦ τοῦ σχήματος, ἡ τῶν

* Alias CCCXII. Scripta anno 375.
** Alias CCCLIX. Scripta anno 375.
(51) *Ἐντευξόμεθα.* Sic mss. codices et prima editio Parisiensis. Legitur in secunda ἐντευξοίμεθα.
(52) *Στρατιωτικὰ παρέχοντα.* Sic Harl. et uterque Coisl. cum Reg. secundo. Editi τῷ στρατιωτικῷ. Sæpe in provincias extra ordinem mittebantur qui annonam militarem expedirent et diligentius curarent, ut docet Gothofredus ad lib. VII cod. Theod. Munus ejusmodi Aburgio commissum gratulatur Basilius.

Digitized by Google

ἀγαθῶν ἄγγελος φήμη ἀγγέλλουσα ἡμῖν (53) οὐ διαλείπει. Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, κατὰ λόγον (54) σοι προϊοῦσαν τὴν ἐπιχείρησιν, ἐπὶ μέγα σε προελθεῖν, καὶ φανῆναί ποτε τῇ πατρίδι ἕως ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς, καὶ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀνέλκομεν (55). Τοσοῦτον γὰρ μέτεστιν ἡμῖν τοῦ βίου, ὅσον ἀναπνεῖν μόνον.

A astantem, nuntia bonorum fama nobis narrare non cessat. Deum autem precor, ut, incepto tibi pro meritis succedente, ad magnum quiddam eveharis: et tandem aliquando conspiciaris in patria, dum in terris versor atque hunc aerem duco. In hoc enim tantum vitæ particeps sum, quod respiro.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΖ'.

EPISTOLA CXCVII*.

Ambrosius missis clericis Basilium rogaverat, ut sibi corpus beati Dionysii Mediolanensis redderetur. Respondet ejus litteris Basilius, mirabilem gratulatur electionem, hortatur ad Patrum sequenda vestigia, narratque accurate, quomodo corpus beati Dionysii a fidelibus, qui illud custodiebant, impetratum fuerit, ac veras esse illius reliquias asseverat, et certissimis argumentis confirmat.

Ἀμβροσίῳ, ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων.

1. Μεγάλαι ἀεὶ καὶ πολλαὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν αἱ δωρεαὶ, καὶ οὔτε τὸ μέγεθος αὐτῶν μετρητὸν, οὔτε τὸ πλῆθος ἀριθμητόν. Μία δὲ τῶν μεγίστων δωρεῶν ἐστι τοῖς εὐαισθήτως δεχομένοις τὰς χάριτας καὶ ἡ παροῦσα αὕτη, ὅτι πλεῖστον (56) ἡμᾶς τῇ θέσει τοῦ τόπου διῃρημένους ἔδωκεν ἀλλήλοις συνάπτεσθαι διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι προσφωνήσεως. Καὶ γνώσεως τρόπον διττὸν ἡμῖν ἐχαρίσατο· ἕνα μὲν διὰ τῆς συντυχίας, ἕτερον δὲ τὸν διὰ τῆς τοῦ γράμματος ὁμιλίας. Ἐπεὶ οὖν ἐγνωρίσαμέν σε δι' ὧν ἐφθέγξω· καὶ ἐγνωρίσαμεν, οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα ταῖς μνήμαις ἡμῶν ἐντυπωσάμενοι, ἀλλὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὸ κάλλος τῇ ποικιλίᾳ τῶν λόγων καταμαθόντες, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ· ἐδοξάσαμεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκλεγόμενον τοὺς αὐτῷ εὐαρεστοῦντας· ὃς πρότερον μὲν ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων ἤγειρεν ἄρχοντα τῷ λαῷ αὐτοῦ· καὶ τὸν Ἀμὼς ἐκ τοῦ αἰπολίου ἐνδυναμώσας διὰ τοῦ Πνεύματος, ὕψωσεν εἰς προφήτην· νῦν δὲ ἄνδρα ἐκ τῆς βασιλευούσης πόλεως, ἀρχὴν ὅλου ἔθνους πεπιστευμένον, ὑψηλὸν τῷ φρονήματι, γένους λαμπρότητι, περιφανείᾳ βίου, λόγων δυνάμει, πᾶσι τοῖς (57) κατὰ τὸν βίον περίβλεπτον, εἵλκυσεν εἰς τὴν τῶν ποιμνίων τοῦ Χριστοῦ ἐπιμέλειαν. Ὃς, πάντα ῥίψας τὰ τοῦ βίου πλεονεκτήματα, καὶ ἡγησάμενος αὐτὰ ζημίαν ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ (58), τοὺς οἴακας δέξασθαι ἐπετράπη τῆς μεγάλης καὶ περιβοήτου νηὸς ἐπὶ τῇ εἰς Θεὸν πίστει, τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας. Ἄγε τοίνυν, ὦ Θεοῦ ἄνθρωπε, ἐπειδὴ οὐ παρ' ἀνθρώπων παρέλαβες ἢ ἐδιδάχθης τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτός σε ὁ Κύριος ἀπὸ τῶν κριτῶν τῆς γῆς ἐπὶ τὴν καθέδραν (59) τῶν ἀποστόλων μετέθηκεν,

Ambrosio, episcopo Mediolanensi.

1. Magna semper et multa Domini nostri dona, nec eorum magnitudinem metiri, aut multitudinem fas est numerare. Unum autem ex maximis donis, illud etiam est his qui non sine sensu beneficia suscipiunt, quod nunc longissime nobis locorum intervallo distantibus dedit inter nos conjungi per litterarum allocutionem. Ac cognoscendi quidem modum duplicem nobis impertivit: unum per congressum, alterum vero per litterarum colloquium. Quoniam igitur cognovimus te ex his quæ locutus es: cognovimus autem, non corporis figuram memoriæ nostræ imprimentes, sed hominis interni pulchritudinem ex sermonum varietate perspicientes, siquidem unusquisque nostrum ex abundantia cordis loquitur[63]; glorificavimus Deum nostrum qui singulis ætatibus eligit eos qui ipsi placent, ac prius quidem ex ovium grege suscitavit principem populo suo, et Amos ex caprili corroboratum a Spiritu in prophetam evexit; nunc autem virum ex regia urbe, gentis totius rectorem, **288** animo sublimem, generis claritate, opum splendore, dicendi facultate omnibus in sæculo degentibus conspicuum, ad gregis Christi curam pertraxit. Qui projiciens omnia sæculi ornamenta, eaque damnum existimans ut Christum lucrifaciat, commissa gubernacula suscepit magnæ et ob fidem in Deum celeberrimæ navis, Christi Ecclesiæ. Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti aut edoctus es Evangelium Christi, sed ipse te Dominus ex terræ judicibus ad cathedram apostolorum transtulit: certa bonum certamen: infirmitates populi cura, si quem forte Arianæ insaniæ labes attigit: renova vetera Patrum

[63] Matth. XII, 34.

(53) *Ἀγγέλλουσα ἡμῖν.* Duo vetustissimi codices Coisl. et Med. ἀγγέλλουσα ὑμᾶς.

(54) *Κατὰ λόγον.* Mallet Combefisius κατὰ νοῦν. Sed inutilis illius conjectura. Quemadmodum enim dicitur παράλογος συμφορά, *calamitas inopinata*, ut est apud Plutarchum initio libri *De consolatione*; cur non etiam dicatur inceptum aliquod κατὰ λόγον succedere, cum exspectationi et meritis respondet?

(55) *Ἀνέλκομεν.* Ita mss. sex, pro eo quod erat in editis ἕλκομεν.

(56) *Ὅτι πλεῖστον.* Ita mss. et antiquæ editiones. Editio Parisiensis ὅτι πλεῖον.

(57) *Πᾶσι τοῖς.* Ita Harl. uterque Reg. et uterque Coisl. Editi πράγμασι τοῖς. Editio Ilagan. ἔργοις τοῖς, *rebus in sæculo gestis.*

(58) *Κερδήσῃ.* Harlæanus codex cum Medicæo κερδήσῃς, et mox ἐπετράπης. Ibidem deest δέξασθαι in utroque Regio et Coisl. secundo, quod quidem elegantius videtur abesse, nec tamen delevi, quia non omnino vitiosum est et in aliis antiquioribus codicibus legitur. Mox vitiose in utroque Regio et Coisl. secundo τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ.

(59) *Ἐπὶ τὴν καθέδραν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐπὶ τὴν προεδρίαν. Legitur vulgata scriptura ad oram codicis Harl.

* Alias LV. Scripta anno 375.

Digitized by Google

vestigia, et dilectionis erga nos fundamento, quod a te jactum est, da operam ut superstruas frequentia salutationum. Sic enim poterimus vicini inter nos esse spiritu etiamsi habitatione terrestri plurimum sejungamur.

ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα, διόρθωσαι τὰ ἀρ'ωστήματα τοῦ λαοῦ, εἴ τινος ἄρα τὸ πάθος τῆς Ἀρειανῆς (60) μανίας ἥψατο· ἀνανέωσαι τὰ ἀρχαῖα τῶν Πατέρων ἴχνη, καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης ὃν κατεβάλου (61) θεμέλιον ἐποικοδομεῖν σπούδαζε τῇ συνεχείᾳ τῶν προσρήσεων. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι τῷ πνεύματι, εἰ καὶ τῇ οἰκήσει τῇ ἐπὶ τῆς γῆς παμπληθὲς ἀπῳκίσμεθα.

2. Tuus autem in beatissimum Dionysium episcopum ardor animi omnem de te erga Dominum amorem, reverentiam in antecessores, et studium fidei testatur. Animi enim erga fideles conservos affectio refertur ad Dominum, cui servierunt; et quisquis eos, qui pro fide decertarunt, honorat, eodem se fidei ardore accendi ostendit, ita ut una et eadem actio multiplicis virtutis testimonium habeat. Notum autem facimus tuæ in Christo charitati, optimos fratres, qui a tua pietate ad boni operis ministerium electi fuerunt, primum quidem toti clero laudem conciliasse morum suorum concinnitate; siquidem sua ipsorum modestia communem omnium gravitatem indicabant; deinde vero omni studio ac diligentia usos, hiemem imperviam non reformidasse, ac omni constantia fidelibus beati corporis custodibus persuasisse, ut ipsis suæ ipsorum vitæ præsidium concederent. Noveris autem, nunquam futurum fuisse, ut principatus aut hominum potestates vim hominibus illis afferre possent; nisi horum fratrum animi firmitas eos flexisset ut cederent. Contulit autem plurimum ad optatam rem conficiendam et charissimi ac religiosissimi filii nostri Therasii compresbyteri præsentia, qui laboribus itineris sponte susceptis, vehementiorem fidelium illius loci impetum compressit, et cum reluctantes oratione sua flexisset, coram presbyteris, diaconis, multisque aliis Deum timentibus sublatas cum debita reverentia reliquias fratribus servavit: quas vos tanto cum gaudio suscipite, quanto cum mœrore prosecuti sunt illarum custodes. Nemo dubitet, nemo **289** ambigat: hic ille est invictus athleta. Ossa illa novit Dominus, quæ una cum beata anima dimicarunt. Hæc cum ipsa coronabit in justa illa remunerationis ipsius die, uti scriptum est: Oportet nos stare ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus egit [61]. Una arca erat, quæ venerandum illud corpus excepit: nullus prope ipsum jacuit; insigne fuit sepulcrum; martyris honor ei delatus. Christiani, qui ipsum hospitio exceperant, tunc et suis manibus deposuerunt, et nunc extulerunt. Ili fleverunt quidem tanquam patre et patrono orbati:

2. Ἡ δὲ περὶ τὸν μακαριώτατον (62) Διονύσιον τὸν ἐπίσκοπον φιλοτιμία σου καὶ σπουδὴ πᾶσάν σοι μαρτυρεῖ ἀγάπην πρὸς τὸν Κύριον, τιμὴν εἰς τοὺς προλαβόντας, σπουδὴν περὶ τὴν πίστιν. Ἡ γὰρ πρὸς τοὺς εὐνους τῶν ὁμοδούλων διάθεσις τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὸν Δεσπότην ἔχει, ᾧ δεδουλεύκασι· καὶ ὁ τοὺς διὰ πίστιν ἠθληκότας τιμῶν δῆλός ἐστι τὸν ἴσον ζῆλον ἔχων τῆς πίστεως· ὥστε μία αὕτη πρᾶξις πολλῆς ἀρετῆς ἔχει τὴν μαρτυρίαν. Γνωρίζομεν δέ σου τῇ ἐν Χριστῷ ἀγάπῃ, ὅτι οἱ σπουδαιότατοι ἀδελφοὶ, οἱ παρὰ τῆς εὐλαβείας σου εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου διακονίαν προτιμηθέντες, πρῶτον μὲν παντὶ τῷ κλήρῳ ἔπαινον ἠνεγκαν διὰ τῆς ἐμμελείας τῶν τρόπων· ἐν γὰρ τῇ καθ' ἑαυτοὺς εὐσχημοσύνῃ τὸ κοινὸν πάντων εὐσταθὲς κατεμήνυον· ἔπειτα, πάσῃ σπουδῇ καὶ ἐμμελείᾳ χρησάμενοι, κατετόλμησαν μὲν χειμῶνος ἀδάτου, ἔπεισαν δὲ μετὰ πάσης εὐτονίας τοὺς πιστοὺς φύλακας τοῦ μακαρίου σώματος τὰ φυλακτήρια τῆς ἑαυτῶν ζωῆς παραχωρῆσαι τούτοις. Καὶ γίνωσκε, ὅτι οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυναστεῖαι ἀνθρώπων ἐξίσχυσαν ἂν ποτε βιάσασθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους· εἰ μὴ τὸ εὔτονον τῆς προαιρέσεως τῶν ἀδελφῶν τούτων ἐξεδυσώπησεν αὐτοὺς πρὸς τὴν συγχώρησιν. Συνήργησε δὲ μάλιστα πρὸς τὸ καταπραχθῆναι τὰ σπουδαζόμενα καὶ ἡ παρουσία τοῦ ποθεινοτάτου καὶ εὐλαβεστάτου υἱοῦ ἡμῶν Θηρασίου τοῦ συμπρεσβυτέρου, ὃς, αὐθαιρέτως τὸν κόπον τῆς ὁδοιπορίας ὑποδεξάμενος, ἔπαυσε μὲν τὸ σφοδρὸν τῆς ὁρμῆς τῶν ἐκεῖ πιστῶν, λόγῳ δὲ συμπείσας τοὺς ἀντεχομένους, ἐπὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων καὶ ἄλλων πολλῶν τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον μετὰ τῆς πρεπούσης εὐλαβείας ἀνελόμενος τὰ λείψανα, συνδιέσωσε τοῖς ἀδελφοῖς· ἃ μετὰ τοσαύτης χαρᾶς ὑποδέξασθε, μεθ' ὅσης λύπης προέπεμψαν οἱ φυλάσσοντες. Μηδεὶς διακρινέσθω· μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω· οὗτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ ἀήττητος ἀθλητής. Ταῦτα γνωρίζει τὰ ὀστᾶ ὁ Κύριος, τὰ συνδιαθλήσαντα τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ. Ταῦτα μετ' αὐτῆς στεφανώσει ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως αὐτοῦ τῇ δικαίᾳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅτι δεῖ ἡμᾶς παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος πρὸς ἃ ἔπραξε διὰ τοῦ σώματος. Μία λάρναξ ἦν ἡ ὑποδεξαμένη τὸ τίμιον ἐκεῖνο σῶμα· οὐδεὶς ὁ πλησίον αὐτοῦ κατακείμενος· ἐπίσημος

[61] Rom. xiv, 10; II Cor. v, 10.

(60) *Ἀρειανῆς*. Sic tres vetustissimi codices cum Regio primo. Editi Ἀρειανιχῆς.

(61) *Κατεβάλου*. Ita mss. codices. Editi κατεβάλλου. Ibidem editi τοῦτον θεμέλιον. Prima vox melius abest a codicibus Harl. et Med.

(62) *Ἡ δὲ περὶ τὸν μακαριώτατον*. Ante hæc verba desinit epistola Basilii in omnibus editis et mss. codicibus, excepto Harlæano codice, qui insignem hanc partem, qua translationis S. Dionysii historia narratur, percommode nobis suppeditavit.

Digitized by Google

ἡ ταφή· μάρτυρος ἡ τιμή. Χριστιανοί, οἱ ξενίσαντες, καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ κατέθεντο τότε, καὶ ἀνέλοντο νῦν. Οὗτοι ἔκλαυσαν μὲν ὡς πατέρος καὶ προστάτου στερούμενοι· προέπεμψαν δὲ, τὴν ὑμετέραν χαρὰν τῆς ἰδίας παρακλήσεως προτιμοτέραν θέμενοι. Οἱ παραδόντες τοίνυν εὐλαβεῖς· οἱ ὑποδεξάμενοι ἀκριβεῖς. Οὐδαμοῦ ψεῦδος· οὐδαμοῦ δόλος· μαρτυροῦμεν ἡμεῖς· ἀσυκοφάντητος ἔστω παρ' ὑμῶν ἡ ἀλήθεια.

A sed tamen prosecuti sunt, gaudium vestrum suæ consolationi præferentes. Pii ergo, qui tradiderunt; diligentes, qui susceperunt. Nusquam mendacium; nusquam dolus; testamur nos; extra calumniam sit apud vos veritas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΗ'.

EPISTOLA CXCVIII*.

Cur non sæpe scripserit, excusat hiemem, et clericorum suorum alienum a peregrinando animum. Scribit tandem per fratrem rure accersitum, quocum dimittit Eusebium lectorem, quem properantem ad Eusebium retinuerat. Nihil dicit de iis quæ novata sunt in Oriente, quia hæc fratres nuntiabunt. Ita se ægrotare significat, ut vivendi spem abjecerit.

Εὐσεβίῳ (63), *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

1. Μετὰ τὴν ἐπιστολὴν, τὴν διὰ τῶν (64) ὀφφικιαλίων κομισθεῖσαν ἡμῖν, μίαν ἄλλην ἐδεξάμην μετὰ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀποσταλεῖσαν. Αὐτοὶ δὲ ἐπεστείλαμεν οὐ πολλὰς μὲν, διὰ τὸ μηδὲ ἐπιτυχεῖν τῶν πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένων, πλὴν πλείους τῶν τεσσάρων, ἐν αἷς καὶ τὰς ἀπὸ Σαμοσάτων κομισθείσας ἡμῖν ἐπὶ τοῖς πρώτοις γράμμασι τῆς σῆς θεοσεβείας ἐσφραγισμένας διεπεμψάμεθα τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Λεοντίῳ τῷ ἐξισωτῇ τῆς Νικαίας, παρακαλέσαντες ὅτ' ἐκείνου τῷ φροντίζοντι τῆς οἰκίας τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Σωφρονίου ἀποκομισθῆναι, ὥστε ἐκεῖνον ἐπιμεληθῆναι τῆς πρὸς ὑμᾶς διακομιδῆς (65). Ἐπεὶ οὖν πολλὰς διαβαίνουσι χεῖρας αἱ ἐπιστολαὶ, εἰκὸς τὴν παρὰ ἕνα ἀσχολίαν ἢ ῥᾳθυμίαν αἰτίαν γενέσθαι τοῦ μὴ ὑποδέχεσθαι τὴν σὴν εὐλάβειαν. Ὥστε συγγνώμην ἔχε, παρακαλοῦμεν, τῇ σπάνει τῶν γραμμάτων. Τὸ δὲ, ὅτι, ἀποστεῖλαί τινα δέον ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, οὐκ ἐποιήσαμεν, τοῦτο αὐτὸς μὲν τῇ σεαυτοῦ συνέσει ὀρθῶς ἐπεζήτησας (66), καὶ καθ' ἡμῶν· γίνωσκε δὲ τὸν παρ' ἡμῖν χειμῶνα τοσοῦτον γεγενῆσθαι, ὥστε πάσας μὲν ὁδοὺς ἐγκλεισθῆναι μέχρι τῶν ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, μηδένα δὲ ἡμᾶς ἔχειν τὸν εὐθαρσῶς πρὸς τὰ τῆς ὁδοῦ δυσχερῆ διακείμενον. Καὶ γὰρ, εἰ καὶ πολυάνθρωπόν πως εἶναι δοκεῖ τὸ ἱερατεῖον ἡμῶν, ἀλλὰ ἀνθρώπων ἀμελετήτως ἐχόντων πρὸς τὰς ὁδοιπορίας, διὰ τὸ μήτε ἐμπορεύεσθαι, μήτε τὴν ἔξω διατριβὴν αἱρεῖσθαι, τὰς δὲ ἑδραίας τῶν τεχνῶν μεταχειρίζεσθαι τοὺς πολλοὺς, ἐκεῖθεν ἔχοντας τὴν ἀφορμὴν τοῦ ἐφημέρου (67) βίου. Αὐτίκα καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦτον, ὃν

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Post epistolam, quam officiales ad me detulerunt, unam aliam postea accepi ad me missam. Ego autem scripsi, non multas quidem, eo quod nactus non sim qui ad vos proficiscerentur, sed tamen plus quatuor, in quibus et eas, quæ ad me Samosatis post priores pietatis tuæ epistolas delatæ fuerant, obsignatas misimus colendissimo fratri Leontio Nicææ peræquatori, adhortantes, ut illius opera colendissimi fratris Sophronii domus procuratori darentur, ita ut ille ad te perferendas curaret. Cum igitur per multas transeant manus epistolæ, verisimile est unius alicujus negotiis aut segnitie fieri, ut pietas tua eas non recipiat. Quare veniam da, rogamus, litterarum paucitati. Quod autem, cum aliquem mittere oporteret ex nobis ipsis, minime fecimus; id recte pro tua prudentia requisivisti, nosque reprehendisti. Noveris tamen tantam apud nos fuisse hiemem, ut viæ omnes usque ad dies Paschæ fuerint interclusæ, nec quemquam haberemus, qui sibi ad itineris incommoda fideret. Quanquam enim etiam hominum numero ingens quodammodo videtur esse clerus noster; at hominum ad itinera inexercitatorum, eo quod neque mercaturam faciant, neque libenter extra patriam **290** morentur: sed sedentarias artes exerceant plerique, unde victum sibi quotidianum comparant. Quinetiam ecce hoc fratre, quem nunc ad tuam pietatem misimus, rure accersito, litterarum ad tuam pietatem ministro usi sumus, ut et res nostras clare tibi exponat, et tuas nobis per-

(63) *Εὐσεβίῳ.* Satis absurde in tribus recentioribus codicibus, nempe Reg. secundo, Coisl. secundo et Paris., hic titulus apponitur. Τῷ αὐτῷ ὄντι ἐν ἐξορίᾳ καθ' ὃ μὴ δυνηθῇ τινας τῶν πρεσβυτέρων πρὸς αὐτὸν στεῖλαι. *Eidem exsulanti, cur non potuerit ad eum quosdam ex presbyteris mittere.* Codex Parisiensis habet πρὸς αὐτούς, *ad ipsos.* Perspicuum est Basilium non de presbyteris loqui, sed de clericis inferioribus, quos episcopi solebant ad hoc munus litterarum perferendarum adhibere. Presbyteri vero non mittebantur, nisi aliquid majoris rei tractandum esset, velut cum Athanasius Petrum misit ad Basilium, Petrum presbyterum Basilius ad maritimos episcopos; vel cum Dorotheus et Sanctissimus ab Orientalibus in Occidentem missi.

(64) *Ὀφφικιαλίων.* Hoc nomine generatim designantur omnium dignitatum sive civilium, sive palatinarum, sive militarium apparitores. Hic autem præsidis Cappadociæ officiales non crediderim interpretandos (his enim causa non erat, cur in Thraciam irent, ubi exsulabat Eusebius), sed eos potius officiales, qui in provincias mittebantur *tam ad necessitates publicas, quam privatas,* non sine consensu principis officii, ut legimus in libro sexto cod. Theod. tit. 28, leg. 1 et 3.

(65) *Τῆς πρὸς ὑμᾶς.* Ita mss. summo consensu. Editi τῆς πρὸς ἡμᾶς. Paulo post ex iisdem veteribus libris πολλὰς addidimus, legimusque ὑποδέχεσθαι, pro eo quod erat in editis ἀποδέχεσθαι.

(66) *Ἐπεζήτησας.* Ita mss. sex.. Editi ἐπεξήτησας.

(67) *Ἐφημέρου.* Sic Coisl. primus, Harl. et multi alii. Editi ἐφ' ἡμέραν.

* Alias CCLXIII. Scripta anno 375

Digitized by Google

spicue ac cito, Deo largiente, referat. Et desideratissimum fratrem Eusebium lectorem, jampridem ad tuam pietatem proficisci gestientem, retinuimus, aerem temperatum exspectantes. Ac nunc quidem non mediocriter sollicitus sum, ne insueta peregrinatio aliquid ei afferat novi incommodi, et morbi causam præbeat corpori ad ægrotandum proclivi.

A νῦν ἀπεστείλαμεν πρὸς τὴν εὐλάβειάν σου, ἐκ τῆς χώρας μεταστειλάμενοι, ἐχρησάμεθα αὐτῷ διακόνῳ τῶν πρὸς τὴν σὴν ὁσιότητα γραμμάτων, ἵνα καὶ τὰ ἡμέτερα σαφῶς διαγγείλῃ, καὶ τὰ αὐτόθεν ἡμῖν ἐναργῶς καὶ ταχέως τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι διακομίσῃ. Καὶ τὸν ποθεινότατον ἀδελφὸν Εὐσέβιον τὸν ἀναγνώστην πάλαι ἐπειγόμενον πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν ἐπέσχομεν, τὸ τῶν ἀέρων εὐκραὲς ἀναμένοντες. Καὶ νῦν μέντοι ἐν φροντίδι οὐ τῇ τυχούσῃ εἰμὶ, μήποτε αὐτῷ τὸ περὶ τὰς ὁδοιπορίας ἄηθες ξενισμὸν ἐμποιήσῃ, καὶ ἀῤῥωστίας αἰτίαν παράσχῃ τῷ σώματι εὐαφόρμως ἔχοντι πρὸς τὴν ἀσθένειαν.

2. Quæ porro in Oriente novata, supervacaneum litteris significare, cum fratres ipsi accurate possint per se ipsi narrare. Scias autem, venerandum mihi caput, me, cum hæc scriberem, ita male affectum fuisse, ut jam me omnes vivendi spes reliquerint. Etenim ne numerari quidem potest eorum quæ mihi ingruerunt multitudo, et quanta infirmitas, febriumque acerbitas, et mala habitudo; nisi quod hoc unum ex omnibus colligitur, impletum jam mihi esse tempus commorationis in hac infelici et ærumnosa vita.

2. Τὰ μέντοι καινοτομηθέντα περὶ τὴν ἀνατολὴν περιττὸν ἡμᾶς ἐστι διὰ γραμμάτων σημαίνειν, αὐτῶν τῶν ἀδελφῶν ἀκριβῶς δυναμένων ἀφ' ἑαυτῶν διαγγεῖλαι. B Γίνωσκε δὲ, τιμιωτάτη μοι κεφαλὴ, ὅτι, ἡνίκα ταῦτα ἐπέστελλον, οὕτω διεκείμην φαύλως, ὥστε πάσας με λοιπὸν τοῦ ζῆν τὰς ἐλπίδας ἐπιλελοιπέναι. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐξαριθμήσασθαι δυνατὸν τῶν ἐπιγινομένων μοι συμπτωμάτων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὸ μέγεθος τῶν πυρετῶν, καὶ τὴν κακοήθειαν ὁποῖα (68)· πλὴν ὅτι ἐκ πάντων ἓν τὸ συναγόμενον, πληρῶσαι ἡμᾶς λοιπὸν τὸν χρόνον τῆς παροικίας τοῦ δυστήνου τούτου καὶ ὀδυνηροῦ βίου.

EPISTOLA CXCIX*

Canonica secunda.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡϞΘ'.

Κανονικὴ β'.

Pluribus Amphilochii quæstionibus ad canones spectantibus respondet Basilius, ac multa explicat et confirmat, quæ in prima epistola canonica statuerat, de matrimonio, de virginibus lapsis, de baptismo hæreticorum. Hæc autem responsa non statim missa sunt ac scripta, propterea quod moram attulerunt Basilii morbus ac ministrorum penuria.

Amphilochio de canonibus.

Cum pridem ad propositas nobis a tua pietate quæstiones respondissem; non misi scriptum, partim quidem longo et periculoso morbo detentus, partim vero propter penuriam ministrorum. Pauci enim apud nos, et viæ periti, et parati ad ejusmodi ministeria. Quare, cognitis morarum causis, ignosce nobis. Admirati autem sumus tuum discendi studium, simul et humilitatem, quod et discere non graveris, cum docendi locus tibi commissus sit, et a nobis discere, quibus nihil est magni ad scientiam. Sed tamen quia non gravaris ob timorem Dei rem facere, quam alius haud facile faciat, oportet ut et nos tuæ alacritati ac bono studio opem etiam ultra vires feramus.

C *Ἀμφιλοχίῳ περὶ κανόνων.*

Πάλαι πρὸς τὰς παρὰ τῆς εὐλαβείας σου προταθείσας (69) ἡμῖν ἐρωτήσεις ἀποκρινάμενος, οὐκ ἀπέστειλα τὸ γράμμα, τοῦτο μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας τῆς μακρᾶς καὶ ἐπικινδύνου ἀσχοληθεὶς, τοῦτο δὲ ὑπὸ τῆς ἀπορίας τῶν διακονουμένων. Ὀλίγοι γὰρ παρ' ἡμῖν καὶ ὁδοῦ ἔμπειροι, καὶ παρεσκευασμένοι πρὸς τὰς τοιαύτας ὑπηρεσίας. Ὥστε, μαθὼν τὰς αἰτίας τῆς βραδυτῆτος, δὸς ἡμῖν τὴν συγγνώμην. Ἐθαυμάσαμεν δέ σου τὴν φιλομάθειαν ὁμοῦ καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην· ὅτι καὶ μαθεῖν καταδέχῃ, τὴν τοῦ διδάσκειν τάξιν πεπιστευμένος, καὶ μανθάνειν παρ' ἡμῶν, οἷς οὐδὲν μέγα πρόσεστι πρὸς γνῶσιν. Ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ καταδέχῃ διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ποιεῖν πρᾶγμα οὐ ῥᾳδίως παρ' ἑτέρου γινόμενον, D χρὴ καὶ ἡμᾶς τῇ προθυμίᾳ σου καὶ τῇ ἀγαθῇ σπουδῇ συναίρεσθαι καὶ ὑπὲρ δύναμιν.

XVII. Interrogasti nos de Bianore presbytero, an in clerum admitti possit, propter jusjurandum. Ego autem me jam communem aliquam regulam de omnibus qui una cum eo juraverant, Antiochenis clericis edidisse memini: ut ipsi a publicis quidem conventibus abstineant, privatim **291** vero domesticis oratoriis celebrant. Hinc Irenæus, lib. IV, cap. 26, oportere ait eos, qui *absistunt a principali successione et quocunque loco colligunt, suspectos habere, vel quasi hæreticos et malæ sententiæ, vel quasi scindentes et elatos et sibi placentes; aut rursus ut hypocritas quæstus gratia et vanæ gloriæ hoc operantes.* Basilius, *in psalm.* XXVII, n. 3: *Non igitur extra sanctam hanc aulam adorare oportet, sed intra*

ΙΖ'. Ἠρώτησας ἡμᾶς περὶ Βιάνορος τοῦ πρεσβυτέρου, εἰ δεκτός ἐστιν εἰς τὸν κλῆρον, διὰ τὸν ὅρκον. Ἐγὼ δὲ ἤδη τινὰ κοινὸν ὅρον περὶ πάντων ὁμοῦ τῶν μετ' αὐτοῦ ὀμωμοκότων τοῖς κατ' Ἀντιόχειαν κληρικοῖς οἶδα ἐκτεθεικώς· ὥστε τῶν μὲν δημοσίων αὐτοὺς ἀπέχεσθαι συλλόγων, ἰδίᾳ δὲ ἐνεργεῖν (70) τὰ

---

* Alias II. Scripta anno 375.

(68) Ὁποῖα. Editi ὁποίαν, repugnantibus mss. vetustissimis et aliis recentioribus.

(69) Προταθείσας. Ita octo saltem mss. Editi προτεθείσας. Deest initium hujus epistolæ in pluribus mss. usque ad hæc verba Ἠρώτησας ἡμᾶς.

(70) Ἰδίᾳ δὲ ἐνεργεῖν. Sæpe vituperantur apud sanctos Patres, qui sacra in privatis ædibus sive

Digitized by Google

τῶν πρεσβυτέρων. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὑπηρεσίαν ἄδειαν αὐτῷ παρέχει· διότι οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐστὶν ἡ ἱερωσύνη, ἀλλ' ἐν Ἰκονίῳ· ἣν, ὡς αὐτὸς ἐπέστειλας ἡμῖν, τῆς Ἀντιοχείας εἰς οἴκησιν ἀντηλλάξατο. Ἔστιν οὖν δεκτὸς ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, ἀπαιτούμενος παρὰ τῆς εὐλαβείας σου μεταμέλεσθαι ἐπὶ τῇ εὐκολίᾳ τοῦ ὅρκου, ὃν ἐπὶ τοῦ ἀπίστου ἀνδρὸς (71) ἐξωμόσατο, βαστάσαι τὴν ἐνόχλησιν τοῦ μικροῦ ἐκείνου κινδύνου μὴ δυνηθείς.

munia obeant presbyterorum. Id ipsum autem etiam ei muneris sui peragendi præbet libertatem, quod non sit Antiochiæ sacerdotium, sed Iconii: quam urbem, ut ipse ad nos scripsisti, Antiochia ad habitandum permutavit. Ergo vir ille suscipi potest; postulante ab eo pietate tua, ut pœnitentiam agat, ob facilem et promptum ad jusjurandum animum, quod coram infideli viro juravit, molestiam ferre exigui illius periculi non valens.

ΙΗ'. Περὶ τῶν ἐκπεσουσῶν παρθένων τῶν καθομολογησαμένων τὸν ἐν σεμνότητι βίον τῷ Κυρίῳ, εἶτα, διὰ τὸ ὑποπεσεῖν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, ἀθετουσῶν τὰς ἑαυτῶν συνθήκας, οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν, ἁπλῶς (72) καὶ πράως συμπεριφερόμενοι ταῖς ἀσθενείαις τῶν κατολισθαινόντων, ἐνομοθέτησαν δεκτὰς εἶναι μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν (73), καθ' ὁμοιότητα τῶν διγάμων διαταξάμενοι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι προῒοῦσα ἡ Ἐκκλησία, κραταιοτέρα γίνεται, καὶ πληθύνεται νῦν τὸ τάγμα τῶν παρθένων (74), προσέχειν ἀκριβῶς τῷ τε κατ' ἔννοιαν φαινομένῳ πράγματι καὶ τῇ τῆς Γραφῆς διανοίᾳ, ἣν δυνατὸν ἐξευρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου. Χηρεία γὰρ παρθενίας ἐλάττων· οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν χηρῶν ἁμάρτημα πολλῷ δεύτερόν ἐστι τοῦ τῶν παρθένων. Ἴδωμεν τοίνυν τί γέγραπται Τιμοθέῳ παρὰ τοῦ Παύλου· *Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.*

XVIII. De lapsis virginibus, quæ vitam castam professæ Domino, deinde carnis libidinibus victæ, pacta sua irrita faciunt, patres quidem nostri, cum simpliciter ac leniter sese ad eorum qui labuntur infirmitatem accommodarent, censuerunt ipsas post annum admitti posse, de illis ad similitudinem digamorum dijudicantes. Verum mihi quidem videtur, quoniam Dei dono progrediens Ecclesia fit fortior, ac nunc multiplicatur ordo virginum, diligenter considerandam esse et rem ipsam, prout consideranti manifesta est, et Scripturæ sententiam quæ ex consecutione inveniri potest. Viduitas enim virginitate inferior; ergo et viduarum delictum longe minus quam virginum. Videamus ergo quid ad Timotheum a Paulo scriptum sit: *Juniores autem viduas devita. Postquam enim lascivierunt adversus Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem irritam fecerunt* [68]. Itaque si vidua

[68] I Tim. v, 11, 12.

ipsam, etc. Similia habet Eusebius in eumdem psalmum p. 513. Sic etiam Cyrillus Alexandrinus in libro *adversus Anthropomorphitas*, cap. 12, et in libro decimo *De adorat.*, p. 356. Sed his in locis perspicuum est hæreticorum aut schismaticorum synagogas notari, vel quas vocat Basilius, can. 1, παρασυναγωγάς, sive illicitos conventus a presbyteris aut episcopis rebellibus habitos, aut a populis disciplinæ expertibus. At interdum graves causæ suberant, cur sacra in privatis ædibus impermissa non essent. Ipsa persecutio necessitatem hujus rei sæpe afferebat, cum catholici episcoporum hæreticorum communionem fugerent, ut Sebastiæ contigit; vel etiam, ut in pluribus aliis locis, ecclesiarum aditu prohiberentur. Minime ergo mirum, si presbyteris Antiochenis eam sacerdotii perfunctionem Basilius reliquit, quæ et ad jurisjurandi religionem et ad temporum molestias accommodata videbatur. Synodus Laodicena vetat, can. 58, *in domibus fieri oblationem ab episcopis vel presbyteris*. Canon 31 Trullanus id clericis non interdicit, modo accedat episcopi consensus. Non inusitata fuisse ejusmodi sacra in domesticis oratoriis confirmat canon Basilii 27, ubi vetatur, ne presbyter illicitis nuptiis implicatus privatim aut publice sacerdotii munere fungatur. Eustathius Sebastenus Ancyræ cum Arianis in domibus communicavit, ut ex pluribus Basilii epistolis discimus, cum apertam ab eis communionem impetrare non posset.

7. Justius est autem res nostras judicari, non ex uno aut altero non recte in veritate ambulantibus, sed ex multitudine episcoporum, qui nobis in toto terrarum orbe per Domini gratiam conjuncti sunt. Interrogentur autem Pisidæ, Lycaones, Isauri, Phryges utrique, Armeniorum quidquid vobis est vicinum, Macedones, Achæi, Illyrii, Galli, Hispani, Italia tota, Siculi, Afri, Ægypti pars sana, quidquid est reliqui in Syria: qui et ad nos litteras mittunt, et rursus a nobis accipiunt. Ex quibus litteris, tum quæ illinc afferuntur, tum quæ rursus vice versa hinc ad ipsos mittuntur, discere vobis licet nos omnes esse unanimes, idemque sentire. Quapropter communionem nostram qui refugit,

(69) *Οὔτε... κατ' αὐτούς.* Ita mss. sex. Editi οὐ... κατὰ τοὺς τοιούτους. Ibidem Coisl. primus προσενεχθείσαις.

(70) *Γράμματα.* Editio Paris. addit παρά, sed præpositio deest in septem mss. et antiquioribus editionibus. Quod autem de Athanasii sententia testatur Basilius, id confirmatur cum ab ipso Athanasio, qui in epist. ad Rufianum non solum in Ægypto, sed etiam in Græcia, in Hispania et Gallia et ubique idem episcopis placuisse declarat; tum etiam a Liberio papa, qui in epist. 13 Ægyptios omnes et Achivos ejusdem sententiæ testes citat. Sed mirum est cur Occidentalium testimonium aut Athanasius in epistola ad Basilium prætermiserit, vel ipse Basilius hac in epistola prætermittat. Causam investigare conabimur in *Vita S. Basilii.*

(71) *Τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν.* Ita mss. sex. Editi τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν πίστιν.

(72) *Ἱσπανοί.* Legitur Σπάνοι in codicibus Harl., Vat., Coisl. secundo et utroque Regio. Inter has provincias non recensel Basilius Ciliciam et Galatiam, quia his in regionibus grassabatur hæresis, neque etiam Asiæ diœcesim, quam Basilio valde suspectam fuisse perspicimus ex epist. 218.

Digitized by Google

sinceritas vestra noverit eum sese a tota Ecclesia separare. Circumspicite, fratres, quibuscum vobis sit communio : si eam a nobis non suscipiatis, quis jam vos agniturus est? Nos eo necessitatis ne perducatis, ut triste quidpiam de charissima nobis Ecclesia statuamus. Ne committatis, ut quæ nunc corde premo, mecum ingemiscens, et deplorans luctuosum tempus, quo citra ullam causam Ecclesiæ maximæ, et jam olim inter se fraternis animis conjunctæ, nunc dissident; ne committatis, inquam, ut hæc apud omnes simul communicatores deplorem. Ne cogatis me voces promere, quas hactenus rationis freno occultatas apud me contineo. Satius est nos e medio tolli et Ecclesias inter se consentire, quam propter pueriles nostras simultates tantum mali populis Dei inferri. Percontamini Patres vestros, et annuntiabunt vobis, parœcias, etsi locorum situ videbantur inter se divisæ, at animo unum fuisse, unoque consilio solitas gubernari. Frequentissime populus miscebatur; frequentissime e clero alii ad alios veniebant; ipsis vero pastoribus tantum inerat mutui amoris, ut uterque altero in iis, quæ ad Dominum attinent, magistro ac duce uteretur.

A ὁ τὴν πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν ἀποδιδράσκων μὴ λανθανέτω ὑμῶν τὴν ἀκρίβειαν, πάσης ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀπορρήγνυς (73). Περιβλέψασθε (74), ἀδελφοί, πρὸς τίνας ἐστὶν ὑμῖν ἡ κοινωνία· ἐπειδὰν παρ' ἡμῶν μὴ δεχθῆτε, τίς λοιπὸν ὑμᾶς ἐπιγνώσεται; Μὴ ἀγάγητε ἡμᾶς εἰς ἀνάγκην σκυθρωπόν τι βουλεύσασθαι περὶ τῆς φιλτάτης ἡμῖν Ἐκκλησίας. Μὴ ποιήσητέ με, ἃ νῦν ἐν τῇ καρδίᾳ κρύπτω τῇ ἐμαυτοῦ, κατ' ἐμαυτὸν στενάζων καὶ ὀδυρόμενος τοῦ καιροῦ τὴν κακότητα, ὅτι, αἰτίας οὐκ οὔσης, αἱ μέγισται τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ ἐκ παλαιοῦ πρὸς ἀλλήλας ἀδελφῶν τάξιν ἐπέχουσαι (75), αὗται νῦν διεστήκασι· μή με ποιήσητε ταῦτα πρὸς πάντας ὁμοῦ τοὺς κοινωνικοὺς ἀποδύρασθαι. Μὴ ἐκβιάσησθέ με ἀφεῖναι ῥήματα, ἃ μέχρι τοῦ νῦν τῷ ἐκ τοῦ λογισμοῦ χαλινῷ B κεκρυμμένα ἔχω παρ' ἐμαυτῷ. Βέλτιόν ἐστιν ἡμᾶς ἐκ ποδῶν γενέσθαι, τὰς δὲ Ἐκκλησίας ὁμονοεῖν πρὸς ἀλλήλας, ἢ διὰ τὰς μειρακιώδεις ἡμῶν μικροψυχίας κακὸν τοσοῦτον ἐπάγεσθαι τοῖς λαοῖς τοῦ Θεοῦ. Ἐρωτήσατε τοὺς Πατέρας ὑμῶν, καὶ ἀναγγελοῦσιν ὑμῖν, ὅτι, εἰ καὶ τῇ θέσει τοῦ τόπου διῃρῆσθαι ἐδόκουν αἱ παροικίαι (76), ἀλλὰ τῷ γε φρονήματι ἓν ἦσαν, καὶ μιᾷ γνώμῃ ἐκυβερνῶντο. Συνεχεῖς μὲν τοῦ λαοῦ αἱ ἐπιμιξίαι· συνεχεῖς δὲ τοῦ κλήρου ἐπιδημίαι· αὐτοῖς δὲ τοῖς ποιμεσι τοσοῦτον περιῆν τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης, ὥστε ἑκάτερον αὐτῶν διδασκάλῳ τῷ ἑτέρῳ καὶ ἡγεμόνι χρῆσθαι εἰς τὰ πρὸς Κύριον.

308 EPISTOLA CCV'. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΕ'.

Elpidium rogat, misso iterum Meletio presbytero, ut, eo agente cum episcopis maritimis, locus et tempus ad concordiam stabiliendam constituantur.

Elpidio episcopo. C *Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ.*

Rursus dilectum et compresbyterum Meletium impulimus, ut tuæ dilectioni nostram salutationem perferat. Cui quanquam omnino statueram parcere ob infirmitatem, quam sponte sibi ipse ascivit, redigens carnem in servitutem ob Evangelium Christi; tamen cum mihi ipsi decorum esse existimans salutare te per ejusmodi viros, qui, quæcunque litteras effugerint, per se valeant supplere, et veluti loco epistolæ vivæ esse et scribenti et epistolam recipienti : tum etiam ipsius desiderium explens, quo semper tuam præstantiam prosequitur, ex quo bonorum quibus præditus es, periculum fecit; ipsum etiam nunc ut ad te proficiscatur exoravi, ac per eum et visitationis solvimus debitum, et rogamus ut pro nobis ac pro Ecclesia D

Πάλιν ἡμεῖς τὸν ἀγαπητὸν καὶ συμπρεσβύτερον (77) Μελέτιον ἐκινήσαμεν, ἐπὶ τὴν σὴν ἀγάπην προστηγορίας ἡμῶν διακομίζοντα. Οὗ εἰ καὶ πάνυ ἐγνώκειμεν φείδεσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν, ἣν ἑκουσίως ἑαυτῷ ἐπηγάγετο, δουλαγωγῶν τὴν σάρκα διὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ὅμως καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πρέπον εἶναι κρίναντες (78) διὰ τοιούτων προσφθέγγεσθαί σε, τῶν δυναμένων ὅσα διαφεύγει τὸ γράμμα παρ' ἑαυτῶν ῥᾳδίως ἀναπληρῶσαι, καὶ οἱονεὶ ἀντ' ἐπιστολῆς ἐμψύχου γενέσθαι τῷ τε γράφοντι καὶ τῷ δεχομένῳ· καὶ τὸν αὐτοῦ δὲ πόθον ἀναπληροῦντες, ὃν ἔχει ἀεὶ περὶ τὴν σὴν τελειότητα, ἀφ' οὗ εἰς πεῖραν ἀφίκετο τῶν ἐν σοὶ καλῶν· καὶ νῦν αὐτὸν ἐλθεῖν ὡς σὲ (79) ἐδυσωπήσαμεν, δι' οὗ καὶ τὸ τῆς ἐπισκέψεως ἀποπληροῦμεν χρέος, καὶ παρακαλοῦμεν

Alias CCCXXII. Scripta anno 375.

(73) *Ἀπορρήγνυς.* Vetus est apud ecclesiasticos scriptores effatum, eum schismatis crimen incurrere, qui alium præter fas et jura excommunicat. Sed tamen ejusmodi schismatici non idcirco ab exteriore Ecclesiæ communione discedebant. At Basilius loquitur de hac exteriore communione, eaque carituros declarat, qui a sua discesserint. Quod quidem non accuratissime dictum videretur, nisi præcipue de Neocæsariensibus dictum esset. Nam Paulinus Antiochenus carebat communione Basilii, nec tamen Ecclesiarum Occidentalium communionem amiserat. At Neocæsarienses si in injuria Basilio facienda perstitissent, eumque coegissent apud communicatores suos querelas deferre, non dubium quin omnes illius causæ favissent, et justissima in Neocæsarienses indignatione exarsissent.

(74) *Περιβλέψασθε.* Editi addunt οὖν, quæ vocula deest in omnibus nostris mss.

(75) *Ἐπέχουσαι.* Coisl. primus κατέχουσαι.

(76) *Αἱ παροικίαι.* Editiones Basileensis secunda et Parisiensis addunt καὶ Ἐκκλησίαι, sed repugnant septem mss. et antiquiores editiones.

(77) Vide Addenda.

(78) *Κρίναντες.* Sic multi codices mss. Sed recentiores habent κρίνοντες.

(79) *Ἐλθεῖν ὡς σέ.* Hæc desunt in codicibus Med. et Harl.

Digitized by Google

προσεύχεσθαί σε ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· ἵνα δῷ (80) ἡμῖν ὁ Κύριος ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγειν, τῆς ἐκ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Εὐαγγελίου ἐπηρείας ἀπαλλαγέντας (81). Εἰ δὲ καὶ τῇ σῇ συνέσει ἀκόλουθον καὶ ἀναγκαῖον καταφαίνεται εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλους ἐλθεῖν, καὶ συντυχεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς τοῖς τὴν παραλίαν κατοικοῦσιν ἐπισκόποις, αὐτὸς καὶ ἡμῖν ἀπόδειξον τόπον καὶ καιρὸν καθ' ὃν ἔσται τοῦτο, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπίστειλον, ἵνα, ἐπὶ ὡρισμένοις καταλιπόντες ἕκαστος τὴν ἐν χερσὶν ἀσχολίαν, δυνηθῶμέν τι τῶν εἰς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ποιῆσαι, καὶ ἀνελεῖν μὲν τὰς ἐξ ὑπονοιῶν νῦν ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους ἐγγινομένας λύπας, κυρῶσαι δὲ τὴν ἀγάπην, ἧς ἄνευ ἀτελῆ εἶναι πάσης ἐντολῆς ἐργασίαν αὐτὸς ἡμῖν ὁ Κύριος διωρίσατο.

A Dei preceris, ut Dominus det nobis ab injuria inimicorum Evangelii liberatis tranquillam ac quietam vitam agere. Quod si et tuæ prudentiæ consentaneum et necessarium videbitur, ut in unum veniamus, congrediamurque etiam cum reliquis reverendissimis fratribus maritimarum civitatum episcopis, ipse etiam nobis designa locum et tempus, quo hæc fient, et scribe fratribus, ut præstituto tempore relinquentes unusquisque ea quæ in manibus negotia, possimus aliquid ad ædificationem Ecclesiæ navare, ac tollere insitas nobis nunc ex suspicionibus inter nos molestias, ac charitatem firmare, sine qua mancam et imperfectam esse cujusvis præcepti observationem ipse nobis Dominus declaravit.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣϚ'.

EPISTOLA CCVI.

Consolatur Elpidium, nepotis morte afflictum, ac, speratum congressum ne dolor interpellet, hortatur.

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ (82) *παραμυθητική.*

Elpidio episcopo consolatoria.

Νῦν μάλιστα τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας αἰσθάνομαι, ὅτε ὁρῶ μοι τοσοῦτον ἐμποδίζουσαν τῇ τῆς ψυχῆς ὠφελείᾳ. Εἰ γάρ μοι κατὰ νοῦν (83) ἐχώρει τὰ πράγματα, οὐκ ἂν δι' ἐπιστολῶν, οὐδὲ διὰ μέσων ἀνθρώπων προσεφθεγγόμην ὑμᾶς· ἀλλ' αὐτὸς ἂν δι' ἐμαυτοῦ καὶ τὸ τῆς ἀγάπης ἀπεπλήρουν χρέος, καὶ ἐγγύθεν ἀπέλαυον τοῦ πνευματικοῦ (84) κέρδους. Νῦν δὲ οὕτω διάκειμαι, ὡς ἀγαπητῶς καὶ τὰς τῆς πατρίδος κινήσεις ὑφίστασθαι, ἃς ἀναγκαίως ποιούμεθα ἐπισκεπτόμενοι τὰς κατὰ τὴν χώραν ἡμῶν παροικίας. Ἀλλὰ παράσχοι ὁ Κύριος καὶ ὑμῖν ἰσχὺν καὶ προθυμίαν, καὶ ἐμοὶ πρὸς τῇ σπουδῇ (85) ἣν ἔχω νῦν. καὶ δύναμιν, ὥστε, καθὼς παρεκάλεσα ὑμᾶς, πραγματεύσασθαι ἡμῖν τὴν ἀπόλαυσιν, γενομένοις ἐπὶ τῆς Κομανικῆς ἐνορίας. Φοβοῦμαι δὲ περὶ τῆς σῆς κοσμιότητος, μήπου σοι ἐμπόδιον γένηται ἡ περὶ τῶν οἰκείων λύπη. Καὶ γὰρ ἔμαθον, ὅτι σε ἔθλιψε παιδίου τελευτή· οὗ τὴν στέρησιν, ὡς μὲν πάππῳ, λυπηρὰν εἰκὸς εἶναι, ὡς δὲ ἀνδρὶ πρὸς τοσοῦτον ἤδη διαβεβηκότι τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐπισταμένῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὴν φύσιν ἐκ τῆς κατὰ τὸν χρόνον ἐμπειρίας, καὶ ἐκ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, ἀκόλουθον μὴ πάντη δύσφορον εἶναι τῶν οἰκειοτάτων τὸν χωρισμόν. Καὶ γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ ἀπαιτεῖ ἡμᾶς τε καὶ τοὺς τυχόντας τῶν ἀνθρώπων ὁ Κύριος. Οἱ μὲν γὰρ συνηθείᾳ ζῶαν· ἡμεῖς δὲ κανόνι τῆς πολιτείας τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου κεχρήμεθα, καὶ τοῖς προλαβοῦσι

Nunc maxime corporis infirmitatem sentio, cum eam video mihi tantopere obstare animæ utilitati. Si enim mihi res succederent ex sententia, non vos per litteras, neque per internuntios alloquerer, sed ipse per me et charitatis exsolverem debitum, et cominus perfruerer spirituali emolumento. Nunc autem ita me habeo, ut præclare mecum agi putem si vel in patria motus sustinere possim, quos mihi necesse est nostræ paroeciæ pagos visitanti suscipere. Sed et vobis Dominus robur et alacritatem et mihi præter studium, quod nunc **309** habeo largiatur et vires, ut, quemadmodum vos rogavi, fiat mihi copia vobis fruendi, cum in fines Comanicos venero. Metuo autem tuæ dignitati, ne te domesticus dolor interpellet. Didici namque afflictum te fuisse filioli interitu : cujus jacturam, ut avo, molestam quidem esse par est; sed ut viro tantos jam in virtute progressus adepto, et perspectam habenti rerum humanarum naturam tum ex temporis experientia, tum ex spirituali doctrina, consentaneum est intolerabilem non esse propinquissimorum disjunctionem. Non enim idem a nobis Dominus exposcit, quod a quibuslibet hominibus. Hi enim vivunt ex consuetudine : nobis autem vivendi regula, Domini præceptum ac præterita beatorum virorum exempla, quorum magnitudo animi adversis temporibus maxime declarata est.

(80) Δῷ. Nonnulli mss. δῴη.

(81) *Ἀπαλλαγέντας*. Ita Med. et Harl. quæ quidem scriptura Basilio usitata et familiaris, sed a recentioribus librariis videtur fuisse mutata in ἀπαλλαγεῖσιν, ut habent editi.

(82) *Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ*. Hunc titulum sic reposuimus, quia in tribus antiquissimis codicibus legitur : Τῷ αὐτῷ παραμυθητική· *Eidem consolatoria*. Præcedit autem in his codicibus epistola 205 ad eumdem Elpidium. Deest episcopi vox in editis. At in codicibus Vat. et Reg. primo legitur tantum : Παραμυθητική, omisso Elpidii nomine. In codice Regio secundo legitur ἑτέρῳ ὁμοία ἐπὶ ἐκγόνου ἀποβολῇ, et in codice Parisiensis Ecclesiæ : Παραμυθητική τινι ἐπὶ ἐκγόνου ἀποβολῇ· *Cuidam consolatoria ob mortem nepotis*. Præter auctoritatem vetustissimorum codicum, tanta est necessitudo huic epistolæ cum præcedenti, ut dubium esse non possit, quin ad Elpidium episcopum scripta sit.

(83) *Κατὰ νοῦν*. Harl. κατὰ ῥοῦν.

(84) *Πνευματικοῦ*. Editi addunt τούτου quod deest in sex mss.

(85) *Πρὸς τῇ σπουδῇ*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi πρὸς τὴν σπουδήν. Paulo post iidem editi πραγματεύσασθαι ὑμῖν. Novem mss. ἡμῖν Subinde sex mss. μή που σοί. Editi μή πως σοί.

Alias CCCXLVIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

Ut igitur et ipse fortitudinis ac veræ ob sperata bona animi affectionis exemplum hominibus relinquas, invictum te a dolore ac molestis rebus excelsiorem exhibe, patiens in afflictione, spe lætus. Horum itaque nihil speratum nobis congressum impediat. Infantibus namque satis est ætas ut inculpati sint : nos autem debemus præscripta nobis ministeria Domino exhibere, atque in omnibus parati et expediti esse ad Ecclesiarum administrationem, cujus magna præmia fidelibus et prudentibus administris Dominus noster reservavit.

τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑποδείγμασιν, ὧν τὸ μεγαλοψυὲς τῆς διανοίας ἐπὶ τῶν περιστατικῶν καιρῶν μάλιστα διεδείκνυτο. Ἵνα οὖν καὶ αὐτὸς ὑπόδειγμα ἀνδρείας καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἐλπιζομένοις ἀληθινῆς διαθέσεως καταλίπῃς τῷ βίῳ, δεῖξον σαυτὸν μὴ καμπτόμενον τῷ πάθει, ἀλλ' ὑψηλότερον ὄντα τῶν λυπηρῶν, τῇ μὲν θλίψει ὑπομένων, τῇ δὲ ἐλπίδι χαίρων Μηδὲν οὖν τούτων γένηται κώλυμα πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἡμῖν συντυχίαν. Τοῖς μὲν γὰρ νηπίοις αὐτάρκης ἡ ἡλικία πρὸς τὸ ἀνέγκλητον· ἡμεῖς δὲ ὑπεύθυνοί ἐσμεν τὰ διατεταγμένα ἡμῖν ὑπηρετεῖν τῷ Δεσπότῃ, καὶ εἰς πάντα εὔθετοι εἶναι τῇ οἰκονομίᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν, ἧς μεγάλους τοὺς μισθοὺς τοῖς πιστοῖς καὶ φρονίμοις οἰκονόμοις ὁ Κύριος ἡμῶν ἐταμιεύσατο.

EPISTOLA CVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΖ'.

Cum Neocæsarienses clerici omnes ad unum in odio Basilii cum episcopo suo consentirent; Basilius admonet eos, ut ne assententur homini errorem Sabellii inducenti, neve patiantur populum ab eo decipi. Is Basilium fugiebat, arguimetuens : somnia fingebat, ut Basilii doctrinam persuaderet esse perniciosam. Causam odii rogatus, non aliam afferebat præter psalmos et cantum ac monasticam vitam : quæ instituta, nondum in Neocæsariensi Ecclesia recepta, vigebant in Cæsariensi. Utrumque illud institutum Basilius et sibi honori esse, et in aliis Ecclesiis vigere demonstrat. Objicientibus, hæc non fuisse tempore Gregorii, respondet nec litanias tunc fuisse, nec quidquam fere ex illius institutis apud eos superesse. Unde eos monet ut trabem ex oculis suis ejiciant, ac hæresim vitent; alioquin tacere se non posse in tanta animarum pernicie.

Ad clericos Neocæsarienses.

Τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν (86) *κληρικοῖς.*

1. Consensus in mei odio, et quod omnes ad unum belli nobis illati ducem sequimini, suadebat mihi, ut erga omnes pariter conticescerem, neque amici scripti, aut ullius colloquii essem inceptor, sed in silentio mœrorem meum concoquerem. Sed quia calumniæ silentio non prætermittendæ, non ut contradicendo nos ipsi ulciscamur, sed ne mendacium progredi et deceptos lædi patiamur, necessarium visum est hoc etiam omnibus proponere, et prudentiæ vestræ scribere, quamvis cum nuper toti presbyterio communiter scripsissem, nulla me responsione dignati sitis. Nolite assentari, fratres, iis, qui prava dogmata in animos vestros inducunt : neque despicite, dum populus Dei, vobis scientibus, **310** per impia dogmata subvertitur. Sabellius Afer et Marcellus Galata, soli ex omnibus ea ausi sunt et docere, et scribere, quæ nunc apud vos, velut sua ipsorum inventa, proferre aggrediuntur populi duces, lingua perstrepentes, sed ne verisimilitudinis quidem colorem his tricis et cavillationibus illinere valentes. Ili fanda atque nefanda in nos concionantur, et omni modo congressum nostrum declinant. Quamobrem? Nonne quia timent ne de pravis suis dogmatibus arguantur? Hi videlicet eo usque impudentiæ contra nos devenere ut et somnia quædam in nos

1. Ἡ μὲν συμφωνία τοῦ καθ' ἡμῶν μίσους, καὶ τὸ μέχρις ἑνὸς πάντας ἀκολουθῆσαι τῷ προεστῶτι τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, ἔπειθέ με ὁμοίως ἀποσιωπᾷν πρὸς ἅπαντας, καὶ μήτε γράμματος φιλικοῦ μήτε τινὸς ὁμιλίας κατάρχειν, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ πέττειν τὴν ἐμαυτοῦ λύπην· ἐπειδὴ δὲ χρὴ πρὸς τὰς διαβολὰς μὴ (87) ἀποσιωπᾷν, οὐχ ἵνα διὰ τῆς ἀντιλογίας ἡμᾶς αὐτοὺς ἐκδικῶμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχωρήσωμεν εὐοδωθῆναι τῷ ψεύδει, καὶ τοὺς ἠπατημένους μὴ ἐναφῶμεν τῇ βλάβῃ, ἀναγκαῖον ἐφάνη μοι καὶ τοῦτο προθεῖναι τοῖς πᾶσι, καὶ ἐπιστεῖλαι ὑμῶν τῇ συνέσει, εἰ καὶ, ὅτι πρώην κοινῇ παντὶ τῷ πρεσβυτερίῳ γράψας, οὐδεμιᾶς παρ' ὑμῶν ἀποκρίσεως ἠξιώθην (88). Μὴ κολακεύετε, ὦ ἀδελφοί, τοὺς τὰ πονηρὰ δόγματα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐπάγοντας· μηδ' καταδέξησθε περιορᾷν ἐν γνώσει ὑμετέρᾳ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ἀσεβῶν διδαγμάτων καταστρεφόμενον. Σαβέλλιος ὁ Λίβυς καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης μόνοι ἐκ πάντων ἐτόλμησαν καὶ διδάξαι ταῦτα καὶ γράψαι, ἅπερ νῦν παρ' ὑμῖν, ὡς ἴδια ἑαυτῶν εὑρέματα, ἐπιχειροῦσι προφέρειν οἱ καθηγούμενοι τοῦ λαοῦ, βαμβαίνοντες (89) τῇ γλώσσῃ, καὶ οὐδὲ εἰς πιθανὴν κατασκευὴν ἄγειν (90) τὰ σοφίσματα ταῦτα καὶ τοὺς παραλογισμοὺς ἐξαρκοῦντες. Οὗτοι ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα καθ' ἡμῶν δημηγοροῦσι, καὶ πάντα τρόπον τὰς συντυχίας ἡμῶν ἐκκλίνουσι. Τίνος ἕνεκεν; Οὐχὶ τὸν

* Alias LXIII. Scripta anno 375.

(86) *Κατὰ Νεοκαισάρειαν*. Ita mss. tres vetustissimi cum duobus Regiis et Coisl. secundo. Male in editis κατὰ Νεοκαισαρείας. Non enim sic loqui solet Basilius. Post ope veterum codicum emendavimus quod minus accurate scriptum erat in editis μέχρις ἑνός et πεσεῖν τὴν ἐμαυτοῦ λύπην. In duobus tamen recentioribus mss. et in editionibus Hag. et Basil. legitur πέσσειν. Paris. 2 πέπτειν.

87) *Πρὸς τὰς διαβολὰς μή*. Quinque codices non antiquissimi μήτε πρὸς τὰς διαβολάς. *Ne calumniæ quidem silentio prætermittendæ*. Post nonnulli codices recentiores προσθεῖναι τοῖς πᾶσι. *Hoc etiam omnibus addere*.

(88) *Γράψας... ἠξιώθην*. Ita tres vetustissimi codices. Editi γράψαντες... ἠξιώθημεν.

(89) *Προφέρειν... βαμβαίνοντες*. Ita Harl., Med., Coisl. uterque cum tribus Regiis. Editi προσφέρειν... βομβαίνοντες.

(90) *Ἄγειν*. Ita tres vetustissimi codices ; quinque alii ἀγαγεῖν. Editi ἐξαγαγεῖν.

Digitized by Google

ἐπὶ τοῖς πονηροῖς δόγμασιν ἑαυτῶν (91) ἔλεγχον ὑφορώμενοι; Οἵ γε ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῶν κατηναισχύντησαν, ὥστε καὶ ὀνείρους τινὰς ἐφ' ἡμᾶς συμπλάσαι, διαβάλλοντες ἡμῶν τὰς διδασκαλίας, ὡς βλαβερὰς· καὶ, κἂν πάντα τὰ τῶν φυλλοχόων μηνῶν φαντάσματα ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς ὑποδέξωνται, οὐδεμίαν ἡμῖν βλασφημίαν δυνήσονται προστρίψασθαι, πολλῶν ὄντων τῶν (92) ἐφ' ἑκάστης Ἐκκλησίας μαρτυρούντων τῇ ἀληθείᾳ.

A comminiscantur, doctrinam nostram ut perniciosam calumniantes : qui etiamsi omnia mensium, quibus folia cadunt, somnia et visa capitibus suis colligant, nullum nobis probrum poterunt inurere, cum plures sint in unaquaque Ecclesia, qui testimonium dent veritati.

2. Κἂν τὴν αἰτίαν ἐρωτηθῶσι τοῦ ἀκηρύκτου τούτου καὶ ἀσπόνδου πολέμου, ψαλμοὺς λέγουσι καὶ τρόπον μελῳδίας τῆς παρ' ὑμῖν (93) κεκρατηκυίας συνηθείας παρηλλαγμένον, καὶ τοιαῦτά τινα, ἐφ' οἷς ἐχρῆν αὐτοὺς ἐγκαλύπτεσθαι. Ἐγκαλούμεθα δὲ, ὅτι καὶ ἀνθρώπους ἔχομεν τῆς εὐσεβείας ἀσκητὰς, ἀποταξαμένους τῷ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς βιωτικαῖς μερίμναις, ἃς ἀκάνθαις παρεικάζει ὁ Κύριος, εἰς καρποφορίαν ἐλθεῖν (94) τὸν λόγον μὴ συγχωρούσαις. Οἱ τοιοῦτοι τὴν νεκρότητα τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρουσι· καὶ ἄραντες τὸν ἑαυτῶν σταυρὸν, ἕπονται τῷ Θεῷ. Ἐγὼ δὲ παντὸς ἂν τιμησαίμην τοῦ ἐμαυτοῦ βίου, ἐμὰ εἶναι τὰ ἀδικήματα ταῦτα, καὶ ἔχειν ἄνδρας παρ' ἐμαυτῷ, ὑπ' ἐμοὶ διδασκάλῳ, τὴν ἄσκησιν ταύτην προελομένους. Νῦν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ μὲν ἀκούω τοιαύτην εἶναι ἀνδρῶν ἀρετήν· καὶ τάχα τινὲς καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιστίνης τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν κατορθοῦσιν. Ἀκούω δέ τινας καὶ ἐπὶ τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν τελείους καὶ μακαρίους ἄνδρας. Ἡμεῖς δὲ παῖδές ἐσμεν πρός γε τὴν τῶν τελείων σύγκρισιν. Εἰ δὲ καὶ γυναῖκες εὐαγγελικῶς ζῆν προελόμεναι, παρθενίαν μὲν γάμου προτιμῶσαι, δουλαγωγοῦσαι (95) δὲ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, καὶ ἐν πένθει ζῶσαι τῷ μακαριζομένῳ, μακάριαι τῆς προαιρέσεως, ὅπου ἂν ὦσι τῆς γῆς. Παρὰ δὲ ἡμῖν (96) μικρὰ ταῦτα, στοιχουμένων ἔτι καὶ εἰσαγομένων πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Εἰ δέ τινα ἀκοσμίαν τῷ βίῳ τῶν γυναικῶν ἐπιφέρουσιν, ἀπολογεῖσθαι μὲν ὑπὲρ αὐτῶν οὐ καταδέχομαι· ἐκεῖνο δὲ ὑμῖν διαμαρτύρομαι, ὅτι ἃ μέχρι νῦν ὁ Σατανᾶς ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους εἰπεῖν οὐ κατεδέξατο, ταῦτα αἱ ἄφοβοι καρδίαι, καὶ τὰ ἀχαλίνωτα στόματα ἀεὶ (97) φθέγγεται ἀδεῶς. Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ὅτι ἡμεῖς εὐχόμεθα καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν συντάγματα (98) ἔχειν· ὧν τὸ πολίτευμά ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, τῶν τὴν σάρκα σταυρωσάντων σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις· οἳ οὐ μεριμνῶσι περὶ βρωμάτων καὶ ἐνδυμάτων· ἀλλ' ἀπερίσπαστοι ὄντες καὶ εὐπάρεδροι τῷ Κυρίῳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας προσμένουσι ταῖς δεήσεσιν. Ὧν τὸ στόμα οὐ λαλεῖ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων· ἀλλὰ ψάλλουσιν ὕμνους (99) τῷ Θεῷ ἡμῶν διηνεκῶς, ἐργαζόμενοι ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν, ἵνα ἔχωσι μεταδιδόναι τοῖς χρείαν ἔχουσι.

2. Quod si causam rogentur implacabilis illius et inexpiabilis belli, psalmos dicunt, et melodiæ modum a consuetudine, quæ apud vos invaluit, diversum, et quædam ejusmodi, quorum eos par erat pudere. Incusamur autem, quod etiam homines habeamus pietatis cultores, qui nuntium remiserunt mundo et omnibus sæculi curis, quas B spinis comparat Dominus, verbum ad fructum ferendum pervenire non sinentibus. Ejusmodi homines mortificationem Jesu in corpore circumferunt, et crucem suam portantes, Deum sequuntur. Ego vero tota mea vita mercarer, ut mea essent hæc delicta, haberemque apud me viros, me doctore, hanc pietatis exercitationem profitentes. Nunc autem in Ægypto quidem audio talem esse virorum virtutem : ac fortasse nonnulli et in Palæstina evangelicam vitam excolunt : audio rursus aliquos et in Mesopotamia perfectos ac beatos viros. Nos autem pueri sumus, siquidem cum perfectis comparemur. Quod si et mulieres evangelicum vivendi genus profitentur, virginitatem præferentes nuptiis, petulantiam carnis redigentes in C servitutem et in luctu illo degentes qui beatus prædicatur, beatæ sunt ob propositum suum, ubicunque fuerint terrarum. Apud nos autem hæc parva et exilia sunt, ac hominum adhuc elementa discentium, quique introducuntur ad pietatem. Jam si quid dedecoris vitæ mulierum inferunt, eas defendere non libet. Illud tamen vobis testificor, quæ hactenus pater mendacii Satanas dicere non ausus est, ea semper a cordibus metus expertibus et effrenatis linguis audacter efferri. Scire autem vos volo, nos laudi ducere, quod virorum et mulierum cœtus habeamus, quorum conversatio in cœlis est : qui suam carnem una cum affectionibus ac cupiditatibus crucifixerunt : **311** qui nec de cibis nec D de indumentis sunt solliciti, sed minime distracti, et Domino continenter astantes, noctu diuque perseverant in orationibus. Quorum os non loquitur opera hominum ; sed hymnos Deo nostro concinunt continenter, operantes manibus suis, ut habeant unde impertiant indigentibus.

(91) *Δόγμασιν ἑαυτῶν.* Sic tres iidem vetustissimi codices. Editi ἑαυτῶν διδάγμασιν. Ibidem quinque codices non ita vetusti τὸν ἐν τοῖς.

(92) *Ὄντων τῶν*, etc. Deest hic articulus in quatuor mss. non antiquissimis.

(93) *Τῆς παρ' ὑμῖν.* Posterior editio Parisiensis et Regii duo codices ac Coisl. secundus et Harl. secunda manu τῆς παρ' ἡμῖν.

(94) *Ἐλθεῖν.* Ita septem mss. Editi ἀνελθεῖν.

(95) *Δουλαγωγοῦσαι.* Reg. secundus δουλαγωγουσι, et paulo post ζῶσι. Sed frustra librariorum aliquis emendare volunt scripturam non vitiosam.

(96) *Παρὰ δὲ ἡμῖν.* Emendavimus ope Harlæani codicis et Medicæi quod minus commode in aliis et in editis legebatur Παρὰ δὲ ἡμῶν.

(97) *Ἀεί.* Deest ea vox in Vaticano, Reg. secundo et Coisl. secundo.

(98) *Συντάγματα.* Ita mss. octo. Editi συστήματα.

(99) *Ὕμνους.* Ita veteres libri summo consensu.

Digitized by Google

3. Quod autem spectat ad psalmodiæ criminationem, qua maxime simpliciores territant ii, qui nos calumniantur, illud dicere habeo, recepta nunc instituta omnibus Dei Ecclesiis consona esse et consentientia. De nocte siquidem consurgit apud nos populus ad domum precationis, et in labore, in afflictatione ac jugibus lacrymis confitentes Deo, tandem a precatione surgentes, ad psalmodiam transeunt. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinentes psallunt, ac simul et meditationem Scripturarum inde corroborant, et animum attentum et cor evagationis expers sibi ipsi comparant. Postea rursus uni committentes, ut prior canat, reliqui succinunt; et sic posteaquam in psalmodiæ varietate noctem traduxere intermistis precibus, die jam illucescente, omnes simul velut ex uno ore et uno corde psalmum confessionis Domino concinunt, propria sibi unusquisque verba pœnitentiæ facientes. Cæterum horum gratia si nos fugitis, fugietis Ægyptios, fugietis et utrosque Libyes, Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros, et eos qui ad Euphratem habitant, ac omnes uno verbo apud quos vigiliæ precesque et communes psalmodiæ in pretio sunt.

A

B

4. Sed hæc, inquit, non erant tempore magni Gregorii. Sed neque litaniæ, quas nunc studio habetis. Neque id dico, ut vos redarguam; optarim enim vos omnes in lacrymis et jugi pœnitentia vivere. Nam et nos nihil aliud facimus, nisi quod pro peccatis nostris supplicamus; sed ita tamen, ut non humanis verbis, uti vos, sed oraculis Spiritus Deum nostrum placemus. Hæc autem non fuisse sub admirando Gregorio, quosnam habetis testes, qui quidem nihil ex illius institutis hactenus conser-

C

3. Πρὸς δὲ τὸ ἐπὶ ταῖς ψαλμῳδίαις ἔγκλημα, ᾧ μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους φοβοῦσιν οἱ διαβάλλοντες ἡμᾶς, ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχω· ὅτι τὰ νῦν κεκρατηκότα ἔθη πάσαις ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις συνῳδά ἐστι καὶ σύμφωνα. Ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ καὶ θλίψει καὶ συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, τελευταῖον ἐξανασταντες τῶν προσευχῶν, εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται. Καὶ νῦν μὲν, διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις, ὁμοῦ μὲν τὴν μελέτην τῶν λογίων ἐντεῦθεν κρατύνοντες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν προσοχὴν καὶ τὸ ἀμετεώριστον τῶν καρδιῶν ἑαυτοῖς διοικούμενοι (1)· ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι· καὶ οὕτως ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψαλμῳδίας τὴν νύκτα διενεγκόντες, μεταξὺ προσευχόμενοι, ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας, τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν (2) ἀναφέρουσι τῷ Κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι. Ἐπὶ τούτοις λοιπὸν εἰ ἡμᾶς ἀποφεύγετε, φεύξεσθε (3) μὲν Αἰγυπτίους· φεύξεσθε δὲ καὶ Λίβυας ἀμφοτέρους, Θηβαίους, Παλαιστίνους, Ἄραβας, Φοίνικας, Σύρους, καὶ τοὺς πρὸς τῷ Εὐφράτῃ κατῳκισμένους, καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς, παρ' οἷς ἀγρυπνίαι καὶ προσευχαὶ, καὶ αἱ κοιναὶ ψαλμῳδίαι τετίμηνται.

4. Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶ, ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου. Ἀλλ' οὐδὲ αἱ λιτανεῖαι (4), ἃς ὑμεῖς νῦν ἐπιτηδεύετε. Καὶ οὐ κατηγορῶν ὑμῶν λέγω· ηὐχόμην γὰρ πάντας ὑμᾶς ἐν δάκρυσι ζῆν, καὶ μετανοίᾳ διηνεκεῖ. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον ἢ λιτανεύομεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· πλὴν ὅσον οὐκ ἀνθρωπίνοις ῥήμασιν, ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τοῖς λογίοις τοῦ Πνεύματος τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξιλεούμεθα. Ὅτι δὲ οὐκ ἦν ταῦτα ἐπὶ τοῦ θαυμαστοῦ Γρηγορίου, τίνας ἔχετε μάρτυρας (5), οἵ γε οὐδὲν τῶν ἐκείνου (6) μέχρι νῦν

D

Editi ὕμνον. Mss. tres, nempe Harl. et Coisl. uterque, interpunctionis notam apponunt post διηνεκῶς, quod editi male conjungebant cum ἐργαζόμενοι. Non enim continuus erat manuum labor, sed continua psalmodia, quam ne ipse quidem labor interpellabat. Paulo post editi ἐν ψαλμῳδίαις. Omnes mss. ut in textu. Non longe iisdem auctoribus mutavimus quod in editis legebatur ἐν θλίψει καὶ ἐν συνοχῇ... ἀναστάντες.

(1) *Διοικούμενοι.* Ita octo mss. Editiones Basil. et Paris, διακονούμενοι. Hagan. διακούμενοι.

(2) *Τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμόν.* In uno ex codicibus Regiis ad marginem legitur, τὸ, Δόξα ἐν ὑψίστοις, λέγει. *Gloria in altissimis, dicit.* Sed hujus scholii non magna auctoritas. Liquet enim psalmum quinquagesimum designari.

(3) *Φεύξεσθε.* Reg. secundus et Coisl. secundus φεύξασθε. Paulo post iidem codices συνεπιτηδεύετε. Mox editi Εὐφράτει. Mss. ut in textu.

(4) *Λιτανεῖαι.* Hac voce non supplicationes sive processiones designantur, ut in Euchologio Græcorum, sed preces ad pœnitentiam accommodatæ. Hoc enim tantum discriminis ponit Basilius inter Neocæsariensium ritum et Cæsariensium, quod primi humanis verbis, Cæsarienses vero oraculis Spiritus sancti Deum placent. Porro nullum processionis vestigium in illo psalmi confessionis cantandi ritu, qui Cæsareæ observatur.

(5) *Μάρτυρας.* Ita tres vetustissimi codices, Harl., Med. et Coisl. primus. Editi μαρτυρίας. Ibidem editi post hanc vocem addunt εἰπεῖν, sed hoc verbum deest in octo nostris codicibus, ex quibus ibidem addidimus οἵ γε, quæ voculæ deerant in editis.

(6) *Οὐδὲν τῶν ἐκείνου.* Videntur prima specie cum hac epistola pugnare, quæ in libro *De Spiritu sancto* leguntur cap. 29, n. 74. Ibi docet Basilius tantum esse Gregorii apud Neocæsarienses admirationem, ut *non factum aliquod, non dictum, non ritum ullum mysticum, ultra quam ille reliquit, Ecclesiæ adjecerint.* Unde ait evenisse, ut multa apud illos manca essent et inchoata. Cur ergo in hac epistola nonnulla recens in Ecclesiam inducta commemorat, imo eos negat ex Gregorii institutis quidquam retinere? Hæc ut concilientur, observandum est, 1° Quæ leguntur in libro *De Spiritu sancto* accipi de insignibus et præcipuis institutis debere. His nihil addi, nihil detrahi passi sunt Neocæsarienses. Hinc nulla apud eos monasteria, nec liturgia, ut apud alias Ecclesias, novis ritibus locupletata. Doctrinæ Gregorii ita erant addicti, ut cum eorum episcopus Sabellianismum inducere tentaret, Gregorii verbis errorem prætexere cogeretur. Sed tamen in rebus levioris momenti non ita difficiles erant, sed nonnulla ad usus suos adjunxerunt; quales erant litaniæ: quale est etiam quod narrat Gregorius Nyssenus, oblectamenta quædam a Gregorio con-

Digitized by Google

διεστώσασθε; Γρηγόριος οὐ κατεκαλύπτετο ἐπὶ τῶν προσευχῶν. Πῶς γάρ; ὅ γε τοῦ Ἀποστόλου γνήσιος μαθητὴς τοῦ εἰπόντος· *Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*· καὶ, *Ἀνὴρ μὲν οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ* (7), *εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων*. Ἔφευγε τοὺς ὅρκους ἡ καθαρὰ ἐκείνη ψυχὴ, καὶ ἀξία τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνίας, ἀρκουμένη τῷ ναὶ καὶ τῷ οὔ, διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου τοῦ εἰπόντος· *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως*. Οὐκ ἠνείχετο εἰπεῖν τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν μωρὸν ἐκεῖνος· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν ἀπειλὴν τοῦ Κυρίου (8). Θυμὸς καὶ ὀργὴ καὶ πικρία ἐκ τοῦ στόματος ἐκείνου οὐκ ἐξεπορεύετο. Λοιδορίαν ἐμίσει ὡς εἰς βασιλείαν οὐρανῶν οὐκ εἰσάγουσαν. Φθόνος καὶ ὑπερηφάνεια τῆς ἀδόλου ψυχῆς ἐκείνης ἀπελήλατο. Οὐκ ἂν παρέστη τῷ θυσιαστηρίῳ, πρὶν καταλλαγῆναι τῷ ἀδελφῷ. Ψευδῆ λόγον καὶ τεχνικὸν ἐπὶ διαβολῇ τινων μεμηχανημένον οὕτως ἐβδελύττετο, ὡς εἰδὼς, ὅτι τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ διαβόλου γεγένηται, καὶ ὅτι Κύριος ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Τούτων εἰ μηδέν ἐστιν ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ καθαρεύετε πάντων· τῷ ὄντι ἐστὲ μαθηταὶ τοῦ μαθητοῦ τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου. Εἰ δὲ μὴ, σκοπεῖτε μὴ τὸν κώνωπα διυλίζετε, περὶ μὲν ἦχον φωνῆς τοῦ κατὰ τὰς ψαλμῳδίας ἀκριβολογούμενοι, τὰς δὲ μεγίστας τῶν ἐντολῶν παραλύοντες. Εἰς τούτους με τοὺς λόγους ἤγαγεν ἡ ἀνάγκη τῆς ἀπολογίας, ἵνα διδαχθῆτε ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ τότε ἐξαίρειν τὰ ἀλλότρια κάρφη. Πλὴν ἀλλὰ πάντα συγχωροῦμεν, εἰ καὶ ὅτι οὐδὲν ἀνεξέταστον παρὰ τῷ Θεῷ. Μόνον ἐρρώσθω τὰ προηγούμενα, καὶ τὰς περὶ τὴν πίστιν καινοτομίας κατασιγάσατε. Τὰς ὑποστάσεις μὴ ἀθετεῖτε. Τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ μὴ ἀπαρνεῖσθε. Τὰς τοῦ Γρηγορίου φωνὰς μὴ παρεξηγεῖσθε. Εἰ δὲ μὴ, ἕως ἂν ἐμπνέωμεν καὶ δυνώμεθα φθέγγεσθαι, ἀμήχανον ἡμᾶς ἐπὶ τοσαύτῃ λύμῃ ψυχῶν σιωπᾷν.

vastis? Gregorius non operiebatur **312** in precibus. Quomodo enim? qui verus erat Apostoli discipulus dicentis: *Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum* [93], et *Vir quidem non debet velare caput suum, cum sit imago et gloria Dei* [94]. Juramenta fugiebat pura illa anima, et digna Spiritus sancti consortio, contenta his vocibus: *Ita* et *Non*, propter præceptum Domini, qui dixit: *At ego dico vobis, ne juretis omnino* [95]. Non audebat ille fratrem suum fatuum appellare [96]; verebatur enim comminationem Domini. Indignatio et ira et acerbitas ex illius ore non proficiscebantur. Convicium odio habebat, ut in regnum cœlorum non perducens. Invidia et arrogantia ab illa doli experte anima facessebant. Non accessisset ad altare, antequam reconciliaretur fratri. Mendacem sermonem et artificiose ad aliquorum calumniam instructum ita abominabatur, ut qui sciret mendacium ex diabolo ortum esse, Dominumque eos omnes qui mendacium loquuntur, perditurum [97]. Horum si nihil in vobis est, sed puri estis ab omnibus; vere discipuli estis ejus, qui mandatorum Domini discipulus fuit. Sin minus, videte ne culicem coletis, de vocis quidem sono in psalmorum cantu litigantes, mandata vero maxima dissolventes. Ad hos me sermones adduxit necessitas causæ defendendæ, ut discatis trabem ex oculis vestris ejicere, et ita demum festucas alienas extrahere. Verumtamen omnia condonamus; quanquam nihil est quod non perscrutetur Dominus. Tantummodo sana sint quæ sunt præcipua, et novitates circa fidem compescite. Hypostases ne evertatis. Nomen Christi ne abnegetis. Gregorii verba ne falso interpretemini. Alioquin dum respirabimus, loquendique erit facultas, fieri non poterit ut in tanta animarum pernicie sileamus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΗ'.

EPISTOLA CCVIII[a].

Eulancium rogat ne se Neocæsariensium causa oderit, qui olim propter se ab aliis odio habebatur.

Εὐλαγκίῳ (9).

Μακρὸν ἀπεσιώπησας χρόνον, καὶ ταῦτα λαλίστατος ὢν, καὶ μελέτην τοῦτο καὶ τέχνην ποιησάμενος, ἀεί τι λαλεῖν (10) καὶ σεαυτὸν δεικνύναι διὰ τῶν

Eulancio

Diu tacuisti, idque cum sis loquacissimus, atque hoc exercitationis artisque loco habueris, semper aliquid loqui, et teipsum dicendo ostendere. Sed

[93] I Cor. xi, 4. [94] ibid. 7. [95] Matth. v, 35. [96] ibid. 22. [97] Psal. v, 7.

cessa in martyrum Memoriis fuisse, ut eorum, qui a simulacrorum cultu recentes venerant, infirmitati consuleret; sed ea temporis progressu in spiritualem lætitiam magna ex parte conversa, *Vit. Greg*, p. 574., 2. Neque etiam secum ipse pugnat Basilius, cum Neocæsarienses laudat in libro *De Spiritu sancto*, quod Gregorii instituta arctissime teneant, hic autem vituperat, quod ea omnino reliquerint. Illic enim respicit ad exteriora instituta, hic autem ad virtutum exempla, convicii et iracundiæ fugam, odium jurisjurandi et mendacii.

(7) *Τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*. Desunt hæc verba in quinque veteribus libris. In Medicæo autem et Harl. deest tantum illud αὐτοῦ. Videtur hanc Neocæsariensium consuetudinem animo intueri Basilius, cum statuit in Regula morali 56, cap. 7, nec viros tecto capite, nec mulieres detecto, precari debere.

(8) *Τοῦ Κυρίου*. Harl. et Med. τοῦ Θεοῦ.

(9) *Εὐλαγκίῳ*. Addunt Coisl. primus et Med. φιλικὴ προσηγορία, *amica salutatio*. Harl. Εὐλαγκίῳ.

(10) *Ἀεί τι λαλεῖν*. Coisl. primus, Harl. et Paris. *ἀεί*, τὸ λαλεῖν, *hoc exercitationis artisque loco semper habueris, loqui* etc., id est, dicendi arti semper studueris. Quamvis hæc scriptura non omnino displiceat, potior tamen videtur vulgata, et magis

[a] Alias CCLXXXI. Scripta anno 375.

Digitized by Google

videtur Neocæsarea tui erga me silentii esse causa. Ac in beneficii quidem loco videmur accipere, quod qui illic sunt nostri non meminerint : siquidem non honorifica, ut referunt qui audierunt, de nobis mentio. Sed tu olim eras ex iis qui nostra causa odio habebantur, non ex iis qui me propter alios odisse velint. Itaque idem sis; et scribens ubicunque fueris, et nostri, ut par est, memor, si qua tibi æquitatis cura. Æquum est enim his, qui priores amarunt, parem amorem rependere.

A λόγων. Ἀλλ' ἔοικεν ἡ Νεοκαισάρεια αἰτία εἶναί σοι τῆς πρὸς ἡμᾶς σιωπῆς. Καὶ ἐοίκαμεν ἀντὶ χάριτος δέχεσθαι τὸ μὴ μνημονεύεσθαι παρὰ τοῖς αὐτοῦ (11)· ἐπειδὴ ἡμῖν ἡ μνημη οὐκ ἀγαθή ἐστιν, ὡς ὁ τῶν ἀκουόντων λόγος. Ἀλλὰ σὺ πάλαι τῶν μισουμένων ἦσθα δι' ἡμᾶς, οὐ τῶν δι' ἑτέρους (12) ἡμᾶς μισεῖν ἀνεχομένων. Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἔσο, καὶ ἐπιστέλλων οὗπερ ἂν ἦς, καὶ μεμνημένος ἡμῶν τὰ εἰκότα, εἴ τί σοι μέλει τοῦ δικαίου. Δίκαιον δήπου τῆς ἀγάπης τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας.

313 EPISTOLA CCIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΘ'.

Gratias agit Basilius amico pro se prætia sustinenti ; hortatur ut litterarum paucitatem incusare et talia debita perga exigere.

Sine inscriptione defensionis causa.

Sortito tibi obtigit, ut mecum molestias partireris et prælia pro me sustineres. Id autem fortis animi demonstrationem habet. Nam qui nostra moderatur Deus, his qui magna ferre possunt certamina, majores probandæ virtutis occasiones præstat. Et tu ergo ad explorationem tuæ in amicitia virtutis, veluti fornacem auro, tuam ipsius vitam proposuisti. Precamur igitur Deum, ut et cæteri meliores fiant, et tu similis tui ipse permaneas ; nec talia desinas incusare, qualia nunc incusas, litterarum paucitatem instar maximæ injuriæ nobis objiciens. Est enim amici accusatio, ac persta in talibus exigendis debitis : non enim adeo absurdus quidam sum amicitiæ debitor.

B *Ἀνεπίγραφος ἐπὶ ἀπολογίᾳ.*

Συνεκληρώθης ταῖς λύπαις καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶσι. Τοῦτο δὲ ἀπόδειξιν ἔχει νεανικῆς ψυχῆς. Ὁ γὰρ τὰ ἡμέτερα οἰκονομῶν Θεὸς τοῖς τὰ μεγάλα διαφέρειν δυναμένοις ἀγωνίσματα μείζονας ὑποθέσεις εὐδοκιμήσεων προξενεῖ. Καὶ σὺ τοίνυν βάσανον τῆς περὶ τοὺς φίλους ἀρετῆς (13), ὥσπερ τὴν κάμινον τῷ χρυσίῳ, τὸν σαυτοῦ βίον προέθηκας. Εὐχόμεθα οὖν τῷ Θεῷ καὶ τοὺς λοιποὺς βελτίους γενέσθαι, καὶ σὲ ὅμοιον ἑαυτῷ διαμεῖναι· καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλοῦντα μὴ παύσασθαι, οἷα νῦν ἐνεκάλεσας, τὴν τῶν γραμμάτων ἔνδειαν ἀντὶ μεγίστης ἀδικίας ἡμῖν προφέρων. Φίλου γὰρ τὸ ἔγκλημα, καὶ ἀνάμενε τῷ τὰ τοιαῦτα (14) ἀπαιτεῖν ὀφλήματα. Οὐ γὰρ οὕτω τις ἄτοπός εἰμι φιλίας χρῄστης (15).

EPISTOLA CCX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙ'.

Cum Basilio prope Neocæsaream adveniente ortus fuisset tumultus in civitate, ac alii fugerent, alii somniis fictis terrorem spargerent ; Basilius causam exponit cur ad hæc loca venerit. Causam tumultus rejicit in ducum invidiam et consilium inducendæ hæresis Sabellianæ. Hanc hæresim refellit Basilius, ac promittit se molestum non fore, si errorem negent : sed si perstent in errore, ad alias Ecclesias scripturum. Locum Gregorii explicat, quo isti in epistola ad Antiochum absusi fuerant. Ipsum etiam Meletium, misso aliquo scripto, periclitati fuerant. Neocæsarienses monet ne falsis somniis decipiantur, quæ etiamsi essent Evangelio consentanea, quia tamen charitatem lædunt, iis prorsus supersedendum esset.

Ad primores Neocæsareæ.

1. Plane nihil opus erat, ut meum vobis enuntiarem consilium, aut quibus nunc de causis in his sim locis, exponerem. Nam alioqui, neque unus sum ex iis qui publico gaudent, neque res tot testibus digna est. Sed opinor, non quæ volumus facimus, sed ea ad quæ nos provocant vestri duces. Mihi enim omnino ignorari magis studio fuit, quam gloriæ cupidis in luce versari. Sed quia omnium, ut audio, qui in vestra civitate sunt, aures circumsonuerunt, et quidam verborum artifices et mendacii architecti, ad hoc ipsum mercede conducti, res meas vobis enarrant ; faciendum minime duxi, ut

C *Τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν λογιωτάτοις* (16).

1. Ὅλως μὲν οὐδὲν ἐδεόμην τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην δημοσιεύειν ὑμῖν, οὐδὲ τὰς αἰτίας λέγειν, δι' ἃς νῦν ἐγὼ ἐπὶ τῶν τόπων εἰμὶ τούτων· καὶ γὰρ οὐδὲ ἄλλως τῶν φανητιόντων ἐγώ, οὐδὲ τὸ πρᾶγμα τοσούτων μαρτύρων ἄξιον· ἀλλ' οἶμαι, οὐχ ἃ βουλόμεθα ποιοῦμεν, ἀλλ' ἐφ' ἃ προκαλοῦνται ἡμᾶς οἱ καθηγούμενοι. Ἐπεὶ ἔμοιγε τὸ παντελῶς ἀγνοεῖσθαι πλέον ἐσπούδασται ἢ τοῖς φιλοδόξοις τὸ διαφαίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ πάντων, ὡς ἀκούω (17), τῶν κατὰ τὴν ὑμετέραν πόλιν τὰ ὦτα διατεθρύλληται, καὶ εἰσί τινες λογοποιοί, δημιουργοὶ τοῦ ψεύδους, πρὸς αὐτὸ τοῦτο μεμισθωμένοι, οἳ τὰ ἐμὰ ὑμῖν ἐξηγοῦν-

* Alias CCXXVII. Scripta anno 375.

** Alias LXIV. Scripta anno 375.

magis consentanea loquacitati, quam non sine lepore Basilius objicit Eulancio. Similiter in epist. 20 linguam sophistæ negat silere unquam posse.

(11) *Τὸ μὴ .... παρὰ τοῖς αὐτοῦ*, Sic ope utriusque Coisl. emendavimus quod erat in editis τὸ μνημονεύεσθαι παρὰ τοῦ αὐτοῦ. Paulo post editi ἀγαθὴ ὁμοίως ἐστὶν ὥσπερ. Sex mss. ut in textu.

(12) *Δι' ἑτέρους*. Ita sex mss. Editi τῶν ἑτέρων. Paulo post mss. septem ἔσο. Editi ἔσῃ.

D (13) *Τῆς... ἀρετῆς*. Codex Vaticanus τὴν ἀρετήν.

(14) *Τῷ τὰ τοιαῦτα*. Prima vocula, quam ex Coisl. secundo et Reg. secundo eruimus, deerat in editis. Coisl. primus τὸ τὰ τοιαῦτα.

(15) *Χρῄστης*. Ita Coisl. uterque, Vat. et Reg. secundus. Vox illa in Medicæo codice corrupta. Editi χρεώστης, quod idem sonat.

(16) *Τοῖς... λογιωτάτοις*. Harl., Coisl. primus et unus ex Regiis πρὸς τοὺς... λογιωτάτους. Duo alii τοῖς αὐτοῖς.

(17) *Ὡς ἀκούω*. Ita novem mss. Editi ὧν ἀκούω.

Digitized by Google

ται· οὐκ ᾠήθην δεῖν περιιδεῖν ὑμᾶς γνώμῃ πονηρᾷ καὶ φωνῇ ῥυπώσῃ διδασκομένους, ἀλλ' αὐτὸς εἰπεῖν τὰ ἐμαυτοῦ ὅπως ἔχει. Ἐγὼ καὶ διὰ τὴν ἐκ παιδός μοι πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο συνήθειαν (ἐνταῦθα γὰρ ἐτράφην παρὰ τῇ ἐμαυτοῦ τίτθῃ [18]), καὶ διὰ τὴν μετὰ ταῦτα ἐπὶ πλεῖστον διατριβήν, ὅτε φεύγων τοὺς πολιτικοὺς θορύβους, ἐπιτήδειον ἐμφιλοσοφῆσαι διὰ τὴν ἐκ τῆς ἐρημίας ἡσυχίαν τὸ χωρίον τοῦτο καταμαθών, πολλῶν ἐτῶν ἐφεξῆς ἐνδιέτριψα χρόνον. καὶ διὰ τὴν νῦν τῶν ἀδελφῶν ἐνοίκησιν, βραχείας ἀναπνοῆς ἐκ τῶν κατεχουσῶν ἡμᾶς ἀσχολιῶν ἐπιτυχών, ἄσμενος ἦλθον ἐπὶ τὴν ἐσχατιὰν ταύτην· οὐχ ὡς ἑτέροις ἐντεῦθεν πράγματα παρέξων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς τὴν ἐμαυτοῦ θεραπεύσων (19) ἐπιθυμίαν.

2. Τί οὖν χρὴ πρὸς ὀνείρους καταφεύγειν, καὶ ὀνειροσκόπους μισθοῦσθαι, καὶ ἐν ταῖς πανδήμοις ἑστιάσεσιν ἡμᾶς ποιεῖσθαι παροίνιον διήγημα; Ἐγὼ γάρ, εἰ καὶ παρ' ἄλλοις τισὶν ἦσαν αἱ διαβολαί, ὑμᾶς ἂν τῆς ἐμαυτοῦ γνώμης μάρτυρας παρεστησάμην. Καὶ νῦν ἀξιῶ αὐτῶν ἕκαστον τῶν παλαιῶν ἐκείνων ἀναμνησθῆναι, ὅτε ἐκάλει μὲν ἡμᾶς ἡ πόλις ἐπὶ τὴν τῶν νέων ἐπιμέλειαν, πρεσβεία δὲ παρῆν τῶν παρ' ὑμῖν ἀνδρῶν οἱ ἐν τέλει· μετὰ δὲ ταῦτα, ὅπως πανδημεὶ πάντες περιχυθέντες ἡμᾶς, τί μὲν οὐχὶ διδόντες; τί δὲ οὐχ ὑπισχνούμενοι; ὅμως κατασχεῖν ἡμᾶς οὐκ ἠδυνήθησαν. Πῶς οὖν ὁ τότε καλούμενος οὐχ ὑπακούων, νῦν ἐπεχείρουν ἄκλητος εἰσωθίζεσθαι (20); πῶς δὲ ὁ τοὺς ἐπαινοῦντάς με καὶ θαυμάζοντας ἀποφεύγων, ἔμελλον ἂν νῦν διώκειν τοὺς διαβάλλοντας; Μὴ οἰηθῆτε, ὦ ἄριστοι· οὐχ οὕτως εὔωνα (21) τὰ ἡμέτερα. Οὔτε γὰρ ἄν τις ἀκυβερνήτου πλοίου σωφρονῶν ἐπιβαίη, οὔτε Ἐκκλησίᾳ παραβάλοι, ᾗ τὸν κλύδωνα καὶ τὴν ζάλην αὐτοὶ οἱ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθεζόμενοι ἐμποιοῦσι. Πόθεν γὰρ γέγονε θορύβου πλήρης ἡ πόλις, ὅτε οἱ μὲν ἔφευγον, οὐδενὸς διώκοντος, οἱ δὲ ὑπεξῆσαν (22), οὐδενὸς ἐπιόντος· χρησμολόγοι δὲ καὶ ὀνειροσκόποι πάντες (23) ἐμορμολύττοντο; πόθεν ἄλλοθεν ταῦτα; Ἢ οὐχὶ καὶ παιδὶ γνώριμον, ὅτι ἐκ τῶν ἡγουμένων τοῦ πλήθους; ὧν τὰς αἰτίας τῆς ἔχθρας ἐμοὶ μὲν οὐκ εὐπρεπὲς λέγειν, ὑμῖν δὲ συνορᾷν καὶ πάνυ ῥᾴδιον. Ὅταν γὰρ ἡ μὲν πικρία καὶ ἡ διάστασις μηδεμίαν ἔχοι (24) ὑπερβολὴν εἰς χαλεπότητα, ἡ δὲ τῆς αἰτίας ἐξήγησις ἀνυπόστατος παντελῶς καὶ καταγέλαστος ᾖ, δῆλόν ἐστι τῆς ψυχῆς τὸ ἀῤῥώστημα, ἀλλοτρίοις μὲν ἀγαθοῖς ἐπισυμβαῖνον, οἰκεῖον δὲ καὶ πρῶτον (25) κακὸν ὑπάρχον τῷ κεκτημένῳ. Οἷς καὶ ἄλλο δή τι χάριεν πρόσεστιν. Ἀμυσσόμενοι γὰρ ἐν τῷ βάθει καὶ ὀδυνώμενοι, ἐκλαλῆσαι τὴν συμφοράν

A vos parvi penderem malo animo sordidaque voce edoceri, sed ut mea ipse eloquerer, quomodo se habeant. Equidem et quia huic loco assuetus sum a puero (hic enim apud aviam meam educatus sum), et quia ibi postea perdiu sum commoratus, cum civiles tumultus fugiens, in hoc loco, quem ad philosophandum ob solitudinis quietum idoneum esse cognoveram, annos plures continuos consumpsi; et quia fratres nunc ibi habitant, brevem a negotiis quibus detineor, respirationem nactus, lubens ad hanc solitudinem accessi; non ut inde aliis negotia **314** exhiberem, sed ut meo ipse morem gererem desiderio.

B 2. Quid igitur opus est ad somnia confugere, et somniorum speculatores conducere, et nos in publicis conviviis inter pocula fabulam facere? Ego enim si apud alios calumniis peterer, vos meæ sententiæ testes citassem. Et nunc unumquemque vestrum rogo, ut vetera illa in memoriam revocetis, cum nos civitas ad curam juvenum suscipiendam vocaret, ac legatio adesset optimatum: quomodo etiam postea omnes passim nos circumsteterint, quid non dantes? quid non pollicentes? nec tamen detinere nos potuerint. Quomodo igitur qui tunc vocatus morem non gessi, nunc me intrudere aggrederer invocatus? quomodo qui laudantes me atque admirantes fugiebam, nunc calumniantes persequerer? Hoc in animum ne inducatis, o optimi;
C non ita viles sunt res nostræ. Neque enim quisquam, si sapiat, navigium gubernatore destitutum conscendet, neque ad Ecclesiam accedet, in qua tempestatem ac procellam illi ipsi, qui ad clavum sedent, excitant. Unde enim exstitit tumultu plena civitas, cum fugerent alii, nemine persequente, alii clanculum egrederentur, nemine invadente, arioli vero et somniorum interpretes omnes terrorem spargerent? ex qua alia hæc causa? Nonne vel puero compertum ex populi ducibus esse? quorum inimicitiæ causas mihi quidem non decorum dicere, vobis vero intelligere omnino facile est. Quando enim acerbitas et discordia ad extremum sævitiæ cumulum perducuntur, causæ autem expositio inanis prorsus est et ridicula, manifestus est animi
D morbus, alienis quidem bonis superveniens, sed domesticum ac primum malum ægrotantis. Inest etiam illis aliud lepidum. Dum enim dilacerantur intus, et cruciantur, calamitatem prodere per pudorem non licet. Atque hæc eorum animi labes non

(18) *Τίτθῃ*. Coisl. primus et unus ex Regiis τήθῃ, quod idem prorsus significat. Hic autem perspicuum est non nutricem a Basilio designari, sed aviam Macrinam, a qua se educatum fuisse supra dicebat in epist. 204.

(19) *Θεραπεύσων*. Nonnulli codices mss. θεραπεύων.

(20) *Εἰσωθίζεσθαι*. Sic mss. octo, pro eo quod erat in editis εἰσοικίζεσθαι. Paulo ante editi καὶ οὐχ ὑπακούων. Deest illud καί in codicibus Harl., Med. et tribus aliis et editione Haganoensi.

(21) *Εὔωνα*. Harl. et unus ex Regiis ἑωλα. Paulo post editi παραβάλλοι. Sex mss. ut in textu.

(22) *Ὑπεξῆεσαν*. Harl. et Med. cum uno ex Regiis ἐπεξῆεσαν.

(23) *Ἱάντες*. Editi πάντας, *neminem non terrerent*, excepta tamen editione Haganoensi et Basileensi prima. Lectio hæc satis commoda videtur, sed nullo prorsus nititur codice ms.

(24) *Ἔχοι*. Ita Harl., Med., Coisl. primus, et unus ex Regiis. Tres alii ἔχῃ. Editi ἔχει.

(25) *Πρῶτον*. Ita octo mss. Editi πρώτως. Paulo post editi καὶ ἄλλο τι. Idem mss. ut in textu.

Digitized by Google

ex iis solum, quæ adversum nos acta sunt, sed ex reliqua etiam vita perspicitur. Quod si etiam ignota esset, non magnum rebus accederet detrimentum. Certissimam autem causam, cur congressum nostrum fugiendum censeant, ignotam fortasse pluribus vestrum, ego docebo. Audite igitur.

A ὑπὸ τῆς αἰσχύνης οὐκ ἐπιτρέπονται. Τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἐκ τῶν πρὸς ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ βίου γνώριμόν ἐστι τῆς ψυχῆς αὐτῶν τὸ πάθημα· εἰ δὲ καὶ ἀγνοοῖτο (26), οὐ μεγάλη ζημία τοῖς πράγμασι. Τὴν δὲ ἀληθεστάτην αἰτίαν δι' ἣν ψευκτὴν ἡμῶν τὴν συντυχίαν τίθενται, λανθάνουσαν ἴσως τοὺς πολλοὺς ὑμῶν, ἐγὼ διδάξω. Ἀλλ' ἀκούσατε.

3. Fidei eversio apud vos excogitatur inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, et eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri exstinctum, conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, B somnia in nos fingunt. Vos autem capita illa vino gravata valere jubentes, quæ per crapulam evectus, ac **315** deinde exæstuans vapor in visa impellit; a nobis qui vigilamus, et ob Dei timorem tacere non possumus, perniciem vestram audite. Judaismus et Sabelliana hæresis, sub Christianismi specie in evangelicam prædicationem inverta. Qui enim rem unam, personis multiplicem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicit, unamque trium ponit hypostasim, quid aliud facit, nisi quod Unigeniti sempiternam negat præexsistentiam? Negat autem et dispensatorium ejus ad homines adventum, descensum ad inferos, resurrectionem, judicium: negat etiam proprias Spiritus operationes. Apud vos autem nunc et audaciora audio tentari, quam ab insulso C Sabellio. Narrant enim, ut referunt qui audierunt, contendere eos qui apud vos sapientes sunt, ac dicere traditum non esse nomen Unigeniti, sed nomen adversarii; eosque in hoc ketari ac efferri, ut in proprio invento. Dictum est enim, inquit, *Ego veni in nomine Patris mei, et non recepistis me: si alius in nomine suo venerit, hunc recipietis* [98]. Et quoniam dictum est: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [99]· perspicuum est, inquiunt, nomen unum esse. Non enim dictum est, *in nominibus*, sed, *in nomine*.

4. Quod autem hypostasis et essentia idem non sunt, id et ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua Græca tradiderunt; ut et, si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara et minime confusa nominum diversitate. Quod si et mihi quid sentiam breviter dicendum, illud dicam, quæ ratio est communi cum eo quod proprium, eamdem esse essentiæ cum hypostasi. Nam unusquisque nostrum et per communem essentiæ rationem esse participat, et per suas proprietates ille et ille exsistit. Ita et illic ratio quidem essentiæ communis, velut bonitas, divinitas, aut si quid aliud cogitatur: hypostasis vero in proprietate paternitatis, aut filiationis, aut potentiæ sanctificantis perspicitur. Si ergo personas dicunt non subsistere, per se absurda hæc doctrina: sin concedunt illas esse in vera hypostasi, quod fatentur, hoc etiam numerent, ut et consubstantialis ratio servetur in unitate divinitatis, et pietatis **323** cognitio, Patris et Filii et Spiritus sancti, in perfecta et integra uniuscujusque eorum, qui nominantur, hypostasi prædicetur. Illud tamen tuæ dignitati persuasum volo, et te et quisquis simili veritatis cura tangitur, nec eos contemnit qui pro pietate decertant, exspectare debere, dum duces sint et auctores hujus conjunctionis ac pacis præfecti Ecclesiarum, quos ego columnas ac firmamentum veritatis et Ecclesiæ esse puto, et eo magis revereor, quo longius ablegati sunt, inflicto illis exsilio in pœnæ loco. Rogo itaque, serva te nobis ab anticipata opinione liberum, ut in te acquiescere valeamus, quem in omnibus baculum nobis et fulcrum Deus largitus est.

B

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΕ'.

EPISTOLA CCXV.

Nuntiat Basilius se Terentio protinus scripsisse: dehortatur Dorotheum ab itinere Romam suscipiendo, nisi mari utatur: dubitat an frater Gregorius ejusmodi legationem obire velit, aut ad utiliter obeundam idoneus sit.

Δωροθέῳ πρεσβυτέρῳ.

Dorotheo presbytero.

Εὐθὺς ἐπιτυχὼν ἀφορμῆς, ἐπέστειλα τῷ θαυμασιωτάτῳ ἀνδρὶ Τερεντίῳ τῷ κόμητι· λογισάμενος ἀνυποπτότερον εἶναι τὸ διὰ ξένων αὐτῷ γράφειν περὶ τῶν προκειμένων, καὶ ἅμα βουλόμενος μηδεμίαν ἐγγενέσθαι διατριβὴν τῷ πράγματι τὸν ποθεινότατον ἀδελφὸν Ἀκάκιον. Τῷ διαψηφιστῇ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων ἔδωκα οὖν (94) τὴν ἐπιστολὴν δημοσίου. Paulo post iidem editi ἂν μένειν. Omnes mss. ut in textu.

D Statim occasionem nactus, scripsi viro in primis admirando comiti Terentio, minus suspectum esse existimans per ignotos ad eum de propositis rebus scribere, simulque rei moram afferri nolens a charissimo fratre Acacio. Numerario officii præsidis dedi igitur epistolam cursu publico proficiscenti: cui etiam præcepi ut vobis prius litteras ostende-

(88) *Τέλεια.* Deest in codicibus Harl., Med. et uno ex Regiis.

(89) *Τοῦτον.* Editi et codices vetustissimi τοῦτο. Sed melius recentiores mss. quinque τοῦτον.

(90) *Θεότης.* Pro hac voce legitur in codice Medicæo ἀϊδιότης. Ibidem editi καὶ εἴ τι. Mss. summo consensu ut in textu.

(91) *Συγχωροῦσιν.* Quidam recentiores codices συγχωρήσουσιν.

(92) *Ὅμως.* Ita omnes nostri veteres libri. Editi

(93) *Σεαυτὸν ἀπρόληπτον.* Plures mss. αὐτὸν ἀπρόληπτον. Sic exhibet hunc locum codex Claromontanus: σεαυτὸν ἀπροσωπόληπτον, ἵνα ἔχωμέν σοι γνησίως ὡς υἱῷ ἐπαναπαύεσθαι.

* Alias CCL. Scripta anno 375.

(94) *Ἔδωκα οὖν.* Postremam vocem erui ex codice Medicæo. Deest hæc epistola in Harlæano et pluribus aliis.

Digitized by Google

ret. Iter autem Romam nescio quomodo nemo prudentiæ tuæ nuntiaverit hieme omnino confici non posse; cum interjecta a Constantinopoli usque ad fines nostros regio hostibus referta sit. Quod si utendum est mari, erit tempus; modo non recuset navigationem et de ejusmodi rebus legationem religiosissimus episcopus frater Gregorius. Ego enim, nec qui cum ipso proficiscantur video, et ipsum negotiorum ecclesiasticorum prorsus inexpertum cognosco; ac illius quidem congressum benigno ac miti viro venerabilem et in plurimo pretio fore; sed cum elato et sublimi et altius sedenti, quique propterea veritatem humi prædicantes audire non possit, quid rebus communibus prosit viri hujusmodi congressus, cujus mores ab illiberali adulatione alieni?

δυναμένῳ, τί ἂν γένοιτο ὄφελος τοῖς κοινοῖς παρὰ θωπείας ἀνελευθέρου τὸ ἦθος;

σίῳ δρόμῳ ὁδεύοντι, ᾧ καὶ ἐνετειλάμην πρώτοις ὑμῖν ἐμφανίσαι τὸ γράμμα. Τὴν δὲ ἐπὶ Ῥώμην ὁδὸν οὐκ οἶδα ὅπως οὐδεὶς ἀνήγγειλε τῇ συνέσει ὑμῶν, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι παντελῶς ἐστιν ἄπορος, τῆς μεταξὺ χώρας ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς ὅρων πολεμίων πεπληρωμένης. Εἰ δὲ δεῖ θαλάσσῃ χρήσασθαι, ἔσται καιρός· μόνον ἐὰν καταδέξηται καὶ τὸν πλοῦν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων πραγμάτων πρεσβείαν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος ὁ ἀδελφός. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτε τοὺς συναπερχομένους αὐτῷ ὁρῶ, καὶ αὐτὸν γινώσκω παντελῶς ἄπειρον ὄντα τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας (95)· καὶ εὐγνώμονι μὲν ἀνδρὶ αἰδέσιμον αὐτοῦ καὶ πολλοῦ ἀξίαν τὴν συντυχίαν, ὑψηλῷ δὲ καὶ μετεώρῳ, ἄνω που καθημένῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀκούειν τῶν χαμόθεν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν φθεγγομένων μὴ τῆς τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ὁμιλίας, ὃς ἀλλότριον ἔχει

EPISTOLA CCXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙϚ'.

Narrat Basilius peregrinationes a se susceptas, seque ad Terentium statim post reditum scripsisse, ut eorum fraudes edoceret, qui hunc comitem a Meletio abstrahere, et in partes suas allicere volebant.

Meletio, Antiochiæ episcopo.

Multæ nos et aliæ peregrinationes a patria avocarunt. Nam et in Pisidiam usque venimus, ut cum ejusdem regionis episcopis quæ **324** ad fratres Isauriæ spectant, componeremus. Atque inde nos in Pontum excepit peregrinatio, cum Dazimonem satis perturbasset Eustathius, multosque illic adduxisset, ut se ab Ecclesia nostra abscinderent. Sed et usque ad Petri mei fratris ædes me contuli: quæ cum Neocæsarea non longe distent, plurimæ perturbationis Neocæsariensibus causam attulerunt, mihi vero plurimæ contumeliæ materiam præbuere. Ili enim fugerunt, nemine persequente: nos autem videbamur cupiditate laudum ab ipsis consequendarum etiam invocati nos obtrudere. Postquam autem redivimus, ex imbribus ac molestiis plurima infirmitate collecta, statim nos ab Oriente litteræ exceperunt quibus significabatur, Paulino ab Occidente litteras quasdam, veluti cujusdam principatus tesseram, allatas fuisse, valdeque efferri hujus partis duces et gloriari de litteris; deinde etiam fidem proponere, ac ea conditione paratos esse cum nostra Ecclesia conjungi. Ad hæc mihi et illud nuntiatum

Μελετίῳ, ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

Πολλαὶ μὲν ἡμᾶς καὶ ἄλλαι (96) ἀποδημίαι τῆς πατρίδος ἀπήγαγον. Καὶ γὰρ μέχρι τῆς Πισιδίας διέθημεν, ὥστε μετὰ τῶν ἐκεῖ ἐπισκόπων τὰ κατὰ τοὺς ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ ἀδελφοὺς τυπῶσαι. Κἀκεῖθεν ἡ ἐπὶ τὸν Πόντον ἡμᾶς διεδέξατο ἀποδημία, ἱκανῶς τὸν Δαζιμῶνα ταράξαντος τοῦ Εὐσταθίου, καὶ πολλοὺς ἀναπείσαντος τῶν ἐκεῖ ἀποσχισθῆναι τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν. Ἐγενόμεθα δὲ καὶ μέχρι τοῦ οἰκιδίου Πέτρου τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, ὃ, διὰ τὸ (97) προσεγγίζειν τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν τόποις, πολλῆς μὲν τοῖς ἐκεῖ ταραχῆς παρέσχεν αἰτίαν, πολλῆς δὲ ὕβρεως ἡμῖν ὑπόθεσιν προεξένησεν. Οἱ μὲν γὰρ ἔφευγον, οὐδενὸς διώκοντος· ἡμεῖς δὲ ἐνομιζόμεθα ἐπιθυμίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπαίνων καὶ ἄκλητοι εἰσωθίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐπανήλθομεν, ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν ἀθυμιῶν πολλὴν ἀῤῥωστίαν συναγαγόντες, εὐθὺς ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἀνατολῆς κατέλαβε γράμματα, σημαίνοντα τοῖς περὶ Παυλῖνον ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐπιστολάς τινας, ὥσπερ τινὸς ἀρχῆς συνθήματα, κεκομίσθαι, καὶ μέγα φρονεῖν τοὺς στασιαστὰς τοῦ μέρους ἐκείνου, καὶ ἐπαγάλλεσθαι τοῖς γράμμασιν, εἶτα καὶ πίστιν προτείνεσθαι, καὶ ἐπὶ ταύτῃ (98) ἑτοίμως ἔχειν συν-

sentiat; non idcirco mutila videri debet. Res enim maximi momenti erat, ac litteris non temere committenda. Hinc Basilius in epist. 213 auctorem consilii non nominat. Quamobrem verisimile est Basilium idem in hac epistola, ac in pluribus aliis et præsertim in epistola 57 ad eumdem Meletium, fecisse, ut quæ tuto scribi non poterant, ea in arcanis mandatis daret perferenda.

(97) *Ὅ, διὰ τό.* Legit Combefisius ὃς διὰ τό, *is quod loca Neocæsareæ vicina prope adiit.* Sed repugnant mss. ac ipsa historia.

(98) *Ἐπὶ ταύτῃ. Ea conditione*, id est si nihil amplius ab eis exigatur. Nam etsi unam hypostasim dicebant, hanc tamen legem non imponebant aliis. Imo videntur persuadere voluisse totam rem

* Alias CCLXXII. Scripta anno 375.

(95) *Τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας.* Ex quatuor codicibus, in quibus hæc epistola exstat, nempe Med., Coisl. primo, Reg. secundo et Clarom., solus Regius profuit ad emendandam lectionem vulgatam τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας.

(96) *Καὶ ἄλλαι.* Quod ait Basilius se multas *et alias* peregrinationes suscepisse, id argumento est aliquam ei præter eas, quas jam exegerat, propositam a Meletio fuisse. Unde colligimus episcopum, qui, ut est in epist. 213, Basilio auctor fuerat, ut celeriter Mesopotamiam peteret, ibique coactis idem sentientibus episcopis imperatorem adiret, non alium Meletio fuisse. Quamvis autem Basilius non declaret in hac epistola, quid de Meletii consilio

Digitized by Google

ἁπτεσθαι τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ. Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο ἡμῖν ἀπηγγέλθη (99), ὅτι ὑπηγάγοντο πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν σπουδὴν τὸν πάντα ἄριστον ἄνδρα, Τερέντιον, ᾧ ταχέως ἐπέστειλα, καθ' ὅσον ἦν μοι δυνατὸν, ἐπέχων αὐτὸν τῆς ὁρμῆς, καὶ διδάσκων τὴν κατ' αὐτοὺς ἀπάτην.

A est abduci ab illis in partium suarum studia virum longe præstantissimum, Terentium, cui celeriter scripsi, quantum in me fuit, impetum illius reprimens, ac fraudes illorum edocens

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΖ'

EPISTOLA CCXVII*.

Redux e Ponto Basilius summum videndi Amphilochii desiderium significat, ac de nonnullis rebus ad Isauros spectantibus sententiam suam aperit. Tum venit ad canones, et in eo maxime constituendo immoratur, quot quisque annos in variis pœnitentium ordinibus traduceret

Ἀμφιλοχίῳ, περὶ κανόνων.

Amphilochio, de canonibus.

Ἀπὸ ὁδοῦ μακρᾶς ἐπανελθὼν (ἐγενόμην γὰρ μέχρι τοῦ Πόντου (1) ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκεν χρειῶν καὶ κατ' ἐπίσκεψιν τῶν ἐπιτηδείων), καὶ τὸ σῶμά μου συντετριμμένον ἐπαναγαγὼν, καὶ τὴν ψυχὴν μετρίως (2) κεκακωμένος, ἐπειδὴ τὸ γράμμα τῆς εὐλαβείας σου ἐπὶ χεῖρας ἔλαβον, πάντων ἀθρόως ἐπελαθόμην, καὶ τῆς φωνῆς τῆς πασῶν ἐμοὶ ἡδίστης, καὶ χειρὸς τῆς φιλτάτης ὑποδεξάμενος σύμβολα. Ὅς οὖν (3) ἐκ τῶν γραμμάτων οὕτως ἐγενόμην ἡδίων, εἰκάζειν ὀφείλεις πόσου ἀξίαν ποιοῦμαι τὴν συντυχίαν σου, ἣν οἰκονομήσειεν ὁ Ἅγιος γενέσθαι, ὅπου ἀνεπαχθὲς ᾖ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς προσκαλέσῃ. Καὶ γὰρ οὐ χαλεπόν μοι, εἰ καταλάβοις τὸν οἶκον τὸν ἐπὶ τῆς Εὐφημιάδος, γενέσθαι ὁμοῦ, τά τε ὧδε ὀχληρὰ διαφεύγοντι, καὶ πρὸς τὴν ἀνυπόκριτόν σου ἀγάπην ἐπειγομένῳ. Τάχα δέ μοι καὶ ἄλλως ἀναγκαίαν ποιεῖ τὴν μέχρι Ναζιανζοῦ ὁδὸν ἡ ἀθρόα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου ἀναχώρησις, μετὰ ποίας αἰτίας γενομένη, ἀγνοουμένη μέχρι τοῦ νῦν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, περὶ οὗ κἀγὼ ἤμην διαλεχθεὶς τῇ τελειότητί (4) σου, καὶ αὐτὸς νῦν ἤλπισας ἕτοιμον εἶναι, γίνωσκε, ὅτι, μακρᾷ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν, καὶ κάμνων λοιπὸν περὶ αὐτὰς τὰς ὄψεις, ἐκ τοῦ παλαιοῦ πάθους καὶ τῆς ἐναγχος αὐτῷ ἐπισυμβάσης νόσου, παντελῶς ἄχρηστος πρὸς τὰς τυχούσας ἐνεργείας ἀπέμεινεν. Ἄλλος δὲ οὐκ ἔστι παρ' ἡμῖν. Ὥστε βέλτιον, εἰ καὶ ἡμῖν ἐπέτρεψαν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' οὖν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τινὰ προβληθῆναι. Καὶ γὰρ ἡγεῖσθαι χρὴ ταῦτα μὲν τῆς ἀνάγκης εἶναι τὰ ῥήματα, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῶν ἐκεῖνο βούλεσθαι, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπε-

Ex longo reversus itinere (abieram enim usque in Pontum negotiorum ecclesiasticorum causa et ut inviserem propinquos), cum et meum corpus B confractum retulissem, et animo satis afflictarer, ubi primum pietatis tuæ litteras in manus sumpsi, omnium statim oblitus sum, et vocis mihi omnium jucundissimæ, et manus amicissimæ signis acceptis. Cum igitur litteris tuis sim ita recreatus, conjicere debes quanti faciam tuum congressum, quem utinam, Sancto moderante, consequar, ubi molestum non fuerit, ac nos ipse advocaveris. Neque enim, si ad ædes quæ Euphemiade sunt, accesseris, grave mihi erit in unum venire et molestias hic ingruentes fugienti et ad tuam **325** minime fucatam dilectionem festinanti. Fortasse autem mihi et alioqui necessitatem affert Nazianzum usque proficiscendi repentina religiosissimi episcopi Gregorii discessio, quæ quibus de causis acciderit, hactenus C ignoro. Cæterum virum illum, de quo et ego cum tua præstantia locutus eram, quemque nunc ipse paratum esse speras, scias velim, diuturno morbo correptum, ac de cætero ipsis oculis laborantem, cum ex veteri morbo, tum ex ægritudine, quæ recens ei supervenit, inutilem omnino ad quælibet munia relictum esse. Alius autem non est apud nos. Quare satius est, etiamsi rem arbitrio nostro permiserint, aliquem tamen ex illis ipsis designari. Nam credere par est, hæc quidem necessitatis esse verba, sed eorum animum id velle quod ab initio depoposcerant, ut suorum aliquis præficiatur. Quod si quis sit ex neophytis, sive Macedonio ita videa-

levis esse momenti : unde Basilius hanc opinionem refellit in epist. 214. Rem astu tractabant, et idcirco fraudis infra accusantur. Denique perincommodum fore ait Basilius, in epist. 214 : *Si qui ex nobis*, inquit, *videantur unam hypostasim dicere.* Non ergo omnes id dixissent, sed quidam tantum, nempe Paulinus et qui cum eo erant.

(99) Ἀπηγγέλθη. Ita Harl. et Coisl. primus, quibus favet codex insignis Ecclesiæ Parisiensis, in quo legitur ἀπηγγέλη. Iidem codices et alii nonnulli ὑπηγάγοντο. Editi ἀπηγγέλη, ὅτι ὑπήγαγον. Paulo post editi ἀπέστειλα... ἐπισχών. Sex mss. ut in textu.

(1) *Τοῦ Πόντου.* Sic legitur in codicibus, in quibus exstat initium hujus tertiæ epistolæ ; deest enim in nonnullis. Editi τῆς Πόντου.

(2) *Μετρίως.* Hanc vocem Tillemontius idem sonare existimat ac *mediocriter.* Unde colligit molestiis, quæ Basilio a Neocæsariensibus acciderunt, nihil Ponti episcopos addidisse. sed potius gratiam inter eos et Basilium sartam fuisse. Non D quadrat hæc sententia cum pluribus Basilii litteris, in quibus acceptum ex Neocæsariensibus conviciis dolorem sic describit, ut mediocris videri non possit. Quamobrem malim cum Combefisio illud μετρίως magni doloris indicium existimare. Sæpe ejusmodi vocibus, μετρίως, ἐπιεικῶς, non minuitur res, sed augetur. Quale est illud Gregorii Nazianzeni in orat. 20, p. 327, de ludo Athenis in hospites studiorum causa advenientes ludi solito. Καὶ τὸ πρᾶγμά ἐστιν ἐπιεικῶς ἄτοπον καὶ δαιμόνιον. *Atque ea res vehementer absurda et prodigiosa.* Μετρίως apud eumdem Greg. idem sonat ac *abunde.* Sic enim initio orat. VI, pag. 137 : Ἆρ' οὖν ἱκανὰ ταῦτα, καὶ μετρίως ὑμῖν τὸν ἄνδρα ὁ λόγος ἔγραψεν ; *An vero hæc sufficiunt, et abunde vobis oratio hunc virum depinxit ?*

(3) *Ὅς οὖν.* Legitur in nonnullis codicibus mss. ὡς οὖν. In alio Ὅσον οὖν.

(4) *Τῇ τελειότητι.* Sic mss. plerique. Editi τῇ τιμιότητι.

* Alias III. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tur, sive non, ille ordinetur. Informabis autem ipsum ad officium, Domino, qui tibi in omnibus opitulatur, etiam ad id gratiam largiente.

ζήτησαν, οἰκεῖον εἶναι τὸν καθηγούμενον. Εἰ δέ ἐστί τις τῶν νεοφωτίστων (5), κἂν δοκῇ τῷ Μακεδονίῳ, κἂν μή, ἐκεῖνος προβληθήτω. Τυπώσεις δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ δέον, τοῦ ἐν πᾶσι συνεργοῦντός σοι Κυρίου καὶ τὴν εἰς τοῦτο χάριν παρεχομένου (6).

LI. Quod ad clericos attinet, indefinite canones exposuerunt, unam lapsis jubentes pœnam infligi, ejectionem a ministerio: sive in gradu fuerint, sive etiam in ministerio, quod manuum impositione non datur, permaneant.

ΝΑ'. Τὸ κατὰ τοὺς κληρικοὺς ἀδιορίστως οἱ κανόνες ἐξέθεντο, κελεύσαντες μίαν ἐπὶ τοῖς παραπεσοῦσιν ὁρίζεσθαι τιμωρίαν, τὴν ἔκπτωσιν τῆς ὑπηρεσίας· εἴτε ἐν βαθμῷ (7) τυγχάνοιεν, εἴτε καὶ ἀχειροθέτῳ (8) ὑπηρεσίᾳ, προσκαρτεροῖεν.

LII. Quæ fetum in via editum neglexit, si cum servare posset, contempsit, aut peccatum inde celaturam se existimans, aut belluina et inhumana cogitatione utens, tanquam in homicidio judicetur. Sin autem eum fovere non potuit, et propter solitudinem rerumque necessariarum inopiam fetus interiit, matri est ignoscendum.

NB'. Ἡ τοῦ κυήματος κατὰ τὴν ὁδὸν ἀμελήσασα, εἰ μὲν οὖν δυναμένη περισώσασθαι κατεφρόνησεν, ἢ συγκαλύψειν τὴν ἁμαρτίαν ἐντεῦθεν νομίζουσα, ἢ ὅλως θηριώδει καὶ ἀπανθρώπῳ λογισμῷ χρησαμένη, ὡς ἐπὶ φόνῳ κρινέσθω. Εἰ δὲ οὐκ ἠδυνήθη περιστεῖλαι, καὶ δι' ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων διεφθάρη τὸ γεννηθὲν (9), συγγνωστὴ ἡ μήτηρ.

LIII. Vidua ancilla fortasse non multum lapsa est, quæ secundas nuptias per raptus speciem elegit. Quamobrem ob id incusanda non est. Non enim prætextus judicantur, sed voluntas. Illam autem, ut perspicuum est, manet digamiæ pœna.

NΓ'. Ἡ χήρα δούλη (10) τάχα οὐ μέγα ἔπταισεν, ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν σχήματι ἁρπαγῆς. Ὥστε οὐδὲν τούτου ἕνεκεν ἐγκαλεῖσθαι χρή. Οὐ γὰρ τὰ σχήματα κρίνεται, ἀλλ' ἡ προαίρεσις. Δῆλον δὲ, ὅτι τὸ τῆς διγαμίας μένει αὐτὴν ἐπιτίμιον.

LIV. Involuntariarum cædium discrimina scio me ante tempus pietati tuæ pro viribus descripsisse, neque his amplius quidquam dicere queo; est autem tuæ prudentiæ, pro casus cujusque **326** ratione pœnas intendere, aut etiam remittere.

ΝΔ'. Τὰς τῶν ἀκουσίων φόνων διαφορὰς πρὸ χρόνου οἷδα ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου κατὰ τὸ ἐμοὶ δυνατόν· καὶ πλέον ἐκείνων οὐδὲν εἰπεῖν δύναμαι· τῆς δὲ σῆς συνέσεώς ἐστι κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς περιστάσεως ἐπιτείνειν τὰ ἐπιτίμια, ἢ καὶ ὑφεῖναι

LV. Qui in latrones ex adverso feruntur, si sint quidem laici, a boni communione arcentur; si vero

NE'. Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες (11), τῆς κοινωνίας εἴργονται τοῦ ἁγαθοῦ·

(5) *Τῶν νεοφωτίστων.* Miratur Tillemontius, quod auctor sit Basilius, ut neophytus ordinetur, sibique obscuram hujus loci sententiam videri fatetur. Sed temporum difficultas hujus rei necessitatem attulerat, ut laicus vel etiam neophytus, si modo esset eximius veritatis defensor, præferretur clerico, aut aliqua erroris labe asperso, aut præsidiis ad fidei defensionem necessariis destituto. Quare hæc verba, *Quod si quis sit ex neophytis*, idem valent ac, *si quis sit episcopatui idoneus.* Vituperat ejusmodi ordinationes Siricius papa, sed tamen fatetur interdum ob imminentia ab hæreticis pericula necessarias fuisse. *Certe etiam illud*, inquit in epist. 6, n. 5, *non fuit prætermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit contra apostolica præcepta, velut lege licitum cæpisse præsumi, neophytum vel laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum.*

(6) *Παρεχομένου.* Hic in editis reponitur totidem verbis canon decimus, cum hoc tamen discrimine, quod in canone decimo habent omnes codices mss. et editi τὰς κατὰ λεπτὸν προσθήκας, hic autem legitur συνθήκας, *inita sigillatim pacta.* Cum autem minus commode videretur hic canon repeti, cumque nec apud Balsamonem, Zonaram, Aristenum, nec in plerisque codicibus mss. reperiatur ante canonem 51, expungendum duximus.

(7) *Εἴτε ἐν βαθμῷ.* In gradu collocant Balsamon et Zonaras presbyteros, diaconos et subdiaconos: in ministerio autem sine impositione manuum dato lectores, cantores, sacrorum vasorum custodes et alios ejusmodi. Alexius Aristenus presbyteris, diaconis et subdiaconis adjungit cantores et lectores, in inferiore autem ministerio numerat eos qui sacra vasa custodiunt, aut qui candelas accendunt, aut quibus commissa sanctarum altaris forium custodia. Aristeni sententiam confirmant ipsa canonis verba, *Sive in ministerio, quod manuum impositione non datur, permaneant.* Inde enim patet ulterius non promoveri eos qui in hoc ministerio erant, sed in eo permanere solitos esse: quod de lectoribus et cantoribus dici non potest. Videtur autem huic canoni locum dedisse exorta dubitatio, an ii, quos ejusmodi ministerium a laicis non multum segregabat, eodem jure esse deberent, ac alii clerici, quibus in vitium lapsis sola depositionis pœna, non publica pœnitentia imponebatur. Eodem jure esse debere pronuntiat Basilius.

(8) *Ἀχειροθέτῳ.* Consentiunt in hac voce optimi quique et antiquissimi codices. Editi ἀχειροτονήτῳ.

(9) *Τὸ γεννηθέν.* Sic mss. codices et Pandectæ. Legitur in uno codice τὸ κυηθέν. Editi τὸ γενηθέν. Hic autem fusius explicat Basilius quod canone 50 edixerat.

(10) *Ἡ χήρα δούλη.* Idem jam statuerat Basilius, can. 30, de vidua, quæ secundi cupida matrimonii, sed verecundia quadam, ut interpretatur Balsamon, ab eo ineundo deterrita ad raptus simulationem confugit. Quod autem ait idem Balsamon hanc viduam olim quidem ancillam fuisse, sed tacite liberam, domino primis nuptiis consentiente, evasisse, id et Basilii verbis repugnat, qui eam nominatim ancillam vocat, et a Zonara ac Alexio Aristeno refellitur, qui tum demum huic viduæ veniam concedi existimant, si heri consensus accedat.

(11) *Ἔξω μὲν ὄντες.* Balsamon et Zonaras in Pandectis habent: Ἔξω μὲν ὄντες τῆς Ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγαθοῦ· *Si sint quidem extra Ecclesiam, arcentur boni communione.* Legen-

Digitized by Google

κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. *Πᾶς γάρ*, φησίν, *ὁ λαβὼν μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.*

ΝΖ'. Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, μετὰ δὲ τοῦτο μεταμεληθείς, εἴκοσιν ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τοῖς ἁγιάσμασι. Τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι προσκλαίειν ὀφείλει, ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν. Μετὰ δὲ τὰ τέσσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται· καὶ ἐν πέντε ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. Ἐν ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος (12) ἐξελεύσεται. Ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. Πληρωθέντων δὲ τούτων μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων.

LVI. Qui voluntarie interfecit, et postea pœnitentia ductus est, annis viginti sacramentorum non erit particeps. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Annis quatuor flere debet, stans extra fores domus orationis, et ingredientes fideles rogans, ut pro ipso precentur, suamque iniquitatem confitens. Post quatuor autem annos inter audientes recipietur, et quinque annis cum ipsis exibit. Annos septem una cum iis, qui in substratione sunt, orans egredietur. Annos quatuor stabit solum cum fidelibus, sed oblationis non erit particeps. His autem expletis particeps erit sacramentorum.

ΝΖ'. Ὁ ἀκουσίως φονεύσας ἐν δέκα ἔτεσιν (13) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. Οἰκονομηθήσεται δὲ τὰ δέκα ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτω. Δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει· τρία δὲ ἔτη (14) ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, καὶ ἐνιαυτῷ συσταθήσεται μόνον· καὶ τῷ ἕξῃ εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

LVII. Qui non voluntarie interfecit, per decem annos sacramentorum non erit particeps. Anni autem decem sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos flebit, tres autem annos inter audientes perseverabit, quatuor substratus, et anno uno consistet tantum; et deinceps ad sancta admittetur.

ΝΗ'. Ὁ μοιχεύσας ἐν ιε' ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων (15)· ἐν τέσσαρσι μὲν προσκλαίων ἔτεσιν, ἐν πέντε δὲ ἀκροώμενος· ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐν δυσὶ συνεστὼς ἄνευ κοινωνίας.

LVIII. Qui mœchatus est, per quindecim annos sacramentorum non erit particeps: quatuor annis flens, quinque audiens, quatuor substratus, per duos consistens sine communione.

ΝΘ'. Ὁ πόρνος ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν (16) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων· δύο προσκλαίων, καὶ δύο ἀκροώμενος· καὶ δύο ὑποπίπτων, καὶ ἑνὶ συνεστὼς μόνον· τῷ ὀγδόῳ δεχθήσεται εἰς τὴν κοινωνίαν.

LIX. Fornicator septem annis sacramentorum non erit particeps, duobus flens, et duobus audiens, et duobus substratus, et uno consistens tantum: octavo ad communionem admittetur.

Ξ'. Ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἐπαγγελίας, τὸν χρόνον τοῦ ἐπὶ τῆς μοιχείας (17)

LX. Quæ virginitatem professa, a suo promisso lapsa est, peccati adulterii tempus in con-

[11] Matth. xxvi, 52.

dum pronuntiat Combefisius τῆς Ἐκκλησίας, et delendum τῆς κοινωνίας. Consentit Alexius Aristenus cum omnibus nostris codicibus mss. et editis. Legitur tamen in uno aut altero codice ἔξω μὲν ὄντες, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγαθοῦ. Sed hæc scriptura eodem redit ac vulgata. Cæterum hanc legem Balsamon variis interpretationibus demitigat, æquo duriorem existimat Zonaras; nihil in ea animadvertit Aristenus, quod aut obscurum aut reprehendendum videatur.

(12) *Προσευχόμενος.* Sic mss. summo consensu. Editi, exceptis Pandectis, προσευχομένων. Lenior est Basilius quam synodus Ancyrana quæ voluntariis cædibus communionem in fine vitæ concedit.

(13) *Ἐν δέκα ἔτεσι.* Synodus Ancyrana quinque annos imponit huic peccato: septem a patribus impositos testatur. Severior his Basilius: non tamen videtur eadem pœna omnes involuntarias cædes comprehendere, quas canone 8 recensuit, sed eas tantum, quas ibidem ad voluntarium accedere declarat.

(14) *Τρία δὲ ἔτη.* Sic mss. melius quam editi τρία μὲν ἔτη.

(15) *Τῶν ἁγιασμάτων.* Editi addunt οἰκονομηθήσεται τὰ ιε' ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτως, *quindecim anni sic in eo dispensabuntur.* Sed hæc non leguntur nisi in recentioribus nonnullis codicibus.

(16) *Ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν.* Laborant Balsamon et Zonaras in hoc canone conciliando cum vicesimo secundo, atque id causæ afferunt, cur in vicesimo secundo quatuor anni, septem in altero decernantur, quod Basilius in vicesimo secundo antiqua Patrum placita sequatur, suam in altero propriam sententiam exponat. Eumdem hunc canonem Alexius Aristenus, ut clarum et perspicuum, negat explicatione indigere. Videbat nimirum doctissimus scriptor duplicem a Basilio distingui fornicationem, leviorem alteram, alteram graviorem. Levior dicitur, quæ inter personas matrimonio solutas committitur: gravior, cum conjugati hominis libido in mulierem solutam erumpit. Priori anni quatuor, septem alteri imponuntur. Manifesta res est ex canone 21, ubi conjugati peccatum cum soluta fornicationem appellat Basilius, ac longioribus pœnis coerceri, non tamen instar adulterii, testatur. In canone autem 77 eum qui legitimam uxorem dimittit, et aliam ducit, adulterum quidem esse ex Domini sententia testatur, sed tamen ex canonibus Patrum annos septem decernit, non quindecim, ut in adulterio cum aliena uxore commisso. Secum ergo non pugnat cum fornicationi nunc annos quatuor, nunc septem, adulterio nunc septem, nunc quindecim indicit. Eamdem in sententiam videtur accipiendus canon quartus epistolæ Sancti Gregorii Nysseni ad Letoium. Nam cum fornicationi novem annos, adulterio decem et c to imponit, gravior illa intelligenda fornicatio, quam conjugatus cum soluta committit. Hinc illam adulterium videri fatetur his qui accuratius examinant.

(17) *Τῆς μοιχείας.* Hæc consentanea sunt canoni 18, in quo decernit Basilius adulteram esse

Digitized by Google

tinentiæ præscripto complebit. Idem et in iis qui vitam monasticam professi sunt, et labuntur.

LXI. **327** Qui furatus est, siquidem sponte pœnitentia motus, seipsum accusarit, annum a sola sacramentorum communione arcebitur : sin autem convictus fuerit, annos duos. Dividetur autem ei tempus in substrationem et consistentiam; et tunc communione dignus habeatur.

LXII. Qui turpitudinem in maribus patravit, tempus illius qui adulterii scelus admisit, ei dispensabitur.

LXIII. Qui suam in brutorum concubitu impietatem confitetur, idem tempus in pœnitentia servabit.

LXIV. Perjurus annis decem non erit communionis particeps : annis duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens tantum; et tunc communione dignus habebitur.

LXV. Qui præstigias vel veneficium confitetur, is homicidæ tempus in pœnitentia ducet; et cum illo agetur, velut cum eo qui se ipse in hoc peccato prodit.

LXVI. Qui sepulcra effodit, annis decem carebit communione : duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens : et tunc admittetur.

LXVII. Cum sorore coitus, homicidæ tempus in pœnitentia explebit.

LXVIII. Cognationis in humanis nuptiis prohibitæ conjunctio, si in peccatis deprehendatur, adulterorum pœnas subibit.

LXIX. Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum suscipietur; non tamen ul-

ἁμαρτήματος ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς (18) πληρώσει. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν βίον μοναζόντων ἐπαγγειλαμένων, καὶ ἐκπιπτόντων.

ΞΑ'. Ὁ κλέψας, εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μεταμεληθεὶς κατηγορήσειεν ἑαυτοῦ, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται μόνον τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων· εἰ δὲ ἐλεγχθείη, ἐν δυσὶν ἔτεσι. Μερισθήσεται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος εἰς ὑπόπτωσιν καὶ σύστασιν· καὶ τότε ἀξιούσθω (19) τῆς κοινωνίας.

ΞΒ'. Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδεικνύμενος τὸν χρόνον τοῦ ἐν τῇ μοιχείᾳ παρανομοῦντος οἰκονομηθήσεται.

ΞΓ'. Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξομολογούμενος παραφυλάξεται.

ΞΔ'. Ὁ ἐπίορκος ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· δυσὶν ἔτεσι προσκλαίων, τρισὶν ἀκροώμενος, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστὼς μόνον· καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος.

ΞΕ'. Ὁ γοητείαν ἢ φαρμακείαν ἐξαγορεύων τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται, οὕτως οἰκονομούμενος, ὡς ἐν ἐκείνῳ (20) τῷ ἁμαρτήματι ἑαυτὸν ἐλέγξας.

ΞϚ'. Ὁ τυμβωρύχος ἐν δέκα (21) ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· ἐν δυσὶ προσκλαίων, ἐν γ' ἀκροώμενος, ἐν δ' ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστώς· καὶ τότε δεχθησόμενος.

ΞΖ'. Ἀδελφομιξία τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογηθήσεται.

ΞΗ'. Ἡ τῆς ἀπειρημένης συγγενείας εἰς γάμον ἀνθρώπων (22) σύστασις, εἰ φωραθείη ἐν ἁμαρτήμασι γεγενημένη, τὰ τῶν μοιχῶν (23) ἐπιτίμια δέξεται.

ΞΘ'. Ἀναγνώστης, εἰ τῇ ἑαυτοῦ μνηστῇ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάξειεν, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, εἰς τὸ ἀναγινώσκειν δεχθήσεται, μένων ἀπρόκοπος. Κλεψιγα-

A

B

C

D

virginem lapsam. Multi alii Patres cum Basilio faciunt. Augustinus, qui rem subtilius persequitur, negat adulterium esse hujusmodi peccatum, sed tamen adulterio gravius fatetur. *Quapropter non possum dicere*, inquit lib. *De bono viduitatis*, n. 14, *a proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas, adulteria esse, non conjugia : sed plane non dubitaverim dicere, lapsus et ruinas a castitate sanctiore, quæ vovetur Domino, adulteriis esse pejores.*

(18) *Τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς.* Continentia ejusmodi verbis apud antiquos designari solet; cujus rei satis erit illud exemplum afferre ex Hermæ lib. II, cap. 4 : *Qui nubit, non peccat, sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum.* Confirmatur hæc explicatio ex canonibus 18 et 44, quorum in primo Basilius lapsis virginibus, itidem ut adulteris, non prius reddendam communionem decernit, quam a peccato recesserint; in altero autem lapsæ cum Græco diaconissæ communionem post septem annos ea conditione concedit, ut perpetuam castitatem colat.

(19) *Ἀξιούσθω.* Ita plerique mss. Editi ἀξιωθήσεται, exceptis Pandectis. Tres anni convicto furi decernuntur in recentissimo codice Coisliniano. S. Gregorius Nyssenus eum qui aliena latenter rapuit, et sponte confessus est, non addicit gradibus pœnitentiæ, sed, itidem ut Basilius, inter consistentes curandum censet, can. 6. Mox editi τῷ χρόνῳ. Mss. ut in textu.

(20) *Ἐν ἐκείνῳ.* Labbeus, Beveregius et Combefisius legunt ἐν ἑκάστῳ, *in unoquoque peccato.*

(21) *Ἐν δέκα.* Hervetus, Labbeus et Beveregius, quasi legerent ἔνδεκα, reddiderunt *undecim.* Simile erratum ab Herveto commissum in interpretatione canonum 56 et 66.

(22) *Ἀνθρώπων.* Hanc vocem quæ deerat in editis, reperimus in plerisque omnibus codicibus mss. Ibidem legitur στάσις in pluribus mss. Habebant enim editi ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν ἀνθρώπων, sed deest ὡς in omnibus mss., ἀνθρώπων in vetustissimis.

(23) *Τὰ τῶν μοιχῶν.* Hunc canonem sic interpretatur Aristenus : Matrimonium cum propinqua legibus prohibitum, eadem ac adulterium pœna castigatur : et cum diversæ sint adulterorum pœnæ; sic etiam pro ratione propinquitatis tota res temperabitur. Hinc duas sorores ducenti septem anni pœnitentiæ irrogantur, ut in adulterio cum muliere libera commisso, non quindecim, ut in graviore adulterio.

Digitized by Google

μήσας δὲ ἄνευ μνηστείας, παυθήσεται τῆς ὑπηρεσίας. Τὸ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης (24).

A tra promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit a ministerio. Eadem et ministri ratio.

Ο'. Διάκονος εν χείλεσι μιανθεὶς (25) καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται· τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πρεσβύτερος. Εἰ δέ τι τούτου πλεῖον φωραθείη τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἵῳ ἂν ᾖ βαθμῷ, καθαιρεθήσεται (26).

LXX. Diaconus qui pollutus est in labris, seque eo usque peccasse confessus est, a ministerio amovebitur; sed ei concedetur, ut cum diaconis particeps sit sacramentorum. Idipsum autem presbyter quoque. Si quid autem amplius quis peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur.

ΟΑ'. Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθεὶς, τοῦ τοσούτου χρόνου, εἰς ὃν ἐργάτης τῶν κακῶν ἐπιτετίμηται, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ἐπιτιμίῳ.

328 LXXI. Qui uniuscujusque prædictorum peccatorum conscius est, nec confessus, sed convictus est, tanto tempore, quanto malorum auctor punitus est, ipse quoque punietur.

ΟΒ'. Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν (27) ἐπιδοὺς, ἢ τισι τοιούτοις, τὸν χρόνον τοῦ φονέως καὶ αὐτὸς οἰκονομηθήσεται.

B LXXII. Qui se vatibus vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque homicidæ tempore punietur

ΟΓ'. Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ (28) τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολο-

LXXIII. Qui negavit Christum et salutis mysterium violavit, toto vitæ suæ tempore flere, et pœnitentiam agere debet, sic tamen, ut tempore

(24) *Καὶ ὑπηρέτης.* Balsamon et Zonaras ministri nomine intelligunt subdiaconum : Aristenus vero ejusmodi clericos interpretatur, *quibus manus non imponebatur*, ἀχειροτονήτους ὑπηρέτας. Minus probabilis videtur Aristeni sententia. Nam qui erant in ejusmodi ministerio, non solebant ulterius promoveri, ut observavimus ad canonem 51. At ministro, de quo agitur in hoc canone, itidem ut lectori, in pœnæ loco imponitur, ut altius non provehatur. Longe ergo satius, ministri nomine subdiaconum intelligere, ut in epist. 54 ad chorepiscopos.

C

(25) *Ἐν χείλεσι μιανθεὶς.* Balsamon, Zonaras et Aristenus varia commentantur in hunc canonem, sed a mente Basilii multum abludentia. Liquet enim hoc labiorum peccatum, cui remissior pœna infligitur, ipsa actione, quam Basilius minime ignoscendam esse judicat, levius existimari debere. Simili ratione sanctus Pater in cap. VI Isaiæ n. 185, p. 516, labiorum peccata actionibus, ut leviora, opponit, ac prophetæ delicta non ad actionem et operationem erupisse, sed labiis tenus constitisse observat. In eodem commentario n. 170, p. 501, impuritatis peccatum variis gradibus constare demonstrat, inter quos enumerat ῥήματα φθοροποιά, *verba ad corruptelam apta*, ὁμιλίας μακράς, *longas confabulationes*, quibus ad stuprum pervenitur. Ex his perspici arbitror peccatum aliquod in hoc canone designari, quod ipsa D actione levius sit; nedum ea suspicari liceat, quæ Basilii interpretibus in mentem venerunt. Sed tamen cum dico Basilium in puniendis labiorum peccatis leniorem esse, non quodlibet turpium sermonum genus, non immunda colloquia (quomodo enim presbyteris hoc vitio pollutis honorem cathedræ reliquisset?), sed ejusmodi intelligenda est peccandi voluntas, quæ foras quidem aliquo sermone prodit, sed tamen quominus in actum erumpat, subeunte meliori cogitatione, reprimitur. Quemadmodum enim peccata, quæ sola cogitatione committuntur, idcirco leviora esse pronuntiat Basilius, comment. *in Isaiam* n. 115, pag. 459, et n. 243, p. 564, quia repressa est actionis turpitudo; ita hoc loco non quælibet labiorum peccata, non calumnias, non blasphemias, sed ea tantum lenius tractat, quæ adeo gravia non erant, vel etiam ob declinatam actionis turpitudinem, ut patet ex his verbis, *seque eo usque peccasse confessus est*, aliquid indulgentiæ merere videbantur.

(26) *Καθαιρεθήσεται.* In his canonibus quos de clericorum peccatis edidit Basilius, duo videntur silentio prætermissa. Quæri enim possit 1° Cur suspensionis pœnam soli lectori ac ministro, sive subdiacono, imponat, diaconis autem et presbyteris depositionem absque ulla prorsus exceptione infligat, nisi quod eis communionem cum diaconis et presbyteris relinquit, si peccatum non ita grave fuerit. Erat tamen suspensionis pœna in ipsos presbyteros non inusitata, ut patet ex pluribus apostolicis canonibus, in quibus presbyteri ac ipsi etiam episcopi segregantur, ac postea, si sese non emendaverint, deponuntur. Forte hæc Basilius reliquit episcopo dijudicanda, quemadmodum ejusdem arbitrio permittit in canonibus 74 et 84, ut pœnitentiæ tempus imminuat, si bonus evaserit is qui peccavit. 2° Hæc etiam possit institui quæstio, utrumne in gravissimis quidem criminibus pœnitentiam publicam depositioni adjecerit. Adhibita ratio in canone 3, cur aliquid discriminis clericos inter et laicos ponendum sit, non solum ad gravia peccata, sed etiam ad gravissima pertinet. Ait enim æquum esse ut, cum laici post pœnitentiam in eumdem locum restituantur, clerici vero non restituantur, liberalius et mitius cum clericis agatur. Nolebat ergo clericos lapsos quadruplicem pœnitentiæ gradum percurrere. Sed quemadmodum D lapso in fornicationem diacono non statim communionem reddit, sed ejus conversionem et morum emendationem probandam esse censet, ut ad eumdem canonem tertium observavimus, ita dubium esse non potest, quin ad criminis magnitudinem probandi modum et tempus accommodaverit.

(27) *Ἑαυτόν.* Eos intelligit qui se vatibus tradunt ad eorum artem ediscendam. Sic enim interpretatur Aristenus. Iis autem qui vates consulunt aut in suam domum introducunt, sex anni irrogantur in canone 83.

(28) *Ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ.* Basilius, ut ipsius interpretes observant, etsi discedit a vetustiorum Patrum decretis, non tamen ab eorum mente discedit. Illi enim pacem dederunt post aliquot annorum pœnitentiam his qui persecutionis tempore Christum negaverant. At æquum fuit severiora in eos exempla statui, qui tranquillis temporibus hoc scelus admitterent.

Digitized by Google

quo e vita excedit, sacramento dignus habeatur ob fidem in Dei clementiam.

LXXIV. Quod si unusquisque eorum, qui in præactis peccatis fuere, pœnitentiam agens, bonus evaserit, is cui a Dei benignitate ligandi atque solvendi credita potestas, si clementior fiat, perspecta illius qui peccavit pœnitentiæ magnitudine, ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus condemnatione, cum ea quæ est in Scripturis, historia nos doceat, eos qui cum majore labore pœnitentiam agunt, cito Dei misericordiam consequi.

LXXV. Qui cum sua ex patre vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua et nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum et animadversionem venerit, triennio fleat, stans propter fores domus orationis, et rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque misericorditer pro ipso intensas ad Dominum preces fundat. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, et, Scripturis doctrinaque auditis, ejiciatur, nec dignus habeatur oratione. Deinde, si modo illam cum lacrymis exquisierit, et Domino cum cordis contritione et valida humiliatione supplex prociderit, detur ei substratio per alios tres annos. Et, postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, anno decimo in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione: et ubi annis duobus una cum fidelibus steterit ad orationem, ita demum dignus habeatur boni communione.

LXXVI. Eadem est ratio de iis quoque qui suas nurus accipiunt.

329 LXXVII. Qui relinquit legitime sibi copulatam mulierem, et aliam ducit, ex Domini sententia spectetur, secus, si canones Patrum. Quamobrem eamdem pœnam imponit ac graviori fornicationi in canone 59, cum hoc tamen levi discrimine quod in canone 59 duo anni inter flentes assignantur, unus vero in hoc septuagesimo septimo. Hoc autem matrimonium, quod legitima uxore dimissa contrahitur, etsi Basilius instar adulterii non jubet puniri, minime tamen dubium, quin penitus dissolvendum esse duxerit, nec ante restituerit communionem, quam illegitima uxor esset dimissa. Illud autem difficilius est statuere, quid de matrimonio post ejectam uxorem adulteram contracto senserit. Ratum a Basilio habitum fuisse ejusmodi matrimonium pronuntiat Aristenus. Atque id quidem Basilius conceptis verbis non declarat; sed tamen videtur hac in re a saniori ac meliori sententia discessisse. Nam 1° maritum injuste dimissum ab alio matrimonio non excludit, ut vidimus in canonibus 9 et 55. Porro non videtur jure dimittenti denegasse, quod injuste dimisso concedebat. 2° Cum jubeat uxorem adulteram ejici, vix dubium est quin matrimonium adulterio uxoris dissolutum existimaverit. Præterea dura admodum fuisset mariti, ac multo durior, quam uxoris conditio, si nec adulteram retinere, nec aliam ducere integrum fuisset

(28') *Τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς*. Observat Zonaras sanctum Patrem ad ea, quæ narrantur de Manasse, Ezechia et aliis ejusmodi, digitum intendere. Hanc autem canonis esse sententiam contendit Balsamon, ut episcopi non solum pœnarum tempus imminuant, sed ipsas etiam pœnas commutent: in quo quidem sibi nonnullos ait non assentiri. Ipse tamen fatetur magnam esse debere cautionem. Narrat enim cum miles voluntarii homicidii reus a quodam episcopo post breve admodum pœnitentiæ tempus absolutus fuisset tempore Lucæ patriarchæ, synodum jussu imperatoris graviter id ferentis convocatam, de episcopi facto deliberasse. Ac episcopum quidem sese hujus canonis et aliorum similium auctoritate defendisse, sed ad tempus a ministerio remotum fuisse, et militem rursus pœnitentiæ subjectum: pronuntiante synodo licere quidem episcopis canonicas pœnas augere et minuere, sed aranearum filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non licere.

(29) *Καταλιμπάνων*. Loquitur S. Pater de viro injuste legitimam uxorem dimittente. Nam si adulterium intercessisset, non jam legitima uxor esset ex sententia Basilii, qui adulteram ejici jubet, non modo permittit. Atque hoc quidem peccatum hominis legitimam uxorem dimittentis et aliam ducentis, adulterium fatetur esse, si Domini sen-

γεῖσθαι χρεωστεῖ, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου, τοῦ ἁγιάσματος ἀξιούμενος, πίστει τῆς παρὰ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

ΟΑ'. Ἐὰν μέντοιγε ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι γενομένων σπουδαῖος γένηται, ἐξομολογούμενος· ὁ πιστευθεὶς παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐξομολογήσεως ὁρῶν τοῦ ἡμαρτηκότος, εἰς τὸ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔσται καταγνώσεως ἄξιος· τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς (28') ἱστορίας γνωριζούσης ἡμῖν τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους ταχέως τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

ΟΕ'. Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας ἐκείνης, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχήν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Κύριον τὰς δεήσεις. Μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῶν Γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. Ἔπειτα, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ Κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ἡ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. Καὶ οὕτως, ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἁγίου κοινωνίας.

ΟΖ'. Ὁ αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

ΟΖ'. Ὁ μέντοι καταλιμπάνων (29) τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ ἑτέραν συναγόμενος,

Digitized by Google

κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. Κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, ὀιετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν· τῷ δὲ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς· καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν.

tia adulterii subjicitur judicio. Sed statutum est Patrum nostrorum canonibus, ut ii anno fleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo consistant cum fidelibus, et ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.

ΟΗ'. Ὁ δὲ αὐτὸς τύπος κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν τὰς δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοικέσιον εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

LXXVIII. Eadem autem forma observetur et in eos qui sorores duas in matrimonium ducunt, etsi diversis temporibus.

Οϑ'. Οἱ δὲ ταῖς μητρυιαῖς ταῖς ἑαυτῶν ἐπιμαινόμενοι τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι, ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς (30) ἐπιμαινόμενοι.

LXXIX. Qui autem in suas novercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxii, cui et ii, qui insaniunt in suas sorores.

Π'. Τὴν δὲ πολυγαμίαν (30') οἱ Πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα. Διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι· δηλονότι ἑνιαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι (31).

LXXX. Polygamiam Patres silentio prætermisere, ut belluinam, prorsusque ab hominum genere alienam. Ea autem nobis videtur peccatum esse fornicatione majus. Quapropter consentaneum est eos subjici canonibus, ut scilicet postquam anno fleverint, et tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

ΠΑ' Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων καταδρομῇ παρέβησαν τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς ἐπιτελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων τινῶν γευσάμενοι, τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις (32) τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς, οὗτοι κατὰ τοὺς ἤδη παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν (33) ἐξενεχθέντας κανόνας (34) οἰκονομείσθωσαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀδέκτους εἶναι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροᾶσθαι· καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς γενέσθαι εἰς τὴν κοινωνίαν· οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὁμόσαντες ὅρκους Ἑλληνικοὺς, ἐκβάλλεσθαι μὲν ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν β' ἀκροᾶσθαι· ἐν

LXXXI. Quoniam autem multi in barbarorum incursione fidem in Deum violarunt, sacramenta gentilia jurantes, et nefanda quædam gustantes, quæ ipsis in magicis idolorum templis apposita fuere, ii secundum canones jam a Patribus nostris editos dispensentur. Nam qui vim gravem per tormenta sustinuere, nec ferentes labores, ad negationem tracti sunt, tribus annis non recipiantur, et duobus audiant, et ubi annis tribus substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui vero sine magna vi fidem in Deum prodiderunt, mensamque attigerunt dæmoniorum, et gentilium sacramenta jurarunt, ejiciantur quidem tribus annis, duobus audiant: ubi vero annis tribus in substratione oraverint, et per **330** alios tres cum

(30) *Ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς*. Prima specie non omnino perspicuum est utrum sorores ex utroque parente intelligat, an tantum ex alterutro. Nam cum in canone 79 eos qui suas nurus accipiunt non severius puniat, quam cui cum sorore ex matre vel ex patre rem habent, forte videri posset idem statuere de iis qui in novercas insaniunt. Sed tamen multo probabilius est eamdem illis pœnam imponi, ac iis qui cum sorore ex utroque parente contaminantur. Non enim distinctione utitur Basilius ut in canone 75; nec mirum si peccatum cum noverca gravius quam cum nuru, ob factam patri injuriam, judicavit.

(30') *Τὴν δὲ πολυγαμίαν*. Polygamiæ nomine Zonaras et Balsamon non trigamiam interpretantur, sed tetragamiam. Trigamiam canonibus et legibus permissam esse, vetitam autem tetragamiam testantur. Unde nihil in hoc canone durius aut justo severius animadvertunt. Videtur idem sentire Aristenus, qui polygamiam, de qua in hoc canone agitur, scelus appellat. Valde mihi arridet hæc interpretatio; demitigat enim hujus canonis asperitatem. Sed tamen magnis illis interpretibus assentiri non possum. Nam ipsam trigamiam polygamiæ nomine notari ait Basilius in canone 4, eamque ex lege contrahi negat in canone 50. Præterea animadvertendum est Basilii propositum. Cur enim polygamos in hoc canone octogesimo subjicit canonibus, id est inter flentes pœnitentiam agere jubet, nisi quia eos publicis condemnationibus subjici non solere dixerat in canone 50? At canon ille 50 de trigamis nominatim agit. Videtur ergo ad eosdem referendus octogesimus. Justo sane severior hæc doctrina videbitur: sed ita de trigamis statuisse Basilium minime mirabitur quisquis similia plurium Patrum dicta pensabit, imprimis Gregorii Nazianzeni apud quem in orat. 31 tertiæ nuptiæ *παρανομίαι*, *iniquitas* dicuntur. Vide Addenda.

(31) *Οὕτω δεκτοὺς εἶναι*. Recipi eos in consistentium locum existimant Balsamon et Zonaras, in ipsam communionem Aristenus, qui quatuor tantum annos numerat, hanc tamen conditionem addens, ut matrimonium dissolvatur. Confirmari potest Zonaræ et Balsamonis sententia ex canone 4, ubi quinque anni trigamis decernuntur. De hac severitate non videtur detrahere hic canon octogesimus, qui ad intendendas potius quam remittendas trigamorum pœnas institutus est.

(32) *Εἰδώλοις*. Lego cum Combefisio εἰδωλείοις.

(33) *Πατέρων ἡμῶν*. Ancyranos Patres designat, quorum magna videtur fuisse in Cappadocia et finitimis provinciis auctoritas. Quanquam in hoc tantum eos sequitur, quod eorum exemplo discrimen ponat inter eos, qui tormentis cesserunt, et eos qui facilius superati sunt. Nam Ancyrani Patres multo sunt leniores, ac iis qui solis supplicii aut bonorum direptionis aut exilii minis cesserunt, non longiorem sexennio pœnitentiam imponunt can. 6.

(34) *Κανόνας*. Sic nostri codices mss. Editi νόμους καὶ κανόνας.

Digitized by Google

fidelibus ad orationem steterint, sic admittantur ad boni communionem.

LXXXII. De iis etiam qui pejerarunt, si vi quidem atque necessitate juramenta transgressi sunt, pœnis levioribus subjiciuntur, sic ut post sex annos possint suscipi. Sin autem, vi non illata, fidem suam prodiderunt, ubi duobus annis fleverint et duobus annis audierint, et per quinque oraverint in substratione, et per alios duos sine oblatione ad precationis communionem fuerint admissi, ita demum, digna videlicet pœnitentia ostensa, in corporis Christi communionem restituentur.

LXXXIII. Qui vates consulunt, et consuetudines gentium sequuntur, aut aliquos in suas ædes introducunt ad remediorum inventionem, et expiationem, hi in canonem cadant sexennii. Postquam anno fleverint, et anno audierint, et annis tribus fuerint substrati, et anno cum fidelibus steterint, sic admittantur.

LXXXIV. Hæc autem omnia scribimus, ut fructus probentur pœnitentiæ. Non enim omnino tempore dijudicamus res ejusmodi, sed ad modum pœnitentiæ attendimus. Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, et vitam secundum Evangelium instituere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti et contradicenti edocti sumus audire: *Servans serva animam tuam* [12]. Ne igitur committamus, ut cum talibus pereamus: sed grave judicium formidantes, et terribilem retributionis Domini diem ob oculos habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire. Si enim nos non erudierunt terribilia Domini, nec tales plagæ adduxerunt, ut nos a Domino propter nostram iniquitatem derelictos, barbarorumque in manus traditos sentiremus, et populum apud hostes captivum abductum esse, ac dispersioni traditum, quia hæc audebant qui Christi nomen circumferunt: si non noverunt, neque intellexerunt, propterea venisse in nos iram Dei; quæ res nobis cum his communis est? Sed tamen obtestari eos et noctu et interdiu, et publice et privatim debemus; nos autem simul

[12] Gen. XIX, 17.

(35) *Ἐν πέντε.* Sic codices melioris notæ. Nonnulli habent ἐν πέμπτῳ, *in quinto*. Sic videtur legisse interpres. Sed hæc scriptura minime probabilis. Vix enim gravius puniretur jusjurandum libere et sponte infractum, quam vi et impressione violatum; nec aliud esset inter utrumque, quam unius anni discrimen. Legitur ἐν πέμπτῳ in Pandectis. Sed Balsamon et Zonaras et Aristenus in suis interpretationibus agnoscunt undecim annos. Præterea decem anni imponuntur perjuris in canone 64, cui quidem canoni aliqua videtur inesse cum hoc octogesimo secundo discrepantia; forte quia in priore nulla statuitur distinctio coacti et voluntarii perjurii.

(36) *Φαρμακειῶν.* Longe alio sensu usurpatur hoc loco ea vox ac in canone 65, in quo venefica ad perniciem inventa designat: hic autem remedia ad morbos pellendos, ut observant Balsamon et Zonaras. Hinc multo lenior in hoc canone pœnitentia, quam in sexagesimo quinto. Distinctione utitur S. Gregorius Nyssenus in statuenda hujus peccati pœnitentia. Sancit enim canone 3 ut qui se convertunt ad præstigiatores, aut vates, aut eos qui dæmonum opera piacula quædam et malorum avertendorum artem profitentur, hi si fidei negandæ consilio id fecerint, iisdem pœnis ac apostatæ subjiciantur; sin autem gravissimo quodam dolore et damno perculsi, eodem modo puniantur, ac qui tormentis tempore confessionis cesserunt.

(37) *Ἦγαγον.* Sic mss. codices melioris notæ. Editi ἦγον. Pandectæ cum codicibus mss. consentiunt.

(38) *Εἰ μὴ ἔγνωσαν.* Sic antiquissimi codices et Pandectæ. Editiones Basilii εἰ μὴ συνέγνωσαν.

A ὑποπτώσει δὲ εὐξαμένους ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις γ' συστάντας τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὺς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ.

ΠΒ'. Καὶ περὶ τῶν ἐπιορκησάντων, εἰ μὲν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης παρέβησαν τοὺς ὅρκους, κουφοτέροις ὑπόκεινται ἐπιτιμίοις, ὥστε μετὰ ς' ἔτη εἶναι αὐτοὺς δεκτούς· εἰ δὲ ἄνευ ἀνάγκης προδόντες τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαύσαντες, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέντε (35) ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις ἄνευ προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον ἀξιόλογον, δηλαδὴ, τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκαταστήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.

B ΠΓ'. Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν (36), καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἐξαετίας. Ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν γ' ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν.

ΠΔ'. Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. Οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. Ἐὰν δὲ δυσαποσπάστως ἔχωσι τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θέλωσιν ἢ τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ καταδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. Ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι C *Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.* Μὴ τοίνυν καταδεξώμεθα συναπόλλυσθαι τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ φοβηθέντες τὸ βαρὺ κρῖμα, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ Κυρίου πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν λαβόντες, μὴ θελήσωμεν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις συναπόλλυσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς τὰ φοβερὰ τοῦ Κυρίου, μηδὲ αἱ τηλικαῦται πληγαὶ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἤγαγον (37), ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν ἡμῶν ἐγκατέλιπεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας βαρβάρων, καὶ ἀπήχθη αἰχμάλωτος εἰς τοὺς πολεμίους ὁ λαὸς, καὶ παρεδόθη τῇ διασπορᾷ, διότι ταῦτα ἐτόλμων οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντες· εἰ μὴ ἔγνωσαν (38), μηδὲ συνῆκαν, ὅτι διὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ· τίς ἡμῖν κοινὸς πρὸς D τούτους λόγος; Ἀλλὰ διαμαρτύρεσθαι αὐτοῖς καὶ

νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ὀφείλομεν· συναπάγεσθαι δὲ αὐτῶν ταῖς πονηρίαις μὴ καταδεχώμεθα, προσευχόμενοι μάλιστα μὲν κερδῆσαι αὐτοὺς καὶ ἐξελέσθαι τῆς παγίδος τοῦ πονηροῦ· ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δυνηθῶμεν, σπουδάσωμεν τὰς γοῦν ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς αἰωνίου κατακρίσεως περισώσασθαι.

A abripi eorum improbitatibus, ne feramus, maxime quidem optantes eos lucrifacere, et a maligni laqueo eripere; sed si hoc non possumus, studeamus saltem animas nostras ab æterna condemnatione servare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΗ'.

331 EPISTOLA CCXVIII[a].

Basilius, paucis de Æliani negotio et de suo post iter Ponticum morbo præmissis, Amphilochium rogat, ut episcoporum Lyciæ, quos audierat ab Asianorum hæresi alienos esse, ac suam communionem amplecti velle, sententium exploret, probo aliquo viro in hanc regionem misso.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Τὴν μὲν χρείαν, ἧς ἕνεκεν παρεγένετο ὁ ἀδελφὸς Αἰλιανός, κατώρθωσεν ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδεμιᾶς παρ' ἡμῶν συνεργίας προσδεηθείς· ἡμῖν δὲ διπλῆν ἔδωκε χάριν, κομίσας τε γράμματα τῆς σῆς θεοσεβείας, καὶ ἀφορμὴν τῶν πρὸς σὲ γραμμάτων ἡμῖν παρασχόμενος. Καὶ προσαγορεύομεν οὖν δι' αὐτοῦ τὴν ἀληθινήν σου καὶ ἀμίμητον ἀγάπην· καὶ παρακαλοῦμεν προσεύχεσθαι περὶ ἡμῶν, νῦν, εἴπερ ποτὲ, τῆς ἐκ τῶν προσευχῶν σου βοηθείας προσδεομένων. Τὸ γὰρ σῶμά μου, ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸν Πόντον συντριβὲν, ὑπὸ ἀῤῥωστίας συνέχεται οὐκ ἀνεκτῶς. Ἐκεῖνο δὲ καὶ πάλαι ἐβουλόμην γνώριμον ποιῆσαι τῇ σῇ συνέσει (οὐχ ὡς (39) ὑπ' ἄλλης προηγουμένης αἰτίας διακρουσθεὶς ἐξελαθόμην)· νῦν δὲ ὑπομιμνήσκω, ἵνα καταξιώσῃς ἄνδρα σπουδαῖον πέμψαι εἰς τὴν Λυκίαν, κατασκέψασθαι, τίνες εἰσὶν οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Δεῖ γὰρ τάχα μὴ παροφθῆναι αὐτοὺς, εἴπερ ἀληθῆ ἐστιν ἃ τις τῶν ἐκεῖθεν παραγενομένων πρὸς ἡμᾶς εὐλαβῶν διηγήσατο· ὅτι, πάντη πρὸς τὸ Ἀσιανὸν φρόνημα ἀπηλλοτριωμένοι, ἡμᾶς καταδέχονται ἐπιγράφεσθαι κοινωνούς. Εἰ δὲ μέλλει τις ἀπιέναι, ἐπιζητησάτω ἐν Κορυδάλοις Ἀλέξανδρον ἀπὸ μοναζόντων ἐπίσκοπον, καὶ ἐν Λιμύρᾳ Διάτιμον, καὶ ἐν Κύροις (40) Τατιανὸν καὶ Πολέμωνα καὶ Μακάριον πρεσβυτέρους, ἐν Πατάροις ἐπίσκοπον Εὔδημον, ἐν Τελμεσῷ Ἱλάριον ἐπίσκοπον, ἐν Φέλῳ Λολλιανὸν (41) ἐπίσκοπον. Τούτους καὶ ἔτι πλείους ἀνεγνώρισέ τις ἡμῖν, ὡς ὑγιαίνοντας περὶ τὴν πίστιν· καὶ πολλὴν ἔσχον (42) χάριν τῷ Θεῷ, εἴ τινες ὅλως ἐν τῷ κλίματι τῷ Ἀσιανῷ ἔξω εἰσὶ τῆς βλάβης τῶν αἱρετικῶν·

Illud quidem negotium, cujus causa venerat frater Ælianus, ipse per se confecit, nec ulla nostra ope indiguit. Duplicem autem a nobis iniit gratiam, et quod litteras pietatis tuæ attulit, et quod litterarum ad te occasionem nobis subministravit. Per eum igitur et tuam salutamus genuinam ac non imitabilem charitatem, ac rogamus ut pro nobis preceris, qui nunc, si unquam alias, precum tuarum ope indigemus. Nam meum corpus ex itinere Pontico confractum, morbo afflictatur intolerabili. Illud autem et dudum volebam tuæ prudentiæ notum facere, non quod alia potiore interpellante causa oblitus sim; sed nunc commonefacio, ut virum diligentem digneris in Lyciam mittere, qui veræ fidei quinam sint sectatores exploret. Fortasse enim non sunt negligendi, siquidem vera sunt, quæ unus aliquis ex piis viris illinc ad nos venientibus narravit, eos ab Asianorum sententia prorsus alienos, communionem nostram amplecti velle. Si quis autem iturus est, perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum, Limyræ Diatimum, Cyris Tatianum et Polemona et Macarium presbyteros, Pataris Eudemum episcopum, Telmesi Hilarium episcopum, Pheli Lollianum episcopum. Hos et plures adhuc indicavit mihi aliquis recte de fide sentire : ac gratias Deo habui plurimas, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint. Itaque si fieri potest, interim eos sine litteris exploremus : re autem perspecta, tum demum et litteras dabimus. cura-

B

C

(39) *Οὐχ ὡς.* Legit Combefisius οὗ ὡς. *Cujus rei oblitus eram cespitante memoria ob aliam rem majoris momenti.* Sed displicet hæc emendatio, non solum quia nullo nititur vetere libro, sed etiam maxime quia non redolet summam Basilii pietatem, cui nihil antiquius erat pace et unitate Ecclesiarum.

(40) *Ἐν Κύροις.* Codex Claromontanus ἐν Νύροις. Sed legendum ἐν Μύροις. Non Tatianus ille factus est episcopus Myrensis, ac interfuit concilio C. P. Nondum ad hanc dignitatem pervenerat, cum hæc scriberetur epistola; nam ei Basilius non alium quam presbyteri titulum defert, qui ei cum Polemone et Macario communis est. Videtur etiam Diatimus nequaquam Limyræ episcopus fuisse; sed tantum presbyter. Illum enim episcopi nomine non designat Basilius; et presbyteri titulus ad eum, itidem ut ad tres alios, videtur referri. Silentium Basilii de episcopis Limyræ et Myræ argumento est

D

eos male audiisse. Porro non mirum in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, si ejusmodi presbyterorum communionem appetebat, quorum cum episcopis non communicabat. Sic enim cum presbyteris Tarsensibus, minime vero cum episcopo Tarsensi conjunctus erat : plures in Sebastiæ presbyterio communicatores habebat, quamvis ab Eustathii communione discessisset, ut patet ex epistolis 113, 114, 237. Paulo ante legitur in codice Vaticano ἀπὸ μοναζόντων καὶ ἐπίσκοπον, *monachum et episcopum.*

(41) *Λολλιανόν.* Ita Med., Vat. et Clarom. Editi Λουκιανόν. Coisl. primus Λουλιανόν. Scriptura quam sequimur consentit cum subscriptionibus concilii C. P. inter quas legitur Lollianus. Ibidem codex Vaticanus ἐν Φελλῷ.

(42) *Ἔσχον.* Sic veteres libri, pro eo quod erat in editis Ἔχον.

[a] Alias CCCCIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

bimusque ut aliquem ex illis ad congressum nostrum advocemus. Cedant autem omnia commode ac prospere Ecclesiæ Iconiensi nobis desideratissimæ. Honorandum omnem clerum et eos qui una cum tua pietate sunt, per te salutamus.

ἡμῖν Ἐκκλησίαν τὴν Ἰκονίου. Πάντα τὸν τίμιον κλῆρον διὰ σοῦ.

Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν, τέως ἄνευ γραμμάτων αὐτοὺς κατασκεψώμεθα (43)· πεισθέντες δὲ, λοιπὸν καὶ ἀποστέλλομεν ἐπιστολήν, καὶ σπουδάζομέν τινα ἐξ αὐτῶν προσκαλέσασθαι εἰς τὴν συντυχίαν ἡμῶν. Γένοιτο δὲ πάντα ἐν καιρῷ περὶ τὴν ποθεινοτάτην καὶ τοὺς συνόντας τῇ θεοσεβείᾳ σου ἀσπαζόμεθα

332 EPISTOLA CCXIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΘ'.

Cum Basilius a Theodoro subdiacono didicisset dissensiones in clero Samosatensi exortas esse ; etsi sciebat Eusebium ea de re ad illos scripsisse, suum quoque illis dolorem significat, hortaturque ne laudem ex persecutione comparatam dissensionibus amittant.

Clero Samosatensi.

Τῷ Σαμοσατέων κλήρῳ.

1. Qui omnia in pondere et mensura [13] definit nobis Dominus, et tentationes inducit [14] quæ vires nostras non superent, sed probat quidem pietatis athletas per afflictionem, nec tamen ultra quam ferre queunt, sinit tentari [15], datque potum in lacrymis in mensura [16] iis, qui debent ostendere, an in afflictionibus gratum Deo animum servent ; in hac maxime circa vos dispensatione suam benignitatem declaravit, non sinens vobis ab inimicis persecutionem ejusmodi inferri, quæ posset aliquos evertere, aut de fide in Christum commovere. Vos enim cum levibus et quos facile sit superare adversariis conjungens, præmium vobis patientiæ in illis vincendis præparavit. Sed communis ille nostræ vitæ hostis, qui suis artificiis benignitati Dei adversatur, postquam vos vidit validi muri instar assultum extrinsecus contemnere, id, ut audio, excogitavit, ut inter vos mutuæ quædam offensiones et pusilli animi dissidia nascerentur : quæ initio quidem parva, et facile sanabilia, temporis progressu per contentionem aucta in malum prorsus insanabile vergere solent. Quapropter adductus sum ut per hanc epistolam vos adhortarer. Quod si fieri posset, venissem ipse, vosque per me ipse rogassem. Sed quia id tempora non sinunt, hanc vobis epistolam, veluti aliquod supplicantis insigne, prætendimus, ut adhortationes nostras reveriti, solvatis omnem inter vos contentionem, mihique cito bonum nuntium mittatis dimissarum inter vos offensionum.

1. Ὁ πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ ὁρίζων ἡμῖν Κύριος, καὶ τοὺς πειρασμοὺς ἐπάγων μὴ ὑπερβαίνοντας ἡμῶν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ δοκιμάζων μὲν διὰ τῆς περιστάσεως τοὺς ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἐῶν δὲ πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνανται ὑπενεγκεῖν, καὶ ποτίζων δάκρυσιν (44) ἐν μέτρῳ τοὺς ὀφείλοντας διδαχθῆναι (45), εἰ ἐν ταῖς θλίψεσι τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὐχάριστον διασώζουσι· μάλιστα ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τῆς καθ' ὑμᾶς τὸ ἑαυτοῦ φιλάνθρωπον ἐφανέρωσε, μὴ συγχωρήσας ὑμῖν τὸν παρὰ τῶν ἐχθρῶν διωγμὸν τοιοῦτον ἐπενεχθῆναι, οἷον δύνασθαι περιτρέψαι τινὰς ἢ διασαλεῦσαι ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Κούφοις γὰρ καὶ εὐκαταγωνίστοις ἀντιπάλοις παραζεύξας ὑμᾶς, ἐν τῇ κατ' αὐτῶν νίκῃ τὸ βραβεῖον ὑμῖν τῆς ὑπομονῆς ἠτρέπισεν. Ἀλλ' ὁ κοινὸς ἐχθρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ ταῖς ἑαυτοῦ μεθοδείαις ἀντιμαχόμενος τοῦ Θεοῦ τῇ χρηστότητι, ἐπειδὴ εἶδεν ὑμᾶς ὡς τεῖχος κραταιὸν τῆς ἔξωθεν προσβολῆς καταφρονοῦντας, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, ὡς ἀκούω, ἐπενόησε γενέσθαι τινὰς λύπας πρὸς ἀλλήλους καὶ μικροψυχίας· αἳ παρὰ μὲν τὴν πρώτην μικραί εἰσι καὶ εὐθεράπευτοι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ὑπὸ φιλονεικίας αὐξανόμεναι (46), εἰς ἀνίατον παντελῶς ἐκπίπτειν πεφύκασι. Διὸ ὥρμησα πρὸς τὴν διὰ τοῦ γράμματος τοῦδε παράκλησιν. Εἰ μὲν ἦν (47) δυνατὸν, αὐτὸς ἂν παρεγενόμην, καὶ δι' ἐμαυτοῦ ἱκέτευσα ὑμᾶς· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οἱ καιροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἀνθ' ἱκετηρίας ὑμῖν προτείνομεν· ἵνα, αἰδεσθέντες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, καταλύσητε πᾶσαν τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν (48), καὶ ταχέως μοι διαπέμψησθε τὴν ἀγαθὴν ἀγγελίαν, ὅτι ἀφῆκατε ἀλλήλοις τὰς μέμψεις.

[13] Sap. xi, 21. [14] Matth. vi, 13. [15] I Cor. x, 13. [16] Psal. lxxix, 6.

* Alias CCLXXX. Scripta anno 375.

(43) *Κατασκεψώμεθα.* Clarom. ἐπισκεψώμεθα. Paulo post legimus cum codicibus Med. et Coisl. primo ἀποστέλλομεν et σπουδάζομεν. Deest hæc epistola in Harlæano. Pro hac autem loquendi ratione habebant editi ἀποστελοῦμεν et σπουδάσομεν, quod quidem librariis nimium ad grammaticæ leges attentis tribuendum videtur. Scriptura, quam in contextum recepimus, confirmatur simili loco epistolæ 244, n. 5, ubi Basilius Patrophilo significat dubium sibi non esse, quin Eustathii contumeliosa scripta noverit. Tum addit : Εἰ δ' οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ τὰ γράμματα, ἀλλ' ἐγώ σοι ἀποστέλλω· *Quod si ad te scripta illa non pervenerunt, at ego ad te mittam.*

(44) *Δάκρυσιν.* Editi præmittunt ἐν quæ præposition deest in sex mss.

(45) *Διδαχθῆναι.* Duo Regii codices, Vat., Paris. et Coisl. secundus διαδειχθῆναι. Clarom. δειχθῆναι. Nihil mutandum. Illud enim διδαχθῆναι idem valet ac δειχθῆναι, id est, ostendere et docere, ut perspici potest ex epist. 244, n. 3.

(46) *Αὐξανόμεναι.* Med. et Coisl. primus αὐξόμεναι.

(47) *Εἰ μὲν ἦν... παρεγενόμην καὶ.* Ita tres vetustissimi codices et Clarom. Editi Εἰ μὲν οὖν ἦν... παραγενόμενος δι' ἐμαυτοῦ.

(48) *Πρὸς ἀλλήλους.* Coisl. primus εἰς ἀλλήλους. Paulo post idem codex cum Med. κατακλιθείς. Clarom. ὑποκλιθείς. Ibidem nonnulli codices καὶ... δεξάμενος τά, alii δειξάμενος τά.

Digitized by Google

2. Ἐκεῖνο γὰρ εἰδέναι βούλομαι τὴν σύνεσιν ὑμῶν, ὅτι ἐκεῖνος μέγας παρὰ Θεῷ, ὁ ταπεινοφρόνως ὑποκατακλιθεὶς τῷ πλησίον, καὶ ἀνεπαισχύντως ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος τὰ ἐγκλήματα, κἂν μὴ ἀληθῆ ᾖ, ὑπὲρ τοῦ τὸ μέγα ὄφελος τὴν εἰρήνην χαρίσασθαι τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Γενέσθω οὖν ἐν ὑμῖν ἅμιλλα ἀγαθὴ, τίς πρῶτος καταξιωθῇ υἱὸς Θεοῦ κληθῆναι, διὰ τῆς εἰρηνοποιίας ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα τοῦτο περιποιησάμενος. Ἐπέστειλε δὲ καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ὑμῖν τὰ πρέποντα, καὶ ἐπιστελεῖ (49) πάλιν τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, διὰ τὸ ἔτι (50) συγκεχωρῆσθαι ἐγγύτεροι ὑμῶν εἶναι, ἀμελεῖν τῶν καθ' ὑμᾶς οὐ δυνάμεθα. Ὅθεν καὶ παραγενομένου τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ Θεοδώρου τοῦ ὑποδιακόνου, καὶ εἰπόντος τὴν Ἐκκλησίαν ἐν λύπῃ εἶναι καὶ ταραχῇ, σφοδρῶς συντριβέντες καὶ βαθείᾳ ὀδύνῃ τὴν καρδίαν πληγέντες, ἡσυχάσαι οὐκ ἠνείχόμεθα· ἀλλὰ παρεκαλέσαμεν ὑμᾶς, πᾶσαν δικαιολογίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ῥίψαντας, καταπράξασθαι τὴν εἰρήνην, ἵνα μήτε ἡδονὴν τοῖς ἐναντίοις παράσχησθε, μήτε τὸ καύχημα τῆς Ἐκκλησίας προδῶτε, ὃ νῦν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηται, ὅτι οἱ πάντες, ὡς ὑπὸ μιᾶς ψυχῆς καὶ καρδίας οἰκονομούμενοι, ἐν ἑνὶ σώματι οὕτω διάγετε. Πάντα τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, τούς τε ἐν ἀξιώμασι καὶ δυναστείαις πολιτικαῖς (51), καὶ τοῦ παντὸς κλήρου τὸ πλήρωμα διὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας κατασπαζόμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν ὁμοίους ἑαυτοῖς διαμεῖναι. Οὐδεμίαν γὰρ προσθήκην ἐπιζητοῦμεν, διὰ τὸ πᾶσαν ὑπερβολὴν προλαβόντας αὐτοὺς διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπιδείξεως ἀποκλεῖσαι (52).

2. Sciat enim hoc, velim, prudentia vestra, illum magnum esse apud Deum, qui se proximo humiliter submittit, ac citra verecundiam crimina in seipso recipit, etiamsi vera non sint, ut pacem, magnum illud emolumentum, Dei Ecclesiæ conciliet. Sit itaque inter vos certamen bonum, quis prior consequatur, ut filius Dei vocetur, hanc sibi dignitatem ob pacem compositam comparans. Scripsit autem et religiosissimus episcopus vobis quæ conveniunt, ac rursus scribet quæ ipsum decent. Verumtamen et nos, eo quod adhuc concessum sit, ut vobis propiores simus, negligere res vestras non possumus. Unde et cum advenisset religiosissimus frater Theodorus subdiaconus, dixissetque Ecclesiam in mœstitia esse ac perturbatione, tum valde contriti, **333** et imo cordis dolore perculsi, conticere non potuimus : sed vos adhortati sumus, ut omnem inter vos juris disceptationem projicientes, pacem componatis, ne afferatis lætitiam adversariis, neve hanc Ecclesiæ gloriationem prodatis, quæ nunc per totum terrarum orbem prædicatur, vos videlicet tanquam anima una et corde uno gubernatos, ita in uno corpore versari. Omnem Dei populum, honoratos et magistratus, et totius cleri cœtum per vestram pietatem salutamus, adhortamurque ut sui ipsorum semper permaneant similes. Nam incrementum nullum exposcimus, eo quod accessionem omnem jam ipsi per edita bonorum operum specimina excluserint.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚ'.

EPISTOLA CCXX*.

Testatur Basilius clericis Beræensibus, se ad eorum amorem exarsisse, lectis eorum litteris, et ipsorum ac totius populi virtute cognita ex sermone Acacii presbyteri. Pacem illis orat post tot certamina, et ad perseverantiam hortatur.

Πρὸς τοὺς ἐν Βεροίᾳ

Μεγάλην ὁ Κύριος ἔδωκε παραμυθίαν τοῖς ἀπολιμπανομένοις τῆς κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίας, τὴν διὰ τοῦ γράμματος ὁμιλίαν, ἐξ ἧς ἔστι μανθάνειν οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα, ἀλλ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν. Ὅθεν καὶ νῦν, δεξάμενοι τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ὁμοῦ τε ἐγνωρίσαμεν ὑμᾶς, καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς (53) ἀγάπην ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀνελάβομεν, οὐ δεηθέντες χρόνου μακροῦ συνήθειαν ἐμποιοῦντος ἡμῖν. Ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς ἐναποκειμένης τοῖς γράμμασι διανοίας εἰς τὸ φίλτρον τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς ὑμῶν ἐξεκαύθημεν. Καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἐπεσταλμένοις, τοιούτοις οὖσιν, ἔτι καὶ ἡ τῶν μεσιτευόντων ἀδελφῶν ἐπιτηδειότης ἐναργέστερον ἡμῖν ἐδείκνυ τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὁ γὰρ ποθεινότατος καὶ εὐλαβέστατος συμπρεσβύτερος ἡμῶν Ἀκάκιος, πλείονα τῶν ἐπεσταλμένων διηγούμενος, καὶ ὑπ' ὄψιν

Berææis.

Magnum Deus præbuit solatium his, qui coram congredi non possunt, colloquium per litteras ; ex quo discere est non corpoream effigiem, sed animi ipsius indolem. Unde et nunc, postquam pietatis vestræ litteras accepimus, simul et vos cognovimus, et vestri amorem corde concepimus, non opus habentes longo tempore ad consuetudinem conciliandam. Ex ipsa enim insita litteris sententia ad amorem pulchritudinis animæ vestræ exarsimus. Nam præter litteras, quæ quidem tales sunt, adhuc etiam fratrum internuntiorum habilis et apta indoles illustrius vestra nobis expressit. Nam desideratissimus atque religiosissimus compresbyter Acacius, plura quam scripsistis enarrans, et quotidianum vestrum certamen, strenuamque pro pietate dimicationem ipsis oculis subjiciens, tan-

(49) *Καὶ ἐπιστελεῖ.* Ita tres vetustissimi codices, quibus alii favent, in quibus legitur ἐπιστέλλει. At editi admodum mendose καὶ ἐπιστέλλειν ὑμᾶς δεῖ πάλιν. *ac vos decet iterum ad eum convenientia scribere.*

(50) *Ἔτι.* Hanc vocem addidimus ex septem mss. Ibidem Coisl. primus ἐγγυτέρω.

(51) *Πολιτικαῖς.* Sic mss. septem. Editi πολιτικούς.

(52) *Ἀποκλεῖσαι.* Adduxt clausulæ loco ἔῤῥωσθε, *valete*, tres codices, nempe Harl., Coisl. primus et Clarom.

(53) *Τὴν περὶ ὑμᾶς.* Hæ voces additæ sunt ex septem mss. Vaticanus codex τὴν περὶ ὑμῶν.

* Alias CCXCIX. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tam mihi incussit admirationem, ac tantum accendit desiderium vestris bonis perfruendi, ut Dominum rogem, tempus aliquando dari, quo propria etiam experientia rerum vestrarum statum cognoscam. Nuntiavit enim mihi non solum vestram, quibus commissum est altaris ministerium, accuratam agendi rationem, sed populi etiam totius concordiam, et eorum qui civitati præsunt, illiusque res gerunt, magnanimos mores, ac sincerum in Deum amorem; adeo ut beatam prædicem Ecclesiam ex talibus constantem, ac nunc vehementius precer spiritalem vobis tranquillitatem concedi, ut quæ nunc certaminis tempore peregistis, iis tempore quietis fruamini. Solent enim quodammodo quæ in experiendo molesta sunt, voluptatem afferre recordantibus. Jam vero quod ad præsentia attinet, adhortor vos ut ne malis cedatis, neve animum ob continentes ærumnas despondeatis. Prope enim coronæ, et prope Domini auxilium. Cavete effundatis quæ jam exantlastis : neve irritum reddatis **334** laborem toto terrarum orbe celebratum. Brevissimus rerum humanarum status : *Omnis caro fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni. Exaruit fenum, et flos decidit ; verbum autem Domini manet in æternum* [17]. Præcepto permanenti adhærentes, fluxam rerum speciem spernamus. Non paucas Ecclesias erexit vestrum exemplum. Multam nec opinantes vobis comparastis mercedem, dum rudiores ad parem æmulationem provocastis. Locuples est remunerator, ac potest vobis digna largiri certaminum præmia.

ἀγων την καθημερινὴν ὑμῶν ἄθλησιν, καὶ τὴν εὐτονον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν, τοσοῦτον ἡμῖν ἐνεποίησε τὸ θαῦμα, καὶ τοσοῦτον ἤγειρε (54) τὸν πόθον τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἐν ὑμῖν καλῶν, ὥστε προσεύχεσθαι ἡμᾶς τῷ Κυρίῳ γενέσθαι ποτὲ καιρὸν καὶ διὰ τῆς οἰκείας πείρας γνωρίσαι τὰ καθ' ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ἀπήγγειλεν ἡμῖν οὐ μόνον ὑμῶν τῶν τὴν λειτουργίαν τοῦ θυσιαστηρίου πεπιστευμένων τὴν ἀκρίβειαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δήμου παντὸς τὴν συμφωνίαν, καὶ τῶν καθηγουμένων τῆς πόλεως καὶ προπολιτευομένων αὐτῆς τὸ μεγαλοφυὲς τῶν τρόπων, καὶ τὸ γνήσιον τῆς περὶ Θεὸν διαθέσεως, ὥστε μακαρίσαι ἡμᾶς τὴν ἐκ τῶν τοιούτων συμπληρουμένην Ἐκκλησίαν, καὶ εὔχεσθαι νῦν πλέον δοθῆναι ὑμῖν τὴν πνευματικὴν γαλήνην· ἵνα ἃ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀθλήσεως ἐπεδείξασθε, τούτων ἐν τῷ τῆς ἀνέσεως χρόνῳ κομίσησθε τὴν ἀπόλαυσιν. Πέφυκε γάρ πως τὰ δυσχερῆ κατὰ τὴν πεῖραν ἡδονὴν φέρειν τοῖς ὑπομιμνησκομένοις. Τὸ δὲ νῦν ἔχον παρακαλοῦμεν ὑμᾶς μὴ ἐκκακεῖν, μηδὲ ἀπαγορεύειν πρὸς τὴν συνέχειαν τῶν κακώσεων. Ἐγγὺς γὰρ οἱ στέφανοι, καὶ ἐγγὺς ἡ ἀντίληψις τοῦ Κυρίου. Μὴ ἐκχέητε τὰ προπεπονημένα ὑμῖν· μὴ ἀχρειώσητε τὸν κόπον τὸν διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης βεβοημένον. Ὀλιγοχρόνιοι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων αἱ καταστάσεις· *Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε* (55)· *τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.* Τῆς διαμενούσης ἐντολῆς ἀντεχόμενοι, τῆς παρερχομένης φαντασίας καταφρονήσωμεν. Πολλὰς Ἐκκλησίας ἀνώρθωσε τὸ καθ' ὑμᾶς (56) ὑπόδειγμα. Πολὺν, κατὰ τὸ λανθάνον, ἑαυτοῖς συνηγάγετε τὸν μισθὸν, δι' ὧν τοὺς ἀπειροτέρους εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ποοσεκαλέσασθε. Πλούσιος ὁ μισθαποδότης, δυνάμενος ὑμῖν ἄξια χαρίσασθαι τῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα.

EPISTOLA CCXXI*.

Significat Basilius plebi Beræensi ad amorem, quo illos fama cognitos prosequebatur, plurimum accessisse ex eorum litteris. Laudat eorum constantiam, et perseverantiam illis precatur.

Beræensibus.

Noveramus vos jam antea, desideratissimi, ex celeberrima vestra pietate et ex corona in Christi confessione comparata. Et forsan aliquis vestrum dicturus est : Ecquis hæc in regionem longe dissitam exportavit? Dominus ipse : qui suos cultores instar lucernæ collocans in candelabro, perficit ut toto terrarum orbe eluceant. An non victores athletas celebrare solet palma victoriæ, et artifices operis solertia? Quod si ob hæc et alia ejusmodi immortalis memoria permanet ; eos qui pie secundum Christum vivunt, de quibus ipsemet Dominus ait, *Glorificantes me glorificabo* [18],

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΑ'.

Πρὸς τοὺς ἐν Βεροίᾳ.

Ἔγνωμεν ὑμᾶς, προλαβόντες, ποθεινότατοι, ἐκ τῆς ἐκβεβοημένης ὑμῶν εὐλαβείας, καὶ τοῦ στεφάνου (57) τῆς κατὰ Χριστὸν ὁμολογίας. Καὶ ἴσως ἄν τις ὑμῶν φαίη· Καὶ τίς ὁ εἰς τὴν μακρὰν (58) ταῦτα διαπορθμεύσας; Κύριος αὐτὸς, ὃς τοὺς εὐσεβοῦντας εἰς αὐτὸν τρόπῳ λύχνου τιθεὶς ἐπὶ τὴν λυχνίαν, φαίνειν ποιεῖ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης. Ἢ οὐχὶ τοὺς ἀριστέας τῶν ἀγωνιστῶν ἀνακηρύττειν εἴωθε τὸ τῆς νίκης βραβεῖον, καὶ τοὺς μηχανικοὺς ἡ τοῦ ἔργου ἐπίνοια; Εἰ δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἄληστος (59) ἡ μνήμη διαμένει, τοὺς κατὰ Χριστὸν εὐσεβοῦντας, περὶ ὧν αὐτός φησιν ὁ Κύριος, *Τοὺς*

[17] Isa. XL, 6-8. [18] I Reg. II, 30.

* Alias CCXCVIII. Scripta anno 375.

(54) *Ἤγειρε.* Ita sex mss. Editi ἐνήγειρε.

(55) *Ἐξέπεσε.* Deest hoc verbum in codice Medicæo.

(56) *Τὸ καθ' ὑμᾶς.* Male in editione 1 Paris. τὸ καθ' ἡμᾶς.

(57) *Τοῦ στεφάνου.* Ita octo mss. Editi τοὺς στεφάνους.

(58) *Εἰς τὴν μακράν.* Ita Coisl. primus et Harl. prima manu cum pluribus aliis. Editi εἰς γῆν μακράν. Ibidem Coisl. uterque et unus ex Regiis εἰς τὴν μακρὰν ταύτην.

(59) *Ἄληστος.* Ita mss. sex. Editi ἄληθος.

Digitized by Google

δοξάζοντάς με δοξάσω, πῶς οὐχὶ γνωρίμους καὶ διαφανεῖς τοῖς πᾶσι καταστήσει, ταῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου συνεφαπλῶν (60) τῆς ἐξαστραπτούσης αὐτῶν λαμπηδόνος τὸ φαιδρόν; Μείζονα δὲ αὖθις ἡμῖν τὸν περὶ ὑμᾶς πόθον ἐνεθήκατε γραμμάτων ἡμᾶς ἀξιώσαντες, καὶ γραμμάτων τοιούτων, ἐν οἷς πρὸς τοῖς προλαβοῦσιν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παλαίσμασι πλουσίαν καὶ ἀκμαιοτέραν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως καρτεροψυχίαν ἐπεδαψιλεύσασθε (61). Ἐφ' οἷς συνηδόμεθα ὑμῖν, καὶ συνευχόμεθα, ὅπως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὗ ὁ ἀγὼν, καὶ οὗ τὸ σκάμμα, καὶ δι' οὗ οἱ στέφανοι, προθυμίαν ἐμποιήσῃ. ῥῶσιν ψυχῆς παράσχῃ. καὶ εἰς τελείαν εὐδοκίμησιν (62) τὴν παρ' αὐτῷ τὸ ἔργον ὑμῶν ἀγάγῃ.

quomodo non illustres ac omnibus conspicuos reddet, una cum solis radiis explicans fulgurantis eorum gloriæ splendorem? Rursus nobis vestri desiderium majus attulistis litteris ad nos scriptis, et ejusmodi litteris, in quibus præter superiora pro pietate certamina divitem et vividiorem pro vera fide animi constantiam profudistis. De quibus una vobiscum gaudemus, simulque precamur, ut universorum Deus, cujus certamen, cujus pugna et per quem corona, ingeneret animi ardorem, corroboret animam, et opus vestrum ad perfectam apud ipsum approbationem perducat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΒ'.

EPISTOLA CCXXII*.

Significat Basilius se lectis eorum litteris respirasse ex ærumnis, et cognita eorum adversus hæreticos, quos primi repulerunt, constantia ac cleri præeuntis et populi subsequentis consensu, acriorem factum esse ad pugnas, quæ Cappadociæ imminent, sustinendas. Hortatur ut in hoc consensu perseverent.

Πρὸς Χαλκιδέας.

Τὸ γράμμα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν τοιοῦτον γέγονεν ἡμῖν ἐν καιρῷ θλίψεως ἐπιφανὲν, ὁποῖον γίνεται πολλάκις ἀγωνισταῖς ἵπποις, ἐν μεσημβρίᾳ σταθερᾷ λάβρῳ τῷ ἅσθματι κόνιν σπωμένοις ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ὕδωρ τοῖς στόμασι προσχυθέν. Ἀνεπνεύσαμεν γὰρ ἐκ τῆς συνεχείας τῶν πειρασμῶν, καὶ ὁμοῦ τε τοῖς ῥήμασιν ὑμῶν ἐπερρώσθημεν, καὶ τῇ μνήμῃ τῶν καθ' ὑμᾶς ἀγωνισμάτων εὐτονώτεροι γεγόναμεν πρὸς τὸ ἀνενδότως ὑπενεγκεῖν τὸν προκείμενον ὑμῖν ἀγῶνα. Ὁ γὰρ ἐμπρησμὸς, ὁ τὰ πολλὰ τῆς Ἀνατολῆς ἐπινειμάμενος, ὑφέρπει ἤδη καὶ τὴν ἡμετέραν (63), καὶ τὰ κύκλῳ πάντα περιφλέξας, ἅπτεσθαι φιλονεικεῖ καὶ τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ Ἐκκλησιῶν, ἃς τέως ἐκίνει πρὸς δάκρυον ὁ ἐκ γειτόνων καπνός. Ἅπτεσθαι δ' οὖν λοιπὸν καὶ ἡμῶν ἐπείγεται, ὃν ὁ Κύριος ἀποστρέψειε τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ διακόψειε τὴν φλόγα τοῦ πονηροῦ τούτου πυρός! Τίς γὰρ οὕτω δειλὸς καὶ ἀνανδρος, ἢ πρὸς πόνους (64) ἀθλητικοὺς ἀμελέτητος, ὡς μὴ τοῖς ὑμετέροις ὑποφωνήμασιν ἐπιῤῥωσθῆναι πρὸς τὸν ἀγῶνα, καὶ εὔχεσθαι μεθ' ὑμῶν στεφανίτης ἀναῤῥηθῆναι; Προλαβόντες γὰρ ἐναπεδύσασθε τῷ τῆς εὐσεβείας σταδίῳ, καὶ πολλὰς μὲν ἀπεκρούσασθε πείρας αἱρετικῶν παλαισμάτων, πολὺν δὲ τὸν καύσωνα τῶν πειρασμῶν ὑπηνέγκατε, οἵ τε κορυφαῖοι τῆς Ἐκκλησίας ὑμεῖς, οἷς ἡ θεραπεία τοῦ θυσιαστηρίου πεπίστευται, καὶ οἱ καθ' ἕνα τοῦ λαοῦ, οἱ δυνατώτεροι (65). Τοῦτο γὰρ καὶ μάλιστα θαυμαστὸν ὑμῶν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον, ὅτι πάντες εἷς ἐστε ἐν

Ad Chalcidenses.

Litteræ pietatis vestræ tales nobis afflictionis tempore acciderunt, qualis sæpe certatoribus equis, ferventissima meridie pulverem vehementi anhelitu in medio stadii attrahentibus, aqua ori infusa. Respiravimus enim ex continuis tentationibus, simulque verbis **335** vestris corroborati sumus, et certaminum vestrorum memoria firmiores facti, ut propositum nobis certamen nescio cedere animo subeamus. Enimvero incendium, quod plerasque Orientis partes devastavit, serpit jam et in nostram regionem, atque iis quæ circa nos sunt incensis, ad ipsas etiam Cappadociæ Ecclesias, quas antea fumus e vicinis locis ad lacrymas commovebat, pertingere conatur. Jam ergo et nos properat attingere: quod Dominus spiritu oris sui avertat, et mali illius ignis flammam intercidat! Quis enim tam timidus est et ignavus, aut in laboribus athleticis inexercitatus, ut non vestris acclamationibus ad certamen corroboretur, optetque vobiscum victor renuntiari? Vos enim priores pugnastis in pietatis stadio, ac multa repulistis tentamina hæreticarum pugnarum, et ingentem tentationum æstum pertulistis, tum vos Ecclesiæ coryphæi, quibus altaris cura commissa, tum singuli ex plebe et potentiores quique. Hoc enim in vobis et maxime admirandum est, et approbatione omni dignum, quod omnes unus estis in Domino, alii quidem præeuntes ad bonum, alii summo consensu sequentes. Unde et superiores

60) *Συνεφαπλῶν*. Ita mss. octo. Editi συνεφάπτων.

(61) *Ἐπεδαψιλεύσασθε*. Hanc scripturam codicum Medicæi et Coisl. primi prætulimus lectioni aliorum quatuor codicum, in quibus legitur ἐπεδαψιλεύεσθε. Editi ἐπιδαψιλεύεσθε.

(62) *Εὐδοκίμησιν*. Medicæus codex, Vaticanus et Reg. secundus διευδοκίμησιν.

(63) *Καὶ τὴν ἡμετέραν*. Editi καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν. Sed præpositio deest in codicibus nostris Harl., Med., utroque Coisl., Vat. et Reg. secundo.

(64) *Πρὸς πόνους*. Ita Harl., Coisl. uterque et uterque Regius. Editi πρὸς τόνους.

(65) *Οἱ δυνατώτεροι*. Legendum καὶ οἱ δυνατώτεροι. Sic enim in epist. 220 laudat *non solum eorum, quibus commissum est altaris ministerium, accuratam agendi rationem, sed populi etiam totius concordiam, et eorum qui civitati præsunt, illiusque res gerunt, magnanimos mores*. Præterea his verbis, *singulis ex plebe*, designatur tota plebs; quare apponenda conjunctio his quæ sequuntur. Hanc tamen nolui in contextum inserere, quia in nullo vetere libro reperitur.

* Alias CCXCVII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

estis adversariorum conatu, nullam præbentes ex ullo membro ansam adversantibus. Quapropter precamur noctu et interdiu Regem sæculorum, ut custodiat quidem populum in fidei integritate; custodiat autem ei clerum, tanquam caput illæsum in summitate constitutum, subjectisque corporis membris providens. Oculis enim officio suo fungentibus, opera manuum affabre fiunt, et pedes sine offendiculo moventur, nulla corporis pars cura convenienti destituitur. Hortamur ergo vos, quod ipsum facitis et facturi estis, ut vobis invicem adhæreatis, ac vos, quibus animarum cura credita, singulos regatis, et tanquam filios charissimos foveatis: populus vero debitam patribus reverentiam et honorem vobis exhibeat, ut decoro Ecclesiæ statu conservetur robur vestrum, ac fidei in Christum firmamentum, glorificeturque Dei nomen, ac redundet et augeatur charitatis bonum. Nos autem, cum hæc audierimus, de vestro in Deo profectu lætemur: ac si quidem adhuc per carnem diversari in hoc mundo jubemur, vos etiam videamus aliquando in Dei pace: sin autem jubemur tandem de hac vita exire, vos in sanctorum splendore una cum his, qui laudem et gloriam per patientiam et per omnem bonorum operum demonstrationem consequuntur, coronatos videamus.

A Κυρίῳ, οἱ μὲν καθηγούμενοι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, οἱ δὲ ἑπόμενοι μετὰ συμπνοίας. Διὸ καὶ κρείττους ἐστὲ τῆς τῶν ἀντιπάλων ἐπιχειρήσεως, οὐδεμίαν παρέχοντες ἀπ' οὐδενὸς μέλους λαβὴν τοῖς ἀνταγωνιζομένοις (66). Τούτου χάριν εὐχόμεθα νυκτὸς καὶ ἡμέρας τῷ Βασιλεῖ τῶν αἰώνων φυλάξαι μὲν τὸν λαὸν ἐν τῇ ὁλοκληρίᾳ τῆς πίστεως, φυλάξαι δὲ αὐτῷ τὸν κλῆρον, ὥσπερ κεφαλὴν ἀκέραιον ἐπὶ τοῦ ὕψους κειμένην, καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτῆς προμήθειαν τοῖς ὑποκειμένοις τοῦ σώματος μέλεσι παρεχομένην. Ὀφθαλμῶν γὰρ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνεργούντων, ἔντεχνοι μὲν τῶν χειρῶν αἱ ἐργασίαι, ἀπρόσκοποι δὲ τῶν ποδῶν αἱ κινήσεις, οὐδὲν δὲ μέρος τοῦ σώματος τῆς προσηκούσης προνοίας ἀποστερεῖται. Ὥστε παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ὃ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε, ἀντέχεσθαι (67) ἀλλήλων, καὶ ὑμᾶς μὲν τοὺς τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν B πεπιστευμένους συνέχειν τοὺς καθ' ἕκαστον, καὶ θάλπειν ὡς τέκνα ἀγαπητά· τὸν δὲ λαὸν τὴν πατράσιν ὀφειλομένην αἰδὼ καὶ τιμὴν ὑμῖν ἀποσώζειν, ἵνα ἐν τῇ εὐσχημοσύνῃ τῆς Ἐκκλησίας σώζηται μὲν ὑμῶν ἡ ἰσχὺς, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, δοξάζηται δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, πλεονάζῃ δὲ καὶ πληθύνῃ τὸ τῆς ἀγάπης καλόν. Ἀκούοντες δὲ ἡμεῖς εὐφραινώμεθα ἐπὶ τῇ προκοπῇ ὑμῶν τῇ κατὰ Θεόν· καὶ εἰ μὲν ἔτι διὰ σαρκὸς ἐπιδημεῖν (68) τῷ κόσμῳ τούτῳ κελευόμεθα (69), καὶ ἴδοιμέν ποτε ὑμᾶς ἐν τῇ εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ· ἐὰν δὲ κελευσθῶμεν λοιπὸν ἀπᾶραι τῆς ζωῆς ταύτης, ἴδωμεν (70) ὑμᾶς ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, μετὰ τῶν δι' ὑπομονῆς καὶ πάσης ἐπιδείξεως ἀγαθῶν ἔργων εὐδοκιμούντων στεφανωθέντας.

336 EPISTOLA CCXXIII*. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΓ'.

Rumpit silentium Basilius jam tribus annis servatum, suasque defert querelas, quod cum redux in patriam ad amicitiam Eustathii sese applicuisset, et cum eo ejusque discipulis etiam episcopus amantissime vixisset, nunc ab eis omni maledicto et famosis epistolis dilaceretur. Demonstrat perinique eos facere, quod sibi hominis in Syria scribentis errores affingant, quia ante annos viginti unam huic homini scripserat epistolam: atque hanc agendi rationem eo iniquiorem esse, quod se tot locis de fide disserentem audierint, ut sua illos sententia latere non potuerit; atque etiam si latuisset, non tamen amicitiam sine certissimis argumentis rumpi debuisse. Hanc ergo odii germanissimam causam assignat, quod et sua communio, et fidei professio, quam ab illis acceperat, ad recuperationem potestatis illis obstarent. Denique addit argumenti loco prius illos epistolam ad alios quam ad se misisse.

Adversus Eustathium Sebastenum. C *Πρὸς Εὐστάθιον* (71) *τὸν Σεβαστηνόν.*

1. *Tempus*, inquit, *tacenai, et tempus loquendi*, sententia est Ecclesiastæ [19]. Itaque et nunc, cum satis diu siluerimus, tempus est os aperiendi, ut rerum latentium veritas in lucem edatur. Nam et magnus Job diu ille quidem calamitates pertulit silentio, fortitudinem animi hoc ipso demonstrans, quod in gravissimis malis perstaret. Sed

1. *Καιρὸς*, φησὶ, *τοῦ σιγᾷν, καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν*, ὁ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ λόγος. Οὐκοῦν καὶ νῦν, ἐπειδὴ αὐτάρκης ὁ τῆς σιωπῆς ἐγένετο χρόνος, εὔκαιρον λοιπὸν ἀνοῖξαι τὸ στόμα εἰς φανέρωσιν (72) τῆς ἀληθείας τῶν ἀγνοουμένων. Ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας Ἰὼβ πολὺν μὲν χρόνον σιωπῇ τὰς συμφορὰς ἤνεγκεν, αὐτῷ τούτῳ τὴν ἀνδρείαν ἐπιδεικνύμενος, τῷ ἐγκαρ-

[19] Eccle. III, 7.

* Alias LXXIX. Scripta anno 375.

(66) *Τοῖς ἀνταγωνιζομένοις.* Ita Med. et Regius uterque et uterque Bigot. Editi ἀνταγωνισμένοις. Harl. et Coisl. uterque ἀγωνιζομένοις.

(67) *Ἀντέχεσθαι.* Ita Harl., Coisl. et uterque Reg. Editio 1 ἀντέχεσθε.

(68) *Ἐπιδημεῖν.* Legitur ἐνδημεῖν in duobus codicibus, nempe Coisliniano secundo et Regio secundo.

(69) *Κελευόμεθα.* Harlæanus codex habet κελευώμεθα.

(70) *Ἴδωμεν.* Ita Harl. et Med. cum aliis quatuor. Editi ἴδοιμεν.

(71) *Πρὸς Εὐστάθιον.* Hæc scriptura uno nititur codice Coisl. primo; sed longe præferenda vulgatæ τῷ αὐτῷ Εὐσταθίῳ Σεβαστείας ἐπισκόπῳ, vel simpliciter Εὐσταθίῳ, ut legitur in sex codicibus mss. Non enim hæc ad Eustathium, sed ad omnes homines scripta adversus Eustathium. Citat Basilius hanc epistolam in epistola ad Genethlium presbyterum, ut idoneam ad iis satisfaciendum, qui totam rem accuratius scire avent.

(72) *Εἰς φανέρωσιν.* Hunc locum Regius secundus et Coisl. secundus sic exhibent: εἰς φανέρωσιν τῶν ἀγνοουμένων καὶ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν, *ad declarationem eorum quæ ignorantur et ad veritatis demonstrationem.* Quamvis autem hæc satis commode dicta videantur, nihil tamen cogit hos codices tot aliis melioris notæ hac in re præponere.

Digitized by Google

τερεῖν τοῖς δυσφορωτατοις πάθεσιν· ὅτε δὲ ἱκανῶς ἐν τῇ σιωπῇ διήθλησε, καὶ διέμεινεν ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας ἀποστέγων τὴν ἀλγηδόνα, τότε ἀνοίξας τὸ στόμα, ἀπεφθέγξατο (73) ἐκεῖνα ἃ πάντες ἴσασι. Καὶ ἡμῖν τοίνυν τρίτον τοῦτο ἔτος τῆς σιωπῆς ζηλωτὸν ἐγένετο τοῦ Προφήτου τὸ καύχημα λέγοντος· *Ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς.* Διὸ ἐναπεκλείσαμεν τῷ βάθει τῆς καρδίας ἡμῶν τὴν ἐκ τῆς συκοφαντίας ἡμῖν ἐγγινομένην (74) ὀδύνην. Τῷ ὄντι γὰρ συκοφαντία ἄνδρα ταπεινοῖ, καὶ συκοφαντία περιφέρει πτωχόν. Εἰ οὖν τοσοῦτον τὸ ἐκ τῆς (75) συκοφαντίας κακὸν, ὥστε καὶ τὸν τέλειον ἤδη (τοῦτο γὰρ διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνδρὸς ὁ λόγος αἰνίσσεται) κατάγειν ἀπὸ τοῦ ὕψους, καὶ τὸν πτωχὸν (76), τουτέστι τὸν ἐνδεῶς ἔχοντα τῶν μεγάλων δογμάτων (καθὼς καὶ τῷ προφήτῃ δοκεῖ λέγοντι· *Ἴσως πτωχοί εἰσι· διὰ τοῦτο οὐκ ἀκούσονται· πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἀδρούς·* πτωχοὺς τοὺς περὶ τὴν σύνεσιν ἐνδεεῖς λέγων· καὶ ἐνταῦθα, δηλονότι, τοὺς οὔπω κατηρτισμένους τὸν ἔσω ἄνθρωπον, οὐδὲ εἰς τὸ τέλειον ἐφθακότας τῆς ἡλικίας μέτρον, τούτους περιφέρεσθαι καὶ σαλεύεσθαι ἡ παροιμία φησίν)· ἀλλ' ὅμως ὤμην χρῆναι σιωπῇ φέρειν τὰ λυπηρὰ, ἐκδεχόμενός τινα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπανόρθωσιν. Οὐδὲ γὰρ κακίᾳ τινὶ, ἀλλ' ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθείας ἡγούμην ἐκεῖνα καθ' ἡμῶν εἰρῆσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὁρῶ τῷ χρόνῳ συμπροϊοῦσαν τὴν ἔχθραν, καὶ μὴ μεταμελομένους (77) ἐπὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς λαληθεῖσι, μηδ' ὅπως τὰ παρελθόντα ἐξιάσοιντο ποιουμένους τινὰ φροντίδα, ἀλλ' ἐπεξεργαζομένους, καὶ πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς σκοπὸν συντεταγμένους (78), ὃν ἐνεστήσαντο, κακῶσαι ἡμῶν τὴν ζωὴν, καὶ χρᾶναι τὴν ὑπόληψιν παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς μηχανώμενοι, οὐκέτι μοι τὸ τῆς σιωπῆς ἀσφαλὲς καταφαίνεται. Ἀλλ' εἰσῆλθέ με (79) τὸ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· *Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι καὶ ἀνέξομαι; Ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα.* Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν ἐπὶ τῇ σιωπῇ μισθὸν δέξασθαι, καὶ λαβεῖν τινα ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις δύναμιν· ὥστε ἐλέγξαντας ἡμᾶς ξηρᾶναι τὸν πικρὸν τοῦτον τῆς

A cum satis in silento decertasset, ac dolorem in timo corde premens perdurasset, tum demum os aperiens, ea dixit quæ omnibus nota sunt [20]. E nobis igitur jam tertium hunc silentii annum æmulationi exstitit Prophetæ gloriatio dicentis: *Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones* [21]. Quapropter inclusimus in imo cordis nostri recessu inustum nobis ex calumnia dolorem. Nam revera calumnia virum humiliat, et calumnia circumfert pauperem [22]. Etsi igitur tantum est ex calumnia malum, ut et jam perfectum (hoc enim significat viri appellatione Scriptura) ex alto dejiciat, ac pauperem circumferat, id est, eum, qui egregiorum dogmatum paupertate laborat (quemadmodum B etiam prophetæ videtur, qui dicit: *Fortasse pauperes sunt, idcirco non audient, ibo ad opulentos* [23], pauperes vocans intelligentiæ inopes: hic etiam profecto eos, qui nondum in interiori homine perfecti sunt, nec ad perfectam ætatis mensuram pervenere, circumferri jactarique dicit proverbium), tamen existimabam me silentio molestias ferre debere, exspectans aliquam ex ipsis factis emendationem. Neque enim malitia aliqua, sed veritatis ignoratione existimabam hæc in nos dicta esse. Sed quia video simul cum tempore progredi inimicitiam, nec illos pœnitere eorum quæ ab initio dixerunt, nec quomodo præterita sanent, cogitationem ullam suscipere, sed nova opera, et facto agmine in id incumbere, C quod sibi ab initio proposuere, **337** ut vitam meam affligant, et existimationem apud fratres artificiis suis contaminent; non jam amplius silentium mihi tutum videtur. Sed in mentem venit mihi illud Isaiæ, qui ait: *Silui, num et semper silebo, et sustinebo? Patiens fui sicut pariens* [24]. Utinam autem et nos silentii mercedem assequamur, et aliquam ad redarguendum vim atque facultatem recipiamus; ut redarguendo exsiccemus amarum illum effusæ in nos falsæ accusationis tor-

[20] Job III, 1, sqq. [21] Psal. XXXVII, 15. [22] Eccle. VII, 8. [23] Jer. V, 4. [24] Isa. XLII, 14.

(73) Ἀπεφθέγξατο. Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐφθέγξατο.

(74) Ἐγγινομένην. Coisl. primus. ἐγγενομένην. Ibidem hæc verba, τῷ ὄντι, etc., non solum ad caput septimum et versiculum octavum Ecclesiastæ, sed etiam ad cap. XIV Prov., vers. 31, videntur referenda: quanquam neutro in loco satis aperte occurrunt. D

(75) Τὸ ἐκ τῆς. Coisl. primus et Harl. τὸ ἀπὸ τῆς.

(76) Καὶ τὸν πτωχόν. Editi καὶ περιφέρειν. Sed illud περιφέρειν nullo prorsus in codice ms. repertum. Deest etiam in editione Haganoensi et prima Basileensi; debet tamen suppleri. Paulo post editi οὐκ ἀκούουσι. Tres vetustissimi codices cum Regio secundo et Coisl. secundo ut in textu. Mox tres iidem antiquissimi codices habent ἐνδεεῖς pro eo quod legitur in editis ἐνδεῶς ἔχοντας.

(77) Μεταμελομένους. Ita mss. sex. Editi μεταβαλλομένους. Paulo post editi ἐξιάσαιντο. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(78) Συντεταγμένους. Harl. συντεταμένους, *acriter contendentes*. Etsi autem hic codex plurimum profuit in hac epistola emendanda, hic tamen nævo non caret. Nam multo præclarior sententia vulgatæ scripturæ. In simili loco de Spiritu sancto cap. 29, p. 64, cum editi haberent συντεταμένους, in nostris codicibus scriptum invenimus συντεταγμένους. Ibi optat Basilius sic pacem a Deo concedi, *ut isti, qui in nos fremunt*, inquit, *et in nos atrociter conglomerati insurgunt, in spiritu lenitatis et charitatis compescantur*, τοὺς σφριγῶντας καθ' ἡμῶν τούτους καὶ συντεταγμένους τούτους, etc. Hæc de Pneumatomachis dicta, quos inter insignis erat Eustathius. Præterea minime dubium, quin antequam hæc scriberetur epistola, plurimos in suas partes trahere conatus fuerit, ut Basilium opprimeret. Dazimonem perturbaverat, ibique multos abstraxerat a communione Basilii, ut legimus in epist. 216.

(79) Εἰσῆλθέ με. Ita Med., Coisl. uterque, Regii duo, et Harl. secunda manu. Editi εἰσῆλθέ μοι. Paulo post Coisl. uterque et Reg. secundus ὡς εἰ τίκτουσα. Paulo post editi ἐν τοῖς ἐλεγμοῖς et ψευδηγορίας. Tres vetustissimi codices ut in textu.

Digitized by Google

rentem ; sic ut nobis quoque necat dicere : *Torrentem pertransivit anima nostra* [25]. Et illud : *Nisi Dominus fuisset in nobis, cum insurgerent homines in nos, forsitan vivos deglutissent nos ; fortasse aqua absorbuisset nos* [26].

2. Ego cum multum temporis impendissem vanitati, totamque fere juventutem meam perdidissem inani labore, quem in discendis infatuatæ a Deo sapientiæ disciplinis occupatus suscipiebam, ubi tandem aliquando velut ex alto somno expergefactus, respexi ad lumen admirabile veritatis Evangelii, ac vidi inutilitatem sapientiæ principum hujus sæculi, qui destruuntur [27] ; miserabilem meam vitam plurimum deflens, optabam dari mihi disciplinam, quæ me ad pietatis dogmata introduceret. Ac mihi quidem ante omnia curæ erat, ut emendationem aliquam morum facerem, quos diuturna cum improbis consuetudo perverterat. Itaque cum legissem Evangelium, ibique perspexissem plurimum ad perfectionem valere, bona sua divendere, et cum egenis fratribus communicare, ac nulla prorsus hujus vitæ sollicitudine distringi, nec ulla affectione ad res terrenas animo converti ; cupiebam invenire aliquem ex fratribus qui hanc vitæ viam elegisset, ut una cum ipso brevem hujus vitæ fluctum transirem. Ac multos quidem inveni Alexandriæ, multos etiam in reliqua Ægypto, et in Palæstina alios et Cœlesyria ac Mesopotamia : quorum mirabar abstinentiam in victu, mirabar tolerantiam in laboribus, stupebam ad constantiam in precibus, quomodo somnum superarent, naturali nulla necessitate infracti : quomodo excelsam semper et indomitam animi sententiam servantes, in fame et siti, in frigore et nuditate [28], nusquam ad corpus conversi, nec ullam ei curam impendere volentes, sed tanquam in aliena carne viventes, reipsa ostenderent quid sit in hac vita peregrinari [29], et quid civitatem in cœlo habere [30]. Hæc cum mirarer, ac beatam putarem virorum vitam, quod factis ostenderent se mortificationem Jesu in corpore circumferre [31] ; optabam et ipse, quantum possem attingere, imitator esse hominum illorum.

338 3. Quamobrem cum vidissem nonnullos in patria imitari illorum instituta conantes, mihi visus sum adjumenti aliquid reperisse ad meam sa-

[25] Psal. cxxiii, 5. [26] ibid. 1-4. [27] I Cor. ii, 6. [28] II Cor. iv, 10.

A καθ' ἡμῶν ῥυείσης ψευδολογίας χείμαῤῥον· ὥστε ἂν εἰπεῖν καὶ ἡμᾶς ὅτι, *Χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν*· καὶ τὸ, *Εἰ μὴ Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς.*

2. Ἐγὼ, πολὺν χρόνον προσαναλώσας τῇ ματαιότητι, καὶ πᾶσαν σχεδὸν τὴν ἐμαυτοῦ νεότητα ἐναφανίσας (80) τῇ ματαιοπονίᾳ, ἣν εἶχον προσδιατρίβων τῇ ἀναλήψει τῶν μαθημάτων τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ μωρανθείσης σοφίας, ἐπειδή ποτε, ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος διαναστὰς, ἀπέβλεψα μὲν πρὸς τὸ θαυμαστὸν φῶς τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου, κατεῖδον δὲ τὸ ἄχρηστον τῆς σοφίας τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων, πολλὰ τὴν ἐλεεινήν μου ζωὴν B ἀποκλαύσας, ηὐχόμην δοθῆναί μοι χειραγωγίαν (81) πρὸς τὴν εἰσαγωγὴν τῶν δογμάτων τῆς εὐσεβείας. Καὶ πρό γε πάντων ἐπιμελὲς ἦν μοι διόρθωσίν τινα τοῦ ἤθους ποιήσασθαι, πολὺν χρόνον ἐκ τῆς πρὸς τοὺς φαύλους ὁμιλίας διαστραφέντος. Καὶ τοίνυν ἀναγνοὺς τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ θεασάμενος ἐκεῖ μεγίστην ἀφορμὴν εἰς τελείωσιν τὴν διάπρασιν τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐνδεεῖς τῶν ἀδελφῶν κοινωνίαν, καὶ ὅλως τὸ ἀφροντίστως ἔχειν τοῦ βίου τούτου, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς συμπαθείας πρὸς τὰ ὧδε τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφεσθαι, ηὐχόμην εὑρεῖν τινα τῶν ἀδελφῶν ταύτην ἑλόμενον τὴν ὁδὸν τοῦ βίου, ὥστε αὐτῷ συνδιαπεραιωθῆναι τὸν βραχὺν (82) τοῦτον τοῦ βίου κλύδωνα. Καὶ δὴ πολλοὺς μὲν εὗρον κατὰ C τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πολλοὺς δὲ κατὰ τὴν λοιπὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιστίνης ἑτέρους, καὶ τῆς κοίλης Συρίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας· ὧν ἐθαύμαζον μὲν τὸ περὶ δίαιταν ἐγκρατὲς, ἐθαύμαζον δὲ τὸ καρτερικὸν ἐν πόνοις, ἐξεπλάγην τὴν ἐν προσευχαῖς εὐτονίαν, ὅπως ὕπνου (83) κατεκράτουν, ὑπ' οὐδεμιᾶς φυσικῆς ἀνάγκης καταχαμπτόμενοι, ὑψηλὸν ἀεὶ καὶ ἀδούλωτον τῇ ψυχῇ τὸ φρόνημα διασώζοντες, ἐν λιμῷ καὶ δίψει (84), ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, μὴ ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τὸ σῶμα, μηδὲ καταδεχόμενοι αὐτῷ προσαναλῶσαί τινα φροντίδα, ἀλλ' ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ τῇ σαρκὶ διάγοντες, ἔργῳ ἐδείκνυσαν, τί τὸ παροικεῖν τοῖς ὧδε, καὶ τί τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανῷ. Ἐκεῖνα θαυμάσας, καὶ μακαρίσας τῶν ἀνδρῶν τὴν ζωὴν, ὅτι ἔργῳ δεικνύουσι τὴν νέκρωσιν D τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ηὐχόμην καὶ αὐτὸς, καθόσον ἐμοὶ ἐφικτὸν, ζηλωτὴς εἶναι τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων.

3. Τούτου γοῦν ἕνεκεν θεασάμενός τινας ἐπὶ τῆς πατρίδος ζηλοῦν τὰ ἐκείνων ἐπιχειροῦντας, ἐνόμισά τινα βοήθειαν εὑρηκέναι πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ σωτη-

[29] II Cor. xi, 27. [30] Hebr. xi, 13. [31] Phil. iii, 20.

(80) *Ἐναφανίσας*. Med. et Coisl. primus ἀφανίσας.

(81) *Χειραγωγίαν*. Ita Med., Harl., Coisl. uterque et Reg. uterque. Editi χειραγωγόν, *ductorem*.

(82) *Τὸν βραχύν*. Ita tres vetustissimi codices, quorum ab auctoritate nolui discedere, quamvis non incommode in editis legatur τὸν βαθύν, *profundum*.

(83) *Ὅπως ὕπνου*. Editi ὅπως δὲ ὕπνου. Nonnulli mss. ὅπως τε. Deest vocula in vetustissimis.

(84) *Καὶ δίψει*. Ita tres vetustissimi codices cum aliis duobus. Editi δίψῃ. Mox iidem editi ἔργῳ ἔδειξαν. Harl., Med. et Coisl. primus ἐδείκνυσαν.

Digitized by Google

1. Potest quidem sanctus Deus et congressus lætitiam nobis largiri, qui semper et videre vos et de rebus vestris audire cupimus: quandoquidem nulla alia in re animus noster acquiescit, nisi in profectu vestro, ac perfectione in Christi mandatis. Interea vero, dum hoc nobis non conceditur, necessarium ducimus, per germanissimos ac Domini metuentes fratres vos invisere, et cum vestra dilectione per litteras colloqui. Hanc **346** ipsam igitur ob causam misimus religiosissimum ac charissimum fratrem nostrum et laboris evangelici consortem Meletium compresbyterum, qui vobis

(38) *Διαφορηθέντων, αὐτοῦ.* Hæc interpunctio in plerisque mss. codicibus observatur. Editi διαφορηθέντων αὐτοῦ, quod cum perobscurum esset, apposita fuerat stellula in editione Parisiensi.

(39) *Μακαρίου.* Coisl. 1 et Med. μακαριωτάτου.

(40) *Ἐλλέλειπται.* Ita Harl. et plures alii. Editi ἐκλέλειπται.

(41) *Εἰς τὴν ὑπερορίαν.* Erat tunc vicarius in Galatia, ubi synodum impiorum coegerat, ut discimus ex epist. 237. Favebat Basilii petitioni lex data a Valente, anno 373: *Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum judicia agitari, ubi facinus dicatur admissum. Peregrina autem judicia præsentibus legibus coercemus.* Cod. Theod. lib. IX, tit. 1, leg. 10. Crediderim hac lege vicarios potius coercere, quam præsides, ut existimat Gothofredus. Nam reos ex remota provincia pertractos opprimere multo facilius fuit vicariis, qui plures provincias regebant, quam præsidibus qui unicam administrabant. D

(42) *Ἀσκηταῖς.* Addit Cod. Harlæanus ἐν ὀροδιάνῃ καὶ χαλαννήνῃ. Vat., Reg. secundus et Coisl. secundus ἐν ὀροδιάννῃ καὶ χαλάννῃ. Medicæus ἐν Ἡρωδιάνῃ χαλάνῃ. Coisl. primus ἐν ὀροδιάνῃ καὶ χαλάννῃ.

(43) *Ἀδελφῶν.* Editi addunt ἡμῶν, quod pronomen deest in sex mss. Paulo post editi γράμματι. Harl., Coisl. uterque et Reg. secundus ut in textu.

(44) *Μελέτιον.* Coisl. secundus et Reg. secundus Μελίτιον.

* Alias LXXIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

narrabit desiderium, quo vos prosequimur, ac sollicitudinem animæ nostræ: quippe cum noctu ac interdiu Dominum rogemus [46], ut probati et spectati sitis, ut et nos habeamus fiduciam in die Domini nostri Jesu Christi ob vestram salutem, et vos effulgeatis in splendore sanctorum, cum opus vestrum sub justo Dei judicio expendetur. Simul autem multum nobis sollicitudinis injicit præsentis temporis difficultas, in quo Ecclesiæ omnes commotæ sunt, et omnes animæ cribrantur. Aperuerunt enim nonnulli immodice ora sua adversus conservos. Prædicatur libere mendacium, veritas absconditur. Et accusati quidem condemnantur sine judicio, accusatoribus vero creditur sine examine. Unde et ego cum audissem multas in me circumferri epistolas, quæ pungunt et decantant et de rebus insimulant, pro quibus parata nobis apud veritatis tribunal defensio, tacere equidem statui; quod et præstiti. Tertius enim jam hic annus est, ex quo verberatus calumniis flagella accusationis perfero; contentus quod Dominum, qui arcana novit, calumniæ testem habeam. Sed quia video multos jam silentium nostrum ad calumniarum confirmationem accepisse, nec nos patientia existimasse adductos silere, sed quod contra veritatem hiscere non possimus; idcirco scribere vobis aggressus sum, obsecrans vestram in Christo dilectionem, ut concinnatas ab una parte calumnias non omnino admittatis ut veras: quandoquidem, ut scriptum est, neminem lex judicat, nisi prius audiat, et cognoscat quid fecerit.

2. Quanquam æquo quidem judici res ipsæ sufficiunt ad declarandam veritatem. Quare etiamsi nos taceamus, licet vobis respicere ad ea quæ fiunt. Qui enim nos doctrinæ pravæ insimulant, hi nunc aperte visi sunt hæreticorum partibus adjuncti: qui nos ob aliena scripta condemnant, confessionibus suis, quas nobis scriptas tradidere, adversari comperiuntur. Considerate consuetudinem eorum, qui hæc audent; mos enim illis est semper ad potentiorem partem transfugere, et infirmiores quidem amicos conculcare, colere autem potentes. Nam qui celeberrimas illas epi-

[46] Coloss. I, 9.

A τὸν συμπρεσβύτερον, ὃς διηγήσεται ὑμῖν τὸν ἡμέτερον πόθον ὃν ἔχομεν ἐφ' ὑμῖν, καὶ τὴν μέριμναν τῶν ψυχῶν ἡμῶν (45), ὅτι νυκτὸς καὶ ἡμέρας δεόμεθα τοῦ Κυρίου περὶ τῆς ὑμῶν εὐδοκιμήσεως, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν παῤῥησίαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς ὑμῶν (46) σωτηρίας, καὶ ὑμεῖς ἐκλάμψητε ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, δοκιμαζομένου ὑμῶν τοῦ ἔργου ὑπὸ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Ἅμα δὲ ἡμῖν πολλὴν μέριμναν ἐμποιεῖ τοῦ κατασχόντος καιροῦ τούτου ἡ χαλεπότης, ἐν ᾧ πᾶσαι μὲν Ἐκκλησίαι ἐσαλεύθησαν, πᾶσαι δὲ ψυχαὶ σινιάζονται. Ἤνοιξαν γάρ τινες ἀφειδῶς στόματα κατὰ τῶν ὁμοδούλων. Λαλεῖται τὸ ψεῦδος ἀφόβως· ἡ ἀλήθεια συγκεκάλυπται. Καὶ οἱ μὲν κατηγορούμενοι καταδικάζονται ἀκρίτως· οἱ δὲ B κατηγοροῦντες πιστεύονται ἀνεξετάστως. Ὅθεν κἀγὼ ἀκούσας, ὅτι πολλαὶ κατ' ἐμοῦ περιφέρονται ἐπιστολαί, στίζουσαι ἡμᾶς καὶ στηλιτεύουσαι καὶ κατηγοροῦσαι ἐπὶ πράγμασιν (47), ὧν τὴν ἀπολογίαν ἑτοίμην ἔχομεν ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου τῆς ἀληθείας, ὥρμησα μὲν σιωπῆσαι, ὃ καὶ ἐποίησα· τρίτον γὰρ ἤδη τοῦτο ἔτος ἐστὶν, ἐν ᾧ τυπτόμενος (48) ὑπὸ τῶν διαβολῶν φέρω τὰς τῆς κατηγορίας μάστιγας, ἀρκούμενος, ὅτι ἔχω Κύριον, τὸν τῶν κρυπτῶν γνώστην, μάρτυρα τῆς συκοφαντίας· ἐπειδὴ δὲ ὁρῶ, ὅτι πολλοὶ ἤδη τὴν σιωπὴν ἡμῶν εἰς βεβαίωσιν τῶν διαβολῶν παρεδέξαντο, καὶ οὐ διὰ μακροθυμίαν ἐνόμισαν ἡμᾶς σιωπᾷν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἔχειν διᾶραι στόμα πρὸς τὴν ἀλήθειαν· τούτου ἕνεκεν ἐπειράθην C ἐπιστεῖλαι ὑμῖν, παρακαλῶν τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην ὑμῶν ὥστε τὰς ἐξ ἑνὸς μέρους γινομένας διαβολὰς μὴ πάντη παραδέχεσθαι ὡς ἀληθεῖς· διότι, καθὼς γέγραπται, οὐδένα κρίνει ὁ νόμος, ἐὰν μὴ πρῶτον ἀκούσῃ καὶ γνῷ τί ποιεῖ.

2. Καίτοι εὐγνώμονι κριτῇ ἀρκεῖ αὐτὰ τὰ πράγματα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας φανέρωσιν. Ὥστε, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν (49), ἔξεστιν ὑμῖν διαβλέψαι πρὸς τὰ γινόμενα. Οἱ γὰρ ἡμῖν κακοδοξίαν ἐγκαλοῦντες ἐφάνησαν νῦν ἐκ τοῦ προφανοῦς τῇ μερίδι τῶν αἱρετικῶν προστιθέμενοι· οἱ ὑπὲρ ἀλλοτρίων συνταγμάτων (50) ἡμᾶς κατακρίνοντες ταῖς ἰδίαις ὁμολογίαις, ἃς ἐγγράφως (51) ἡμῖν κατέθεντο, ἐναντιούμενοι φαίνονται. Νοήσατε τὴν συνήθειαν τῶν ταῦτα τολμώντων, ὅτι ἔθος αὐτοῖς ἀεὶ πρὸς τὸ δυ- D νατὸν μετατίθεσθαι μέρος, καὶ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας τῶν φίλων καταπατεῖν, θεραπεύειν δὲ τοὺς

(45) *Ἡμῶν*. Deest in editis; legitur in Coisl. utroque, Med. et Reg. secundo. Harl. et Reg. primus habent ὑμῶν

(46) *Διὰ τῆς ὑμῶν*. Ita tres vetustissimi codices et alii nonnulli cum editione Hagan. et Paris. secunda. Aliæ editiones διὰ τῆς ἡμῶν. Paulo post editi ἡμῶν τοῦ ἔργου, quod quinque mss. ope emendavimus.

(47) *Ἐπὶ πράγμασιν*. Ita Harl., Vat., Regius uterque et Coisl. secundus. Editi minus accurate ἐπὶ γράμμασιν. Etsi enim ex scriptis Apollinarii ansam arripuit Eustathius, ad invidiam Basilio conflandam, non tamen hoc unicum nequitiæ telum adhibuit.

(48) *Τυπτόμενος*. Ita mss. quinque. Editi τυπόμενος.

(49) *Σιωπήσωμεν*. Ita tres vetustissimi codices. Editi σιωπῶμεν. Paulo post editi ἀνεγκαλοῦντες, ἐφάνησαν οὖν. Sex mss. ut in textu.

(50) *Συνταγμάτων*. Harl. et Coisl. primus συγγραμμάτων.

(51) *Ἐγγράφως*. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἐγνοάφους.

Digitized by Google

κρατοῦντας. Οἱ γὰρ τὰς πολυθρυλλήτους (52) ἐκείνας ἐπιστολὰς κατὰ Εὐδοξίου καὶ πάσης αὐτῶν τῆς μερίδος συγγράφοντες, καὶ περιπέμποντες (53) πάσαις ταῖς ἀδελφότησι, καὶ διαμαρτυρόμενοι φεύγειν τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ὡς ὄλεθρον τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ καταδεξάμενοι τὰς ἐπὶ καθαιρέσει αὐτῶν ἐξενεχθείσας ψήφους, ἐπειδὴ παρ' αἱρετικῶν ἦσαν γενόμεναι, ὡς ἔπειθον ἡμᾶς τότε, οὗτοι νῦν, πάντων ἐπιλαθόμενοι, μετ' αὐτῶν γεγόνασι. Καὶ οὐδεμία αὐτοῖς ἄρνησις καταλείπεται· φανερῶς γὰρ ἀπεκάλυψαν ἑαυτῶν τὴν προαίρεσιν, ἐν Ἀγκύρᾳ τὰς κατ' οἶκον αὐτῶν κοινωνίας κατασπαζόμενοι (54), ἐπειδὴ εἰς τὸ κοινὸν ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων οὔπω (55) ἐδέχθησαν. Ἐρωτήσατε οὖν αὐτοὺς, εἰ ὀρθόδοξος νῦν Βασιλείδης ὁ κοινωνικὸς Ἐκδικίου, διὰ τί, ἀπὸ τῆς Δαρδανίας ἐπανιόντες, τὰ θυσιαστήρια ἐκείνου ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Γαγγρηνῶν κατέστρεφον, καὶ ἑαυτῶν τραπέζας ἐτίθεσαν; διὰ τί καὶ μέχρι νῦν (56) ἐπέρχονται ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἀμασείας καὶ Ζήλων, καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐγκαθιστῶσι πρεσβυτέρους καὶ διακόνους; Εἰ μὲν γὰρ ὡς ὀρθοδόξοις κοινωνοῦσι, τίνος ἕνεκεν ὡς αἱρετικοῖς ἐπέρχονται; εἰ δὲ ὡς αἱρετικοὺς (57) ὑπειλήφασι, πῶς τὴν κοινωνίαν αὐτῶν οὐκ ἐκτρέπονται; Ταῦτα οὐχὶ καὶ παιδικῇ διανοίᾳ δῆλά ἐστιν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὅτι ἀεὶ πρὸς τὸ ἴδιον συμφέρον βλέποντες ἢ διαβάλλειν τινὰς, ἢ συνιστᾷν ἐπιχειροῦσι; Καὶ ἡμῶν τοίνυν ἀπέστησαν, οὔτε ἀγανακτήσαντες, ὅτι οὐκ ἀντεγράψαμεν (58) (τοῦτο γάρ ἐστιν ἐφ' οὗ μάλιστα λέγουσι παρωξύνθαι), οὔτε ὅτι τοὺς χωρεπισκόπους, οὓς λέγουσιν ἀπεσταλκέναι, οὐκ ἐδεξάμεθα. Καίτοι δώσουσι λόγον τῷ Κυρίῳ οἱ τοῦτο κατασκευάζοντες. Εἷς γάρ τις Εὐστάθιος, ἀποσταλεὶς, καὶ γράμματα διαδοὺς τῇ τάξει τοῦ Οὐικαρίου (59), τρεῖς ἡμέρας ποιήσας ἐπὶ τῆς

A stolas contra Eudoxium totamque ejus factionem conscripserunt, et ad omnes fraternitates transmisere, quique obtestati sunt, ut eorum fugeretur communio, tanquam animarum pernicies, ad id circo latas de sua depositione sententias non admiserunt, eo quod **347** ab hæreticis latæ essent, uti tunc nobis persuadebant; ii nunc omnium obliti, una cum ipsis versantur. Neque ullus illis relinquitur negandi locus : manifeste enim nudarunt suum ipsorum propositum, cum Ancyræ in domibus communiones eorum amplexi sunt, ec quod publice ab illis nondum recepti sint. Itaque eos interrogate, si nunc orthodoxus Basilides Ecdicii communicator, cur ex Dardania reverten tes, altaria illius in Gangrenorum regione sub-
B verterint, et mensas ipsi suas posuerint : cur etiam hactenus insectati sint Ecclesias Amaseæ et Zelorum, ac per se ipsi presbyteros illic ac diaconos constituerint? Etenim si ut cum orthodoxis com municant, cur ut hæreticos insectantur? sin autem hæreticos existimant, cur communionem eorum non aversantur? Nonne hoc, fratres cum primis colendi, vel pueri clare perspiciant, sem per eos compendii causa facere, ut aliquos accusent, aut commendent? Et a nobis itaque defeceruntneque id indignantes, quod non rescripserimus (illud enim est quo se maxime offensos dicunt fuisse), neque quod chorepiscopos quos se mi sisse aiunt, non exceperimus. Verum Domino ra-
C tionem reddent, qui hoc comminiscuntur. Missus enim unus aliquis Eustathius, cum litteras tradi disset cohorti Vicarii, ac dies tres in urbe commoratus esset; ad sua reversurus, multo jam vespere, dormiente me, dicitur ad nostras ædes

(52) *Πολυθρυλλήτους.* Harl. et Coisl. primus πολυθρυλήτους. Ibidem Reg. secundus et Coisl. secundus καὶ πάσης αὐτοῦ.

(53) *Περιπέμποντες.* Ita tres vetustissimi codices cum Vat. et Regio primo. Editi παραπέμποντες.

(54) *Κατασπαζόμενοι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἀσπαζόμενοι.

(55) *Ἐκείνων οὔπω.* Ita septem mss. Editi ὑπ' αὐτῶν οὔπως. Codicum mss. lectio confirmatur ex epist. 237, ubi ait Basilius nondum Eustathium admitti ad peroptatam Arianorum communionem potuisse.

(56) *Καὶ μέχρι νῦν.* Nimium stricte hæc interpretatur Tillemontius, tom. IX, pag. 236. Existimat enim Eustathium, tum cum acerrime Basilium exagitaret anno 375, Arianos harum Ecclesiarum episcopos insectatum esse, ut catholicam plebem ad se alliceret, et a Basilio abstraheret; atque hos esse motus, quos ab Eustathio in Dazimone excitatos queritur Basilius in epistola 216. Sed 1° Dazimonem non perturbavit Eustathius insectandis Arianis, sed exagitando Basilio et calumniis ac opprobriis cooperiendo, ut ex epistola 203 perspici potest. 2° Verisimile non fit Eustathium, postquam discessit a communione Basilii, ac gratiæ apud Euzoium ineundæ consilium cepit, tam insignem Arianis contumeliam fecisse, ut in Ecclesiis, quas invaserant, catholicos presbyteros et diaconos ordinaret. Hoc ei magnum vitium inerat, quod se ad omnem temporum et vicissitudinum colorem fingeret, ac mutatis rebus totus immutaretur ab eo qui antea visus fuerat : sed nimium rebus suis attentus erat, quam ut Arianis bellum audacter inferret, tum cum eorum gratiæ vilem se captorem præberet. 3° Illud καὶ μέχρι νῦν, *etiam hactenus*, de iis dici potest, quæ sua sponte satis remota, cum aliis comparata, recentia videntur. Sic in comment. *in Isaiam*, n. 252 : Ἡ νῦν παραβλαστήσασα τῶν Ἀνομοίων αἵρεσις. *Quæ nunc pullulavit Anomœorum hæresis.* In epist. 169, τὸ νῦν ἀναχύψαν τῶν ἀεὶ καινοτομεῖν ἐπιχειρούντων ζήτημα, *Nunc prodiens ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæstio.* Vide notas ad epistolam 237. Ideo ergo
D Basilius Eustathium Ecclesias Zelorum et Amaseæ *etiam hactenus* insectatum esse dicit, quia hoc illius factum multo recentius erat iis, quæ ex Dardania rediens sub Juliano in Gangrenorum regione designaverat. Sed quamvis hoc facinus altero recentius sit, videtur tamen illud edidisse Eustathius, antequam a Basilio discederet, vel etiam antequam aucta, Valentis præsentia, Arianorum auctoritas metum ei incussisset.

(57) *Ὡς αἱρετικούς.* Deest vocula in Regio utroque, Vat. et Coisl. secundo.

(58) *Ὅτι οὐκ ἀντεγράψαμεν.* Hæc addita ex septem mss. Ibidem Regius uterque et Coisl. secundus παροξύνεσθαι.

(59) *Εἷς γάρ τις... τοῦ Οὐικαρίου.* Ita septem mss. Editi εἷς γάρ ἐστι... τοῦ Ἰκαρίου. Ibidem editi διδούς. Harl. uterque Coisl. et uterque Regius διαδούς.

Digitized by Google

venisse. At dormire me cum audisset, abiit, nec jam postridie ad me accessit : sed ad hunc modum suo erga nos officio perfunctorie expleto, rediit. Atque hoc est crimen, quod nos commisimus, et patientes illi homines delictum illud præterita nostra servitute, quam ipsis in dilectione servivimus, non compensarunt : sed iram in nos suam usque adeo incenderunt ob hoc erratum, ut nos ab omnibus orbis terrarum Ecclesiis, saltem quantum in ipsis fuit, excommunicari fecerint.

A πόλεως, καὶ μέλλων ἀπαίρειν ἐπὶ τὰ ἴδια, ἐσπέρας ἤδη βαθείας, καθεύδοντί μοι λέγεται πλησιάσαι τῷ οἰκήματι ἡμῶν. Ἀκούσας δὲ, ὅτι καθεύδω, ἀπελθών, οὐκέτι τῇ ὑστεραίᾳ ἡμῖν προσήγγισεν, ἀλλ' οὕτως ἀφοσιωσάμενος τὸ καθ' ἡμᾶς, ἐπανῆλθε. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἔγκλημα, ὃ ἠδικήσαμεν ἡμεῖς, καὶ οἱ μακρόθυμοι οὐκ ἀντεστάθμησαν (60) τὴν πρὸ τούτου δουλείαν ἡμῶν, ἣν ἐδουλεύσαμεν αὐτοῖς ἐν ἀγάπῃ, τῷ πταίσματι τούτῳ· ἀλλὰ τοσοῦτον ἐβάρυναν τὴν καθ' ἡμῶν ὀργὴν ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, ὥστε πάσαις ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις, τό γε εἰς αὐτοὺς ἦκον, ἐκκηρύκτους ἡμᾶς ποιῆσαι.

3. At revera non ea est dissidii causa : sed quia existimarunt tum demum se Euzoio probatum iri, si ipsi se a nobis abalienarent, illas sibi ipsis causas excogitaverunt, ut aliquam apud illos commendationem ex bello nobis indicto reperirent. Hi nunc et de Nicæna detrahunt **348** fide, nosque vocant *homoousiastas*, quia in illa fide unigenitum Filium Deo et Patri *homoousion* confitemur, non quod una essentia in duo fraterna sit divisa, absit ! non enim id cogitavit sancta illa ac Deo dilecta synodus, sed quia quod est Pater secundum essentiam, hoc et Filius intelligi debet. Sic enim nobis illi exposuerunt, cum dixerunt : *Lumen de lumine*. Est autem Nicæna fides, allata ab ipsis ex Occidente formula, quam Tyanensi synodo tradiderunt, a qua et suscepti sunt. Sed habent sapientem quamdam regulam ad suas ejusmodi mutationes, ut fidei verbis, non secus ac medici, utantur pro tempore, aliter alias sese ad propositos morbos accommodantes. Cujus sophismatis imbecillitatem non me arguere, sed vos decet intelligere. Dabit enim vobis Dominus intelligentiam [37], ut cognoscatis quæ recta sit doctrina, et quæ obliqua ac perversa. Si enim aliam alias fidei formulam scribere decet, et cum tempore immutari, falsa est sententia dicentis : *Unus Dominus, una fides, unum baptisma* [38]. Sin hæc vera sunt, nemo vos decipiat inanibus his verbis [39]. Nos enim calumniantur, quasi novi aliquid tradamus de Spiritu sancto. Rogate igitur quænam illa novitas. Confitemur enim nos, quod et accepimus, cum Patre et Filio conjunctum esse Paracletum, nec cum creatura numerari. Nam in

3. Οὐ μὴν αὕτη γέ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν (61) τῆς διαστάσεως ἡ αἰτία· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνόμισαν εὐδοκιμήσειν τότε παρὰ τῷ Εὐζωΐῳ, εἰ ἡμῶν ἑαυτοὺς ἀλλοτριώσειαν, ἐκείνας ἑαυτοῖς ἐπενόησαν τὰς προφάσεις, ἵνα εὕρωσί τινα σύστασιν παρ' αὐτοῖς διὰ τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου. Οὗτοι νῦν (62) καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ διαβάλλουσι πίστιν, καὶ ὁμοουσιαστὰς ἡμᾶς ἀποκαλοῦσι· διὰ τὸ ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει τὸν μονογενῆ Υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁμοούσιον ὁμολογεῖσθαι· οὐχ ὡς ἀπὸ μιᾶς (63) οὐσίας μερισθείσης εἰς δύο ἀδελφά, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ τοῦτο ἐνόησεν ἡ ἁγία ἐκείνη καὶ θεοφιλὴς σύνοδος, ἀλλ' ὡς, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ὁ Πατὴρ, τοῦτο ὀφείλοντος νοεῖσθαι καὶ τοῦ Υἱοῦ. Οὕτω γὰρ (64) ἡμῖν ἐκεῖνοι αὐτοὶ ἡρμήνευσαν εἰπόντες, *Φῶς ἐκ φωτός*. Ἔστι δὲ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις, ἣ παρ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς δύσεως κομισθεῖσα, ἣν ἐπέδωκαν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Τυάνοις, ὑφ' ἧς καὶ παρεδέχθησαν. Ἀλλ' ἔχουσί τι σοφὸν δόγμα εἰς τὰς τοιαύτας ἑαυτῶν μεταβολάς· ὅτι τοῖς ῥήμασι τῆς πίστεως ὡς ἰατροὶ κέχρηνται κατὰ καιρὸν, ἄλλοτε ἄλλως πρὸς τὰ ὑποκείμενα πάθη μεθαρμοζόμενοι. Τούτου δὲ τοῦ σοφίσματος τὸ σαθρὸν οὐκ ἐμὲ ἐλέγχειν προσῆκεν, ἀλλ' ὑμᾶς νοεῖν. Δώσει γὰρ ὑμῖν ὁ Κύριος σύνεσιν πρὸς τὸ γνωρίζειν, τίς μὲν ὁ εὐθὺς λόγος (65), τίς δὲ ὁ σκολιὸς καὶ διεστραμμένος. Εἰ γὰρ ἄλλοτε ἄλλας δεῖ πίστεις συγγράφειν, καὶ μετὰ τῶν καιρῶν ἀλλοιοῦσθαι, ψευδὴς ἡ ἀπόφασις τοῦ εἰπόντος· *Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα*. Εἰ δὲ ἐκεῖνα ἀληθῆ, μηδεὶς ὑμᾶς ἐξαπατάτω τοῖς κενοῖς (66) τούτοις λόγοις. Διαβάλλουσι (67) γὰρ ἡμᾶς ὡς καινοτομοῦντας περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Ἐρωτήσατε οὖν τίς ἡ καινοτομία. Ἡμεῖς

[37] II Tim. II, 7. [38] Ephes. IV, 5. [39] Ephes. V, 6.

(60) *Ἀντεστάθμησαν*. Coisl. primus et Regius primus ἀντεστάθμισαν. Paulo post editio Paris. ἐν ἀγάπῃ πολλῇ. Deest postrema vox in septem mss. et vetustioribus editionibus.

(61) *Κατὰ ἀλήθειαν*. Editi ἡ κατὰ ἀλήθειαν contra veterum codicum fidem. Paulo post editi ἀλλοτριώσειν. Harl. et Coisl. primus cum duobus aliis ut in textu. Sic etiam vetus editio Haganoensis et Paris. secunda.

(62) *Οὗτοι νῦν*. Ita Harl. et Regius primus. Editi τοίνυν. Coisl. primus Αὐτοὶ τοίνυν. Med. Αὐτοὶ νῦν. Reg. secundus et Coisl. secundus Οὗτοι τοίνυν.

(63) *Ἀπὸ μιᾶς*. Præpositio addita ex septem mss. et editione Hagan. et Froben. 1. Mox editio Froben. 2 et Paris. εἰς δύο, ἀδελφοί. Hagan. et Frob. 1 εἰς δύο ἀδελφώ. Sex mss. ut in textu. Occurrit Basilius eorum cavillationi qui, ut ait in epist. 51, consubstantialis voce, et substantiam communem, et ea quæ ex substantia orta sunt, designari volebant. Unde sequeretur Patrem et Filium fraternam inter se cognationem habere; quia, ut ibidem ait, *fraterna sunt inter se quæ ex uno orta sunt*, Ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις τὰ ἐξ ἑνὸς ὑφεστῶτα.

(64) *Οὕτω γάρ*. Vat., uterque Reg. et Coisl. secundus Τοῦτο γάρ.

(65) *Ὁ εὐθὺς λόγος*. Ita Harl., Coisl. uterque et alii nonnulli. Editi ὁ εὐθὺς λόγος.

(66) *Τοῖς κενοῖς*. Codex Medicæus τοῖς καινοῖς, *novis sermonibus*.

(67) *Διαβάλλουσι γὰρ ἡμᾶς*. Regius uterque et Coisl. secundus διαβάλλουσιν ἡμᾶς

Digitized by Google

γὰρ ὁμολογοῦμεν ὃ καὶ παρελάβομεν, μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τετάχθαι τὸν Παράκλητον, οὐ μετὰ τῆς κτίσεως ἀριθμεῖσθαι. Εἰς γὰρ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πεπιστεύκαμεν· καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο οὐδέποτε τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν συναφείας τὸν Παράκλητον ἀποσπῶμεν. Ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν φωτιζόμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος πρὸς Υἱὸν ἀναβλέπει, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἐν εἰκόνι θεωρεῖ τὸν Πατέρα. Οὔτε οὖν ὀνόματα παρ' ἑαυτῶν ἐπινοοῦμεν, ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον καὶ Παράκλητον ὀνομάζομεν, οὔτε τὴν ὀφειλομένην αὐτῷ δόξαν ἀθετεῖν καταδεχόμεθα. Ταῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα μετὰ πάσης ἀληθείας. Ἐπὶ τούτοις ὁ κατηγορῶν κατηγορείτω· ὁ διώκων ἡμᾶς διωκέτω· ὁ πιστεύων ταῖς καθ' ἡμῶν διαβολαῖς ἑτοιμαζέσθω πρὸς τὴν διαδικασίαν. Ὁ Κύριος ἐγγύς· μηδὲν μεριμνῶμεν.

A Patrem et Filium et Spiritum sanctum credimus, atque in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizamur. Quapropter nunquam Paracletum ab illius cum Patre et Filio conjunctione avellimus. Mens enim nostra a Spiritu illustrata ad Filium respicit, et in illo velut in imagine Patrem videt. Neque igitur nomina ex nobis ipsis comminiscimur, sed Spiritum sanctum Paracletum nominamus, neque debitam ei gloriam destruere volumus. Vere omnino hæc nostra sunt. Horum gratia qui accusat, accuset : qui nos persequitur, persequatur : qui fidem habet calumniis quibus impetimur, paratus sit ad judicium. Dominus prope est, nihil solliciti sumus [40].

4. Εἴ τις ἐν Συρίᾳ συγγράφει, τοῦτο οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ*, φησὶ, *καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ* (68). Οἱ ἐμοὶ λόγοι ἐμὲ κρινέτωσαν· ὑπὲρ δὲ ἀλλοτρίων ἡμᾶς σφαλμάτων μηδεὶς καταδικαζέτω, μηδὲ τὰς πρὸ εἴκοσιν ἐτῶν γραφείσας παρ' ἡμῶν ἐπιστολὰς εἰς ἀπόδειξιν προβαλλέσθω τοῦ νῦν κοινωνικοὺς ἡμᾶς εἶναι τοῖς ἐκεῖνα συγγράψασιν. Ἡμεῖς γὰρ πρὸ τῶν συγγραμμάτων, λαϊκοὶ ὄντες πρὸς λαϊκοὺς ἐπεστέλλομεν (69), πρὸ τοῦ τινὰ καὶ ὑπόνοιαν τοιαύτην κατ' αὐτῶν κινεῖσθαι· καὶ ἐπεστέλλομεν οὐδὲν περὶ πίστεως, οὐδ' οἷα νῦν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμῶν διαβολῇ περιφέρουσιν οὗτοι, ἀλλὰ ψιλὰς προσηγορίας, ἀγαπητικὴν προσφώνησιν ἀποπληρούσας. Ἡμεῖς γὰρ ὁμοίως καὶ τοὺς τὰ Σαβελλίου νοσοῦντας, καὶ τοὺς τὰ Ἀρείου δόγματα ἐκδικοῦντας, ὡς ἀσεβεῖς, ἀποφεύγομεν καὶ ἀναθεματίζομεν. Εἴ τις τὸν αὐτὸν Πατέρα λέγει καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἓν πρᾶγμα πολυώνυμον ὑποτίθεται, καὶ μίαν ὑπόστασιν ὑπὸ τριῶν προσηγοριῶν ἐκφωνουμένην, τὸν τοιοῦτον ἡμεῖς ἐν τῇ μερίδι τῶν Ἰουδαίων τάσσομεν. Ὁμοίως καὶ εἴ τις ἀνόμοιον λέγει κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ἢ εἰς κτίσμα κατάγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀναθεματίζομεν, καὶ ἐγγὺς εἶναι τῆς Ἑλληνικῆς τιθέμεθα πλάνης. Ἀλλὰ τὰ μὲν στόματα τῶν κακηγορούντων ἡμᾶς ἐπισχεθῆναι διὰ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων ἀμήχανον· μᾶλλον μὲν οὖν εἰκὸς καὶ ἐρεθίζεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀπολογίαις ἡμῶν, καὶ μείζονα καὶ χαλεπώτερα καθ' ἡμῶν κατασκευάζειν· τὰς μέντοι ὑμετέρας ἀκοὰς φυλαχθῆναι οὐ χαλεπόν. Ὥστε, ὃ ἐστιν ἐφ' ὑμῖν, τοῦτο ποιήσατε. Ἀκεραίαν ἡμῖν καὶ ἀπρόληπτον ταῖς διαβολαῖς τὴν καρδίαν ὑμῶν φυλάξατε· καὶ πρὸς τὰ προβαλλόμενα ἐγκλήματα ἀπαιτεῖτε ἡμᾶς τὰς εὐθύνας. Καὶ εἰ μὲν εὕρητε παρ' ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ δῶτε χώραν τῷ ψεύδει· ἐὰν δὲ ἀτονούντων ἡμῶν πρὸς τὴν ἀπολογίαν αἴσθησθε, τότε πιστεύσατε τοῖς κατηγόροις ἡμῶν ὡς ἀληθεύουσιν. Ἀγρυπνοῦσιν ἐκεῖνοι πρὸς τὸ ἡμᾶς κακοποιῆσαι· τοῦτο παρ' ὑμῶν οὐκ ἐπιζητοῦμεν. Ἐμπορικὸν βίον

4. Si quis in Syria scribit, hoc nihil ad nos. *Ex tuis enim*, inquit, *verbis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis* [41]. Mea me verba judicent; propter alienos vero errores nemo nos condemnet, neque ante viginti annos scriptas a nobis epistolas proferat, ut demonstret nunc communicatores nos esse eorum qui ista scripserunt. Nos enim, antequam hæc scriberent, laici ad laicos scripsimus, antequam vel suspicionem ejusmodi quisquam in illos moveret; nec de fide quidquam scripsimus nec qualia illi nunc ad invidiam nobis creandum circumferunt, sed salutationes nudas, quæ amicam compellationem persolvebant. **349** Nos enim pariter et eos qui Sabellii morbo laborant, et eos qui Arii dogmata tuentur, ut impios fugimus, et anathematizamus. Si quis eumdem Patrem dicit ac Filium et Spiritum sanctum, ac rem unam multis nominibus designatam esse statuit, unamque hypostasim tribus appellationibus expressam; talem nos in Judæorum parte numeramus. Sic etiam, si quis Filium Patri secundum essentiam dissimilem dicit, aut ad creaturam detrahit Spiritum sanctum, anathematizamus, et a gentilium errore non longe abesse ducimus. Sed ora accusatorum nostrorum comprimi litteris nostris non possunt; imo verisimile est, illos etiam defensionibus nostris irritari, et majora ac graviora in nos machinari. Cæterum aures vestras custodiri non difficile. Quare quod in vobis situm est, præstate. Sincerum nobis et minime præoccupatum calumniis cor vestrum servate : atque objectorum nobis criminum rationem a nobis postulate. Ac veritatem quidem si apud nos inveneritis, ne detis locum mendacio. Sin autem nos ad defensionem infirmos senseritis, tunc credite accusatoribus nostris, ut vera dicentibus. Vigilant illi, nobis ut noceant : hoc a vobis non exposcimus. Nundinariam vitam agentes, structam nobis calumniam ad lucri accessionem convertunt : vos autem adhortamur, ut maneatis domi, ac

[40] Philipp. IV. 5, 6. [41] Matth. XII, 37.

(68) *Καταδικασθήσῃ*. Ita mss. sex. Editi *κατακριθήσῃ*.

(69) *Ἐπεστέλλομεν*. Coisl. primus et Med. *ἐπεστείλαμεν*.

Digitized by Google

decore vos geratis, opus Christi in quiete perficientes [49], illorum vero congressus, qui ad auditores evertendos dolose fiunt, declinetis : ut et dilectionem erga nos sinceram custodiatis, patrumque fidem servetis integram ac inoffensam, et probati ac spectati, tanquam veritatis amici, apud Dominum comperiamini.

A μεταχειριζόμενοι, παρεμπόρευμα ποιοῦνται τὴν ἡμετέραν διαβολήν· ὑμᾶς δὲ οἴκοι μένειν καὶ εὐσχημονεῖν, ἐν ἡπυχίᾳ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ (70) πληροῦντας, παρακαλοῦμεν, τὰς μέντοι συντυχίας αὐτῶν, τὰς δολερῶς ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων γινομένας, ἐκκλίνειν· ἵνα καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην ἀκεραίαν φυλάξητε (71), καὶ τὴν τῶν πατέρων πίστιν ἄθραυστον διασώσητε, καὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ εὐδόκιμοι φανῆτε, ὡς φίλοι τῆς ἀληθείας.

EPISTOLA CCXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΖ'.

Cum Euphronium Coloniensem episcopi ad sedem Nicopolitanam transferendum decrevissent, permolestum id accidit clericis Coloniensibus, quorum nonnulli iracundiam eo perduxerunt, ut se ad tribunalia abituros minarentur, ac res suas hominibus evertendarum Ecclesiarum cupidis commissuros. Basilius laudat eorum amorem in episcopum, sed modum requirit. Demonstrat eis provideri, dum Nicopoli providetur, nec eos desertum episcopum. Spem affert amplioris solutii, seque ad eos venturum.

Clericis Coloniensibus consolatoria.

Τοῖς ἐν Κολωνείᾳ (72) *κληρικοῖς παραμυθητική.*

Et quid ita pulchrum et spectatum apud Deum et homines, ut charitas perfecta, quam complementum totius esse legis [50] a sapiente didicimus magistro? Quapropter approbo vestri in pastorem amoris ardorem. Nam nec tenero filio boni patris privatio, nec Christi Ecclesiæ pastoris ac magistri secessus tolerabilis. Quare præclaræ ac bonæ voluntatis indicium in hac præstantissima erga episcopum vestrum animi affectione præbuistis. Sed tamen vestrum illud præclarum erga patrem spiritualem studium, si modo et ratione contineatur, laudandum est; sin autem **350** limites transcendat, non jam eadem approbatione dignum est. Præclara œconomia erga religiosissimum fratrem nostrum et comministrum Euphronium ab his, quibus Ecclesiæ commissæ sunt gubernandæ, facta est, necessaria tempori, perutilis et Ecclesiæ ad quam translatus est, et vobis ipsis a quibus assumptus. Hanc ne existimetis humanam, aut ex cogitationibus susceptam hominum terrena sentientium; sed eos, quibus Ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, ex consuetudine et conjunctione quam habent cum Spiritu, id fecisse persuasum habete, atque hoc eorum inceptum animis vestris mandate, et operam date ut perficiatur. Suscipite igitur tranquille et cum gratiarum actione id quod factum est, habentes

B Καὶ τί οὕτω καλὸν καὶ εὐδόκιμον παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὡς ἀγάπη τελεία, ἣν πλήρωμα παντὸς εἶναι νόμου παρὰ τοῦ σοφοῦ δεδιδάγμεθα διδασκάλου; Ὥστε ἀποδέχομαι ὑμῶν τὸ διάπυρον τῆς περὶ τὸν ποιμένα ὑμῶν διαθέσεως. Οὔτε γὰρ παιδὶ φιλοπάτορι πατρὸς ἀγαθοῦ στέρησις ἀνεκτή, οὔτε Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ (73) ποιμένος καὶ διδασκάλου ἀναχώρησις φορητή. Ὥστε καλῆς καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἀπόδειξιν (74) ἐν τῇ ὑπερβαλλούσῃ περὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν διαθέσει παρέχεσθε. Ἀλλὰ τὸ χρηστὸν ὑμῶν τοῦτο καὶ περὶ τὸν πνευματικὸν πατέρα ἐνδιάθετον, μέτρῳ καὶ λογισμῷ γινόμενον, ἀπόδεκτόν ἐστιν· ἐκβαῖνον δὲ τοὺς ὅρους (75), οὐκ ἔτι τῆς αὐτῆς ἀποδοχῆς ἄξιον γίνεται. Οἰκονομία καλὴ περὶ τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν συλλειτουργὸν Εὐφρόνιον C παρὰ τῶν οἰκονομεῖν τὰς Ἐκκλησίας πεπιστευμένων γεγένηται, ἀναγκαία τῷ καιρῷ, λυσιτελὴς καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς ἣν μετετέθη (76), καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἀφ' ὧν ἐλήφθη. Ταύτην μὴ ἀνθρωπίνην νομίσητε, μηδὲ ἐκ λογισμῶν κεκινῆσθαι τὰ γήινα φρονούντων ἀνθρώπων· ἀλλὰ τῇ συνηθείᾳ τοῦ Πνεύματος τοὺς τὴν μέριμναν ἀνηρτημένους (77) τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιῆσαι πέπεισθε, καὶ ἐμβάλλεσθε τῇ διανοίᾳ τὴν ὁρμὴν ταύτην, καὶ σπουδάσατε αὐτὴν τελειῶσαι. Δέξασθε οὖν ἡσυχῇ (78) καὶ μετ' εὐχαριστίας τὸ γενόμενον, ἐκεῖνο πεπεισμένοι, ὅτι οἱ μὴ δεχόμενοι παρὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ

[49] I Thess. iv, 11. [50] Rom. xiii, 10.

* Alias CCXCII. Scripta anno 375.

(70) *Τοῦ Χριστοῦ*. Ita tres vetustissimi codices, pro eo quod erat in editis τοῦ Κυρίου.

(71) *Φυλάξητε*. Ita sex mss. Editi διαφυλάξητε.

(72) *Τοῖς ἐν Κολωνείᾳ*. Coisl. primus et Med. non sine manifesto errore πρὸς Νικοπόλει κληρικοὺς παραμυθητική, *Ad clericos Nicopolitanos consolatoria*. Deest παραμυθητική in duobus Regiis codicibus.

(73) *Χριστοῦ*. Non male in codice insignis Ecclesiæ Parisiensis χρηστοῦ, *boni pastoris secessus*.

(74) *Ἀπόδειξιν*. Editi addunt ἡμῖν. Sed melius ea vox abesse visa est a codicibus vetustissimis Med. et Coisl. primo. Paulo post idem Coisl. ἀγάπη παρέχεσθε.

(75) *Τοὺς ὅρους*. Ita Coisl. primus et Med. Deest hæc epistola in Harlæano codice. Editi τοῦ ὅρου.

(76) *Μετετέθη*. Ita mss. summo consensu. Editio Paris. μετέθη. Paulo post satis commode Coisl. D primus et Med. τῇ συνηθείᾳ τοῦ Πνεύματος, *ex consuetudine Spiritus*, id est, ex societate et conjunctione, quam habent cum sancto Spiritu. In hanc sententiam Tatianus, orat. *adversus Græcos*: Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ Πνεῦμα τῇ ψυχῇ, *erat quidem ab initio Spiritus convictor animæ*. Legebatur in editis τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος, *ope Spiritus*. Quæ quidem scriptura facilis et plana est. Sed quo planior et facilior, eo minus proclive fuit eam immutare, præsertim antiquioribus librariis, qui non tantum sibi licentiæ sumebant, quantum recentiores. Alteram autem, quam in contextum recepimus, cum obscura nonnullis videri potuerit, non miror immutatam fuisse.

(77) *Ἀνηρτημένους*. Reg. secundus et Coisl. secundus ἀνῃρημένους. Mox Coisl. primus et Med. ἐμβάλεσθε.

(78) *Ἡσυχῇ*. Ita sex mss. Editi ἡσύχως. Ibidem Coisl. primus et tres alii τὸ γινόμενον.

Digitized by Google

Θεοῦ τὰ ταῖς Ἐκκλησίαις διατυπούμενα τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθίστανται. Μὴ δικαιολογεῖσθε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν τὴν ἐν Νικοπόλει Ἐκκλησίαν. Μὴ τραχύνεσθε πρὸς τοὺς τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀναδεδεγμένους (79) τὴν μέριμναν. Ἐν γὰρ τῷ τὰ τῆς Νικοπόλεως συνεστάναι πράγματα καὶ τὸ καθ' ὑμᾶς μέρος συνδιασωθήσεται (80)· ἐὰν δὲ ἐκείνης ἅψηταί τις σάλος, κἂν μυρίους ἔχητε τοὺς φυλάσσοντας ὑμᾶς, συμπαραναλωθήσεται τῷ κεφαλαίῳ καὶ τὸ μέρος. Ὡς οὖν οἱ τοῖς ποταμοῖς παροικοῦντες, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας πόρρωθεν ὀχυρώματα καταβαλλομένους (81) τοῖς ῥεύμασιν, ἴσασιν, ὅτι αὐτοῖς προδιοικοῦνται τὴν ἀσφάλειαν, τὰς ἐπιδρομὰς τῶν ῥευμάτων ἀποκρουόμενοι· οὕτω καὶ οἱ νῦν τὸ βάρος τῆς φροντίδος τῶν Ἐκκλησιῶν (82) ἀναδεξάμενοι ἐν τῇ τῶν ἄλλων φυλακῇ τὴν καθ' ὑμᾶς ἄδειαν διοικοῦνται· καὶ ἐν σκέπῃ γενήσεσθε πάσης ταραχῆς, ἑτέρων ὑποδεχομένων τοῦ πολέμου τὰς προσβολάς. Πρὸς δὲ κἀκεῖνο (83) ἐνθυμεῖσθαι ὑμᾶς προσῆκεν, ὅτι οὐχ ὑμᾶς ἀπέβαλεν, ἀλλ' ἑτέρους προσέλαβεν. Οὐ δήπου γὰρ βάσκανοί τινές ἐσμεν ἡμεῖς, ὥστε τὸν δυνάμενον καὶ ἄλλοις τῶν ἑαυτοῦ χαρισμάτων μεταδιδόναι ἀναγκάζειν ὑμῖν (84) ἐναποκλείειν τὴν χάριν, καὶ τὸ καθ' ὑμᾶς μόνῳ χωρίῳ στενοχωρεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ πηγὴν περιφράσσων, καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαινόμενος, οὔτε ὁ διδασκαλίαν διαρκῆ κωλύων ἐπὶ πλεῖον χωρεῖν ἔξω τοῦ πάθους τῆς βασκανίας ἐστίν. Ἐχέτω τοίνυν καὶ τὴν Νικοπόλεως μέριμναν, καὶ τὸ ὑμέτερον προσθήκη ἔστω τῶν ἐκεῖ φροντισμάτων. Τῷ μὲν γὰρ ἀνδρὶ πλείων προσῆλθεν (85) ὁ κόπος, ὑμῶν δὲ οὐδὲν ἐλαττοῦται ἡ ἐπιμέλεια. Ἐκεῖνο δέ με πάνυ ἐλύπησε, καὶ ἔξω ἐφάνη τοῦ μέτρου, τὸ εἰρῆσθαι, ὅτι, ἀποτυχόντες τῶν ἐπιζητουμένων, τὰ δικαστήρια καταληψόμεθα, καὶ ἐπιστήσομεν (86) ἀνθρώπους τοῖς πράγμασιν, οἷς ἡ καταστροφὴ τῶν Ἐκκλησιῶν εὐχῆς ἐστι τὸ κεφάλαιον. Μή ποτε οὖν ἄφρονι θυμῷ φερόμενοί (87) τινες παραπείσωσιν ὑμᾶς φθέγξα-

pro certo, eos qui res in Ecclesiis a Dei electis constitutas non admittunt, Dei ordinationi resistere. Cavete litigetis cum vestra matre Ecclesia Nicopolitana; nec animum in eos, qui vestrarum animarum curam suscepere, exasperate. Dum enim res Nicopolitanæ consistent, vestra etiam pars simul servabitur; sed si illam aliqua tempestas attigerit, etiamsi adsint vobis custodes innumeri, pars quoque una cum capite absumetur. Quemadmodum igitur qui ad fluvios habitant, si quos procul videant valida præsidia aquis objicere, intelligunt securitati suæ provideri, dum incursus aquarum repelluntur; ita etiam qui nunc pondus sollicitudinis Ecclesiarum sustinent, in aliorum custodia securitati vestræ provident, tutique eritis ab omni tumultu, aliis belli impetum sustinentibus. Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos. Non enim invidi quidam sumus, ut qui sua dona etiam cum aliis communicare possit, eum cogamus gratiam inter vos concludere, et solis loci vestri finibus coerceamus. Nam nec qui fontem circumsepit, et aquarum exitum labefactat, nec qui doctrinam uberem prohibet latius fluere, extra invidiæ crimen est. Suscipiat itaque et Nicopolis curam, et ad futuras illic sollicitudines vestri cura accedat. Illi enim plus accessit **351** laboris, sed de vestri cura nihil decessit. Hoc autem mihi et maxime doluit, et modum mihi visum est excedere, quod videlicet dixistis: votorum compotes si non sumus, ad judicum tribunalia abibimus, ac res hominibus committemus, quibus Ecclesiarum eversio caput est votorum. Cavete igitur ne qui unquam insano furore acti vobis persuadeant, ut quidquam apud publica subsellia proferatis, atque inde aliqua accidat eversio, cujus pondus in eorum capita, qui causam præbue-

(79) *Ἀναδεδεγμένους*. Coisl. primus ἀναδεδειγμένους. Paulo post Medicæus codex ἑστάναι πράγματα.

(80) *Συνδιασωθήσεται*. Coisl. primus συνδιασώζεται. Infra Vat., Reg. secundus, Coisl. secundus, Paris. et ad marginem Clarom. τῷ κεφαλαίῳ καὶ τὸ ὑμέτερον. Ὡς οὖν.

(81) *Καταβαλλομένους*. Med. codex προκαταβαλλομένους.

(82) *Τῶν ἐκκλησιῶν*. Ita Coisl. uterque, Med., Reg. secundus et Paris. Editi τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

(83) *Πρὸς δὲ κἀκεῖνο*, etc. Dubitarunt eruditi viri, utrum Euphronius, relicta Coloniensi Ecclesia, ad Nicopolitanam translatus fuerit, an utramque simul regendam susceperit. Utrumvis factum fuerit, cum ad summam Ecclesiæ utilitatem necessario tempore factum sit, maxima laude dignum videri, et Spiritui sancto attribui debet. Sed perspicere mihi videor, ita rem constitutam fuisse ut alius Coloniæ, præter Euphronium, episcopus non daretur. Promittit enim Coloniensibus Basilius, eos et communem cum aliis provinciæ Ecclesiis utilitatem percepturos, et Euphronium ab illis proprie regendis non discessurum. *In aliorum custodia*, inquit, *securitati vestræ provident, tutique eritis ab omni tumultu, aliis belli impetum sustinentibus.* Hæc communia Coloniensibus erant futura cum aliis provinciæ Ecclesiis. Quid autem Coloniensibus proprie servaretur, indicant quæ sequuntur: *Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos... Suscipiat itaque et Nicopolis curam, et ad futuras illic sollicitudines vestri cura accedat*, etc. Similia leguntur in epistola sequenti, in qua Basilius Colonienses magistratus rogat, ut boni vasis usum communem habere cum vicinis non recusent; ac Euphronium Coloniæ et Nicopolis communem patrem futurum pollicetur. Ridicula sane et absurda promissa, si Euphronium Colonia non cum Nicopoli, sed cum aliis Ecclesiis episcopalibus Nicopoli subjectis communem patrem erat habitura.

(84) *Ὑμῖν*. Ita mss. summo consensu, et paulo post τῷ καθ' ὑμᾶς. Editi ἡμῖν et τῷ καθ' ἡμᾶς. Paulo post λυμαινόμενος ἐπαινετός. Sed postrema vox multo melius deest in codicibus Med. et Coisl. primo. Ibidem Coisl. primus κωλύων μὴ ἐπὶ πλεῖον.

(85) *Πλείων προσῆλθεν*. Coisl. primus προῆλθεν. Med. πλεῖον προῆλθεν. Paulo post deest τὸ in quinque mss. ante εἰρῆσθαι, non tamen deest in Coisl. primo et Med.

(86) *Ἐπιστήσομεν*. Coisl. primus ἐπεισείσομεν. Vat., Paris., Coisl. secundus et Reg. secundus ἐπισείσομεν.

(87) *Φερόμενοι*. Coisl. primus περιφερόμενοι. Paulo post deest in eodem codex et in Medicæo

Digitized by Google

rint, convertatur. Sed recipite et consilium nostrum, quod vobis in paternis visceribus damus, et religiosissimorum episcoporum dispensationem, quæ secundum Dei voluntatem facta est. Quin et exspectate nos, qui ubi advenerimus, si nobis Dominus faverit, quæcunque vestram pietatem per epistolam commonere non licuit, ea coram suggeremus, et ipsa re et opere, quantum in nobis erit, vos solari conabimur.

σθαί τι εἰς τὸ δημόσιον, καὶ γένηται μέν τις ἐντεῦθεν καταστροφὴ (88), περιτραπῇ δὲ τῶν γινομένων τὸ βάρος ταῖς κεφαλαῖς τῶν τὴν αἰτίαν παρασχομένων. Ἀλλὰ δέξασθε καὶ τὴν ἡμετέραν συμβουλὴν ἐν πατρικοῖς ὑμῖν σπλάγχνοις προσαγομένην, καὶ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων οἰκονομίαν, κατὰ βούλησιν Θεοῦ γενομένην (89). Καὶ ἀναμείνατε καὶ ἡμᾶς, οἳ παραγενόμενοι, ἐὰν ὁ Κύριος ἡμῖν συνεργήσῃ, ὅσα οὐκ ἐνεχώρει διὰ τῆς ἐπιστολῆς παρακαλέσαι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, δι' ἑαυτῶν πιραινέσομεν, καὶ τὴν ἐνδεχομένην παραμυθίαν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπαγαγεῖν ὑμῖν πειρασόμεθα.

EPISTOLA CCXXVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΗ'.

Laudat Coloniæ magistratus, quod res ecclesiasticas non negligant : mœrentes discessu episcopi sui hortatur, ut matri Nicopoli communem parentem cedant, qui eos regere non desinet, ac temporum difficultate considerata, episcopis ignoscant, qui hoc consilium necessitate adducti ceperunt. Promittit majus solatium eorum quæ facta fuerant, si Dominus dederit, ut ad eos veniat.

Coloniæ magistratibus.

Πολιτευομένοις Κολωνείας.

Accepi litteras dignitatis vestræ, et gratias egi Deo sanctissimo, quod rerum publicarum curis occupati, ecclesiasticas haud parvi penditis ; sed de iis unusquisque velut de proprio negotio et ex quo vita sua pendeat, ita solliciti fuistis mihique scripsistis mœrentes discessu religiosissimi episcopi vestri Euphronii : quem non abstulit vobis Nicopolis, sed si ex jure ageret, suum proprium recepisse se diceret ; sed liberalius agens, vocem edet teneræ matri decoram, se communem vobiscum patrem habituram, qui ex parte utrisque de sua communicabit gratia : neque illos quidquam pati sinet ab adversariorum incursibus, neque vos consueta sollicitudine privabit. Igitur et temporis difficultatem considerantes, et œconomiæ necessitatem prudenter intelligentes, episcopis ignoscite, qui hanc viam ad constituendum Domini nostri Jesu Christi Ecclesiarum ordinem inierunt ; vobis autem ipsi ea suggerite, quæ viris et perfecta propria intelligentia præditis, et amantium consilia ad usus suos adjungere scientibus congruant. Vos enim verisimile est multa eorum quæ commoventur ignorare, eo quod sitis in extrema Armenia constituti : nos vero qui mediis in rebus versamur, et quorum aures undique unoquoque die rumore eversarum ecclesiarum percutiuntur, valde anxii sumus, ne forte communis **352** hostis diuturnæ vitæ vestræ tranquillitati invidens, in vestris quoque locis sua ipsius zizania serere possit, cedatque et Armeniorum regio in escam adversariis. Sed nunc quidem tranquilli et quieti sitis, veluti boni vasis usum communem habere cum vicinis vestris non recusantes. Paulo post autem, si

Ἐδεξάμην τα γράμματα τῆς κοσμιότητος ὑμῶν, καὶ εὐχαρίστησα τῷ παναγίῳ Θεῷ, ὅτι, ἄσχολοι ὄντες περὶ τὴν μέριμναν τῶν δημοσίων, οὐκ ἐν παρέργῳ τίθεσθε τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν· ἀλλ' ἕκαστος, ὡς ὑπὲρ (90) ἰδίου πράγματος καὶ συνέχοντος αὐτοῦ τὴν ζωὴν, οὕτως ἐμερίμνησε, καὶ ἐπεστείλατε ἡμῖν ἀνιώμενοι ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν Εὐφρονίου· ὃν οὐκ ἀφεῖλετο ὑμῶν ἡ Νικόπολις, ἀλλὰ δικαιολογουμένη μὲν εἴποι ἄν, ὅτι τὸν οἰκεῖον ἀπέλαβε· θεραπευομένη δὲ φθέγξεται ὑμῖν φωνὴν μητρὶ φιλοστόργῳ πρέπουσαν, ὅτι κοινὸν ἕξει πρὸς ὑμᾶς τὸν πατέρα, ὃς ἐν μέρει ἑκατέροις τῆς ἑαυτοῦ μεταδώσει χάριτος, οὔτε ἐκείνους (91) ἐάσει τι παθεῖν ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιδρομῆς, καὶ ὑμᾶς τῆς συνήθους κηδεμονίας οὐκ ἀποστερήσει. Τοῦ τε οὖν καιροῦ τὴν χαλεπότητα λογισάμενοι, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἀναγκαῖον σώφρονι γνώμῃ καταμαθόντες, σύγγνωτε μὲν τοῖς ἐπισκόποις ἐπὶ ταύτην ἐλθοῦσι τὴν ὁδὸν τῆς καταστάσεως τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· παραινέσατε δὲ ἑαυτοῖς, ὃ πρέπει ἀνδράσι τέλειον μὲν τὸν οἰκεῖον νοῦν κεκτημένοις, εἰδόσι δὲ καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀγαπώντων ὑποθήκας προσίεσθαι. Ὑμᾶς μὲν γὰρ εἰκὸς πολλὰ τῶν κινουμένων ἀγνοεῖν, διὰ τὸ ἐν ἐσχατιᾷ τῆς Ἀρμενίας τετάχθαι· ἡμεῖς δὲ οἱ μέσοις ἐμβεβηκότες τοῖς πράγμασι, καὶ πανταχόθεν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰς ἀκοὰς βαλλόμενοι (92) τῶν καταστρεφομένων ἐκκλησιῶν ἐν πολλῷ ἀγῶνί ἐσμεν, μήποτε ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, τῇ μακρᾷ εἰρήνῃ τοῦ βίου ὑμῶν (93) βασκήνας, ἐπισπείραι δυνηθῇ τὰ ἑαυτοῦ ζιζάνια καὶ τοῖς καθ' ὑμᾶς τόποις, καὶ γένηται καὶ τὸ τῶν Ἀρμενίων μέρος κατάβρωμα τῶν ὑπεναντίων. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἡσυχάσατε, ὥσπερ σκεύους ἀγαθοῦ χρῆσιν

περὶ τούτων, quod in editis legebatur post φθέγξασθαι.

* Alias CCXC. Scripta anno 375.

(88) *Ἐντεῦθεν*. Tres mss. recentiores ἐνταῦθα.

(89) *Γενομένην*. Coisl. uterque et Reg. secundus γινομένην. Infra Coisl. primus ἐγχωρεῖ.

(90) *Ὡς ὑπέρ*. Ita omnes mss. Editi ὥσπερ.

(91) *Οὔτε ἐκείνους*. Codex Medicæus οὔτε ἐκείνοις.

(92) *Τὰς ἀκοὰς βαλλόμενοι*. Tres codices recentiores ταῖς ἀκοαῖς βαλλόμενοι.

(93) *Τοῦ βίου ὑμῶν*. Quatuor mss. τοῦ βίου ἡμῶν. Sed Coisl. primus et Med. cum editis consentiunt. Nihil mutandum esse inde patet, quod longa illa pax non ad Basilium, qui in ipso incendio versabatur, sed ad Coloniam referenda sit.

Digitized by Google

κοινὴν ἔχειν πρὸς τοὺς γείτονας ὑμῶν καταδεξάμενοι· μικρὸν δὲ ὕστερον, ἂν δῷ ὁ Κύριος τὴν ἐπιδημίαν ἡμῶν, καὶ τελεωτέραν παραμυθίαν τῶν γενομένων ἐκδέξεσθε (94), ἐὰν τοῦτο ὑμῖν ἀναγκαῖον καταφανῇ.

A Dominus dederit ut ad vos veniam, majus etiam eorum quæ facta sunt solatium accipietis, si modo id vobis necessarium videbitur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΘ'.

EPISTOLA CCXXIX*.

Spiritus sancti consilio factum esse non dubitat, quod apud eos factum fuerat. Laudat Pœmenii prudentiam et in re gestarum perficienda fortitudinem. Hortatur ne Colonienses irritent : spem effert se ad eos venturum.

Τοῖς κληρικοῖς Νικοπόλεως.

Clericis Nicopolitanis.

1. Καὶ παρ' ἑνὸς εὐλαβοῦς καὶ δευτέρου γενόμενον ἔργον πληροφορεῖ ἡμᾶς τῇ συμβουλίᾳ τοῦ Πνεύματος γίγνεσθαι. Ὅταν γὰρ μηδὲν ᾖ ἀνθρώπινον πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενον, μηδὲ σκοπῷ οἰκείας ἀπολαύσεως πρὸς τὰς ἐνεργείας ὁρμῶσιν οἱ ὅσιοι (95), ἀλλ' ὅ τι εὐάρεστον τῷ Θεῷ προθέμενοι, δῆλον, ὅτι B Κύριός ἐστιν ὁ τὰς καρδίας αὐτῶν κατευθύνων. Ὅπου δὲ ἄνδρες πνευματικοὶ τῶν βουλευμάτων κατάρχουσιν, ἕπεται δὲ τούτοις λαὸς Κυρίου ἐν συμφωνίᾳ τῆς γνώμης, τίς ἀμφιβαλεῖ μὴ οὐχὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκχέαντος (96), τὴν βουλὴν γεγενῆσθαι; Ὅθεν καὶ αὐτοὶ καλῶς εἰκάσατε τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ποιμένιον (97) κατὰ Θεὸν κεκινῆσθαι, ὃς καὶ ἐπέστη ὑμῖν ἐν καιρῷ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον τῆς παραμυθίας. Οὗ ἐγὼ οὐχὶ τὴν εὕρεσιν μόνον τοῦ συμφέροντος ἐπαινῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς γνώμης γενναῖον θαυμάζω, ὅτι, μὴ εἰς ὑπερθέσεις ἀγαγὼν τὸ πρᾶγμα, ἐξέλυσε μὲν τὴν σπουδὴν τῶν ἐπιζητούντων, ἔδωκε δὲ καιρὸν φυλακῆς τοῖς ἀντιποιουμένοις, C ἐπήγειρε δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἐφεδρευόντων, ἀλλ' εὐθὺς τῷ καλῷ βουλεύματι τὸ τέλος ἐπήγαγεν. Ὃν πανέστιον (98) φυλάξειεν ὁ Κύριος τῇ ἑαυτοῦ χάριτι (99), ὥστε τὴν Ἐκκλησίαν ὁμοίαν ἑαυτῇ διαμεῖναι ἐν τῇ ὁμοτίμῳ τοῦ προλαβόντος διαδοχῇ, καὶ μὴ δοῦναι χώραν τῷ πονηρῷ, ὃς νῦν, εἴπερ ποτέ, τῇ καταστάσει τῶν Ἐκκλησιῶν δυσχεραίνει.

1. Quod ve. ao uno aut altero homine pio factum est, id nobis certo persuadet, rem consilio Spiritus fieri. Etenim ubi nihil humani ob oculos positum, neque studio proprii commodi ad agendum sancti feruntur, sed quod Deo gratum est, sibi proponunt ; liquet Dominum esse, qui eorum corda dirigit. Cum autem spirituales viri consiliorum auctores sunt, eosque sequitur plebs Domini concordi sententia, quis dubitabit, quin communicatione Domini nostri Jesu Christi, qui suum sanguinem pro Ecclesiis effudit, consilium captum sit? Unde et ipsi recte existimastis religiosissimum fratrem nostrum et comministrum Pœmenium divinitus fuisse permotum : qui et adfuit vobis opportune, et hanc consolandi rationem invenit. Quem quidem ego non solum ob rem utilem excogitatam laudo, sed animi etiam fortitudinem admiror ; quod nequaquam dilationibus rem protrahens, debilitaverit efflagitantium studium, dederitque tempus adversariis sibi providendi, ac insidiatorum insidias exsuscitaverit, sed confestim præclarum consilium ad exitum perduxerit. Quem quidem cum omni familia custodiat Dominus gratia sua, ut Ecclesia sui similis permaneat in successione non degenere ab antecessoris virtute, nec detur locus maligno, qui nunc, si unquam alias, ægre fert præclarum Ecclesiarum statum.

2. Τοὺς δὲ ἐν Κολωνείᾳ ἀδελφοὺς πολλὰ μὲν καὶ ἡμεῖς παρεκαλέσαμεν διὰ γραμμάτων· καὶ ὑμεῖς δὲ ἀποδέχεσθαι αὐτῶν ὀφείλετε τὴν διάθεσιν μᾶλλον ἢ παροξύνειν αὐτοὺς, ὡς διὰ σμικρότητα παροφθέντας, μηδὲ τῇ κοταφρονήσει προάγειν αὐτοὺς εἰς φιλονεικίαν. Διότι πεφύκασί πως οἱ φιλονεικοῦντες ἀβουλότεροι γίνεσθαι, καὶ πολλὰ τῶν ἰδίων κακῶς διατίθεσθαι ὑπὲρ τοῦ λυπῆσαι τοὺς ἐναντιουμένους. Οὐ- D δεὶς δὲ οὕτω μικρὸς ὡς μὴ δύνασθαι νῦν κακῶν μεγάλων ἀφορμὴν παρασχεῖν τοῖς ἐθέλουσιν ἀφορμήν. Καὶ τοῦτο οὐ στοχαζόμενοι λέγομεν, ἀλλὰ πείρᾳ κακῶν οἰκείων δεδιδαγμένοι, ἃ παραγάγοι ὁ Θεὸς ταῖς ὑμετέραις προσευχαῖς (1). Συνεύξασθε δὲ καὶ ἡμῖν τὴν εὐ-

2. Fratres autem qui in Colonia sunt, pluribus quidem et nos adhortati sumus per litteras : sed et vos debetis eorum studium probare magis, quam quasi ob tenuitatem contemptos irritare, aut contemptu ad contentionem provocare. Solent enim qui contendunt, inconsultius se gerere, et multis rebus suis male consulere, ut molestiam exhibeant adversariis. Nemo autem adeo parvus est, qui nunc non possit magnorum malorum occasionem subministrare iis, qui occasionem quærunt. Neque id ex conjecturis dicimus, sed experientia propriorum malorum edocti, quæ **353** Deus precibus vestris avertat. Simul autem

(94) *Τῶν γενομένων.* Hæc addidimus ex mss. quinque. Coisl. primus ibidem δέξεσθε. Quatuor alii ἐκδέξασθε. Medicæus δέξασθε. Solatii autem nomine his in locis intelligitur remedium quoddam et temperamentum, ut in difficilibus et molestis rebus. Vide Notas ad epist. 126.

(95) *Οἱ ὅσιοι.* Ita mss. omnes, uno Bigotiano excepto, qui ad marginem habet οἱ ὅσιοι, et in textu, ut editi οἱ ἅγιοι. Ibidem Paris., Bigot. et Vat. ἀλλ' ἢ τοῦ εὐαρεστεύειν. Duo alii ἀλλ' ἢ τὸ εὐαρεστεύειν. Consentit cum editis Coisl. primus.

(96) *Ἐκχέαντος.* Ita mss. septem. Edit. ἐκχέοντος.

(97) *Ποιμένιον.* Addidimus hoc nomen ex octo mss.

(98) *Πανέστιον.* Male interpres *Panestium.*

(99) *Χάριτι.* Coisl. secundus, Reg. secundus et Bigot. χρηστότητι.

(1) *Προσευχαῖς.* Coisl. primus et Med. εὐχαῖς.

* Alias CXCIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

et nobis prosperum iter precemini, ut advenientes vobiscum gaudeamus de præsenti pastore, nosque mutuo de obitu communis patris nostri consolemur.

οδίαν (2), ἵνα παραγενόμενοι ἐφησθῶμεν (3) ὑμῖν ἐπὶ τῷ παρόντι ποιμένι, καὶ συμπαρακληθῶμεν ἐπὶ τῇ ἀναχωρήσει τοῦ κοινοῦ πατρὸς ἡμῶν.

EPISTOLA CCXXX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛ'.

Magistratus Nicopolis hortatur ut, cum impletum sit quod penes episcopos erat, jam ipsi confirment id quod ab episcopis constitutum est, et, eorum opera, omnium et in urbe et rure consensus in suscipiendo episcopo et repellendis externis tentationibus conspiret. Summum desiderium significat invisendæ Ecclesiæ Nicopolitanæ, quam rectæ doctrinæ metropolim vocat.

Magistratibus Nicopolitanis.

Ecclesiasticæ œconomiæ ab iis quidem fiunt, quibus Ecclesiarum commissa sunt gubernacula : sed a plebe confirmantur. Quare quod penes religiosissimos episcopos erat, impletum est : quod autem reliquum est, jam ad vos spectat, si velitis prompto animo complecti datum vobis episcopum, et tentationes externas strenue repellere. Nihil enim adeo pudorem incutit sive potestatibus, sive reliquis, quicunque invident vestræ tranquillitati, ut concors in datum episcopum amor, et in resistendo firmitas. Id enim illos in desperationem conjicit nefarii omnis conatus, si viderint artificia sua neque a clero neque a plebe admitti. Quo ergo in bonum estis animo, date operam, ut eodem civitas animetur ; et tum populos, tum omnes rure degentes, ut par est, alloquimini ; bona eorum proposita roborantes, adeo ut vera vestra in Deum charitas omnium fama celebretur. Utinam autem nos quoque digni habeamur, qui veniamus aliquando ad vos, et Ecclesiam pietatis altricem invisamus : quam ut rectæ doctrinæ metropolim veneramur, quod jamdudum a viris perquam venerandis, et Dei electis, atque amplectentibus eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, gubernetur : quibus dignum esse eum, qui nunc designatus est, et vos judicastis, et nos consensimus. Tantum Dei gratia custodiamini, qui et prava inimicorum consilia dissolvat, et robur ac constantiam vestris animis ad ea, quæ præclare decreta sunt, tuenda inspiret.

Πολιτευομένοις Νικοπόλεως (4).

A νυν ἑαυτοῖς συμβουλεύομεν (15), ταῦτα καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν γράφομεν· ὅτι πολλοῖς συνέβη ταῦτα, ἃ καὶ ὑμῖν· καὶ οὐ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ μυρία τῶν τοιούτων τὰ ὑποδείγματα· τὰ μὲν ἐγγράφως αἱ ἱστορίαι καταλελοίπασι, τὰ δὲ τῇ ἀγράφῳ μνήμῃ παρὰ τῶν εἰδότων διεδεξάμεθα· ὅτι καὶ κατὰ ἄνδρα ἕκαστον, καὶ κατὰ πόλεις πειρασμοὶ περιέσχον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας. Ἀλλ' ὅμως παρῆλθε πάντα, καὶ οὐδὲν τῶν σκυθρωπῶν ἀθάνατον ἔσχε τὸ λυπηρόν. Ὡς γὰρ (16) αἱ χάλαζαι, καὶ οἱ χείμαῤῥοι, καὶ ὅσα τῶν κακῶν αὐτοσχέδια, τὰ μὲν μαλακὰ ῥᾳδίως ἔβλαψε καὶ διελυμήνατο, τοῖς δὲ ἀντιτύποις περιτυχόντα ἔπαθέ τι μᾶλλον ἢ ἔδρασεν· οὕτω καὶ οἱ B λάβροι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας πειρασμοὶ κινηθέντες ἀσθενέστεροι τοῦ στερεώματος τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διεδείχθησαν. Ὡς οὖν παρῆλθε τῆς χαλάζης τὸ νέφος, καὶ παρερρύη τὴν χαράδραν ὁ χείμαῤῥος (τὸ μὲν γὰρ εἰς αἰθρίαν διελύθη, ὁ δὲ ἐνηφανίσθη τῷ βυθῷ, ξηρὰν καὶ ἄνικμον τὴν ὁδὸν δι' ἧς ἐῤῥύη καταλιπών)· οὕτω καὶ τὰ νῦν ἡμᾶς χειμάζοντα μικρὸν ὕστερον οὐκ ἔσται. Μόνον ἐὰν καταδεξώμεθα μὴ τὸ παρὸν ὁρᾷν, ἀλλὰ τοῖς μικρὸν πορρώτερῳ ταῖς ἐλπίσιν ἐνατενίζειν.

2. Εἴτε οὖν βαρὺς ὁ πειρασμὸς, ἀδελφοὶ, ὑπομείνωμεν τὰ ἐπίπονα· οὐδεὶς γὰρ μὴ πληγεὶς ἐν ἀγῶσι, μηδὲ κονισάμενος, στεφανοῦται· εἴτε κοῦφα ταῦτα τοῦ διαβόλου τὰ παίγνια, καὶ οἱ ἐπιπεμφθέντες ἡμῖν, ὀχλητροὶ μὲν, διότι τούτου (17) εἰσὶν ὑπηρέται, εὐκαταφρόνητοι δὲ, ὅτι τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν ὁ C Θεὸς ἀδυναμίαν συνῆψε· φυλαξώμεθα τὴν κατάγνωσιν, ὡς ἐπὶ μικροῖς παθήμασι μεγάλα ὀδυρόμενοι. Ἔν γάρ ἐστιν ὀδύνης ἄξιον, ἡ αὐτοῦ ἐκείνου ἀπώλεια, τοῦ τῆς προσκαίρου ἕνεκεν δόξης (εἴπερ οὖν δόξαν χρὴ λέγειν τὸ δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν) τῆς αἰωνίας τῶν δικαίων τιμῆς ἑαυτὸν ἀποστερήσαντος. Τέκνα ὁμολογητῶν, καὶ τέκνα μαρτύρων ἐστὲ, τῶν μέχρις αἵματος ἀντικαταστάντων πρὸς τὴν ἁμαρτίαν. Τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χρησάσθω ὑποδείγμασι πρὸς τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν (18). Οὐδεὶς ἡμῶν (19) πληγαῖς κατεξάνθη, οὐδενὸς οἶκος ἐδημεύθη· οὐ τὴν ὑπερορίαν ᾠκήσαμεν, οὐ δεσμωτήριον ἐγνωρίσαμεν. Τί πεπόνθαμεν δεινόν; εἰ μὴ τάχα τοῦτο λυπηρὸν, ὅτι D μηδὲν πεπόνθαμεν, μηδὲ ἐνομίσθημεν ἄξιοι τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Εἰ δὲ ὅτι ὁ δεῖνα τὸν οἶκον κατέχει τῆς προσευχῆς, ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ προσκυνεῖτε τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Δεσπότην, τοῦτο ὑμᾶς ἀνιᾷ, ἐνθυμήθητε (20), ὅτι οἱ μὲν ἑνδεκα μαθηταὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ ἦσαν ἀποκεκλεισμένοι, οἱ

(15) *Συμβουλεύομεν*. Codex Med. βουλεύομεν.

(16) *Ὡς γάρ*. Posterior vocula addita ex Reg. secundo et Coisl. secundo. Illud autem ὅσα τῶν κακῶν αὐτοσχέδια interpretandum putat Combefisius, *quæcunque mala subito accidunt*, sed mihi videtur Basilius ea αὐτοσχέδια vocare, ut opponantur iis, quæ hominum malitia inferuntur.

(17) *Διότι τούτου*. Med. διότι τοιοῦτοι. Tres alii codices διότι τοιούτου.

(18) *Ἔνστασιν*. Male Combefisius vertendum pronuntiat, *adversus vim*, quæ pietati infertur.

(19) *Ἡμῶν*. In tota hac verborum complexione primam personam apposuimus, quia sic reperimus in sex mss. codicibus. Editi ὑμῶν, et sic deinceps ᾠκήσατε .. ἐνομίσθητε.

(20) *Ἐνθυμήθητε*. Editi apponunt hic ἀδελφοί. Sed ea vox deest in sex codicibus mss.

Digitized by Google

δὲ σταυρώσαντες τὸν Κύριον ἐν τῷ περιβοήτῳ ναῷ τὴν Ἰουδαϊκὴν λατρείαν ἐπλήρουν. Ἰούδας γὰρ, τὸν ἐπ' ἀγχόνης θάνατον τοῦ μετ' αἰσχύνης ζῆν προτιμήσας, ἔδειξε τάχα τῶν νῦν ἀπερυθριασάντων (21) πρὸς πᾶσαν ἀνθρώπων κατάγνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀναιδῶς πρὸς τὰ αἰσχρὰ διακειμένων, ἑαυτὸν αἱρετώτερον.

3. Μόνον μὴ ἐξαπατηθῆτε ταῖς ψευδολογίαις αὐτῶν (22) ἐπαγγελλομένων ὀρθότητα πίστεως. Χριστέμποροι γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ οὐ Χριστιανοὶ, τὸ ἀεὶ αὐτοῖς κατὰ τὸν βίον τοῦτον λυσιτελοῦν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ζῆν προτιμῶντες. Ὅτε ἐνόμισαν κτᾶσθαι τὴν κενὴν ταύτην ἀρχὴν, προσέθεντο τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Χριστοῦ· ὅτε εἶδον τοὺς λαοὺς ἀγριαίνοντας, σχηματίζονται πάλιν τὴν ὀρθότητα. Οὐκ οἶδα ἐπίσκοπον, μηδὲ ἀριθμήσαιμι ἐν ἱερεῦσι Χριστοῦ τὸν παρὰ τῶν βεβήλων χειρῶν ἐπὶ καταλύσει τῆς πίστεως εἰς προστασίαν προβεβλημένον. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐμὴ κρίσις. Ὑμεῖς δὲ εἴ τινα ἔχετε μεθ' ἡμῶν μερίδα, ταυτὰ ἡμῖν φρονήσετε δηλονότι· εἰ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν (23) βουλεύεσθε, τῆς ἰδίας γνώμης ἕκαστος κύριός ἐστιν, ἡμεῖς ἀθῷοι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου. Ταῦτα δὲ ἔγραψα, οὐχ ὑμῖν ἀπιστῶν, ἀλλὰ τό τινων ἀμφίβολον στηρίζων ἐκ τοῦ γνωρίσαι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην, ὡς μὴ προληφθῆναί (24) τινα εἰς κοινωνίαν, μηδὲ τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐπιβολὴν δεξαμένους, μετὰ ταῦτα εἰρήνης γενομένης, βιάζεσθαι ἑαυτοὺς ἐναριθμεῖν τῷ ἱερατικῷ πληρώματι. Πάντα τὸν κλῆρον, τόν τε κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς παροικίας, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ φοβουμένου τὸν Κύριον, ἀσπαζόμεθα δι' ὑμῶν (25).

plo cultum Judaicum adimplerent. Judas enim qui suspendio interire maluit, quam cum dedecore vivere, forsitan iis qui nunc ad omnem hominum condemnationem sine rubore sese obfirmant, et idcirco impudentiam ad turpia præ se ferunt meliorem se exhibuit.

3. Tantum ne decipiamini illorum mendaciis, dum rectam fidem præ se ferunt. Christi enim mercatores ejusmodi homines, non Christiani; semper id, quod ipsis in hac vita utile est, vitæ ad veritatem accommodatæ anteponentes. Cum speraverunt adepturos se inanem illum principatum, adjunxerunt se inimicis Christi: ubi populos ira efferatos vident, rursus rectam fidem simulant. Non agnosco episcopum, nec numerarim inter Christi sacerdotes eum qui a profanis manibus ad eversionem fidei principatum accepit. Hoc meum est judicium. Vos autem si quam partem mecum habetis, eadem utique ac ego, sentietis: sin autem vobis ipsi seorsum consilium capitis, suæ quisque sententiæ dominus est, nos ab hoc sanguine insontes sumus. Hæc autem scripsi, non quod vobis diffidam, sed ut nonnullorum dubitationem significatione meæ sententiæ confirmem, ne qui communione præoccupentur, neve, accepta ab eis manus impositione, postea pace reddita, vim faciant, ut in sacrato cœtu recenseantur. Clerum omnem tum qui in urbe, tum qui in parœcia una cum omni populo Dominum timente per vos salutamus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΑ'.

EPISTOLA CCXLI *.

Rationem reddit Basilius, cur sæpe in litteris res molestas Eusebio nuntiet, nempe ut se ipse sublevet gemendo, et Eusebium ad intentiorem pro Ecclesia precem excitet.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Οὐχ ὥστε πλείους ποιῆσαι τὰς ἀθυμίας, τῶν δυσχερῶν πολλάκις ἐν τοῖς πρὸς τὴν τιμιότητά σου γράμμασιν οὐ φειδόμεθα, ἀλλ' ὥστε ἑαυτοῖς τέ τινα (26) παραμυθίαν δοῦναι διὰ τῶν στεναγμῶν, οἵ πεφύκασί πως τὸ ἐν τῷ βάθει ἀλγεινὸν διαφορεῖν, ὅταν γίνωνται· καὶ τὴν σὴν μεγαλόνοιαν πρὸς ἐκτενεστέραν τὴν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν εὐχὴν παρορμῆσαι. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ηὔχετο μὲν ἀεὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ δηλονότι· ὅτε μέντοι πρὸς τὸν Ἀμαλὴκ ἀγὼν αὐτῷ συνειστήκει, οὐ καθῆκε τὰς χεῖρας ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας· ἀλλ' ἡ ἔκτασις τῶν χειρῶν τοῦ ἁγίου τῷ τέλει τῆς μάχης συναπηρτίζετο.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Non ut mœrorem augeam, sæpe rerum molestarum in datis ad tuam dignitatem litteris non parce memini, sed ut et mihi ipse solatium feram per gemitus, qui solent quodammodo intimum dolorem dissolvere, dum erumpunt; et magnum animum tuum ad intentiorem pro Ecclesiis precem excitem. Nam et Moses semper quidem pro populo orabat: at cum pugnam cum Amalec committeret, non remisit manus ab aurora ad vesperam [81]; sed sancti manuum extensio non alio, quam pugna, terminata est fine.

[81] Exod. XVII, 12.

(21) Ἀπερυθριασάντων. Ita mss. quinque. Editi ἀπερυθριαζόντων.

(22) Αὐτῶν. Ita iidem sex mss. Editi ἀνθρώπων.

(23) Ἐφ' ἑαυτῶν. Ita Coisl. primus cum tribus aliis. Editi ἀφ' ἑαυτῶν.

(24) Μὴ προληφθῆναί τινα. Paris. et Reg. secundus μὴ προληφθῆναί τινας. Ibidem editi χειρὸς αὐτοῦ. Coisl. uterque et Regius uterque ut in textu.

(25) Δι' ὑμῶν. Med., Coisl. uterque et Reg. secundus διὰ σοῦ.

(26) Ἑαυτοῖς τέ τινα. Coisl. secundus et Reg. secundus τινὰ ἑαυτοῖς. Harl. αὐτοῖς.

* Alias CCXL. Scripta anno 376.

Digitized by Google

371 EPISTOLA CCXLII *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΒ.

Orientales inter molestissimas procellas spem suam in Deo collocant; mirantur nihil adhuc auxilii ab Occidentalibus venisse; brevi malorum suorum descriptione conantur eos ad opem ferendam excitare.

Occidentalibus.

A

Τοῖς δυτικοῖς (27).

1. Cum Deus sanctus exitum ex omni afflictione his, qui in ipsum sperant, promiserit, quamvis in medio malorum pelago deprehensi simus, ac procellis, quæ a spiritibus nequitiæ in nos excitatæ sunt, probemur; tamen resistimus in Christo nos corroborante, nec dissolvimus vigorem nostri in Ecclesias studii, neque veluti fluctibus in tempestate prævalentibus salutem desperantes, interitum exspectamus: sed adhuc quantum possumus, studium retinemus, haud nescii eum etiam qui a ceto voratus fuerat, eo quod de se non desperaverit, sed clamaverit ad Dominum, salutem esse consecutum. Ita sane et ipsi in extremum collapsi malorum, spem in Domino collocare non desinimus: sed undique illius opem circumspicimus. Unde ad vos quoque, fratres nobis perquam colendi, nunc respeximus, quos sæpe quidem ærumnarum tempore nobis in conspectum prodituros speravimus: sed ea spe dejecti, nos etiam diximus ad nosmetipsos: *Expectavi, qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inveni* [83]. Sunt enim ejusmodi calamitates nostræ, ut ad vestri etiam orbis terminos pervenerint; et quoniam patiente uno membro, patiuntur simul membra omnia [83], decebat sane ut nobiscum, jam diu laborantibus, misericordia vestra simul doleret. Non enim locorum vicinitas, sed spiritus conjunctio necessitudinem facere solet, quam quidem nobis cum vestra dilectione intercedere credimus.

1. Θεοῦ τοῦ ἁγίου τὴν ἐκ πάσης θλίψεως διέξοδον τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν ὑποσχομένου, εἰ καὶ ἐν μέσῳ πελάγει κακῶν ἀπελήφθημεν (28), καὶ τρικυμίαις παρὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐγειρομέναις (29) ἡμῖν βασανιζόμεθα, ὅμως ἀντέχομεν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι ἡμᾶς Χριστῷ, καὶ οὐ παρελύσαμεν τὸν τόνον τῆς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν σπουδῆς, οὐδὲ, ὥσπερ ἐν χειμῶνι τοῦ κλύδωνος ὑπερέχοντος ἀπογνόντες τῆς σωτηρίας, τὴν διάλυσιν ἀναμένομεν· ἀλλ' ἔτι ἐχόμεθα τῆς ἐνδεχομένης ἡμῖν σπουδῆς, εἰδότες, ὅτι καὶ ὁ καταποθεὶς ὑπὸ τοῦ κήτους, διὰ τὸ μὴ ἀπογνῶναι ἑαυτοῦ, ἀλλὰ βοῆσαι πρὸς Κύριον, τῆς σωτηρίας κατηξιώθη. Οὕτω δὴ καὶ αὐτοί, πρὸς ἔσχατον ἥκοντες τῶν κακῶν, τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος B οὐκ ἀφιέμεθα (30)· ἀλλὰ πανταχόθεν αὐτοῦ περισκοπούμεθα τὴν βοήθειαν. Ὅθεν καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀπεβλέψαμεν νῦν, τιμιώτατοι ἡμῖν ἀδελφοί, οὓς πολλάκις μὲν ἐν καιρῷ τῶν θλίψεων ἐπιφανήσεσθαι ἡμῖν προσεδοκήσαμεν· ἀποπεσόντες δὲ τῆς ἐλπίδος, εἴπομεν πρὸς ἑαυτοὺς καὶ ἡμεῖς, ὅτι *Ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐκ ὑπῆρξε, καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐκ εὗρον.* Τοιαῦτα γὰρ ἡμῶν τὰ παθήματα, ὡς καὶ τῶν περάτων ἐφικέσθαι τῆς καθ' ἡμᾶς (31) οἰκουμένης· καὶ εἴπερ πάσχοντος μέλους ἑνὸς συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, ἔπρεπε δήπου καὶ ἡμῖν ἐν πολλῷ χρόνῳ πεπονηκόσι συνδιατεθῆναι τὴν εὐσπλαγχνίαν ὑμῶν. Οὐ γὰρ ἡ τῶν τόπων ἐγγύτης, ἀλλ' ἡ κατὰ πνεῦμα συνάφεια ἐμποιεῖν πέφυκε τὴν οἰκείωσιν, ἣν ἡμῖν εἶναι πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν πεπιστεύκαμεν. C

2. Qui fit igitur, ut non litteræ consolationis, non fratrum visitatio, non aliud quidquam eorum, quæ nobis ex dilectionis lege debentur, evenerit? Jam enim annus decimus tertius est, ex quo hæreticum in nos bellum exortum est; in quo plures evenerunt Ecclesiis afflictiones, quam evenisse memorantur, ex quo Evangelium Christi annuntiatur. Quas quidem singulas recensere vobis nolumus, ne sermonis nostri debilitas malorum evidentiam enervet: simul etiam non existimamus

2. Τί δήποτε οὖν οὐ (32) γράμμα παρακλήσεως, οὐκ ἀδελφῶν ἐπίσκεψις, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὀφειλομένων ἡμῖν παρὰ τοῦ θεσμοῦ τῆς ἀγάπης γεγένηται; Τρισκαιδέκατον γὰρ ἔτος ἐστὶν, ἀφ' οὗ ὁ αἱρετικὸς ἡμῖν πόλεμος ἐπανέστη· ἐν ᾧ πλείους γεγόνασι ταῖς Ἐκκλησίαις αἱ θλίψεις τῶν μνημονευομένων ἀφ' οὗ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καταγγέλλεται. Ὧν τὰ καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι (33) ὑμῖν παραιτούμεθα, μή ποτε τὸ τοῦ λόγου ἡμῶν ἀσθενὲς τὴν ἐνάργειαν (34) τῶν κακῶν ὑπεκλύσῃ· καὶ ἅμα οὐδὲ (35) ἡγούμεθα ὑμᾶς

[83] Psal. LXVIII. 25. [83] I Cor. XII, 26.

* Alias CLXXXII. Scripta anno 376.

(27) *Τοῖς δυτικοῖς.* Sic Coisl. uterque, Med., Harl. et Vat. Editi: Δυτικοῖς ἐπισκόποις ὥστε συν- D ἀρασθαι ταῖς Ἐκκλησίαις ἀνατολῆς καμνούσαις τῷ Ἀρειανικῷ διωγμῷ, *Occidentalibus episcopis ut opem ferunt Ecclesiis Orientalibus Ariana persecutione vexatis.*

(28) *Ἀπελήφθημεν.* Coisl. secundus et Reg. secundus. ἀπελείφθημεν.

(29) *Ἐγειρομέναις.* Ita sex mss. Editio 1 Paris. ἐπαγειρομέναις. Coisl. primus et editio 2 Paris. ἐπεγειρομέναις.

(30) *Ἀφιέμεθα.* Harl. ἀφιστάμεθα. Ibidem editi ἐπισκοπούμεθα. Septem codices mss. ut in textu. Non multo post Harl. et alii nonnulli ὑπῆρχε.

(31) *Τῆς καθ' ἡμᾶς.* Quamvis omnes codices mss. et editi sic habeant, legendum tamen puto τῆς καθ' ὑμᾶς, ut in epistola sequenti, τῷ κρατοῦντι τῆς καθ' ὑμᾶς οἰκουμένης, *Imperatori orbis vestri.* Si Basilius dixisset τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, Orientem designasset: vel ergo legendum καθ' ὑμᾶς, vel simpliciter τῆς οἰκουμένης, ut in epist. 92, n. 1, ubi Orientales dicunt calamitatum suarum famam etiam ad terminos orbis pervenisse, καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης.

(32) *Τί δήποτε οὖν οὐ.* Ita mss. et 2 editio Paris. Prima habet Τί δήπω οὖν γράμμα. Ibidem Harl. γράμματα.

(33) *Διηγεῖσθαι.* Med. et Coisl. primus τὰ καθ' ἕκαστα διηγήσασθαι.

(34) *Ἐνάργειαν.* Codex Harlæanus habet ἐνέργειαν.

(35) *Καὶ ἅμα οὐδέ.* Ita sex mss. Editi habent οὐδέν.

Digitized by Google

διδασκαλίας προσδεῖσθαι, τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων πάλαι τῇ φήμῃ δεδιδαγμένους. Κεφάλαιον δὲ τοῦ κακοῦ· οἱ λαοὶ, τοὺς τῶν προσευχῶν καταλιπόντες οἴκους, ἐν ταῖς ἐρήμοις (36) συνάγονται. Θέαμα ἐλεεινὸν, γυναῖκες, καὶ παιδία, καὶ γέροντες, καὶ οἱ ἄλλως (37) ἀσθενεῖς, ἐν ὄμβροις λαβροτάτοις, καὶ νιφετοῖς καὶ ἀνέμοις καὶ παγετῷ τοῦ χειμῶνος, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν θέρει ὑπὸ τὴν φλόγα τοῦ ἡλίου ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ταλαιπωροῦντες. Καὶ ταῦτα πάσχουσι διὰ τὸ τῆς πονηρᾶς ζύμης Ἀρείου γενέσθαι (38) μὴ καταδέχεσθαι.

A necesse esse vos docere, cum veritatem rerum jamdudum fama didiceritis. Summa autem mali hæc est: plebs relictis precum domibus, in desertis locis congregatur. Spectaculum miserabile; mulieres, pueri, senes, et qui aliter infirmi sunt, inter imbres vehementissimos, nives, ventos, hiemalem **372** glaciem, similiter quoque per æstatem inter solis ardorem sub dio misere persistunt. Atque hæc patiuntur, quod nolint pravi Arii fermenti participes fieri.

3. Πῶς ἂν ὑμῖν ταῦτα λόγος ἐναργῶς παραστήσειεν, εἰ μὴ αὐτὴ (39) ἡ πεῖρα καὶ ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν θέα κινήσειεν ὑμᾶς πρὸς συμπάθειαν; Ὥστε παρακαλοῦμεν ὑμᾶς νῦν γοῦν χεῖρα ὀρέξαι ταῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις εἰς γόνυ κλιθείσαις ἤδη, καὶ ἀποστεῖλαί τινας τοὺς τῶν μισθῶν ὑπομιμνήσκοντας τῶν ἀποκειμένων ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὁ συνήθης λόγος ἐνεργεῖν πέφυκεν, ὅσον ἡ ξένη φωνὴ ἐμποιεῖν τὴν παράκλησιν, καὶ ταῦτα παρὰ ἀνδρῶν γινομένη πανταχοῦ (40) ἐπὶ τοῖς καλλίστοις τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι γνωριζομένων, ὁποίους ὑμᾶς ἡ φήμη πᾶσιν ἀνθρώποις περιαγγέλλει (41), ἀτρώτους κατὰ τὴν πίστιν διαμείναντας, ἄσυλον τὴν ἀποστολικὴν παραθήκην διαφυλάξαντας. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα· ἀλλ' ἔχομέν τινας ἐπιθυμίᾳ δόξης, καὶ τῇ μάλιστα καταστρεφούσῃ Χριστιανῶν ψυχὰς φυσιώτει, καταθαρρήσαντάς (42) τινων καινοτομίας ῥημάτων, ὅθεν αἱ Ἐκκλησίαι σαθρωθεῖσαι, ὥσπερ ἀγγεῖα ἀραιωθέντα, τὴν αἱρετικὴν διαφθορὰν εἰσρυεῖσαν ἐδέξαντο. Ἀλλ' ὑμεῖς, ὦ ἀγαπητοὶ ἡμῖν καὶ περιπόθητοι, γένεσθε τῶν μὲν τραυματιῶν ἰατροὶ, τῶν δὲ ὑγιαινόντων παιδοτρίβαι· τὸ μὲν νενοσηκὸς ὑγιάζοντες (43), τὸ δὲ ὑγιαῖνον ἀλείφοντες εἰς εὐσέβειαν.

3. Quomodo hæc vobis oratio clare exprimat, nisi experientia ipsa et spectaculum rei ob oculos positæ excitet vos ad commiserationem? Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem porrigatis manum Orientalibus Ecclesiis jam in genua inclinatis, et mittatis, qui admoneant de reservatis ob mala pro Christo tolerata præmiis. Non enim tantum consueta oratio efficere, quantum peregrina vox solet afferre solatii, præsertim ab hominibus veniens ubique præclarissimam in partem Dei gratia cognitis, quales vos fama omnibus hominibus annuntiat, ut qui permanseritis fide illæsi, apostolicumque depositum inviolabile servaveritis. At non ita res nostræ se habent; sed apud nos sunt qui gloriæ desiderio, et maxime evertente animas Christianorum tumore, effutierunt quorumdam novitatem verborum: unde Ecclesiæ quassatæ, quasi vasa quædam luxata, influentem hæreticam corruptelam receperunt. Sed vos, o dilectissimi nobis ac optatissimi, sauciorum quidem sitis medici, sanorum vero hortatores; quod ægrotum est ad sanitatem revocantes, et quod sanum incitantes ad pietatem.

B

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΓ'.

EPISTOLA CCXLIII'.

Occidentalium opem implorat Basilius ac non solum Orientis malorum descriptione eos tangere conatur, sed etiam periculum esse docet ne incendium Occidentem pervadat; unde quanta sit blasphemiæ impietas et licentia exponit. Legatus missus Dorotheus, cum episcopis ob metum hostium abesse non liceret.

Πρὸς Ἰταλοὺς (44) *καὶ Γάλλους ἐπισκόπους, περὶ τῆς καταστάσεως καὶ συγχύσεως τῶν Ἐκκλησιῶν.*

Ad episcopos Italos et Gallos, de perturbatione ac confusione Ecclesiarum.

1. Τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλεστάτοις καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς καὶ ὁμοψύχοις συλλειτουργοῖς, τοῖς κατὰ τὴν Γαλλίαν καὶ Ἰταλίαν ἐπισκόποις, Βασίλειος

1. Vere religiosissimis ac charissimis fratribus et unanimis comministris Galliæ et Italiæ episcopis, Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus. Do-

D

(36) *Ἐρήμοις*. Med. et Coisl. primus ἐρημίαις.

(37) *Οἱ ἄλλως*. Med. et Coisl. primus οἱ ἄλλοι. *Et alii infirmi*. Paulo post editi ἐν νιφετοῖς. Deest præpositio in mss. codicibus.

(38) *Γενέσθαι*. Codex Bigotianus a Combefisio citatus et Paris. secunda manu habent γεύεσθαι, *quod nolint pravum Arii fermentum gustare*. Sed simili sensu Basilius in epist. 250: Σύγγνωθι ἡμῖν μὴ καταδεχομένοις τῆς ζύμης γενέσθαι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, *Ignosce nobis, si committere nolimus, ut fermenti eorum, qui aliter docent, participes simus.*

(39) *Εἰ μὴ αὐτὴ*. Coisl. primus et Med. ἐὰν μὴ αὐτή.

(40) *Πανταχοῦ*. Deest in Harl., Vat., Reg. secundo, Coisl. secundo et altero Bigot.

(41) *Περιαγγέλλει*. Ita Harl., Coisl. uterque et Regius uterque. Editi παραγγέλλει.

(42) *Καταθαρρήσαντας*. Harl. et Reg. uterque et Bigot. καταθαρσήσαντας. Infra editi ὡς ἀγαπητοὶ et τραυμάτων. Codices mss. summo consensu, ut in textu.

(43) *Ὑγιάζοντες*. Coisl. primus ὑγιαίνοντες et πρὸς εὐσέβειαν.

(44) *Πρὸς Ἰταλούς*, etc. Hunc titulum desumpsimus ex codicibus Harl., Med. et Coisl. primo. In editis tituli loco apposita fuerant hæc verba τοῖς ὡς ἀληθῶς, etc., quæ cum ipso contextu epistolæ conjuncta sunt in tribus prædictis codicibus.

' Alias LXX. Scripta anno 376.

Digitized by Google

minus noster Jesus Christus, cum suum ipsius corpus dignatus sit appellare universam Dei Ecclesiam, nosque sigillatim aliorum invicem membra effecerit, dedit et nobis omnibus ad omnes necessitudinem habere secundum membrorum concordiam. Quapropter, etsi quam longissime ab invicem sejuncti sumus habitationibus, at, conjunctionis habita ratione, vicini inter nos sumus. Quoniam igitur non potest caput pedibus dicere : Opus vobis non habeo [a] ; nec vos profecto committetis, ut nos velut alienos rejiciatis, sed tantum dolebitis ex ærumnis nostris, quibus traditi sumus ob nostra peccata, quantum nos vobiscum lætamur, qui in pace vobis a Domino data gloriam habetis. **373** Jam quidem et alias clamavimus ad dilectionem vestram, ut nobis opem et commiserationem impenderetis : sed profecto, quia non impleta erat vindicta, concessum vobis non fuit ad auxiliandum excitari. Illud enim maxime exquirimus, ut ipsi quoque orbis vestri imperatori vestræ pietatis opera innotescant rerum nostrarum perturbatio ; aut si id difficile fuerit, saltem a vobis veniant, qui visitent et consolentur afflictos, ut oculis suis subjiciant Orientis miserias, quæ nequeunt auribus accipi, quia nulla invenitur oratio, quæ res nostras clare vobis exprimat.

2. Persecutio apprehendit nos, fratres in primis colendi, et persecutionum sævissima. Nam abiguntur pastores, ut greges dispergantur. Et quod gravissimum est, nec qui vexantur, mala in martyrii fiducia perferunt, neque plebs in martyrum loco athletas colit, quia Christianorum nomine persecutores ornati sunt. Unum crimen est, quod nunc vehementer punitur, accurata custodia paternarum traditionum. Eam ob causam patria expelluntur pii ; in desertas regiones transferuntur. Non canities apud judices iniquitatis reverentiam habet, non

[a] I Cor. xii, 21.

(45) *Τὴν ἐκδίκησιν.* Editi addunt ἡμῶν, quod deest in tribus vetustissimis codicibus et in uno ex Regiis. Harlæani codicis non parum arridet hæc scriptura, διὰ τὸ ἀναπληρωθῆναι τὴν ἐκδίκησιν, *eo quod vindicta impleatur.*

(46) *Ὑποβάλωσι.* Ita Harl., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑποβάλλωσι. In alio codice Regio, qui est 1824, legitur ὑπολάβητε. Paulo post editi παριστάντα. Septem mss. ut in textu.

(47) *Οἱ μὲν κακούμενοι.* Ita septem mss. Editi οἱ κακουχούμενοι. Ibidem nonnulli codices οἱ δὲ λαοὶ οὐκ ἐν, etc. Sæpe alias Basilius, dum persecutiones Orientis describit, hoc incommodum commemorat, quod non idem sit martyrii splendor ac sub ethnicis imperatoribus. Non idcirco tamen de eorum qui patiebantur merito detrahi putabat. Nam in epist. 257 testatur persecutores ipsos Christianum nomen objicere, ut adversariis martyrii existimationem eripiant, ac simpliciores hac cavillatione decipi : at revera ejusmodi persecutionis, quæ a tribulibus accidit, eo uberiora esse contendit præmia, quo et gravior et ad cavendum difficilior est, ac minus ad martyrii laudem insignis, quam si ab ethnicis excitaretur. Sic etiam Cyprianus in epistola 55 : *Nihil interest quis tradat aut sæviat, cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. Neque enim nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus, nec illis gloria est facere quod fecerit Judas.* Idem docet concilium Sardicense in epistola ad Julium papam, et Liberius papa in epistola septima ad Dionysium, Eusebium et Luciferum in exsilio constitutos. Gregorius Nazianzenus orat. XXIII, p. 416, de Valentis persecutione sic loquitur : Ἄρτι δὲ ὁ ἀπρεπὴς ἄρχεται, καὶ τὸ ἀμύνειν Χριστιανοῖς πρόσχημα ἔχων τῆς ἀσεβείας, τοῖς ἀληθῶς Χριστιανοῖς ἐπιφύεται· καὶ τοσοῦτον ἐκείνου χαλεπώτερος γίνεται, ὅσῳ τότε μὲν ἡ ἄθλησις περιφανεστέρα καὶ λαμπροτέρα, νῦν δὲ καὶ τὸ παθεῖν ἀφιλότιμον, παρά γε τοῖς οὐ δικαίοις τῶν παθῶν λογισταῖς· *Nunc autem turpis et indecora persecutio coritur ; quæ, Christianorum patrocinium ad defensionem impietati suæ prætexens, veros Christianos aggreditur : hoc utique nomine superiore persecutione acerbior, quod tum quidem minime dubia et obscura erat martyrum decertatio : nunc autem res eo rediit, ut cruciatus quoque ipse laude careat, saltem apud iniquos cruciatuum judices.*

(48) *Οὐ πολλὰ τοῖς.* Simplicior hæc scriptura codicum Harl. et Coisl. primi, quam vulgata οὐ πολλὰ παρὰ τοῖς.

A ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα ἑαυτοῦ καταδεξάμενος ὀνομάσαι τὴν πᾶσαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς καθ' ἕνα ἡμῶν ἀλλήλων ἀποδείξας μέλη, ἔδωκε καὶ ἡμῖν πᾶσι πρὸς πάντας ἔχειν οἰκείως, κατὰ τὴν τῶν μελῶν συμφωνίαν. Διόπερ εἰ καὶ πλεῖστον ἀλλήλων διωρίσμεθα ταῖς οἰκήσεσιν, ἀλλὰ τῷ γε λόγῳ τῆς συναφείας ἐγγὺς ἀλλήλων ἐσμέν. Ἐπεὶ οὖν οὐ δύναται ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶν εἰπεῖν, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω, πάντως οὐδὲ ὑμεῖς ἀνέξεσθε ἀποποιήσασθαι ἡμᾶς, ἀλλὰ τοσοῦτον συμπαθήσετε ἡμῶν ταῖς θλίψεσιν αἷς παρεδόθημεν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ὅσον καὶ ἡμεῖς συγχαίρομεν ὑμῖν δοξαζομένοις ἐν τῇ εἰρήνῃ, ᾗ ἐχαρίσατο ὑμῖν ὁ Κύριος. Ἤδη μὲν οὖν καὶ ἄλλοτε ἐπεβοησάμεθα τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰς B ἀντίληψιν ἡμῶν καὶ συμπάθειαν· ἀλλὰ πάντως διὰ τὸ μὴ ἀναπληρωθῆναι τὴν ἐκδίκησιν (45), οὐ συνεχωρήθητε διαναστῆναι πρὸς τὴν ἀντίληψιν. Ἐπιζητοῦμεν γὰρ μάλιστα μὲν καὶ αὐτῷ τῷ κρατοῦντι τῆς καθ' ὑμᾶς οἰκουμένης φανερὰν γενέσθαι διὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν· εἰ δὲ τοῦτο δύσκολον, ἀλλ' ἐλθεῖν τινας παρ' ὑμῶν εἰς ἐπίσκεψιν καὶ παραμυθίαν τῶν θλιβομένων, ἵν' ὀφθαλμοῖς ὑποβάλωσι (46) τὰ πάθη τῆς ἀνατολῆς, ἅπερ ἀκοαῖς ἀδύνατον παραδέξασθαι, τῷ μηδένα λόγον εὑρίσκεσθαι ἐναργῶς παριστῶντα ὑμῖν τὰ ἡμέτερα.

2. Διωγμὸς κατειληφεν ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, καὶ διωγμῶν ὁ βαρύτατος. Διώκονται γὰρ ποιμένες, ἵνα διασκορπισθῶσι τὰ ποίμνια. Καὶ τὸ βαρύτατον, C ὅτι οὔτε οἱ μὲν κακούμενοι (47) ἐν πληροφορίᾳ μαρτυρίου τὰ πάθη δέχονται, οὔτε οἱ λαοὶ ἐν μαρτύρων τάξει τοὺς ἀθλητὰς θεραπεύουσι, διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα τοῖς διώκουσι περικεῖσθαι. Ἔν ἐστιν ἔγκλημα νῦν σφοδρῶς ἐκδικούμενον, ἡ ἀκριβὴς τήρησις τῶν πατρικῶν παραδόσεων. Διὰ τοῦτο ἀπελαύνονται μὲν τῶν πατρίδων οἱ εὐσεβεῖς· πρὸς δὲ τὰς ἐρημίας μετοικίζονται. Οὐ πολλὰ τοῖς (48) κριταῖς τῆς ἀδι-

Digitized by Google

κίας αἰδέσιμος, οὐκ ἄσκησις εὐσεβείας, οὐ πολιτεία κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐκ νεότητος εἰς γῆρας διανυσθεῖσα. Ἀλλὰ κακοῦργος μὲν οὐδεὶς ἄνευ ἐλέγχων καταδικάζεται· ἐπίσκοποι δὲ ἀπὸ μόνης (49) συκοφαντίας ἑάλωσαν, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως τοῖς ἐγκλήμασιν ἐπενεχθείσης ταῖς τιμωρίαις ἐκδίδονται. Τινὲς δὲ οὔτε ἐγνώρισαν (50) κατηγόρους, οὔτε εἶδον δικαστήρια, οὔτε ἐσυκοφαντήθησαν τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἀωρὶ τῶν νυκτῶν βιαίως ἁναρπασθέντες εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐφυγαδεύθησαν, ταῖς ἐκ τῆς ἐρημίας κακοπαθείαις παραδοθέντες εἰς θάνατον. Τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα γνώριμα παντὶ, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν· φυγαὶ πρεσβυτέρων, φυγαὶ διακόνων, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου λεηλασία (51). Ἀνάγκη γὰρ ἢ προσκυνῆσαι τῇ εἰκόνι, ἢ τῇ πονηρᾷ φλογὶ τῶν μαστίγων παραδοθῆναι. Στεναγμοὶ (52) λαῶν, δάκρυον διηνεκὲς καὶ κατ' οἴκους καὶ δημοσίᾳ, πάντων πρὸς ἀλλήλους ὀδυρομένων ἃ πάσχουσιν. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ὥστε, πατρὸς στερηθεὶς, πρᾴως φέρειν τὴν ὀρφανίαν. Ἦχος θρηνούντων ἐν πόλει, ἦχος ἐν ἀγροῖς, ἐν ὁδοῖς, ἐν ἐρημίαις. Μία φωνὴ ἐλεεινὰ πάντων (53) καὶ σκυθρωπὰ φθεγγομένων. Ἐξῆρται χαρὰ καὶ εὐφροσύνη πνευματική. Εἰς πένθος ἐστράφησαν ἡμῶν αἱ ἑορταί· οἶκοι προσευχῶν ἐπεκλείσθησαν· ἀργὰ τὰ θυσιαστήρια τῆς πνευματικῆς λατρείας. Οὐκέτι σύλλογοι Χριστιανῶν, οὐκέτι διδασκάλων προεδρίαι, οὐ διδάγματα σωτήρια, οὐ πανηγύρεις, οὐχ ὑμνῳδίαι νυκτεριναὶ, οὐ τὸ μακάριον (54) ἐκεῖνο τῶν ψυχῶν ἀγαλλίαμα, τὸ ἐπὶ ταῖς συνάξεσι καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενον τῶν πιστευόντων εἰς Κύριον. Ἡμῖν πρέπει λέγειν, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων, οὔτε προφήτης, οὔτε ἡγούμενος, οὔτε προσφορὰ, οὔτε θυμίαμα, οὐ τόπος τοῦ καιρπῶσαι ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος.*

3. Ταῦτα εἰδόσιν ἐπιστέλλομεν, διότι οὐδὲν μέρος ἐστὶ τῆς οἰκουμένης, ὃ τὰς ἡμετέρας λοιπὸν ἠγνόησε συμφοράς. Ὥστε οὐ διδασκαλίας ἕνεκεν τοὺς λόγους τούτους ποιεῖσθαι ἡμᾶς νομίζειν προσῆκεν, οὐδὲ τοῦ (55) ὑπομνῆσαι ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθοισθε ἡμῶν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ ἡ μήτηρ τῶν ἐκγόνων τῆς κοιλίας αὐτῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ περιωδυνίᾳ (56) τινὶ κατεχόμενοι διὰ τῶν στεναγμῶν κουφίζειν πως τὰς ἀλγηδόνας πεφύκασι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν· οἷον ἀποσκευα-

A exercitatio pietatis, non vita secundum Evangelium a juventute ad senectam usque transacta. Sed sceleratus quidem nullus sine certis indiciis condemnatur : episcopi autem ex sola calumnia damnati sunt, ac nullo argumento criminationibus adjecto, suppliciis traduntur. Imo nonnulli neque accusatores agnoverunt, neque viderunt tribunalia, neque omnino calumniis appetiti fuerunt, sed intempesta nocte violenter rapti, in longinquas regiones fugati sunt, ex solitudinis incommodis ad mortem objecti. Quæ autem ex his sequuntur, nota sunt omnibus, etiamsi taceamus; fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, ac cleri totius depopulatio. Netesse enim est aut imaginem adorare [85], aut pravæ flammæ flagellorum tradi. Populorum gemitus,

B continuæ privatim ac publice lacrymæ, omnibus inter se mala sua deflentibus. Nemo enim corde est adeo lapideo, ut patre privatus, animo æquo ferat orbitatem. Sonus lamentantium in urbe, sonus in agris, in viis, **374** in solitudinibus. Vox una auditur, miseranda omnibus ac tristia loquentibus. Sublatum est gaudium, et lætitia spiritualis. Versi sunt in luctum festi dies nostri [86]; conclusæ precationum domus; vacant altaria cultu spirituali. Non jam conventus Christianorum, non jam præsidentes doctores, non documenta salutaria, non solemnitates, non hymnorum nocturni cantus, neque beata illa animarum exsultatio, quæ ex synaxibus et communicatione donorum spiri-

C tualium animabus credentium in Dominum innascitur. Decet nos dicere : *Non est in tempore hoc princeps, neque prophela, neque dux, neque oblatio, neque suffitus, neque locus sacrificandi coram Domino, et inveniendi misericordiam* [87].

3. Scribimus hæc scientibus, cum pars nulla sit orbis terrarum, quæ jam calamitates nostras ignoret. Quare non docendi causa hæc a nobis disseri credendum, aut ut commonefaciamus vestram diligentiam. Novimus enim nunquam vos nostri oblituros esse, non magis sane quam matrem filiorum uteri sui [88]. Sed quoniam qui dolore aliquo detinentur, gemitibus levare aliquo modo angores solent, idem et nos facimus; excutimus quodammodo

D mœroris pondus, dum dilectioni vestræ multipli-

[85] Dan. III, 10. [86] Amos VIII, 10. [87] Dan. III, 38, 39. [88] Isa. XLIX, 15.

(49) Ἀπὸ *μόνης*. Quatuor codices non antiquissimi ὑπὸ μόνης.

(50) *Οὔτε ἐγνώρισαν*. *Neque agnoverunt*, id est, accusatores producti coram illis non fuerunt. Designat illa vox ἐγνώρισαν eum cognoscendi modum qui certis et exploratis constat indiciis. Sic Basilius in epist. 202 : Πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτοὺς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία.

(51) *Λεηλασία*. Ita veteres libri septem. Editi λεηλασίαι.

(52) *Στεναγμοὶ*. Codices recentiores non pauci στεναγμός. Ibidem δακρύων διηνεκές in prima editione Paris. Aliter aliis in codicibus editis et mss.

(53) *Πάντων*. Sic omnes mss. Editi ἁπάντων. Hic autem occurrit insignis varietas in quatuor mss. non vetustissimis, in quibus sic legitur : Μία φωνὴ ἐλεεινὴ· πάντων τὰ σκυθρωπὰ φθεγγομένων.

(54) *Οὐ τὸ μακάριον*. Ita codices mss. octo. Editi οὔτε. Paulo post editi ὃ ἐπὶ ταῖς... ἐγγίνεται. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(55) *Οὐδὲ τοῦ*. Tres vetustissimi codices οὐδὲ τῷ. Paulo post editi ἐπιλάθησθε. Harl. et Coisl. primus ut in textu.

(56) *Οἱ περιωδυνίᾳ*. Sic tres vetustissimi codices, quibus favent tres alii in quibus legitur ὥσπερ οἱ ὀδύνῃ. Legitur in Regio 1824, οἱ περὶ εὐδονείᾳ. Editi ὀδύνῃ. Paulo post editi διαγγέλλομεν. Tres vetustissimi codices ἐξαγγέλλομεν.

Digitized by Google

ces nostras calamitates nuntiamus, si quo modo vehementius ad precandum pro nobis commoti, Dominum exoretis ut reconcilietur nobis. Quod si rerumnæ quæ nos affligunt solæ essent, statuissemus utique apud nosmetipsos tacere, atque in incommodis pro Christo perferendis gaudere : *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [89]. Nunc autem veremur, nequando ingravescens malum, velut flamma quædam ardentem materiam pervadens, postquam consumpserit quæ proxima sunt, attingat etiam et remotiora. Depascitur enim hæreseos malum, et timor est ne, voratis Ecclesiis nostris, serpat postea usque ad sanam partem vestræ parœciæ. Fortasse igitur, quia apud nos abundavit peccatum, primi in escam traditi sumus crudelibus inimicorum Dei dentibus. Fortasse etiam, quod et verisimilius est, quoniam Evangelium regni, capto a nostris locis initio, in omnem pervenit terrarum orbem, idcirco communis animarum nostrarum hostis perficere conatur, ut defectionis semina, sumpto ab iisdem locis initio, in totum terrarum orbem diffundantur. Quibus enim affulsit illuminatio cognitionis Christi [90], ad eos ut veniant etiam impietatis tenebræ, machinatur.

ζόμεθα τῆς λύπης τὸ βάρος, δι' ὧν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰς πολυειδεῖς ἡμῶν συμφορὰς ἐξαγγέλλομεν, εἴ πως ἂν σφοδρότερον εἰς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχὰς κινηθέντες, δυσωπήσητε (57) τὸν Κύριον διαλλαγῆναι ἡμῖν. Εἰ μὲν οὖν αἱ θλίψεις ἦσαν μόναι αἱ καταπονοῦσαι ἡμᾶς, κἂν συνεβουλεύσαμεν ἑαυτοῖς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ χαίρειν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθήμασιν, ἐπειδὴ *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθήσεσθαι εἰς ἡμᾶς*· νῦν δὲ φοβούμεθα, μήποτε αὐξανόμενον τὸ κακὸν, ὥσπερ τις φλὸξ διὰ τῆς καιομένης ὕλης βαδίζουσα (58), ἐπειδὰν καταναλώσῃ τὰ πλησίον, ἅψηται καὶ τῶν πόρρω. Ἐπινέμεται γὰρ τὸ κακὸν τῆς αἱρέσεως· καὶ δέος ἐστὶ, μὴ, τὰς ἡμετέρας Ἐκκλησίας καταφαγοῦσα, ἔρῳῃ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον μέρος τῆς καθ' ὑμᾶς παροικίας. Τάχα μὲν οὖν, διὰ τὸ παρ' ἡμῖν πλεονάσαι τὴν ἁμαρτίαν, πρῶτοι παρεδόθημεν εἰς κατάβρωσιν τοῖς ὠμοφάγοις ὀδοῦσι τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ (59)· τάχα δὲ, ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστιν εἰκάσαι, ὅτι, ἐπειδὴ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τόπων ἀρξάμενον, εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν οἰκουμένην· διὰ τοῦτο ὁ κοινὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐχθρὸς, τὰ τῆς ἀποστασίας σπέρματα, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τόπων τὴν ἀρχὴν λαβόντα, εἰς πᾶσαν οἰκουμένην διαδοθῆναι φιλονεικεῖ. Ἐφ' οὓς γὰρ ἔλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τούτους ἐλθεῖν καὶ τὸ τῆς ἀσεβείας σκότος ἐπινοεῖ.

4. Vestras igitur existimate afflictiones nostras, ut veri discipuli Domini. Non de pecuniis, non **375** de gloria, non de ulla alia ex rebus temporariis bellum sustinemus : sed de communi hæreditate, patrio thesauro sanæ fidei stamus decertantes. Dolorem nostrum dolete, o vos fratrum amantes, quoniam occlusa sunt apud nos piorum ora, aperta vero omnis audax et blasphema lingua loquentium adversus Deum iniquitatem [91]. Columnæ et fulcrum veritatis in dispersione ; nos vero, qui ob tenuitatem contempti fuimus, loquendi destituimur libertate. Decertate pro populis, nec spectate modo vestrum statum, videlicet quod in portibus tranquillis statis, Dei gratia omnino a turbine malorum ventorum vos protegente. Sed manum etiam Ecclesiis tempestate exagitatis porrigite, nequando derelictæ, penitus fidei naufra-

4. Ὑμέτερα οὖν λογίσασθε τὰ πάθη ἡμῶν, ὡς γνήσιοι μαθηταὶ τοῦ Κυρίου. Οὐχ ὑπὲρ χρημάτων, οὐχ ὑπὲρ δόξης, οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τῶν προσκαίρων καταπολεμούμεθα (60)· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ κτήματος, τοῦ πατρικοῦ θησαυροῦ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, ἑστήκαμεν ἀγωνιζόμενοι. Συναλγήσατε ἡμῖν, ὦ φιλάδελφοι, ὅτι ἀποκέκλεισται μὲν παρ' ἡμῖν τῶν εὐσεβούντων τὰ στόματα, ἠνοικται (61) δὲ πᾶσα θρασεῖα καὶ βλάσφημος γλῶσσα τῶν λαλούντων κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Οἱ στῦλοι καὶ τὸ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐν διασπορᾷ· ἡμεῖς δὲ, οἱ διὰ σμικρότητα (62) παροφθέντες, ἀπαῤῥησίαστοι. Ἀγωνιάσατε ὑπὲρ τῶν λαῶν· καὶ μὴ τὸ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖτε μόνον, ὅτι ἐν λιμέσιν εὐδίοις ὁρμίζεσθε, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος πᾶσαν ὑμῖν σκέπην χαρισαμένης (63) ἀπὸ τῆς ζάλης τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ἀλλὰ καὶ ταῖς χειμαζομέναις τῶν Ἐκκλησιῶν χεῖρα ὀρέξατε

[89] Rom. VIII, 18. [90] II Cor. IV, 6. [91] Psal. LXXIV, 6.

(57) *Δυσωπήσητε.* Ita sex mss. Editi δυσωπήσετε.

(58) *Βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταναλώσῃ.* Ita octo mss., nisi quod in nonnullis recentioribus legitur βαδίσασα. Editi βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταλάβοι καὶ καταναλώσει.

(59) *Εἰς κατάβρωσιν τοῖς... τοῦ Θεοῦ.* Ita tres vetustissimi codices. Editi εἰς κατάβρωμα τοῖς... τοῦ Χριστοῦ. Paulo post quinque codices non antiquissimi ἀποστασίας ῥήματα.

(60) *Καταπολεμούμεθα.* Quinque codices recentiores πολεμούμεθα. Sic etiam habent editiones Haganoensis et Frobenianæ. Ibidem editi ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ θησαυροῦ τοῦ πατρικοῦ κτήματος. Codices mss. omnes ut in textu. In codice Vaticano legitur πνευματικοῦ κτήματος.

(61) *Ἠνοικται.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἠνοίγη.

(62) *Οἱ διὰ σμικρότητα.* His ex verbis concludit Combefisius hanc epistolam a solo Basilio scriptam non fuisse. *Id enim*, inquit, *in sua Basilius persona, idque solius, non facile dicat, tantæ sedis antistes, ipseque sic clarus.* Nulla ratione nititur eruditi viri observatio. Ut omittam loca pene innumerabilia, in quibus de se ipso Basilius demississime loquitur; certe in epistola 225 contemptum se fuisse dicit a judicibus, qui furorem suum in Gregorium Nyssenum verterant.

(63) *Χαρισαμένης.* Ita tres vetustissimi codices cum uno ex Regiis. Editi χαριζομένης.

Digitized by Google

μήποτε, ἐγκαταλειφθεισαι, παντελῶς ὑπομείνωσι τῆς πίστεως τὸ ναυάγιον. Στενάξατε ἐφ' ἡμῖν, ὅτι ὁ Μονογενὴς βλασφημεῖται, καὶ ὁ ἀντιλέγων οὐκ ἔστι. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀθετεῖται, καὶ ὁ δυνάμενος ἐλέγχειν ἀποδιώκεται. Πολυθεΐα κεκράτηκε. Μέγας Θεὸς παρ' αὐτοῖς καὶ μικρός. Υἱὸς (64) οὐχὶ φύσεως ὄνομα, ἀλλὰ τιμῆς τινος εἶναι προσηγορία νενόμισται· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ συμπληρωτικὸν εἶναι τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐδὲ κοινωνὸν τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως, ἀλλ' ἕν τι τῶν ἐκ τῆς κτίσεως, εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσερρίφθαι. *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς* (65) *μου πηγὴν δακρύων;* καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν ἡμέρας πολλὰς, τὸν ταῖς πονηραῖς ταύταις διδασκαλίαις πρὸς τὴν ἀπώλειαν συνωθούμενον. Παρασύρονται τῶν ἀκεραιοτέρων αἱ ἀκοαί· εἰς συνήθειαν λοιπὸν ἦλθον τῆς αἱρετικῆς δυσσεβείας. Συνεκτρέφεται τὰ νήπια τῆς Ἐκκλησίας τοῖς λόγοις τῆς ἀσεβείας. Τί γὰρ καὶ ποιήσουσι; Βαπτίσματα παρ' ἐκείνοις (66), προπομπαὶ τῶν ἐξοδευόντων, ἐπισκέψεις τῶν ἀσθενούντων, παρακλήσεις (67) τῶν λυπουμένων, βοήθειαι τῶν καταπονουμένων, ἀντιλήψεις παντοδαπαὶ, μυστηρίων κοινωνίαι· ἃ πάντα, δι' ἐκείνων ἐπιτελούμενα, σύνδεσμος γίνεται τοῖς λαοῖς τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμονοίας· ὥστε, μικροῦ χρόνου προελθόντος, μηδ' εἰ γένοιτό τις ἄδεια, ἐλπίδα λοιπὸν εἶναι τοὺς ὑπὸ τῆς χρονίας ἀπάτης κατασχεθέντας, πάλιν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἀνακληθῆναι.

A gium perpetiantur. Ingemiscite nostra causa, quia Unigenitus blasphematur, nec est qui contradicat. Spiritus sanctus rejicitur, et qui redarguere potest, fugatur. Multitudo obtinuit deorum. Magnus Deus apud illos et parvus. Filius non naturæ nomen, sed dignitatis alicujus appellatio esse; Spiritus sanctus non complere Trinitatem sanctam; neque particeps esse divinæ ac beatæ naturæ, sed una aliqua ex rebus creatis, temere et fortuito Patri et Filio adjectus existimatur. *Quis dabit capiti meo aquam, et palpebris meis fontem lacrymarum*[99]? et diebus multis populum deflebo pravis istis doctrinis ad exitium impulsum. Seducuntur simpliciorum aures, jamque assuetæ sunt hæreticæ impietati. Enutriuntur Ecclesiæ infantes in do- B ctrinis impiis. Quid enim facient? Baptismata apud illos, deductiones proficiscentium, visitationes ægrotantium, consolationes mœrentium, adjumenta omnis generis, mysteriorum communiones: quæ omnia, per eos administrata, populis vinculum sunt concordiæ cum eis ineundæ; adeo ut intra breve tempus, etiamsi qua libertas detur, nulla jam spes sit futura homines diuturna deceptione detentos, iterum ad veritatis agnitionem revocatum iri.

5. Τούτων ἕνεκεν πολλοὺς ἡμᾶς ἐχρῆν συνδραμεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν σεμνότητα, καὶ ἕκαστον τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων ἐξηγητὴν γενέσθαι. Νῦν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο δεῖγμα γενέσθω ὑμῖν τῆς κακοπαθείας, ἐν ᾗ διάγομεν, ὅτι οὐδ' ἀποδημίας ἐσμὲν κύριοι. Εἰ γάρ τις καὶ πρὸς τὸ βραχύτατον τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτοῦ (68) ἀποσταίη, ἐκδότους ἀφήσει τοὺς λαοὺς τοῖς ἐφεδρεύουσιν. Ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἕνα ἀπ-

5. His de causis plures ex nobis oportebat ad vestram dignitatem jaccurrere, et unumquemque **376** C rerum suarum narratorem fieri. Nunc vero et hoc ipsum vobis indicio sit illius in qua degimus afflictionis, quod ne facultas quidem nobis est itineris suscipiendi. Etenim si quis vel brevissimo tempore a sua Ecclesia abfuerit, traditos relinquet populos insidiantibus. Sed, Dei gratia, unum misimus vic-

[99] Jerem. IX, 1.

(64) *Υἱός.* Editi præmittunt articulum, qui deest in tribus vetustissimis codicibus.

(65) *Τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Sic tres vetustissimi codices. Editi τοῖς βλεφάροις.

(66) *Παρ' ἐκείνοις.* Hic etiam sequimur tres vetustissimos codices. Editi παρ' ἐκείνων. Sequentia verba sic interpretaretur Combefisius: *excedentium pompæ funebres, deducta funera.* Si cui magis arrideat hæc interpretatio, libera datur optio eligendi. Sed cum Basilius hoc loco recenseat præcipuos Arianorum aditus ad errorem insinuandum, multo aptior videtur hunc ad usum fuisse proficiscentium deductio, quam pompæ funebres. Supra observavimus morem fuisse, ut si quis episcopus ad concilium aut ad celebritatem aliquam vocaretur, mitteretur qui eum deduceret. Unde Basilius hoc officium in se advocando prætermissum a Theodoro et Meletio queritur in epist. 98. Negat se adfuturum in epist. 58, nisi, ut par est, advocetur. Eustathii clerici Arianos per totam diœcesim perhonorifice deduxerunt, epist. 251.

(67) *Παρακλήσεις.* In pluribus mss. recentioribus legitur παράκλησις et βοήθεια. Paulo post editi ἅπαντα. Harl., Coisl. primus et plures alii ut in textu. Quæ autem hic recensentur a Basilio, magna ex parte officia sunt episcoporum et presbyterorum. Indicant autem hæc verba non solum Arianos ad has dignitates evehi solitos esse, quod sane D mirum non fuisset sub hæretico imperatore, sed etiam eos ecclesiastica munia ita sibi arrogasse, ut Catholicos excluderent. Non alio consilio Ariani presbyteros Antiochenos, ut discimus ex canone 17 Basilii, jurare coegerunt, se nunquam sacerdotio publice perfuncturos. Quinetiam ambitionem suam ad alias Ecclesias extendebant. Nam Eustathius, qui eorum ingenium noverat, hac arte eorum captavit benevolentiam: advocavit eos in Ecclesiam suam, concionati sunt summa cum potestate, traditus est eis populus, traditum altare, ac totam regionem peragrarunt, ubique episcopalem honorem et observationem habentes, ut perspicitur ex epistolis 244 et 251.

(68) *Ἑαυτοῦ.* Sic codices plerique mss. pro eo quod erat in editis αὐτοῦ. Non sine causa Orientales hac excusatione utebantur. Metuendi enim locus erat, ne Occidentales suboffenderentur, si episcopi non venirent. Anno 371, cum Orientales diaconum misissent, diaconum pariter miserunt Occidentales. Anno 372 nemo missus ab Orientalibus, sed per litteras suppliciter petierunt, ut plures episcopi ad ferendum Orienti auxilium mitterentur. At nullam prorsus responsionem impetrarunt: imo rediens Roma Evagrius presbyter nuntiavit Basilio, ipsius scripta Romanis displicuisse, ac viros autoritate præditos Romam esse mittendos.

Digitized by Google

multorum, religiosissimum et dilectissimum fratrem nostrum Dorotheum compresbyterum : qui et quæcunque effugerunt litteras nostras sua ipsius narratione potest supplere, cum omnia secutus sit accurate, et defensor sit rectæ fidei. Hunc suscipientes in pace, celeriter dimittite, bonum nobis nuntium afferentem studii vestri ad fratres adjuvandos.

A εστείλαμεν ἀντὶ πολλῶν, τὸν εὐλαβέστατον καὶ ἀγαπητὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Δωρόθεον (69) τὸν συμπρεσβύτερον· ὃς καὶ ὅσα διαπέφευγεν ἡμῶν τὰ γράμματα τῇ παρ' ἑαυτοῦ διηγήσει δυνατός ἐστιν ἀναπληρῶσαι, παρηκολουθηκὼς πᾶσι μετὰ ἀκριβείας, καὶ ζηλωτὴς ὑπάρχων τῆς ὀρθῆς πίστεως. Ὃν προσδεξάμενοι ἐν εἰρήνῃ διὰ ταχέων ἡμῖν (70) ἀποπέμψατε, ἀγαθὰ ἡμῖν εὐαγγέλια φέροντα τῆς σπουδῆς ὑμῶν, ἣν ἔχετε πρὸς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφότητος.

EPISTOLA CCXLIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΔ'.

Cum Patrophilus miraretur disruptam inter Basilium et Eustathium amicitiam, ac Basilium reprehendere videretur, exponit ei Basilius omnes ab origine dissensionis causas et modos. Declarat sibi in exigenda ab Eustathio fidei formula propositum aliud nihil fuisse, nisi ut a se et ab ipso Eustathio calumnias propulsaret. Narrat quomodo Eustathii et Theophili agendi ratione afflictus, litteras acceperit ab Eustathio, quæ communionem Basilio renuntiabant, eo quod scripsisset ad Apolinarium, et cum Diodoro presbytero communicaret. His litteris attonitum et stupentem Basilium aliæ exceperunt, quæ erant ad Dazizam scriptæ, et Basilio perfidiam et corruptionem Ecclesiarum exprobrabant, in primis vero quod ex dolo et insidiis formulam proposuisset. Testem conscientiæ suæ Deum invocat Basilius, sed mirari se dicit, cur Eustathius tantopere exarserit ob ejusmodi formulam, quæ ipsius manu subscripta Romæ asservabatur, quamque ipse synodo Tyanensi obtulerat. Sed hanc fidem damnat nunc Eustathius, eamdemque in actionibus inconstantiam declarat. Nam qui a quingentis episcopis damnatus, acquiescere noluerat, sed eos episcopos non esse contendebat, nunc aperte conjungitur cum iis, quos illi ordinaverunt. Quali vita et moribus sint ejusmodi homines, tacere mavult Basilius: sed narrat quid sibi post morbum gravissimum anno præterito in mentem venerit de hominum inconstantia. Quo in genere nemini Eustathium cedere ait, idque probat ex variis illius partium mutationibus, et ex variis formulis, quibus subscripsit. Postremo rogat Patrophilum ut ad se scribat, utrum idem erga se permanere velit, an ex congressu cum Eustathio mutatus sit.

Patrophilo, Ægeensis Ecclesiæ episcopo.

B *Πατροφίλῳ, ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Αἰγεαῖς (71) Ἐκκλησίας.*

1. Legi litteras tuas, quas per fratrem nostrum Strategium compresbyterum misisti, et legi libenter. Quidni enim libenter legerem, et a viro prudente scriptas, et a corde, quod dilectionem erga omnes ex Domini præcepto edoctum est servare? Et fere cognovi cur præterito tempore silueris. Hærenti enim similis eras et stupenti, quod Basilius ille, qui cuidam a puero taliter inserviit, qui talibus quibusdam temporibus hæc et illa fecit, qui bellum cum innumeris aliis unius colendi causa suscepit, is nunc alius ex alio factus sit, et bellum pro charitate præ se ferat, et quæcunque alia scripsisti, satis animi stuporem in hac rerum præter opinionem mutatione demonstrans. **377** Quod si me aliquantum etiam perstrinxisti, id ægre non tuli. Non enim ita sum indocilis, ut amicas objurgationes fratrum moleste feram. Tantum enim abest, ut iis quæ scripsisti, fuerim offensus, ut fere etiam mihi risum moverint, quod cum tot ac tanta sint, quæ nobis videbantur mutuam amicitiam antea firmare, ipse ob exilia, quæ usque ad te pervenerunt, in tantum te scriberes stuporem incidisse. Itaque et tibi idem, quod multis usu venit, qui omisso naturæ rerum examine, hominibus, de quibus agitur,

1. Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασιν, ἃ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Στρατηγίου τοῦ συμπρεσβυτέρου ἀπέστειλας, καὶ ἐνέτυχον ἡδέως. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον, καὶ παρὰ ἀνδρὸς συνετοῦ γεγραμμένοις, καὶ παρὰ καρδίας τὴν πρὸς πάντας ἀγάπην ἐκ τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου κατορθοῦν δεδιδαγμένης; Καὶ σχεδὸν ἐγνώρισα τῆς ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ σιωπῆς τὴν αἰτίαν. Ἀποροῦντι γὰρ ἐῴκεις καὶ ἐκθαμβουμένῳ, εἰ Βασίλειος ἐκεῖνος, ὁ τοιῶσδε δουλεύσας ἐκ παιδὸς τῷ δεῖνι, ὁ τάδε ποιήσας ἐπὶ τῶν καιρῶν τῶνδε καὶ τάδε, ὁ τὸν πρὸς τοὺς μυρίους πόλεμον τῆς πρὸς τὸν ἕνα θεραπείας ἕνεκεν καταδεξάμενος· οὗτος νῦν ἕτερος γέγονεν ἐξ ἑτέρου, καὶ πόλεμον ἀντὶ τῆς ἀγάπης ἀνήρηται, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπέστειλας, ἱκανῶς τῆς ψυχῆς τὴν ἔκπληξιν ἐν τῇ παραλόγῳ τῶν πραγμάτων μεταβολῇ ἐνδεικνύμενος. Καὶ εἴ τι ἡμῶν καὶ καθήψω (72), οὐκ ἐδεξάμην τοῦτο δυσκόλως. Οὐ γὰρ οὕτως εἰμὶ ἀνουθέτητος, ὡς πρὸς τὰς ἀγαπητικὰς ἐπιπλήξεις τῶν ἀδελφῶν δυσχεραίνειν. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῖς ἐπεσταλμένοις ἄχθεσθαι, ὥστε μικροῦ καὶ ἐγέλασα ἐπ' αὐτοῖς· εἰ, τοσούτων ὄντων καὶ τηλικούτων, ἃ ἡμῖν ἐδόκει τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν πρότερον βεβαιοῦν, αὐτὸς ἐπὶ μικροῖς τοῖς μέχρι σοῦ φθάσασι τηλικαύτην ἔγραψας (73) τὴν

* Alias LXXXII. Scripta anno 376.

missos fuisse patet ex his ejusdem epistolæ verbis, *ut ipsi illi narrabunt*. Similiter Cyprianus in epist. 43 solum Mettium subdiaconum nominat, quamvis ei socium adjunxisset Nicephorum acolythum : et in epist. 46, quæ est S. Cornelii, de solo Nicephoro fit mentio, ac prætermittitur Mettius.

(69) *Δωρόθεον*. Missus etiam cum Dorotheo presbyter Sanctissimus, ut patet ex epist. 253 et sequentibus. Quinetiam in epist. 265 gratias agunt Occidentalibus Orientales ob litteras per compresbyteros missas. Mirum autem videri non debet, quod solus Dorotheus nominetur. Sæpe enim in ejusmodi litteris solus ille nominatur, qui præcipuas commissi muneris partes sustinebat. Sic in epist. 220 solus Acacius, in epist. 264 solus Domninus commemorantur, quamvis utrique comites adjunctos fuisse pateat, Acacio quidem ex epist. 220, Domnino autem ex 267. Initio epist. 48 unum epistolæ bajulum memorat Basilius, sed tamen plures

(70) *Ἡμῖν*. Hanc vocem addidimus ex tribus vetustissimis codicibus.

(71) *Ἐν Αἰγεαῖς*. Sic legitur in sex veteribus libris. Editi habent τῆς ἐν Ἀγαῖς. Vox Ἐκκλησίας addita ex codicibus Harl., Med. et Coisl. primo

(72) *Καὶ καθήψω*. Deest vocula in Coisl. secundo.

(73) *Ἔγραψας*. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἔγραφες

Digitized by Google

ἐκπληξιν πεπονθέναι. Ἆρ' οὖν καὶ σὺ τὸ τῶν πολλῶν πέπονθας, οἱ, καταλιπόντες τῶν πραγμάτων ἐξετάζειν τὴν φύσιν, τοῖς ἀνθρώποις προσέχουσι, περὶ ὧν οἱ λόγοι, καὶ γίνονται οὐχὶ τῆς ἀληθείας ἐξεταστὰι, ἀλλὰ τῆς διαφορᾶς τῶν προσώπων δοκιμασταί, ἐπιλαθόμενοι τῆς παραινέσεως, ὅτι *Ἐπιγινώσκειν πρόσωπον ἐν κρίσει* (74), *οὐ καλόν*.

A attendunt, fiuntque non veritatis inquisitores, sed differentiæ personarum æstimatores, obliti admonitionis illius, *Cognoscere personam in judicio non est bonum*[93].

2. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς πρόσωπον ἐν κρίσει ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει, ἣν πρὸς τὸ μέγα δικαστήριον ἀπολογίαν παρεσκεύασα, ταύτην καὶ σοὶ γνωρίσαι οὐ παραιτήσομαι. Ὅτι οὐδὲν παρ' ἡμῶν τὸ ἐξ ἀρχῆς, οὔτε μικρὸν οὔτε μεῖζον γέγονε τῆς διαστάσεως αἴτιον· ἀλλ' ἄνθρωποι μισοῦντες ἡμᾶς, δι' ἃς ἴσασιν προφάσεις (75) αὐτοὶ (οὐ γὰρ ἐμὲ χρὴ λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδὲν), συνεχεῖς ἐποιοῦντο τὰς διαβολάς. Καὶ ἅπαξ μὲν ταύτας καὶ δὶς ἀπεδυσάμεθα· ὡς δὲ ἀπέ- B ραντον ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν ὄφελος τῆς συνεχοῦς ἀπολογίας, ἡμῶν μὲν μακρὰν ἀπῳκισμένων, τῶν δὲ ψευδολόγων ἐγγύθεν ἐχόντων ταῖς καθ' ἡμῶν τιτρώσκειν διαβολαῖς καρδίαν εὐκαταγώνιστον, καὶ οὐ δεδιδαγμένην τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν φυλάττειν τῷ μὴ παρόντι· τῶν Νικοπολιτῶν ἀπαιτούντων τινὰ πληροφορίαν πίστεως (ὃ πάντως οὐδὲ ὑμεῖς ἠγνοήσατε), ἔδοξεν ἡμῖν τὴν διακονίαν τοῦ γράμματος ὑποδέξασθαι. Ἐλογισάμεθα γὰρ δύο κατορθώσειν ἐν ταυτῷ· τούς τε Νικοπολίτας πείσειν μὴ κακῶς φρονεῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ἐμφράξειν τὰ στόματα, τῆς κατὰ τὴν πίστιν συμφωνίας τὰς ἑκατέρωθεν συκοφαντίας ἀποκλειούσης. Καὶ δὴ καὶ συγγέγραπτο μὲν ἡ πίστις, προσηνέχθη δὲ παρ' ἡμῶν· ὑπεγράφη δέ. Ὡς C ὑπεγράφη (76), καὶ χωρίον ὑπεδείχθη συνόδου δευτέρας, καὶ καιρὸς ἕτερος· ὥστε καὶ τοὺς κατὰ τὴν παροικίαν ἀδελφοὺς ἡμῶν συνελθόντας ἐνωθῆναι ἀλλήλοις, καὶ γνησίαν καὶ ἄδολον τοῦ λοιποῦ εἶναι τὴν κοινωνίαν. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπηντήσαμεν κατὰ τὴν προθεσμίαν, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν ἀδελφοὶ οἱ μὲν παρῆσαν, οἱ δὲ ἐπέρρεον, φαιδροὶ πάντες καὶ πρόθυμοι, ὡς ἐπὶ εἰρήνην τρέχοντες· καὶ γράμματα παρ' ἡμῶν, καὶ ἡμεροδρόμοι σημαίνοντες, ὅτι πάρεσμεν· καὶ γὰρ ἡμέτερον ἦν τὸ χωρίον τὸ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑποδοχὴν τῶν συντρεχόντων. Ὡς δὲ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους οὐδεὶς ἦν, οὔτε προτρέχων, οὔτε εὐαγγελιζόμενος τὴν παρουσίαν τῶν προσδοκωμένων· οἱ δὲ παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντες ἐπανῆλθον κατήφειαν πολλὴν καὶ γρῦγυσμὸν τῶν ἐκεῖ διηγούμενοι, ὡς καινῆς D πίστεως παρ' ἡμῶν καταγγελθείσης· καὶ ἐλέγοντο διορίζεσθαι, ἢ μὴν μὴ ἐπιτρέψειν τῷ ἐπισκόπῳ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς διαβῆναι· ἦλθε δέ τις καὶ γράμμα φέρων ἡμῖν ἀφωσιωμένον, καὶ οὐδεμίαν ἔχον μνήμην τῶν ἐξ ἀρχῆς συγκειμένων· καὶ ὁ πάσης δέ μοι αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἄξιος ἀδελφὸς Θεόφιλος, ἕνα τῶν αὐτῷ συνόντων ἀποστείλας, ἐδήλωσέ τινα, ἃ ἐνόμισε καὶ αὐτῷ ἐπιβάλλοντα εἶναι εἰπεῖν, καὶ ἡμῖν ἀκοῦσαι

2. Sed quia Deus personam in hominis judicio non accipit, quam mihi apud magnum tribunal defensionem paravi, eam et tibi notam facere non recusabo. Nimirum nulla a nobis ab initio neque parva neque major orta est dissidii causa: sed homines nobis non amici, ob quas ipsi sciunt causas (non enim opus est me quidquam de his dicere), continuas mihi calumnias struxerunt. Ac illas quidem repulimus semel atque iterum: sed cum finem illi non facerent, nec quidquam prodesset continua defensio, propterea quod, nobis procul dissitis, mendacii auctores cominus poterant suis contra nos vulnerare calumniis cor facile superabile, nec edoctum aurem alteram absenti integram servare; Nicopolitanis aliqua fidei indicia ad persuadendum apta exposcentibus (quod ne vos quidem prorsus ignorastis), nobis visum est scripti ministerium suscipere. Putavi enim me duo perfecturum una et eadem opera; et Nicopolitanis persuasurum, ne male de viro sentirent, et calumniatorum nostrorum ora obturaturum, fidei consensu calumnias utrinque excludente. Ac fides quidem conscripta est, et a nobis allata: subscripta est etiam. Postquam subscripta, locus designatus est alterius conventus, et tempus aliud constitutum, ut et fratres nostri, qui in parœcia sunt, convenientes, conjungerentur inter se, et genuina ac sincera deinceps foret communio. Itaque nos quidem advenimus præstituto tempore, et qui mecum conjuncti erant fratres, partim aderant, partim confluebant, læti omnes atque alacres, ut ad pacem currentes: litteræ etiam a nobis ac cursores, qui nos adesse significarent, siquidem noster erat ille locus ad eos qui concurrebant excipiendos designatus. Sed cum ex altera parte nemo adesset, aut præcurrens, aut nuntians adventum eorum qui exspectabantur; qui autem a nobis missi erant, cum rediissent multam eorum qui illic sunt tristitiam ac murmurationem enarrantes, quasi nova fides a nobis promulgata esset, hique statuisse dicerentur, se certe suo episcopo ad nos proficiscendi copiam facturos non esse; cumque venisset quidam afferens nobis **378** epistolam perfunctorie scriptam, et quæ nullam eorum de quibus ab initio convenerat, mentionem habebat; et cum omni mihi reverentia et honore dignus frater Theophilus uno ex his qui cum eo sunt missi, nonnulla declarasset, quæ nec sibi

[93] Deut. I, 17; Prov. XVIII, 5.

(74) *Ἐν κρίσει*. Hæc desunt in quinque nostris codicibus, leguntur in Coisl. primo.

(75) *Προφάσεις*. Ita septem omnes nostri codices. Editi αἰτίας. Paulo post editio Parisiensis ἀπεκδυσάμεθα. Coisl. uterque, Harl. et Med. et vetustæ editiones ut in textu.

(76) *Ὡς ὑπεγράφη*. Editi his vocibus præmittunt καί, quæ conjunctio deest in sex mss. et editione Hagan. et Basil. prima. Ibidem editi ἀπεδείχθη. Tres vetustissimi codices ut in textu.

Digitized by Google

indecora dictu et nobis auditu congruentia esse ducebat. Scribere enim non dignatus est, non tam metuens ne ex litteris argueretur, quam sollicitus ne nos necesse haberet ut episcopos salutare; sed certe verba erant vehementia, et ex pectore fervente prolata. In his discessimus, pudore affecti, concidentesque animo, nec habentes quod interrogantibus responderemus. Interim non multum tempus, et iter in Ciliciam: inde reditus, ac statim litteræ communionem nobis renuntiantes.

3. Ruptæ autem communionis causa, quod Apolinario, aiebat, scripsissemus, et quod compresbyterum nostrum Diodorum haberemus communicatorem. Ego autem Apolinarium quidem nunquam inimicum duxi, imo non desunt ob quæ etiam reverear virum: sed tamen non ita me homini conjunxi, ut illius crimina ipse suscipiam, cum certe et ipse nonnulla habeam, quæ in illo reprehendam, lectis illius libris nonnullis. Non tamen de Spiritu sancto aut librum me ab eo petere memini, aut missum accipere. Sed copiosissimum illum audio omnium scriptorum exstitisse: legi autem perpauca ex illius scriptis, neque enim mihi otium est talia scrutandi; ac præterea difficilis quidam sum ac morosus ad recentiora admittenda; quippe cum mihi per corpus ne in lectione quidem divinitus inspiratæ Scripturæ laboriose atque ut par est, perstare liceat. Quid hoc igitur ad me, si quis quid scripsit, quod cuidam non placeat? Quanquam et oportet alium pro alio rationem reddere, is qui me accusat de Apolinario, respondeat nobis de Ario proprio suo magistro, et de Aetio proprio suo discipulo. Nos autem neque discipulum ulla in re habuimus, neque magistrum hunc hominem, cujus crimina in nos convertunt. Diodorum autem, ut beati Sylvani alumnum, ab initio suscepimus: nunc vero et diligimus et complectimur ob insitam illi sermonis gratiam, qua multi ex iis qui illum conveniunt, meliores fiunt.

4. Propter has litteras, ut decebat, affectus, et ad tam inexspectatam ac subitam mutationem obstupescens, ne respondere quidem potui. Constrictum enim erat mihi cor, resoluta lingua, manus torpebat, atque in animi non fortis vitium incidi (dicetur enim quod verum est, sed tamen venia dignum): prope factum est, ut me generis humani odium caperet, nec ulli mores suspecti mihi non essent, crederemque non esse in hominis natura charitatis bonum; sed nomen esse speciosum his qui illud pronuntiant aliquid honoris ferens, non tamen revera inesse hominis cordi hanc affectionem. Si enim qui videbatur a puero ad **379** sum-

A πρέποντα. Ἐπιστεῖλαι γὰρ οὐκ ἠξίωσεν, οὐ τὸν ἐν τῶν γραμμάτων ἔλεγχον ὑφορώμενος τοσοῦτον, ὅσον φροντίζων τοῦ μὴ εἰς ἀνάγκην ἐλθεῖν προσειπεῖν ἡμᾶς ὡς ἐπισκόπους· πλὴν γε δὴ, ὅτι σφοδρὰ ἦν τὰ ῥήματα, καὶ ἀπὸ καρδίας ἐκθερμανθείσης ἐξενεχθέντα. Ἐπὶ τούτοις διελύθημεν κατησχυμμένοι, καὶ συμπεπτωκότες τῇ γνώμῃ, οὐκ ἔχοντες ὅ τι τοῖς ἐρωτῶσιν ἀποκρινούμεθα. Χρόνος δὲ οὐ πολὺς ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἀποδημία μέχρι Κιλίκων· κἀκεῖθεν ἐπάνοδος, καὶ γράμματα εὐθὺς, ἀπαγόρευσιν ἔχοντα τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας.

3. Ἡ δὲ αἰτία τῆς ἀποῤῥήξεως, ὅτι Ἀπολιναρίῳ, φησὶν, ἐπεστείλαμεν, καὶ τὸν συμπρεσβύτερον ἡμῶν Διόδωρον ἔχομεν κοινωνικόν (77). Ἐγὼ δὲ Ἀπολιναρίου μὲν ἐχθρὸν οὐδέποτε ἡγησάμην, ἀλλ' ἔστιν ἐφ' B οἷς καὶ αἰδοῦμαι τὸν ἄνδρα· οὐ μὴν οὕτως ἐμαυτὸν τῷ ἀνθρώπῳ συνῆψα, ὥστε τὰ ἐκείνου ἐγκλήματα αὐτὸς ὑποδέχεσθαι· ὅπου γε ἔχω τινὰ καὶ αὐτὸς ἐγκαλεῖν αὐτῷ, ἐντυχών τισι τῶν συνταγμάτων αὐτοῦ. Οὐ μὴν περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἣ αἰτήσας αὐτὸν οἶδα βιβλίον, ἢ ἀποσταλὲν ὑποδεξάμενος. Ἀλλὰ πολυφωνότατον μὲν αὐτὸν ἀκούω πάντων συγγραφέων γεγενῆσθαι· ὀλίγοις δὲ ἐντετύχηκα τῶν συνταγμάτων (78) αὐτοῦ· οὐδὲ γὰρ σχολή μοί ἐστι τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι, καὶ ἅμα δυσχερής τις εἰμὶ πρὸς τὴν τῶν νεωτέρων παραδοχὴν, ᾧ γε τὸ σῶμα οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν φιλοπόνως καὶ καθ' ὃν δεῖ τρόπον συγχωρεῖ παραμένειν. Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τοῦτο, εἴ τις συνέγραψέ τι μὴ ἀρέσκον τῷ δεῖνι; Καίτοι εἰ δεῖ ἄλλον ὑπὲρ ἄλλου τὰς εὐθύνας C ὑπέχειν, ὁ ἐμοὶ ἐγκαλῶν ὑπὲρ Ἀπολιναρίου ἀπολογείσθω (79) ἡμῖν, ὑπὲρ Ἀρείου τοῦ ἰδίου διδασκάλου, καὶ ὑπὲρ Ἀετίου τοῦ ἰδίου αὐτοῦ μαθητοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὔτε ἐδιδάχθημέν τι, οὔτε ἐμαθητεύθημεν τῷ ἀνδρὶ, οὗ τὰ ἐγκλήματα ἡμῖν περιτρέπουσι. Διόδωρον δὲ, ὡς θρέμμα τοῦ μακαρίου Σιλουανοῦ, τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπεδεξάμεθα (80)· νῦν δὲ καὶ ἀγαπῶμεν καὶ περιέπομεν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τοῦ λόγου χάριν, δι' ἧς πολλοὶ τῶν ἐντυγχανόντων βελτίους γίνονται.

4. Ἐπὶ τούτοις τοῖς γράμμασι διατεθεὶς, ὡς εἰκὸς ἦν, καὶ ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν οὕτω παράλογον καὶ ἀθρόαν μεταβολὴν, οὐδὲ ἀντιφθέγξασθαι ἠδυνήθην. Συνδέδετο μὲν γάρ μοι ἡ καρδία, παρεῖτο δὲ ἡ γλῶσσα, D νεναρκήκει δὲ ἡ χεὶρ· καὶ ἔπαθον πάθος ψυχῆς ἀγεννοῦς (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, πλὴν ἀλλὰ συγγνώμης ἄξιον)· μικροῦ καὶ εἰς μισανθρωπίαν ἐξέπεσον, καὶ πᾶν μοι ἦθος ὕποπτον ἐνομίσθη, καὶ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώπου φύσει (81) τὸ τῆς ἀγάπης καλόν· ἀλλὰ ῥῆμα εἶναι εὐπρόσωπον καλλωπισμόν τινα παρέχον τοῖς κεχρημένοις, οὐ μὴν ἐνυπάρχειν κατ' ἀλήθειαν καρδίᾳ ἀνθρώπου τὴν διάθεσιν ταύτην. Εἰ γὰρ ὁ δοκῶν ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας βαθὺ ἐπιμέλειαν

(77) *Κοινωνικόν*. Ita sex mss. Editi κοινωνόν.

(78) *Συνταγμάτων*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi συγγραμμάτων. Paulo post editi ὅν γε τὸ σῶμα. Uterque Coisl., Med., Harl. et Reg. primus ut in textu. Editio Hagan. et Basileensis prima ὥς γε τὸ σῶμα.

(79) *Ἀπολογείσθω*. Harl. et Coisl. primus ἀπο-

λογησάσθω.

(80) *Ὑπεδεξάμεθα*. Ita mss. sex et vetustæ editiones. Parisiensis ἀπεδεξάμεθα.

(81) *Φύσει. In natura hominis*, id est, non esse in homine veram et sinceram charitatem. Vide supra notas in epist. 23.

Digitized by Google

ἑαυτοῦ πεποιῆσθαι ἐκ τοιούτων προφάσεων οὕτω ῥᾳδίως ἐξηγριώθη, μηδὲν τῶν ἡμετέρων ὑπολογισάμενος, μηδὲ τὴν ἐν τῷ παρελθόντι πεῖραν τῆς οὕτως εὐτελοῦς διαβολῆς κυριωτέραν θέμενος· ἀλλ' οἷόν τις πῶλος ἀδάμαστος, οὕπω φέρειν καλῶς τὸν ἀναβάτην δεδιδαγμένος, ἐκ μικρᾶς ὑποψίας ἀνεχαίτισε καὶ ἀπεσείσατο, καὶ χαμαὶ ἔῤῥιψεν οἷς πρότερον ἐπηγάλλετο· τί χρὴ περὶ τῶν ἄλλων ὑπονοεῖν, πρὸς οὓς οὔτε ἡμῖν τοσαῦτα τῆς φιλίας ἐστὶν ἐνέχυρα, οὔτε παρ' αὐτῶν τοιαύτη τῆς τῶν τρόπων ἐπιμελείας ἐπίδειξις; Ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν ἀνελίσσων ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ συνεχῶς στρέφων ἐν τῇ καρδίᾳ, μᾶλλον δὲ ἀναστρεφόμενος (82) ὑπ' αὐτῶν τὴν καρδίαν, οὕτω δακνόντων με καὶ νυσσόντων διὰ τῆς μνήμης, οὐδὲν ἐκείνοις ἀπεκρινάμην τοῖς γράμμασιν· οὐχ ὑπεροψίᾳ σιωπήσας (μὴ τοῦτο οἰηθῇς, ἀδελφέ· οὐ γὰρ ἀνθρώποις ἀπολογούμεθα, ἀλλὰ κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν), ἀπορίᾳ δὲ καὶ ἀμηχανίᾳ καὶ τῷ μὴ ἔχειν εἰπεῖν τι τῆς λύπης ἄξιον.

5. Ἕως ἐν τούτοις ἦμεν, ἐπικατέλαβεν ἡμᾶς ἕτερα γράμματα πρὸς Δαζίζαν (83) τινὰ γεγραμμένα δῆθεν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπεσταλμένα, ὡς δηλοῖ αὐτῶν ἡ οὕτως ὀξεῖα διάδοσις, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐν παντὶ μὲν τῷ Πόντῳ κατασπαρῆναι καὶ τὴν Γαλατίαν ἐπιδραμεῖν. Φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ Βιθυνοὺς διεξελθόντες οἱ τῶν ἀγαθῶν τούτων ἄγγελοι μέχρις αὐτοῦ ἔφθασαν Ἑλλησπόντου. Τίνα δὲ ἦν τὰ καθ' ἡμῶν πρὸς Δαζίζαν ἐπεσταλμένα, πάντως μὲν οἶδας. Οὐ γὰρ οὕτω σε μακρὰν τῆς ἑαυτῶν φιλίας τίθενται, ὥστε σε μόνον ἀγέραστον τῆς τιμῆς ἐκείνης καταλιπεῖν. Εἰ δὲ οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ τὰ γράμματα, ἀλλ' ἐγώ σοι ἀποστέλλω (84). Ἐν οἷς εὑρήσεις ἡμᾶς κατηγορουμένους, δόλον καὶ ῥᾳδιουργίαν, φθορὰν Ἐκκλησιῶν, καὶ ψυχῶν ἀπώλειαν, καὶ τὸ πάντων, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀληθέστερον (85), ὅτι ἐγκάθετον ἐκείνην τὴν προβολὴν τῆς πίστεως ἐποιησάμεθα, οὐ Νικοπολίταις διακονούμενοι, ἀλλ' αὐτοὶ λαβεῖν δολερῶς ὁμολογίαν ἐπινοήσαντες. Τούτων μὲν οὖν κριτὴς Κύριος. Καὶ γὰρ τίς ἂν γένοιτο τῶν ἐν καρδίᾳ λογισμῶν ἐναργὴς ἀπόδειξις; Ἐκεῖνο δὲ αὐτῶν ἐθαύμασα, εἰ, ὅτι μὲν (86) τῷ παρ' ἡμῶν ἐπιδοθέντι βιβλίῳ ὑπέγραψαν, τοσαύτῃ κέχρηνται διαστάσει, ὥστε καὶ ὄντα καὶ μὴ ὄντα εἰς τὴν τῶν ἐγκαλούντων αὐτοῖς πληροφορίαν συμφύρειν· ὅτι δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔγγραφος αὐτῶν ὁμολογία τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ἀπόκειται, τοῦτο οὐκ ἐννοοῦσιν· οὐδὲ ὅτι διὰ τῆς ἑαυτῶν χειρὸς ἐπέδωκαν τῇ ἐν Τυάνοις συνόδῳ τὸ ἀπὸ Ῥώμης βιβλίον, ὃ παρ' ἡμῖν κατάκειται, τὴν αὐτὴν ταύτην πίστιν ἔχον. Καὶ τῆς ἰδίας ἑαυτῶν δημηγορίας ἐπελάθοντο, ἣν εἰς τὸ μέσον καταστάν-

A mam usque senectam sibi ipsi invigilasse, talibus de causis ita facile efferatus est, nullam habens rerum nostrarum rationem, nec præteriti temporis experientiam calumnia adeo vili potiorem ducens: sed veluti quidam pullus indomitus ascensorem recte ferre nondum edoctus, ob exiguam suspicionem recalcitravit, excussitque et humi projecit eos de quibus antea gloriabatur. Quid de aliis suspicandum, quibuscum neque nobis tot ac tanta sunt amicitiæ pignora, quique tot ac tanta non dederunt morum probitatis specimina? Hæc mecum animo cum volverem, ac indesinenter corde versarem, imo potius cum ab his cor meum versaretur, sic mordentibus me et recordatione pungentibus, nihil illis respondi litteris; non ex contemtu silens (ne id B cogites, frater; non enim apud homines causam dicimus, sed coram Deo in Christo loquimur), sed hæsitatione ac consilii inopia et quod nihil mœrore dignum dicere possemus.

5. In his dum versaremur, exceperunt nos litteræ aliæ, ad Dazizan quemdam scriptæ videlicet, sed revera ad omnes homines missæ, ut declarat earum celerrima distributio, ita ut paucis diebus per omnem Pontum dispergerentur, et Galatiam percurrerent. Quinetiam nonnulli dicunt horum bonorum nuntios etiam peragrata Bithynia usque ad ipsum Hellespontum penetrasse. Qualia vero fuerint ad Dazizan contra nos scripta, omnino quidem nosti. Non enim te adeo longe ab amicitia sua removent, ut solum te honore illo non C donatum reliquerint. Quod si litteræ ad te non pervenerunt, at ego tibi eas mittam. In his hæc nobis affingi crimina videbis, dolum et perfidiam, corruptionem Ecclesiarum, et animarum perniciem, et quod omnium, ut ipsi existimant, verissimum est, quod ex insidiis illam fidei formulam proposuerimus, non Nicopolitanis operam navantes, sed ipsi eliciendæ per dolum confessionis consilium intendentes. Horum quidem judex est Dominus. Quænam enim esse possit cogitationum cordis clara demonstratio? Hoc autem in ipsis sum miratus, cur ob subscriptum libellum, quem ipsis obtulimus, tanto utantur dissidendi studio, ut et quæ sunt, et quæ non sunt, iis, a quibus accusantur, satisfa- D ciendi causa, commisceant; illud autem non cogitent, suam fidei Nicænæ confessionem Romæ scriptam servari, seque propria manu obtulisse synodo Tyanensi allatum Roma libellum, qui apud nos servatur, eamdem fidem continens. Quin et concionis tunc a se habitæ obliti sunt, cum in medium

(82) Ἀναστρεφόμενος. Ita tres vetustissimi codices cum aliis duobus. Editi στρεφόμενος. Paulo post editi ἀμυσσόντων, *dilacerantibus*. Coisl. primi et Harl. scriptura multo aptior et sanior, quam in contextum adscivimus.

(83) Δαζίζαν. In epistola ad Olympium, quæ est 131, legitur Δαζίναν, exceptis codicibus Med. et Vat. qui habent Δεξίναν, et Harlæano, qui sic etiam habuit prima manu. Utra lectio potior habenda sit, non facile statuam. Sed tamen quia omnes codices in hac epistola consentiunt, etiam ii qui in priore habebant Δεξίναν, malim hunc hominem Dazizan vocare.

(84) Ἀποστέλλω. Reg. secundus et Coisl. secundus ἀποστελῶ.

(85) Ἀληθέστερον. Med., Coisl. secundus et Regius secundus ἀληθέστατον.

(86) Εἰ, ὅτι μέν. Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis, et editiones Haganoensis et prima Basileensis. Habent aliæ εἰ, ὅτε μέν.

Digitized by Google

prodeuntes fraudem deplorarunt, qua decepti, tomo ab Eudoxii factione composito consenserant; unde et hanc invenerunt errati illius purgandi rationem, ut Romam profecti, inde fidem Patrum acciperent, ita ut quod **380** Ecclesiis detrimenti intulerant malo approbando, id meliore introducendo emendarent. At qui itinera longissima pro fide sustinuerunt, et sapientem illam concionem habuerunt, nunc nobis conviciantur, ut dolose ambulantibus et sub dilectionis specie ea quæ insidiatorum sunt, facientibus. Patet autem etiam ex iis, quæ nunc circumferuntur, condemnatam ab illis esse fidem Nicænam. Viderunt enim Cyzicum, et cum alia fide reversi sunt.

τες τότε, ὠδύροντο μὲν τὴν ἀπάτην, δι' ἧς ὑπῆχθησαν συνθέσθαι τῷ τόμῳ τῷ παρὰ τοῦ συστήματος Εὐδοξίου συντεταγμένῳ· διότι ταύτην ἐπενόησαν τοῦ σφάλματος ἐκείνου ἀπολογίαν, τὸ, ἀπελθόντας εἰς Ῥώμην, ἐκεῖθεν λαβεῖν τὴν τῶν Πατέρων πίστιν· ἵνα, ἣν ἐποίησαν βλάβην ταῖς Ἐκκλησίαις τῇ πρὸς τὸ κακὸν συνθήκῃ, ταύτην ἐπανορθώσωνται τῇ ἐπεισαγωγῇ τοῦ βελτίονος. Ἀλλ' οἱ τὰς μακροτάτας ἀποδημίας ὑπὲρ τῆς πίστεως ὑποστάντες, καὶ τὰ σοφὰ ταῦτα δημηγορήσαντες, νῦν λοιδοροῦνται ἡμᾶς, ὡς δολίως πορευομένους, καὶ ἐν σχήματι ἀγάπης τὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ποιοῦντας. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ νῦν περιφερόμενα κατεγνωκέναι αὐτοὺς τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως. Εἶδον γὰρ Κύζικον, καὶ μετ' ἄλλης πίστεως ἐπανῆλθον.

6. Sed quid in verbis inconstantiam dico, cum multo majora ex ipsis rebus gestis habeam illorum in contraria mutationis argumenta? Qui enim quingentorum episcoporum sententiæ contra ipsos latæ non cesserunt, neque a gubernaculis Ecclesiarum discedere voluerunt, quamvis tot episcopi in eorum depositionis sententia conspirassent, propterea, inquit, quod Spiritus sancti participes non erant, nec Dei gratia Ecclesias gubernabant, sed humana potentia ac inanis gloriæ cupiditate principatus rapuerant: hi nunc eos qui ab illis ordinati sunt, ut episcopos suscipiunt. Quos meo nomine roges velim, etiamsi homines omnes contemnant, quasi neque oculos habeant, neque aures, neque cor sensu præditum, ut intelligere possint eorum quæ fiunt repugnantiam; roges, inquam, saltem in corde suo quidnam habeant sententiæ? Quomodo ambo possunt esse episcopi, et qui ab Evippio depositus, et qui ab eo ordinatus? nam res utraque est manus ejusdem opus. Qui nisi datum Jeremiæ donum habuisset diruendi ac reædificandi, eradicandi ac plantandi [94], utique non hunc eradicasset, neque illum plantasset. Quod si alterum ei dederis, alterum etiam ei concedes. Sed illis, ut videtur,

6. Καὶ τί τὸ ἐν τοῖς ῥήμασιν εὐμετάθετον λέγω, πολλῷ μείζονας ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐπὶ τὰ ἐναντία περιτροπῆς ἔχων τὰς ἀποδείξεις (87); Οἱ γὰρ πεντακοσίων ἐπισκόπων δόγματι κατ' αὐτῶν ἐξενεχθέντι μὴ εἴξαντες, μηδὲ καταδεξάμενοι τῆς οἰκονομίας τῶν Ἐκκλησιῶν ἀποστῆναι, τοσούτων εἰς τὴν τῆς καθαιρέσεως αὐτῶν γνώμην συμφωνησάντων, διότι, φησὶν, οὐκ ἦσαν Πνεύματος ἁγίου μέτοχοι, οὐδὲ Θεοῦ (88) χάριτι τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομοῦντες, ἀλλ' ἀνθρωπίνῃ δυναστείᾳ καὶ ἐπιθυμίᾳ δόξης κενῆς τὰς προστασίας ἁρπάσαντες· οὗτοι νῦν τοὺς παρ' ἐκείνων χειροτονηθέντας ὡς ἐπισκόπους δέχονται. Οὓς ἐρώτησον ἀντ' ἐμοῦ, εἰ καὶ τῶν ἀνθρώπων πάντων καταφρονοῦσιν, ὡς οὔτ' ὀφθαλμοὺς ἐχόντων, οὔτ' ὦτα, οὔτε καρδίαν αἰσθητικὴν, ὅσον γοῦν δύνασθαι συνιδεῖν τῶν γενομένων (89) τὸ ἀνακόλουθον, ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ τίνα διάνοιαν ἔχουσι; Πῶς δύνανται δύο εἶναι ἐπίσκοποι, ὅ τε καθῃρημένος ὑπὸ Εὐιππίου (90), καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ κεχειροτονημένος; τῆς γὰρ αὐτῆς χειρὸς ἔργον ἀμφότερα. Ὅς, εἰ μὴ εἶχε τὴν δεδομένην τῷ Ἱερεμίᾳ χάριν, κατασκάπτειν καὶ ἀνοικοδομεῖν, ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν, οὔτ' ἂν ἐξεῤῥίζωσε τοῦτον, οὔτ' ἂν ἐκεῖνον ἐφύτευσεν (91). Εἰ δὲ τὸ ἕτερον αὐτῷ δίδως, συγχω-

[94] Jerem. I, 10.

(87) *Ἀποδείξεις*. Ita mss. sex. Editi ὑποδείξεις.

(88) *Θεοῦ*. Deest ea vox in codice Medicæo. Paulo post nonnulli codices recentiores κατ' ἐπιθυμίαν.

(89) *Τῶν γενομένων*. Ita tres vetustissimi codices. Editi γινομένων.

(90) *Ὑπὸ Εὐιππίου*. Sic tres vetustissimi codices. Editi παρὰ Εὐιππίου. Ibidem Medicæus codex παρὰ τούτου. Coisl. uterque et Reg. secundus παρὰ τοῦ αὐτοῦ. Consentit Harlæanus cum editis. Mox editi ἀμφότερον. Quinque mss. ut in textu. Sic etiam habet Haganoensis editio et prima Basilecnsis.

(91) *Ἐφύτευσεν*. Hoc in loco et in aliis similibus, nempe in epistolis 226 et 251, non suo nomine loquitur Basilius, sed potius Eustathii, quem deducto ex ipsius sententia argumento in angustias concludit. Depositus enim a quingentis episcopis, eorum sententiæ non cessit: sed eos negavit episcopos esse, utpote non participes Spiritus sancti, ut supra legimus in hac ipsa epistola. Sequeretur ex hac Eustathii ratiocinatione, si strictius sumeretur, datam ab hæreticis ordinationem non modo non legitimam, sed etiam invalidam ac prorsus nullam esse, ac Spiritum sanctum ab eis conferri non posse. Sed si ea fuit Eustathii sententia, certe Basilio affingi non potest. Is enim testatur, can. 1, Izoinum et Saturninum ex Encratitarum hæresi in episcopalem cathedram a se susceptos esse. Rejicit in eodem canone principium Cypriani et Firmiliani, qui nulli prorsus hæretico aut schismatico relinquebant baptizandi aut ordinandi potestatem, *ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis præbere, a qua ipsi exciderant*. In epistola autem 240, cum denuntiat Nicopolitanis ne quis communione Frontonis præoccupetur, neve accepta ab eo manus impositione, postea reddita pace vim faciat ut in clero recenseatur; cum hoc, inquam, denuntiat, declarat ille quidem se hac in re de canonum severitate nihil remissurum; sed tamen non obscure fatetur ejusmodi ordinationes validas esse, ac interdum in Ecclesia pacis causa ratas haberi.

Digitized by Google

ρήσεις αὐτῷ καὶ τὸ ἕτερον. Ἀλλ' εἷς σκοπὸς, ὡς ἔοικε, τὸ ἑαυτῶν ζητεῖν πανταχοῦ, καὶ φίλον μὲν ἡγεῖσθαι τὸν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν συνεργοῦντα, πολέμιον δὲ κρίνειν, καὶ μηδεμιᾶς κατ' αὐτοῦ διαβολῆς φείδεσθαι, τὸν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἀνθιστάμενον.

7. Οἷαι γὰρ αὐτῶν καὶ αἱ νῦν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας οἰκονομίαι; Φρικταὶ μὲν διὰ τὴν τῶν ποιούντων (92) εὐκολίαν, ἐλεειναὶ δὲ διὰ τὴν τῶν πασχόντων ἀναισθησίαν. Εὐιππίου τέκνα, καὶ Εὐιππίου ἔκγονα διὰ πρεσβείας ἀξιοπίστου ἐκ τῆς ὑπερορίας μετακληθέντες εἰς τὴν Σεβάστειαν, ἐπιστεύθησαν τὸν λαόν. Παρέλαβον τὸ θυσιαστήριον, ζύμη ἐγένοντο τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας. Παρ' ὧν ἡμεῖς μὲν ὡς ὁμοουσιασταὶ διωκόμεθα. Εὐστάθιος δὲ ὁ βαστάσας (93) ἐν τῷ χάρτῃ ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Τυάνων τὸ ὁμοούσιον, οὗτος νῦν αὐτοῖς ἀνακέκραται· εἰ καὶ ὅτι παραδεχθῆναι εἰς τὴν πολυπόθητον αὐτῶν κοινωνίαν οὐκ ἠδυνήθη· ἢ φοβηθέντων τὸ πλῆθος τῶν κατ' αὐτοῦ συμφωνησάντων, ἢ αἰδεσθέντων τὸ ἀξιόπιστον. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ συνειλεγμένοι, καὶ πῶς μὲν χειροτονηθεὶς ἕκαστος, ἀπὸ ποίου δὲ τοῦ ἐξ ἀρχῆς βίου ἐπὶ ταύτην παρῆλθε (94) τὴν δυναστείαν νῦν, ἐγὼ μὲν μή ποτε οὕτω σχολάσαιμι, ὥστε τὰς ἐκείνων πράξεις ἐκδιηγεῖσθαι (95). Ἔμαθον γὰρ προσεύχεσθαι, *Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων*· αὐτὸς δὲ ἐρευνήσας μαθήσῃ· κἂν σε διαφύγῃ, τὸν κριτὴν πάντως οὐ λήσεται.

8. Ὁ μέντοι πέπονθα πάθος, οὐ παραιτήσομαι καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐξειπεῖν ἀγάπην, ὅτι πέρυσιν, ἀσθενήσας πυρετῷ λαβροτάτῳ (96), καὶ ἐγγίσας μέχρις αὐτῶν τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, εἶτα ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀνακληθείς, δυσχερῶς εἶχον πρὸς τὴν ἐπάνοδον, λογιζόμενος εἰς οἷα πάλιν ἔρχομαι κακά· καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἐσκόπουν, τί ποτε ἄρα ἐστὶ τὸ ἐν τῷ βάθει τῆς σοφίας ἀποκείμενον τοῦ Θεοῦ, δι' ὃ ἐμοὶ πάλιν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἡμέραι συνεχωρήθησαν. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνων ταῦτα, ἐλογισάμην, ὅτι ἐβουλήθη ἡμᾶς ὁ Κύριος ἰδεῖν παυσαμένας τοῦ σάλου τὰς Ἐκκλησίας, ὃν ἔπαθον πρὸ τούτου ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τῶν διὰ τὴν περιπεπλασμένην (97) αὐτοῖς σεμνότητα πάντα πιστευομένων. Ἢ καὶ τάχα τονῶσαί μου τὴν ψυχὴν καὶ νηπτικωτέραν πρός γε τὸ ἐφεξῆς καταστῆσαι ὁ Κύριος ἐβουλήθη, ὡς μὴ προσέχειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν καταρτίζεσθαι, αἳ οὔτε καιροῖς οὔτε περιστάσεσιν ἀνθρωπίνων πραγμάτων συμμεταβάλλονται, ἀλλ' αἱ αὐταὶ διαμένουσιν, ὡς προηνέχθησαν ἀπὸ τοῦ ἀψευδοῦς καὶ μακαρίου στόματος, οὕτω διαιωνίζουσαι.

A proposition unum est, suum ipsorum compendium ubique quærere, et amicum quidem ducere eum, qui ipsorum cupiditatibus obsecundat : inimicum vero judicare, nec ulli in eum calumniæ parcere, qui ipsorum cupiditatibus obsistit.

7. Quales enim sunt etiamnum ipsorum contra Ecclesiam œconomiæ? Horrendæ quidem ob eorum, qui id faciunt, instabilitatem, miserandæ vero ob eorum, qui patiuntur, stupiditatem. Evippii filii et Evippii nepotes per legationem fide dignam ab extera regione accersiti sunt Sebastiam. His creditus est populus : potiti sunt altaribus, ejus quæ illic est Ecclesiæ fermentum facti sunt. Hi nos tanquam homoousiastas persequuntur; Eu- B stathius autem, qui in charta consubstantiale Roma Tyanos usque **381** attulit, nunc illis admistus est : quanquam admitti in optatissimam ipsorum communionem non potuit, sive quod metuerint multitudinem eorum qui adversus illum consenserant, sive quod eorum reveriti sint auctoritatem. Quales enim essent qui congregati sunt, et quomodo eorum quisque ordinatus, et a quali vita ab initio ducta ad hunc dominatum pervenerit, precor equidem nunquam mihi tantum otii contingere, ut res illorum enarrem. Didici enim precari, *Ut os meum opera hominum non loquatur*[95]. Ipse autem hæc, si scrutatus fueris, edisces; et si te effugerint, profecto judicem non latebunt.

8. Quo tamen fuerim animo, non gravabor et C tuæ exponere dilectioni : nimirum anno præterito cum ægrotassem febre gravissima, et ad ipsas mortis portas appropinquassem, ac deinde Dei benignitate essem sanitati restitutus, ægre ferebam reditum, reputans mecum ad qualia redirem mala; atque apud me ipse considerabam quidnam tandem esset in profundo Dei sapientiæ reconditum, propter quod mihi rursus dies ad vivendum in carne concessi fuissent. Ubi autem hæc cognovi, voluisse Dominum arbitratus sum, ut viderem Ecclesias tempestate liberatas, quam antea pertulerant ex separatione eorum, quibus omnia ob fictam eorum gravitatem credebantur. Aut fortasse etiam roborare animum meum et saltem in poste- D rum vigilantiorem efficere voluit Dominus, ut ne hominibus attendat, sed per evangelica præcepta perficiatur : quæ neque cum temporibus, neque cum humanarum rerum circumstantiis immutantur, sed eadem permanent, ut a veraci ac beato ore prolata sunt, ita perseverantia.

[95] Psal. xvi, 4.

(92) *Τῶν ποιούντων.* Ita sex mss. Editi τῶν τοιούτων.

(93) *Ὁ βαστάσας.* Pro his vocibus quæ in sex codicibus mss. leguntur, habent editi Σεβαστείας. Quo quidem errato cum sensus perturbatus esset, librarii post ὁμοούσιον addiderunt κομίσας, quod delevimus.

(94) *Παρῆλθε.* Regius uterque et Coisl. secundus παρελθών. Ibidem νῦν addidimus ex sex mss.

(95) *Ἐκδιηγεῖσθαι.* Ita Harl., Coisl. uterque, Reg. uterque. Editi ἐκδιηγήσασθαι. Ibidem tres vetustissimi codices τὰς ἐκείνων πράξεις. Editi τὰ ἐκείνων.

(96) *Λαβροτάτῳ.* Ita tres vetustissimi codices. Editi βαρυτάτῳ. Ibidem editi ἐγγίσας σχεδόν. Melius Harl., Med., quos secuti sumus.

(97) *Περιπεπλασμένην.* Sic mss. quinque. Editi πεπλασμένην.

Digitized by Google

9. Homines vero nubibus similes sunt, quæ pro ventorum mutatione alias in aliam aeris partem feruntur. Et maxime isti, de quibus nobis sermo est, omnium, quorum periculum fecerimus, visi sunt inconstantissimi. An etiam in reliquis vitæ rebus, dixerint qui una cum ipsis vixerunt; sed quam in ipsis circa fidem inconstantiam ac levitatem perspexi, non memini me in aliis hactenus aut per meipsum vidisse aut ex aliis audivisse. Arium initio sequebantur. Ad Hermogenem postea sese transtulerunt, ex diametro inimicum perversæ Arii opinionis, ut demonstrat illa ipsa fides quæ Nicææ ab illo viro prædicata est ab initio. Obdormivit Hermogenes, et rursus ad Eusebium transierunt, coronæ Arianæ coryphæum, ut afferunt qui experti sunt. Hinc cum excidissent ob quasvis tandem causas, iterum reversi sunt in patriam, et iterum Arianam occultabant sententiam. Promoti ad episcopatum, ut media incidam, quot fidei formulas ediderunt? Aliam Ancyræ, aliam Seleuciæ, aliam Constantinopoli, eamque celeberrimam, **382** Lampsaci aliam, posthac Nice in Thracia aliam, nunc rursus aliam Cyzici, cujus quidem reliqua ignoro, sed hoc tantum audio, eos consubstantiali prætermisso, simile secundum essentiam nunc inferre, atque una cum Eunomio blasphemias in Spiritum sanctum conscribere. Istæ autem fidei formulæ, quas recensui, etsi non omnes inter se pugnant, at certe pariter animi ostendunt inconstantiam, propterea quod nunquam iisdem in verbis permanent. Hæc vera sunt, innumeris aliis silentio præteritis. Quoniam autem nunc etiam ad vos transierunt, rescribas velim per eumdem virum (dico autem compresbyterum nostrum Strategium), utrum idem erga nos esse pergas, an sis ex congressu alienatus. Nam nec eos verisimile est tacuisse, nec teipsum, qui talia nobis scripsisti, non etiam erga illos dicendi libertate usum fuisse. Quod si manes in nostra communione, optimum hoc et omnibus votis exoptandum. Sin autem te ad se pertraxere, triste id quidem : quidni enim fratris talis disjunctio? Sed tamen si nihil aliud, saltem in ejusmodi dispendiis ferendis abunde ab illis ipsis exercitati sumus.

9. Ἄνθρωποι δὲ ταῖς νεφέλαις ἐοίκασι, πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τοῦ ἀέρος ἐμφερομέναις. Καὶ μάλιστα δὴ οὗτοι, περὶ ὧν ὁ λόγος, πολυτροπώτατοι τῶν εἰς ἡμετέραν πεῖραν ἡκόντων ἐφάνησαν. Εἰ μὲν καὶ εἰς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου πράγματα, εἴποιεν ἂν οἱ συμβεβιωκότες· ὃ δ' οὖν ἐμοὶ ἐφάνη, τὸ περὶ τὴν πίστιν αὐτῶν εὐμετάθετον, οὐκ οἶδα μέχρι τοῦ νῦν ἐν ἄλλοις, οὔτε αὐτὸς ἱστορήσας, οὔτε ἀκούσας ἑτέρων. Ἀρείῳ κατηκολούθουν τὸ ἐξ ἀρχῆς· μετέθεντο πρὸς Ἑρμογένην (98), τὸν κατὰ διάμετρον ἐχθρὸν (99) ὄντα τῆς Ἀρείου κακοδοξίας, ὡς δηλοῖ αὐτὴ ἡ πίστις ἡ κατὰ Νίκαιαν παρ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ἐκφωνηθεῖσα ἐξ ἀρχῆς. Ἐκοιμήθη Ἑρμογένης, καὶ πάλιν μετέστησαν πρὸς Εὐσέβιον, ἄνδρα κορυφαῖον τοῦ κατὰ Ἄρειον κύκλου, ὡς οἱ πειραθέντες φασίν. Ἐκεῖθεν ἐκπεσόντες δι' ἃς δήποτε αἰτίας, πάλιν ἀνέδραμον εἰς τὴν πατρίδα, καὶ πάλιν τὸ Ἀρειανὸν ὑπέκρυπτον φρόνημα. Παρελθόντες εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παραλίπω, ὅσας ἐξέθεντο πίστεις; Ἐπ' Ἀγκύρας ἄλλην, ἑτέραν ἐν Σελευκείᾳ, ἑτέραν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὴν πολυθρύλλητον, ἐν Λαμψάκῳ ἑτέραν, (1) μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης, νῦν πάλιν τὴν ἐν Κυζίκῳ (2)· ἧς τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἐπίσταμαι, τοσοῦτον δὲ ἀκούω, τὸ ὁμοούσιον κατασιγάσαντες, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον νῦν ἐπιφέρουσι (3), καὶ τὰς εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίας μετ' Εὐνομίου συγγράφουσι. Τούτων δὲ τῶν πίστεων ἃς ἀπηριθμησάμην, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι πρὸς ἀλλήλας ἔχουσιν ἐναντίως, ἀλλ' οὖν τὸ εὐμετάβολον τοῦ τρόπου ὁμοίως συνιστῶσι, διὰ τὸ μηδέποτε αὐτοὺς ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστάναι ῥημάτων. Ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, μυρίων ἑτέρων ἀποσιωπηθέντων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς ὑμᾶς διέβησαν νῦν (4), ἀξιοῦμεν ἀντιγράψαι διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς (λέγω δὲ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Στρατηγίου), εἴτε ὁ αὐτὸς διέμεινας πρὸς ἡμᾶς, εἴτε καὶ ἠλλοιώθης ἀπὸ τῆς συντυχίας. Οὔτε γὰρ ἐκείνους εἰκὸς ἦν σιωπῆσαι, οὔτε αὐτὸν σὲ, τὸν ἡμῖν τοιαῦτα γράψαντα, μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς ἐκείνους τῇ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι. Εἰ μὲν οὖν μένοις (5) ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς κοινωνίᾳ, τοῦτο ἄριστον, καὶ εὐχῆς τῆς ἀνωτάτω ἄξιον· εἰ δέ σε πρὸς ἑαυτοὺς μετέθηκαν, λυπηρὸν μέν· πῶς γὰρ οὐκ ἀδελφοῦ τοιούτου χωρισμός; Πλὴν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν φέρειν τὰς τοιαύτας ζημίας παρ' αὐτῶν ἐκείνων ἱκανῶς ἐγυμνάσθημεν.

(98) *Ἑρμογένην*. Harl. Ἑρμογένη.

(99) *Ἐχθρόν*. Non male abest ea vox a codice Medicæo. Baronius ad annum Christi 325, ex his verbis, *ut demonstrat ipsa illa fides quæ Nicææ ab illo viro prædicata est ab initio*, concludit memoria lapsum esse Basilium : siquidem non Hermogenes, sed Leontius Cæsariensis episcopus interfuit concilio Nicæno. Hæc autem verba sic accipi possent, ut Hermogenes Nicænam fidem prædicasse ab initio diceretur, id est, olim, jamdudum, non multo post synodum ipsam, ut in can. 1 : Ἔδοξε τοῖς ἐξ ἀρχῆς, *visum est antiquis*. Sed cogunt me assentiri Baronio quæ de eodem Hermogene leguntur in epist. 81, p. 174. Ibi enim conceptis verbis dicitur : *Magnam illam et insuperabilem fidem scripsisse in magna synodo.*

(1) Vide Addenda.

(2) *Ἐν Κυζίκῳ*. Unus codex a Combefisio citatus ἀπὸ Κυζίκου.

(3) *Ἐπιφέρουσι*. Ita Harl. et Coisl. primus. Legitur περιφέρουσι in Reg. secundo et Coisl. secundo. Editi ἐπιφέρουσιν.

(4) *Διέβησαν νῦν*. Hic virgulam apposuimus, ut in quatuor mss. invenimus, nempe Harl., Coisl. utroque et Regio secundo.

(5) *Μένοις*. Coisl. uterque et Reg. secundus μένεις.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΕ'.

EPISTOLA CCXLV *.

Per Strategium respondet Theophilo Basilius ac declarat se nunquam ab eo amando discessisse, quamvis multæ doloris causæ acciderint; cæterum se cum hominibus fidem tam sæpe mutantibus communicare non posse.

Θεοφίλῳ ἐπισκόπῳ.

Πάλαι δεξάμενος τὰ παρὰ τῆς σῆς ἀγάπης (6) γράμματα, ἀνέμενον διὰ γνησίου προσώπου ἀντεπιστεῖλαι, ἵνα καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν διαφύγῃ ὁ διάκονος τῶν γραμμάτων ἀναπληρώσῃ. Ἐπεὶ οὖν παρεγένετο ἡμῖν ὁ ποθεινότατος καὶ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν Στρατήγιος, αὐτῷ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι χρήσασθαι διακόνῳ, τῷ καὶ εἰδότι τὴν ἡμετέραν γνώμην, καὶ δυναμένῳ γνησίως τε ἅμα καὶ εὐλαβῶς διακονῆσαι (7) τὰ παρ' ἡμῶν. Γίνωσκε τοίνυν, ποθεινότατε ἡμῖν καὶ τιμιώτατε (8), πολλοῦ ἀξίαν τίθεσθαι ἡμᾶς τὴν πρὸς σὲ ἀγάπην, ἧς, ἕνεκα μὲν τῆς κατὰ ψυχὴν διαθέσεως, οὐδεμίαν ὥραν (9) ἀπολειφθεῖσιν ἑαυτοῖς συνεγνώκαμεν, εἰ καὶ ὅτι πολλαὶ καὶ μεγάλαι λύπης εὐλόγου (10) γεγόνασιν ἀφορμαί. Ἀλλ' οὖν ἐκρίναμεν τοῦτο, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ, τὰ χρηστότερα τοῖς ἀηδεστέροις ἀντιτιθέντες (11), τῇ τῶν ἀμεινόνων ῥοπῇ προσθέσθαι τὴν γνώμην (12). Ἐπειδὴ δὲ τὰ πράγματα ἠλλοιώθη παρ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν τοῦτο γενέσθαι, συγγίνωσκε καὶ ἡμῖν οὐχὶ τὴν γνώμην ἀλλοιωθεῖσιν, ἀλλὰ τὴν τάξιν (13) μεταθεμένοις. Μᾶλλον δὲ ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μενοῦμεν τάξεως, ἕτεροι δέ εἰσιν οἱ συνεχῶς μετατιθέμενοι, νῦν δὲ καὶ φανερῶς πρὸς τοὺς ἐναντίους αὐτομολοῦντες· ὧν ὅσου ἀξίαν ἐτιθέμεθα τὴν κοινωνίαν, ἕως ἦσαν (14) ἐπὶ τῆς ὑγιαινούσης μερίδος, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς. Νῦν δὲ, εἰ μήτε ἐκείνοις συνεπόμεθα, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτοῖς ἐκκλίνομεν, συγγνώμης ἂν δικαίως (15) τύχοιμεν, μηδὲν προτιμότερον τῆς ἀληθείας καὶ τῆς οἰκείας ἑαυτῶν ἀτφαλείας τιθέμενοι.

Theophilo episcopo

Cum jampridem accepissem a tua dilectione litteras, exspectavi dum per idoneam personam rescriberem, ut et quidquid litteras effugisset, id minister litterarum suppleret. Cum igitur accesserit ad nos desideratissimus ac religiosissimus frater noster Strategius, æquum mihi visum est ut eo uterer ministro, quippe qui et meum animum cognitum habeat, ac possit apte simul et religiose res nostras ministrare. Scias igitur, desideratissime ac honoratissime, plurimi a me fieri charitatem mihi tecum intercedentem, a qua quidem quantum ad animi affectionem attinet, ne unam quidem horam mihi conscius sum me discessisse; quamvis multæ ac magnæ justi doloris causæ acciderint. Sed illud statuimus, velut in trutina, molestis jucunda opponentes, meliorum momento animum adjicere. Sed quia res mutatæ sunt a quibus minime oportebat id fieri, ignosce et nobis, qui non animo et sententia mutati, sed partibus transpositi sumus. Imo vero nos quidem in iisdem manebimus partibus, **383** sed alii sunt qui perpetuo transmutantur, et nunc aperte etiam ad adversarios transfugiunt. Quorum quanti fecerimus communionem, quandiu a sanis partibus stabant, ne ipse quidem ignoras. Nunc autem si neque illos sequimur, et eos qui idem ac illi sentiunt fugimus, venia sane immerito nobis denegetur, nihil antiquius veritate ac propria securitate habentibus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΣ'.

EPISTOLA CCXLVI**

Basilius Nicopolitani cleri animos erigere conatur spe divini auxilii, hortaturque ut quod hactenus docuere, opere perficiant.

Νικοπολίταις.

Ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν (16) εὐοδούμενον, καὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν κεκμηκυῖαν καὶ ἀπαγορεύουσαν (17) πρὸς τὸ συνεχὲς τῶν ἐπηρειῶν, ἀθυμίας πληροῦμαι. Ὅταν δὲ πάλιν τὴν μεγάλην χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἐννοήσω, καὶ ὅτι οἶδεν ἀνορθοῦν τοὺς κατερραγμένους, καὶ ἀγαπᾷν δικαίους, συντρίβειν δὲ ὑπερηφάνους, καὶ καθαιρεῖν ἀπὸ θρόνων δυνάστας·

Nicopolitanis.

Cum video et malum ad optatos exitus perduci, et vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates; mœstitia repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum considero, eumque nosse et confractos erigere, et justos diligere, superbos vero conterere, et potentes de suis sedibus dejicere; rursus immu-

(6) *Τῆς σῆς ἀγάπης.* Nonnulli mss. ἀγάπης σου. Sed Coisl. primus et Med. consentiunt cum editis, excepto quod editi haberent ἀγάπης ϛῆς.

(7) *Διακονῆσαι.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi διακομίσαι. Non exstat hæc epistola in cod. Harl.

(8) *Τιμιώτατε.* Addunt editi ἀδελφὲ Θεόφιλε. Sed hæc desunt in septem mss.

(9) *Ὥραν.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi ἡμέραν.

(10) *Εὐλόγου.* Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(11) *Ἀντιτιθέντες.* Ita Coisl. primus cum duobus aliis. Editi ἀντιθέντες.

(12) *Τὴν γνώμην.* Codex Medicæus τῇ γνώμῃ. Idem paulo post habet τοῦτο γίνεσθαι.

(13) *Τὴν τάξιν.* Id est, non jam sumus in partibus et communione Eustathii. Communio S. Meletii vocatur σύνταξις in epist. 214. Gregorius de monachorum cœtu, qui ab ipsius patris communione discesserat, ait, μεθαρμόζεται καὶ μετατάσσεται, orat. 3, p. 51. Basilius hom. 1 *De jejunio*, p. 8, eadem voce utitur, de eo loquens, qui relictis carnis partibus ad spiritum transit, ὁ πρὸς τὸ πνεῦμα μεταταξάμενος.

(14) *Ἕως ἦσαν.* Coisl. primus ἕως ἂν ἦσαν.

(15) *Δικαίως.* Med. et Coisl. primus δικαίας.

(16) *Καὶ τὸ κακόν.* Conjunctio addita ex Medicæo, Coisl., utroque et Regio primo. Deest hæc epistola in codice Harlæano.

(17) *Ἀπαγορεύουσαν.* Ita Coisl. uterque et Reg. uterque. Editi ἀπαγορεύσασαν.

* Alias CCCIX. Scripta anno 376.

** Alias LXVI. Scripta anno 376.

Digitized by Google

tatus spe concepta allevor : ac confido vestris precibus futurum, ut celerem nobis Dominus pacem ostendat. Tantum ne defatigemini precando : sed quæ verbis docetis, eorum nunc opere clara omnibus studete exempla proponere.

A πάλιν μεταβαλὼν κουφότερος γίνομαι ταῖς ἐλπίσι· καὶ οἶδα, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν ταχείαν δείξει ἡμῖν (18) ὁ Κύριος τὴν γαλήνην. Μόνον μὴ ἀποκάμητε (19) προσευχόμενοι· ἀλλ' ὧν λόγοις ἐστὲ διδάσκαλοι, τούτων ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ ἔργῳ πᾶσιν ἐναργῆ σπουδάσατε προθεῖναι (20) τὰ ὑποδείγματα.

EPISTOLA CCXLVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΖ'.

Nicopolitanos inter ærumnas spe divini auxilii consolatur, seque ait de illorum rebus cum potentioribus viris et coram et per litteras egisse.

Nicopolitanis.

Cum sanctitatis vestræ litteras legi, quantum ingemui et lamentatus sum, quod meis ipsius auribus hæc etiam mala accepissem, verbera et contumelias in vos ipsos, depopulationem ædium, civitatis vastitatem, patriæ totius eversionem, vexationem Ecclesiæ, sacerdotum expulsionem, incursionem luporum, et gregis dispersionem. Sed postquam cessavi ingemere ac lacrymari, ad Dominum, qui in cœlis est, respiciens, novi, et persuasum habeo, quod et vobis notum esse volo, celerem adfuturam opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passi sumus, ob peccata nostra passi sumus ; sed opem suam, ob suum in Ecclesias amorem ac misericordiam, benignus ostendet. Minime tamen omisimus et coram supplicare potentioribus viris, et ad eos qui nos in aula diligunt, scribere, ut rabidi hominis ira comprimatur. Ac fore arbitror ut a multis condemnetur, nisi forte tempus perturbationis plenum iis, qui rem publicam gerunt, nihil ad ista otii reliquerit.

Νικοπολίταις (21).

Ὅτε ἐνέτυχον τοῖς γράμμασι τῆς ὁσιότητος ὑμῶν, ὅσον ἐστέναξα καὶ ὠδυράμην, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ κακὰ ταῖς ἐμαυτοῦ ἀκοαῖς ὑπεδεξάμην, πληγὰς μὲν καὶ B ὕβρεις εἰς ὑμᾶς αὐτούς, πόρθησιν δὲ οἴκων, καὶ ἐρήμωσιν πόλεως, καὶ πατρίδος ὅλης ἀνατροπήν, διωγμὸν Ἐκκλησίας καὶ φυγὴν ἱερέων, ἐπανάστασιν λύκων, καὶ ποιμνίων διασποράν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπαυσάμην τοῦ στεναγμοῦ καὶ τῶν δακρύων, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Δεσπότην ἀποβλέψας, οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὃ καὶ ὑμᾶς γινώσκειν βούλομαι, ὅτι ταχεῖα ἔσται ἡ ἀντίληψις, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἔσται ἡ ἐγκατάλειψις. Ὃ μὲν γὰρ πεπόνθαμεν, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πεπόνθαμεν· τὴν δὲ αὐτοῦ βοήθειαν διὰ τὴν περὶ τὰς Ἐκκλησίας ἑαυτοῦ ἀγάπην καὶ εὐσπλαγχνίαν ὁ φιλάνθρωπος ἐπιδείξεται. Οὐ μέντοι παρελίπομεν καὶ παρόντες (22) τοὺς ἐν δυνάμει καθικετεύοντες, καὶ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοῖς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς ἐπιστέλλοντες ἐπισχεθῆναι τῆς ὀργῆς τὸν λυσσῶντα. Καὶ οἶμαι παρὰ C πολλῶν ἥξειν αὐτῷ κατάγνωσιν, ἐὰν μὴ ἄρα ὁ καιρὸς θορύβου (23) πεπληρωμένος μηδεμίαν δῷ σχολὴν περὶ ταῦτα τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων.

384 EPISTOLA CCXLVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΗ'.

Minus molestum Basilio abesse Amphilochium, eo quod absit a persecutione usque ad sanguinis effusionem sæviente. Quidam enim Asclepius ex plagis mortuus. Spem habet Basilius in Amphilochii precibus ; monet ut mittat qui librum De Spiritu sancto *ferat.*

Amphilochio, Iconii episcopo.

Ad desiderium nostrum dum respicimus, angimur quod tantopere a tua pietate simus dissiti : dum vero ad tuæ vitæ tranquillitatem, gratias ago Domino, qui tuam pietatem exemit ab hoc incendio, quod majorem in modum provinciam nostram devastavit. Dedit enim nobis secundum nostra opera justus judex angelum Satanæ, qui nos D

'Αμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Ὅταν μὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἐπιθυμίαν ἀπίδωμεν, ἀχθόμεθα τοσοῦτον διῳκισμένοι τῆς εὐλαβείας σου· ὅταν δὲ πρὸς τὸ εἰρηνικὸν τῆς σαυτοῦ διαγωγῆς, εὐχαριστοῦμεν τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐξελομένῳ (24) τὴν εὐλάβειάν σου ἀπὸ τοῦ ἐμπρησμοῦ τούτου, ὃς πλέον ἐπενείματο τὴν καθ' ἡμᾶς παροικίαν. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν ὁ δι-

* Alias CXC. Scripta anno 376.

** Alias CCCCV. Scripta anno 376.

(18) *Ἡμῖν*. Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑμῖν.

(19) *Ἀποκάμητε*. Sic Med., Coisl. uterque et Regius primus. Editi ἀποκάμοιτε.

(20) *Προθεῖναι*. Coisl. primus et Vat. προσθεῖναι.

(21) *Νικοπολίταις*. Codex Claromontanus addit πρεσβυτέροις. Qui quidem titulus confirmari potest ex codicibus Med., Coisl. primo et Regio primo, in quibus hæc epistola proxime antecedit epistolam 246 ad presbyteros cum hoc titulo scriptam, τοῖς αὐτοῖς. Unde utramque presbyteris scriptam esse colligendum esset. Sed melius codex Vaticanus, in quo hæc epistola ducentesimam trigesimam ad magistratus Nicopolitanos scriptam proxime sequitur cum hoc titulo, τοῖς αὐτοῖς, *iisdem*. Ad eosdem libentius retulerim hanc epistolam, vel ad cives. Videtur enim iisdem de rebus agere ac præcedens, quæ clericis scripta est. Præterea his verbis, *verbera et contumelias in vos ipsos, sacerdotum expulsionem*, non obscure Basilius eos, quos alloquitur, a sacerdotibus distinguit.

(22) *Καὶ παρόντες*. Hæc desunt in codice Medicæo.

(23) *Θορύβου*. Coisl. primus θορύβων.

(24) *Τῷ ἐξελομένῳ*. Coisl. primus ἐξελουμένῳ Med. ἐξειλαμένῳ.

Digitized by Google

καιοκρίτης ἄγγελον Σατὰν, ἱκανῶς ἡμᾶς κατακονδυλίζοντα, καὶ σφοδρῶς μὲν ἐκδικοῦντα τὴν αἵρεσιν· μέχρι τοσούτου δὲ τὸν πρὸς ἡμᾶς ἐξαγαγόντα πόλεμον, ὥστε μηδὲ αἵματος φείσασθαι τῶν εἰς Θεὸν πεπιστευκότων. Πάντως γὰρ οὐκ ἔλαθέ σου τὴν ἀγάπην, ὅτι Ἀσκλήπιός τις, διὰ τὸ μὴ ἐλέσθαι τὴν πρὸς τὸν Δωὴκ κοινωνίαν, τυπτόμενος παρ' αὐτῶν ταῖς πληγαῖς ἐναπέθανε, μᾶλλον δὲ διὰ τῶν πληγῶν εἰς τὴν ζωὴν μετετέθη. Ἀκόλουθα δὲ ἐκείνῳ πάντα οἷου γίνεσθαι τὰ λοιπά· διωγμοὺς πρεσβυτέρων καὶ διδασκάλων, τὰ ἄλλα ὅσα ἂν ποιήσειαν ἄνθρωποι τῇ ἐκ τῆς ἀρχῆς δυναστείᾳ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα κεχρημένοι. Ἀλλὰ τούτων μὲν τὴν λύσιν ἡμῖν ὁ Κύριος ταῖς σαῖς εὐχαῖς δώσει, καὶ τὴν ὑπομονήν· ὥστε βαστάσαι ἡμᾶς τὸ βάρος τῶν πειρασμῶν ἀξίως τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος· αὐτὸς δὲ καταξίου καὶ ἐπιστέλλειν ἡμῖν συνεχῶς περὶ τῶν κατὰ σεαυτόν. Κἂν εὕρῃς τινὰ τὸν πιστῶς σοι δυνάμενον διακομίσαι τὸ πονηθὲν ἡμῖν βιβλίον, καταξίωσον μεταστείλασθαι, ἵνα, τῇ σῇ ἐπικρίσει θαρρήσαντες, καὶ εἰς ἄλλων χεῖρας αὐτὸ διαπεμψώμεθα. Ἐρρωμένος, εὔθυμος τῷ Κυρίῳ, ὑπερευχόμενος (25), χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίᾳ χάριτι τοῦ Ἁγίου (26).

A satis superque vexat, hæresimque acriter defendit, et bellum in nos eo perduxit, ut ne sanguini quidem parcat credentium in Deum. Nam profecto dilectionem tuam non latet, Asclepium quemdam, eo quod communionem cum Doec inire nollet, ab illis verberatum, ex plagis mortuum esse, vel potius per plagas ad vitam esse translatum. Consentanea autem huic facinori reliqua omnia esse existima, persecutiones presbyterorum ac magistrorum, et quæcunque alia fecerint homines imperii auctoritate ad suum ipsorum arbitrium abutentes. Sed horum solutionem nobis Dominus precibus tuis dabit et patientiam, ut tentationum pondus feramus, ita ut spe in ipso reposita dignum est. Ipse vero digneris ad nos B frequenter scribere de rebus tuis. Ac si reperias qui fideliter possit ad te perferre elaboratum a me librum, accersere ne graveris, ut tua approbatione confisi, in aliorum etiam manus illum transmittamus. Valens, lætus in Domino, et precans, mihi et Domini Ecclesiæ concedaris, per Sancti gratiam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΘ'.

EPISTOLA CCXLIX*.

Commendat aliquem in hac epistola Basilius, quem beatum existimat quod hisce tumultibus liberetur, et convictum cum hominibus Deum timentibus elegerit

Ἀνεπίγραφος, ἐπ' ἀνδρὶ εὐλαβεῖ.

Sine inscriptione, viri pii causa.

Συγχαίρω τῷ ἀδελφῷ τῷδε, καὶ τῶν ἐνταῦθα θορύβων ἀπαλλασσομένῳ, καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν καταλαμβάνοντι. Ἀγαθὸν γὰρ αὐτῷ ἐφόδιον πρὸς τὸν ἐφεξῆς αἰῶνα, τὴν μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον ἀγαθὴν διαγωγὴν, ἐξελέξατο. Ὃν καὶ παρατιθέμεθά σου τῇ τιμιότητι, καὶ παρακαλῶ δι' αὐτοῦ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς ἐλεεινῆς ἡμῶν ζωῆς, ἵνα, ῥυσθέντες τῶν πειρασμῶν τούτων, ἀρξώμεθα (27) δουλεύειν τῷ Κυρίῳ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον.

C Gratulor huic fratri, quod et hisce nostris tumultibus liberetur, et pietatem tuam adeat. Nam bonum sibi viaticum ad futuram vitam, bonum cum hominibus Dominum timentibus convictum, elegit. Quem et tuæ dignitati commendo, et adhortor per eum, ut preceris pro mea miserabili vita, ut, liberatus ab his tentationibus, incipiam servire Domino secundum Evangelium.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝ'.

385 EPISTOLA CCL**.

Gratias agit Patrophilo Basilius, quod ad se per Strategium scripserit, et a se diligendo non discedat. Rationem reddit cur cum Eustathio communicare non possit.

Πατροφίλῳ, ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Αἰγαίαις Ἐκκλησίας

Patrophilo, Ægeensis Ecclesiæ episcopo.

Ὀψὲ μὲν ἐδεξάμην τὰς ἐπὶ τοῖς προτέροις γράμμασιν ἀποκρίσεις· ἐδεξάμην δ' οὖν ὅμως διὰ τοῦ ποθεινοτάτου Στρατηγίου, καὶ εὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, ὅτι διαμένεις ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπῃ. Ἃ δὲ νῦν κατηξίωσας περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἐπιστεῖλαι, ἀπόδειξιν ἔχει τῆς ἀγαθῆς σου προαιρέσεως· ὅτι φρονεῖς τὰ δέοντα, καὶ συμβουλεύεις ἡμῖν τὰ λυσιτελῆ. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ὁρῶ μακρότερόν μοι (28) τὸν λόγον γινόμενον, εἰ μέλλοιμι πρὸς ἕκαστον τῶν ἐπεσταλμένων παρὰ τῆς σῆς συνέσεως

D Sero quidem accepi tua prioribus litteris responsa; sed tamen accepi per optatissimum Strategium, et gratias egi Domino, quod idem in dilectione erga nos permaneas. Quæ autem nunc dignatus es de eodem argumento scribere, demonstrationem habent bonæ tuæ voluntatis; cum sentias ea quæ decent et suadeas nobis utilia. Sed tamen quia rursus video longiorem mihi sermonem futurum, si velim unicuique eorum, quæ scripta sunt a tua prudentia, respondere: tan-

(25) *Ὑπερευχόμενος.* Codex Claromontanus addit ἡμῶν, quod non legitur in Medicæo et Coisl. primo, nec necessarium est. Alios in hanc epistolam codices non habuimus præter tres illos quos citavimus.

(26) *Χάριτι τοῦ Ἁγίου.* Hæc desunt in codice Medicæo.

(27) *Ἀρξώμεθα.* Ita Coisl. uterque, Med. et Reg. secundus. Editi ἀξιώμεθα, *ut dignus fiam qui Domino serviam.* Deest hæc epistola in codice Harlæano.

(28) *Μακρότερόν μοι.* Tres codices non antiquissimi μακρόν μοι.

* Alias CCXXXVIII. Scripta anno 376.

** Alias LXXXV. Scripta anno 376.

Digitized by Google

tum dicam, si pacis bonum solo pacis nomine circumscribitur, ridiculum esse hunc et illum eligentes, iis soiis pacem impertire, alios vero innumerabiles ab illius boni communicatione excludere. Sed si cum perniciosis hominibus consensio, iis, a quibus suscipitur, sub pacis specie damnum infert hostile ; considera quinam sint illi, quibus se ipsos admiscuerunt qui nos iniquo odio oderunt ; quinam, inquam, sint, nisi homines ab eorum partibus stantes, qui nobiscum non communicant : neque enim nunc mihi opus est nominatim illorum meminisse. Hi et accersiti sunt ab ipsis Sebastiam, et acceperunt Ecclesiam, et sacrificaverunt in altari, et proprium panem omni distribuerunt populo, episcopi appellati apud illius loci clerum, et per omnem regionem velut sancti ab illis et communicatores deducti. Quorum si oportet amplecti partem, ridiculum est ab unguibus ordiri, et non magis cum ipsis illorum capitibus rem habere. Quod si igitur neminem oportet omnino hæreticum judicare, neque aversari, cujus rei gratia, dic, quæso, te ipse separas, et fugis nonnullorum communionem ? Si vero quidam fugiendi sunt, secundum accuratæ regulæ rationem, dicant nobis hi, quorum agendi ratio in omnibus accurata est, ex qua sint parte quos ad seipsos ex Galatia accersiverunt ? Ista si tibi mœrore digna videantur, eorum auctoribus imputa separationem ; sin autem indifferentia judicas, ignosce nobis committere nolentibus, ut fermenti eorum, qui aliter docent, participes simus. Quare, si videbitur, speciosis illis prætermissis sermonibus, cum omni libertate eos, qui non recte ambulant in Evangelii veritate, redargue.

A ἀποκρίνεσθαι, τοσοῦτον λέγω· ὅτι, τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν εἰ μὲν ἐν τῷ ὀνόματι τῆς εἰρήνης περιγράφεται μόνῳ, καταγέλαστόν ἐστι, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα ἐκλεγομένους, τούτοις μόνον μεταδιδόναι τοῦ εἰρηνεύειν (29), ἑτέρους δὲ μυρίους ἀποκλείειν τῆς πρὸς τὸ καλὸν κοινωνίας· εἰ δὲ ἡ πρὸς τοὺς βλαβεροὺς συμφωνία ἐν εἰρήνης προσχήματι τὰ τῶν πολεμίων τοὺς προσδεχομένους ἐργάζεται, σκόπει (30) τίνες εἰσὶν, οἷς ἀνέμιξαν ἑαυτοὺς, οἳ τὸ ἄδικον μῖσος ἐμίσησαν ἡμᾶς, ἀλλ' οἱ τῆς μερίδος τῶν ἀκοινωνήτων ἡμῖν· οὐδὲ γὰρ δέομαι νῦν ὀνομαστὶ μεμνῆσθαι. Οὗτοι καὶ ἐκλήθησαν παρ' αὐτῶν εἰς τὴν Σεβάστειαν, καὶ παρέλαβον τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐλειτούργησαν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τοῦ ἰδίου ἄρτου παντὶ μετέδωκαν τῷ λαῷ, ἐπίσκοποι κηρυσσόμενοι παρὰ τῷ ἐκεῖ
(90) *Καὶ κατὰ πόδας.* Deest conjunctio in quinque codicibus, non tamen in Coisl. primo, nec inutilis videtur.

(91) *Οὐ λόγου... εἰδότα, τῷ τά.* Ita sex mss. Editi οὐ λόγων... εἰδότα τά.

(92) *Ἐξ ἴσου.* Ita plerique mss. Editi ἐξ ἴσης.

Digitized by Google

ἀληθείας, καὶ τοῖς συνημμένοις πνευματικῶς τὰ μέγιστα τῶν ἐμοὶ προσόντων χαρίζεσθαι· τὸ μὲν περὶ τὴν ἱερωσύνην ἀνεπηρέαστον τοῦ ἀνδρὸς ἡγοῦμαι καὶ σοὶ φανερὸν εἶναι· βεβαιῶ δὲ κἀγὼ (93), οὐδεμίαν γνωρίζων κατ' αὐτοῦ παρὰ τῶν πᾶσιν ἐπιβαλλόντων τὰς χεῖρας, τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐπήρειαν. Καίτοιγε εἴ τι ἐγεγόνει (94) παρ' αὐτῶν, οὔθ' οὕτως ἀνάξιος ἦν ὁ ἀνήρ. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου βεβαιοῦσι τοὺς βαθμοὺς μᾶλλον οἷς ἂν προσπολεμῶσιν, ἢ ἀφαιροῦνταί τι τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς παρὰ τοῦ Πνεύματος χάριτος. Πλὴν ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οὐδὲ κατεπενοήθη τι τοῦ ἀνδρός (95). Ὡς οὖν πρεσβύτερον ἀνεπηρέαστον, καὶ ἡμῖν συνημμένον, καὶ πάσης αἰδοῦς ἄξιον, οὕτω καταξίου αὐτὸν ὁρᾷν, σαυτόν τε ὠφελῶν, καὶ ἡμῖν χαριζόμενος.

A quoniam oportet me et testem esse veritatis, et iis, qui spiritualiter conjuncti sunt, largiri quæ habeo maxima; viri quidem in sacerdotio innocentiam atque integritatem arbitror tibi quoque notam esse ac perspectam, tamen et ego hoc confirmo, cum nullam ei sciam ab iis, qui manus in omnes injiciunt, nec Dominum timent, structam fuisse calumniam. Atque etiamsi quid ab eis accidisset, ne sic quidem indignus esset **418** ille vir. Nam Domini hostes gradus eorum quos impugnant, magis confirmant, quam de concessa illis a Spiritu gratia quidquam detrahunt. Sed, ut dixi, ne excogitatum quidem fuit aliquid in virum. Itaque illum ut presbyterum calumniæ expertem, nobisque conjunctum, et reverentia omni dignum videre ne grave-
B ris, et tibi ipse consulens utiliter, et nobis gratum faciens.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΒ'.

EPISTOLA CCLXXII *.

Cum nuntiasset Basilio Actiacus diaconus Sophronium ipsi succensere, nonnullorum sermonibus deceptum; mirari se significat Basilius, quod adulatoribus aures præbuisset Sophronius; seque declarat, cum multos ab infantia usque ad senectutem dilexerit, nemini plus tribuisse, quam Sophronio. Quamobrem nihil magis a se alienum esse, quam Hymetium ipsi præferre, aut in Mennoniano negotio contra ejus voluntatem aut rem venire. Ingenue narrat quid hac in re dixerit. Rogat ut has sibi suspiciones remittat, ac deinceps Basilii erga se amorem calumnia omni potiorem ducat.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ (96).

1. Ἀπήγγειλέ μοι Ἀκτίακος (97) ὁ διάκονος, ὅτι σέ τινες ἐλύπησαν καθ' ἡμῶν, διαβάλλοντες ἡμᾶς ὡς οὐκ εὐνοϊκῶς πρὸς τὴν σὴν διακειμένους σεμνότητα. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐθαύμασα εἴ τινές εἰσιν ἀνδρὶ τοσούτῳ παρεπόμενοι κόλακες. Πεφύκασι γάρ πως ταῖς μεγάλαις δυναστείαις αἱ ἀνελεύθεροι αὐταὶ παραφύεσθαι θεραπεῖαι· οἳ διὰ τὸ ἀπορεῖν οἰκείου ἀγαθοῦ, δι' οὗ γνωρισθῶσιν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἑαυτοὺς συνιστῶσι. Καὶ σχεδόν, ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη τοῦ σίτου ἐστὶ φθορὰ ἐν αὐτῷ γινομένη τῷ σίτῳ, οὕτω καὶ ἡ κολακεία τὴν φιλίαν ὑποδυομένη, λύμη ἐστὶ τῆς φιλίας. Οὐ τοίνυν ἐθαύμασα, ὡς ἔφην, εἴ τινες, ὥσπερ οἱ κηφῆνες τὰ σμήνη, οὕτως αὐτοὶ (98) τὴν λαμπράν σου καὶ θαυμαστὴν ἑστίαν περιβομβοῦσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι θαυμαστὸν ἐφάνη καὶ παντελῶς παράλογον, τὸ σὲ, ἄνδρα ἐπὶ τῷ βάρει τοῦ ἤθους μάλιστα διαφανῆ, ἀνασχέσθαι αὐτοῖς ἀμφοτέρας ἀνεῖναι τὰς ἀκοάς, καὶ διαβολὴν κατ' ἐμοῦ παραδέξασθαι (99)· ὃς πολλοὺς ἀγαπήσας ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ γήρως τούτου, οὐδένα οἶδα εἰς φιλίαν τῆς σῆς τελειότητος προτιμήσας. Καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ ὁ λόγος ἔπεισέ με ἀγαπᾷν τοιοῦτον ὄντα, ἐξήρκει ἡ ἐκ παιδὸς συνήθεια προσδῆσαί με τῇ ψυχῇ σου. Οἶδας δὲ ὅσον δύναται (1) πρὸς φιλίαν τὸ ἔθος. Εἰ δὲ οὐδὲν δείκνυμι τῆς προαιρέσεως ταύτης ἄξιον, σύγγνωθί μου τῇ ἀσθενείᾳ. Καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς

Sophronio magistro.

1. Nuntiavit mihi Actiacus diaconus, nonnullos tibi ut nobis succenseres persuasisse, calumniam nobis inferentes, ut animo non amico erga tuam affectis gravitatem. Ego autem miratus non sum, si quidam tantum virum assectentur adulatores. Solent enim quodammodo magnis potestatibus illiberales ejusmodi cultus adhærere, quibus cum de-
C sit bonum proprium unde cognoscantur, sese ex alienis malis commendant. Et fere, quemadmodum rubigo pestis est tritici in ipso nata tritico; ita et assentatio se in amicitiam insinuans, pestis est amicitiæ. Non igitur, ut dixi, miratus sum si, quemadmodum fuci apiaria, ita isti splendidam tuam ac illustrem domum circumstrepant. Sed illud mihi mirum et omnino inexspectatum visum est, te, virum gravitate morum maxime conspicuum, adductum esse, ut utramque illis præberes aurem, et contra me calumniam acciperes: qui cum mul-
D tos dilexerim a prima ætate usque ad hoc senium, neminem novi quem in amicitia integritati tuæ prætulerim. Nam etiamsi ratio non persuaderet, ut te talem virum adamarem, inita tamen tecum a puero consuetudo satis me tuæ agglutinaret animæ. Quantum autem valeat ad amicitiam consuetudo, haud ignoras. Quod si nihil exhibeo hac voluntate dignum, da veniam meæ imbecillitati. Neque enim

(93) *Βεβαιῶ δὲ κἀγώ.* Sic Harl., Med., Coisl. uterque et Regius primus. Editi Paris. βεβαιῶ σε κἀγώ. Haganoensis et Basileenses βεβαιῶ κἀγώ.

(94) *Εἴ τι ἐγεγόνει.* Ita Harl., Med. et Coisl. 2. Editi εἴ τις ἐγεγόνει. Paulo post editi, Εἰ γὰρ ἐχθροί. Sex mss. ut in textu. Sic etiam editio Hagan. et prima Basileensis.

(95) *Κατεπενοήθη τι τοῦ ἀνδρός.* Ita iidem sex mss., nempe Harl., Med., Coisl. uterque et Regius uterque. Editi κατὰ ἀνδρός.

(96) *Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Alii τῷ αὐτῷ, quia ad Sophronium præcesserat epistola. Editi τῷ αὐτῷ διὰ διαβολὴν ἑαυτοῦ, *Eidem ob calumniam sibi instructam.*

(97) *Ἀκτίακος.* Ita Harl., Coisl. primus, Med., Vat., Reg. primus, Clarom. et Bigot. Legitur Ἀκτιανός in aliis tribus, nempe Reg. secundo, Coisl. secundo et Paris. Editi habebant Ἀντίοχος.

(98) *Οὕτως αὐτοί.* Coisl. primus et Harl. οὕτως οὗτοι.

(99) *Παραδέξασθαι.* Coisl. primus ἀναδέξασθαι.

(1) *Ὅσον δύναται.* Harl. et Med. ὅσα δύναται.

* Alias CCCXXX. Scripta in postremis annis S. Basilii.

Digitized by Google

ipse opus a me in amicitiæ specimen exquires : sed voluntatem videlicet optima quæque tibi precantem. Absit enim ut aliquando res tuæ eo usque deprimantur, ut adeo tenuium, qualis ego sum, beneficio egeas.

2. Quomodo igitur ego contra te dicerem quidquam aut facerem in Memnonii negotio ? Hæc enim mihi narravit diaconus. Quomodo familiaritati tuæ Hymetii opes anteposuissem, hominis ita prodige rem suam absumentis? Profecto nihil horum verum est : neque dixi, neque feci quidquam contra te. **419** Illud autem fortasse occasionem dedit mentientibus, quod a me nonnullis tumultuantibus dictum est : Si statuit ille vir ad opus perducere consilium suum, sive tumultuemini, sive non, fient profecto, et loquentibus vobis et tacentibus, nihilominus quæ sibi proponit. Sin autem sententiam mutaverit, cavete deturpetis venerandum amici nostri nomen : neque sub specie studii in patronum vestrum, vobis lucrum per terrores ac minas, quas intentatis, comparate. Ad illud autem qui testamenta conscripsit, neque per me neque per alium de hoc negotio magnum minusve quidquam locutus sum.

3. Fidem autem his non debes denegare, nisi me omnino desperatum esse putes, ac magnum mendacii peccatum parvipendere. Sed omnino mihi et de hoc negotio suspicionem remitte, et in posterum calumnia omni majorem existima meam in te animi affectionem : ac imitare Alexandrum, qui cum epistolam contra medicum ut insidiatorem accepisset, atque hoc ipso tempore medicamentum ad bibendum sumeret, tantum abfuit ut fidem adhiberet calumnianti, ut simul legeret epistolam, et potionem biberet. Nullo enim ex iis, qui amicitiæ laude spectati sunt, ignobiliorem me esse profiteor, siquidem nunquam in amicitia peccasse deprehensus sum, ac præterea a Deo meo mandatum charitatis accepi : cujus tibi sum debitor, non solum ob communem hominum naturam, sed etiam quia privatim te tum in me, tum in patriam beneficum agnosco.

A ἔργον παρ' ἐμοῦ εἰς ἀπόδειξιν τῆς εὐνοίας ἐπιζητήσεις (2)· ἀλλὰ προαίρεσιν δηλονότι τὰ βέλτιστά σοι συνευχομένην. Μὴ γάρ ποτε εἰς τοῦτο καταβαίη τὰ σά, ὥστε τῆς παρὰ τῶν οὕτω μικρῶν, ὁποῖς αὐτός εἰμι, εὐεργεσίας προσδεηθῆναι.

2. Πῶς οὖν ἔμελλον ἐγὼ ὑπεναντίον τί σοι λέγειν, ἢ πράττειν ἐν τοῖς κατὰ Μεμνόνιον πράγμασι; Ταῦτα γάρ μοι ἀπήγγειλεν ὁ διάκονος. Πῶς δὲ τὴν Ὑμητίου (3) εὐπορίαν προτιμοτέραν ἐτιθέμην τῆς σῆς οἰκειώσεως (4), ἀνδρὸς οὕτω δαπανῶντος τὴν οὐσίαν; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδὲν ἀληθές· οὔτε τι εἴρηται παρ' ἐμοῦ, οὔτε πέπρακται ὑπεναντίον. Ἐκεῖνο δὲ ἴσως ἀφορμὴν ἔδωκε τοῖς τὰ ψευδῆ λέγουσι, τὸ παρ' ἐμοῦ πρός τινας τῶν θορυβούντων λεχθέν· ὅτι, Εἰ μὲν προείρηται εἰς ἔργον ἀγαγεῖν B τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ὁ ἄνθρωπος, κἂν θορυβήσητε ὑμεῖς, κἂν μή, γενήσεται πάντως καὶ λαλούντων ὑμῶν καὶ σιωπώντων οὐδὲν ἧττον τὰ σπουδαζόμενα· εἰ δὲ μεταβουλεύσεται, μὴ παρασύρητε τὸ σεμνότατον (5) ὄνομα τοῦ φίλου ἡμῶν, μηδὲ ἐν προσχήματι δῆθεν τῆς περὶ τὸν προστάτην ὑμῶν σπουδῆς, ἑαυτοῖς τι κέρδος ἐντεῦθεν, ἐξ ὧν ἐπανατείνεσθε φόβον καὶ ἀπειλήν, καταπράττεσθε. Πρὸς δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τὰς διαθήκας γράφοντα οὔτε δι' ἐμαυτοῦ οὔτε δι' ἑτέρου ἐφθεγξάμην ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον περὶ τοῦ πράγματος τούτου.

3. Καὶ τούτοις ἀπιστεῖν οὐκ ὀφείλεις, εἰ μὴ παντελῶς με ἀπεγνωσμένον ἡγῇ (6), καὶ καταφρονεῖν τῆς μεγάλης ἁμαρτίας τοῦ ψεύδους. Ἀλλὰ πάνυ ἡμῖν αὐτὸς καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ ὑπόνοιαν C ἄφες, καὶ τοῦ λοιποῦ πάσης διαβολῆς ὑψηλοτέραν ποιοῦ τὴν ἐμὴν περὶ σὲ (7) διάθεσιν, τὸν Ἀλέξανδρον μιμούμενος, ὃς, ἐπιστολὴν κατὰ τοῦ ἰατροῦ δεξάμενος ὡς ἐπιβουλεύοντος, ἐπειδὴ ἔτυχεν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ φάρμακον λαβὼν ὥστε πιεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε πιστεῦσαι τῷ διαβάλλοντι, ὥστε ὁμοῦ τε τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκε, καὶ τὸ φάρμακον ἔπινεν. Οὐδενὸς γὰρ τῶν ἐπὶ φιλίᾳ γνωρίμων ἀτιμότερον ἐμαυτὸν ἀξιῶ τίθεσθαι, τῷ μήτε ἁλῶναί ποτε εἰς φιλίαν ἐξαμαρτὼν, καὶ ἔτι παρὰ τοῦ Θεοῦ μου λαβεῖν τὴν ἐντολὴν τῆς ἀγάπης, ἧς χρεώστης εἰμὶ οὐ μόνον κατὰ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἰδίως εὐεργέτην σε γνωρίζω ἐμαυτοῦ τε καὶ τῆς πατρίδος.

EPISTOLA CCLXXIII *.

Heram commendat homini jam sæpe de se bene merito.

Sine inscriptione, pro Hera.

Cum omnino persuasum sit mihi me a tua dignitate ita diligi, ut quæ ad me spectant, tua reputes ;

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΓ'.

D *Ἀνεπίγραφος, περὶ Ἥρα.*

Ἀκριβῶς πεπεισμένος οὕτως ἡμᾶς ἀγαπᾷν τὴν σὴν τιμιότητα, ὥστε τὰ ἡμῖν διαφέροντα οἰκεῖα λο-

* Alias CCXVI. Scripta in postremis annis S. Basilii.

(2) *Ἐπιζητήσεις.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἐπιζητεῖς. Paulo post eosdem tres codices secuti mutavimus quod erat in editis εἰς τοσοῦτον καταβαίη.

(3) *Ὑμητίου.* Reg. primus et Bigot. Ὑμιντίου.

(4) *Οἰκειώσεως.* Coisl. uterque, Reg. secundus et Paris. οἰκίας. Harlæanus et alii cum editis consentiunt. Videtur non sine ironia Basilius Hymetii opes prædicare, quem prodige res suas ait absumere.

(5) *Τὸ σεμνότατον.* Ita tres vetustissimi codices. Editi τὸ σεμνόν.

(6) *Ἀπεγνωσμένον ἡγῇ.* Ita Harl. et alii nonnulli. Editi ὡς ἀπεγνωσμένον εἶναι ἡγῇ. Deest ὡς etiam in Coisl. primo. Ibidem multi codices καταφρονεῖν με.

(7) *Περὶ σέ.* Harl. et Coisl. primus πρὸς σέ. Infra iidem codices πρὸς φιλίαν.

Digitized by Google

γίζεσθαι, τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν Ἥραν, A ὃν οὐ κατὰ συνήθειάν τινα ἀδελφὸν ἡμῶν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κατὰ ἀκριβεστάτην καὶ οὐδεμίαν ἔχουσαν (8) ὑπερβολὴν τῆς φιλίας διάθεσιν, συνιστῶ σου τῇ ὑπερφυεῖ καλοκαγαθίᾳ, καὶ παρακαλῶ οἰκείως (9) τε αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ τὴν κατὰ δύναμίν σοι παρασχέσθαι αὐτῷ προστασίαν ἐν οἷς ἂν δέηται τῆς μεγαλονοίας σου· ὥστε με τοῖς πολλοῖς οἷς ἤδη τετύχηκα παρὰ σοὶ ἀγαθοῖς καὶ ταύτην ἕνειν τὴν εὐεργεσίαν συναριθμεῖν.

colendissimum fratrem nostrum Heram, quem non ex quadam consuetudine fratrem appello, sed ex accuratissima, et qua major esse non possit amicitiæ affectione, summæ tuæ probitati commendo, ac rogo, ut et illum non secus ac necessarium tuum conspicias, eique pro viribus patrocinium impendas, quibus in rebus opus ei fuerit tua prudentia; adeo ut inter multa, quæ jam de me meritus es, hoc etiam beneficium numerare possim.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΔ'.

420 EPISTOLA CCLXXIV *.

Commendat Himerio eumdem Heram, quem ab infantia usque ad senectutem amicum habuerat.

Ἱμερίῳ (10) *μαγίστρῳ.*

Himerio magistro.

Ἡ πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν Ἥραν φιλία μοι καὶ συνήθεια, ὅτι ἐκ πάνυ παιδὸς τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ μέχρι γήρως συμπαρέμεινε (11) τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, παντὸς ἄμεινον καὶ αὐτὸς ἐπίστασαι. Σχεδὸν γὰρ καὶ τὴν τῆς σῆς μεγαλοφυΐας ἀγάπην ἐξ ἐκείνου ἡμῖν ὁ Κύριος ἐχαρίσατο, ἐξ ὅτου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γνῶσιν προεξένησεν. Ἐπεὶ οὖν δεῖται τῆς παρὰ σοῦ προστασίας, παρακαλῶ σε καὶ καθικετεύω, τῇ τε ἀρχαίᾳ (12) περὶ ἡμᾶς διαθέσει χαριζόμενον, καὶ τῇ νῦν κατασχούσῃ ἀνάγκῃ προσχόντα, οὕτως οἰκειώσασθαι τὰ κατ' αὐτὸν πράγματα, ὥστε μηδεμιᾶς αὐτὸν ἑτέρας προστασίας δεηθῆναι, ἀλλ' ἐπανελθεῖν πρὸς ἡμᾶς πάντα καταπραξάμενον τὰ κατ' εὐχάς· ὥστε ταῖς πολλαῖς αἷς πεπόνθαμεν παρὰ σοῦ εὐεργεσίαις, καὶ ταύτην ἡμᾶς ἔχειν συναριθμεῖν, ἧς οὐκ ἂν μείζονα ἑαυτοῖς, C οὐδὲ μᾶλλον ἡμῖν διαφέρουσαν εὑρίσκοντες οἰκειούμεθα.

Meam cum fratre colendissimo Hera amicitiam et consuetudinem a puero prorsus incepisse et ad senectutem usque Dei dono perseverasse, nemo est qui melius quam tu perspexerit. Ferme enim et tuæ magnanimitatis amicitiam ab illo tempore nobis Dominus largitus est, ex quo etiam inter nos, eo donante, cognovimus. Cum igitur ei tuo patrocinio opus sit, adhortor te ac rogo, ut et veteri nostræ amicitiæ aliquid tribuens, et ad urgentem nunc necessitatem attentus, ita negotia illius tua facias, ut nullo alio patrocinio egeat: sed omnibus ex sententia confectis, ad nos revertatur: adeo ut inter multa beneficia quæ tu in me contulisti, illud etiam queam numerare, quo majus aliud, aut quod magis mea referat, mihi attribuere ac vindicare non possim.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΕ'.

EPISTOLA CCLXXV **.

Eidem Heræ patrocinium implorat adversus inimicorum calumnias.

Ἀνεπίγραφος, περὶ Ἥρα.

Sine inscriptione, pro Hera.

Προέλαβες τὰς παρ' ἡμῶν (13) παρακλήσεις ἐν τῇ πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν (14) ἡμῶν Ἥραν διαθέσει, καὶ γέγονας αὐτῷ εὐχῆς ἀμείνων τῶν τε τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς αἷς εἰς αὐτὸν ἐπεδείξω (15) καὶ ταῖς ἐφ' ἑκάστου καιροῦ προστασίαις. Ὅμως δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ σιωπῇ φέρειν τὰ κατ' αὐτὸν οὐ δυνάμεθα, παρακαλοῦμέν σου τὴν ἀνυπέρβλητον τιμιότητα καὶ εἰς ἡμετέραν χάριν προσθεῖναι τῇ εἰς τὸν ἄνδρα σπουδῇ, καὶ ἀποπέμψαι αὐτὸν τῇ πατρίδι κρείττονα τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἐπηρείας· ἐπεὶ νῦν γε οὐκ ἔξω ἐστὶ βελῶν τοῦ φθόνου, πολλῶν D

Prævertisti preces meas tua erga colendissimum fratrem nostrum Heram animi affectione, ac liberalius cum eo egisti, quam precati fuissemus, cum eximiis honoribus quos ei habuisti, tum suscepto illius, quolibet tempore, patrocinio. Sed tamen cum res illius silentio præterire non possim, eximiam tuam dignitatem rogo, ut et mea causa tuo in virum studio aliquid addas, eumque inimicorum suorum calumniis superiorem in patriam remittas; non enim nunc est extra invidiæ tela, multis illius vitæ tranquillitatem perturbare conantibus. Quos contra

(8) *Ἔχουσαν.* Editi hunc locum sic exhibent: Καὶ οὐδεμίαν ὑπερβολὴν τῆς φιλίας διάθεσιν ὑπερεχομένην. Coisl. primus et Medicæus nihil discrepant ab editis, nisi quod habent: καὶ τῆς φιλίας διάθεσιν ὑπερεχόμενον. Combefisius ut lucem afferat, legit παρεχομένην. Sed tota res enitescit ex codicibus Regio secundo, Coisl. secundo, ex quibus addidimus ἔχουσαν et delevimus ὑπερεχομένην.

(9) *Οἰκείως.* Sic Med. et Coisl. primus cum aliis duobus. Editi οἰκεῖον. Mox Regius secundus et Coisl. secundus οἷς ἤδη πέπονθα παρὰ σοῦ.

(10) *Ἱμερίῳ.* Coisl. primus et Clarom. Ἡμερίῳ.

(11) *Συμπαρέμεινε.* Med. et Vat. cum Reg. secundo et Coisl. secundo παρέμεινε.

(12) *Ἀρχαίᾳ.* Deest ea vox in Coisliniano primo.

(13) *Παρ' ἡμῶν.* Præpositio addita ex quatuor mss., nempe Med., Vat., Reg. secundo et Clarom.

(14) *Ἀδελφόν.* Coisl. secundus et Reg. secundus et Clarom. ἑταῖρον.

(15) *Ἐπεδείξω.* Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ἀπεδείξω.

* Alias CCCCXVI. Scripta eodem tempore ac præcedens.

** Alias CCXVII. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

unum habebimus præsidium insuperabile, si tua illum manu protegere volueris.

A αὐτοῦ (16) ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ βίου. Πρὸς οὓς μίαν εὑρήσομεν ἀσφάλειαν ἄῤῥηκτον, εἰ αὐτὸς ὑπερσχεῖν τὴν χεῖρα τοῦ ἀνδρὸς θελήσειας.

EPISTOLA CCLXXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟϚ'.

Cum filius Harmatii a simulacrorum cultu ad religionem Christianam conversus fuisset, hortatur patrem Basilius, ut filii in iis, quæ ad corpus attinent, obedientia contentus, idem jus sibi in animam non arroget, sed potius illius animi fortitudinem admiretur, quod veri Dei cultum paterno obsequio antiquiorem habuerit.

Harmatio magno.

Et communis hominum omnium lex communes parentes dedit adolescentibus senes: et nostra Christianorum propria nos seniores in parentum loco talibus constituit. Itaque **421** ne me inutiliter existimes ac citra necessitatem curiosum esse, si deprecatorem me præbeo pro tuo apud te filio. Hujus quidem in cæteris obedientiam a te reposci æquum judicamus: enim vero obnoxius tibi est, quantum ad corpus attinet, et ex lege naturæ et ex civili illa qua regimur. Animam autem, ut ex divinioribus acceptam, credere par est alteri subjici oportere, ac debitis longe omnium præstantissimis Deo obstrictam esse. Quoniam igitur nostrum Christianorum Deum, eumque verum, pluribus vestris diis, et qui per corporea symbola coluntur, anteposuit, non idcirco illi succenseas, sed potius admirare animi fortitudinem, quod timore et obsequio paterno antiquius ei fuerit, per veram cognitionem ac vitam virtuti consentaneam conjungi cum Deo. Exorabit quidem te et natura ipsa, et morum lenitas in omnes ac mansuetudo, ut ne tantillum quidem illi succensere in animum inducas. Profecto autem nec meam deprecationem fastidies, vel potius per me adimpletam tuæ civitatis deprecationem: quæ quia te amat, tibique bona omnia precatur, teipsum quoque sibi videtur Christianum suscepisse. Tanto illos gaudio perfudit fama subito civitati allata.

Ἁρματίῳ (17) τῷ μεγάλῳ.

Καὶ ὁ κοινὸς πάντων ἀνθρώπων νόμος κοινοὺς πατέρας ποιεῖ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ (18) πρεσβύτας, καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ τῶν Χριστιανῶν ἴδιος τοὺς γέροντας ἡμᾶς ἐν γονέων τάξει καθίστησι τοῖς τηλικούτοις. Ὥστε μὴ περιττόν με ἡγήσῃ, μηδὲ ἔξω τῶν ἀναγ- B καίων περιεργάζεσθαι, εἰ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐγὼ πρεσβεύω τοῦ σοῦ πρὸς σέ. Οὗ τὴν μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις ὑπακοὴν ἀξιοῦμέν σε ἀπαιτεῖν· ὑπεύθυνος γάρ ἐστιν εἰς τὸ σῶμα, καὶ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ τῷ πολιτικῷ τούτῳ καθ' ὃν οἰκονομούμεθα· τὴν μέντοι ψυχὴν, ὡς ἐκ θειοτέρων ἔχων ἦκεν, ἄλλῳ νομίζειν (19) ὑποκεῖσθαι προσῆκον, καὶ Θεῷ ὀφείλεσθαι παρ' αὐτῆς χρέα τὰ πάντων χρεῶν πρεσβύτατα. Ἐπεὶ οὖν τὸν Θεὸν τὸν ἡμέτερον τῶν Χριστιανῶν, τὸν ἀληθινὸν, πρὸ τῶν παρ' ὑμῖν πολλῶν, καὶ δι' ὑλικῶν συμβόλων θεραπευομένων προείλετο, μὴ δυσχεραίνειν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ καὶ θαυμάζειν τῆς ψυχῆς τὸ γενναῖον, ὅτι καὶ φόβου καὶ θεραπείας πατρικῆς προτιμότερον ἔθετο διὰ τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως καὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου οἰκειωθῆναι Θεῷ. Δυσωπήσει μὲν οὖν σε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις, καὶ τὸ τοῦ τρόπου πρᾶον περὶ πάντα (20) καὶ ἥμερον, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἐπιτρέψαι σοι τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην· πάντως δὲ οὐδὲ τὴν ἡμετέραν ἀτιμάσεις (21) πρεσβείαν μᾶλλον δὲ τὴν τῆς σῆς πόλεως δι' ἡμῶν πληρουμένην, οἳ τῷ (22) περὶ σὲ φίλτρῳ, καὶ τῷ πάντα σοι εὔχεσθαι τὰ καλὰ, καὶ σὲ αὐτὸν οἴονται Χριστιανὸν ὑποδέξασθαι. Οὕτως αὐτοὺς περιχαρεῖς διέθηκε φήμη ἀῤῥόως ἐμπεσοῦσα τῇ πόλει.

EPISTOLA CCLXXVII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΖ'.

Basilius cum audisset ex Theotecno de Maximi virtutibus, gratulatur ei, quod ex illustri genere ad evangelicam vitam translatus fuerit; eique demonstrat unum esse expetendum et laudabile, æternum bonum: cætera autem umbra esse tenuiora et somniis fallaciora.

Maximo scholastico.

Retulit mihi honestus ac bonus Theotecnus quæ D

Μαξίμῳ (23) σχολαστικῷ.

Ἀνήγγειλέ μοι ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς Θεότεκνος τὰ

* Alias CCCLXV. Scripta in postremis annis S. Basilii.

** Alias XLII. Scripta in postremis annis S. Basilii.

(16) *Πολλῶν αὐτοῦ.* Sic tres iidem codices. Editi πολλῶν αὐτόν.

(17) *Ἁρματίῳ.* Non legitur τῷ μεγάλῳ in nonnullis codicibus mss. recentioribus.

(18) *Τοὺς ἐν ἡλικίᾳ.* Nullus dubito quin legendum sit τοῖς ἐν ἡλικίᾳ, *adolescentibus.* Combefisius legendum putat νέων πατέρας, *juvenum parentes.* Sed vir doctus idem commisit ac interpres, ut his verbis ἐν ἡλικίᾳ adolescentiam designari non intelligeret. Sequentibus autem verbis τοὺς γέροντας ἡμᾶς, *nos seniores*, non ætatem, sed dignitatem sacerdotii indicari existimo, ita ut idem valeant ac *nos presbyteros.*

(19) *Νομίζειν.* Harl. et Med. νομίζων. Illud autem νομίζειν eodem modo intelligendum, ac infra μὴ δυσχεραίνειν, vel referendo ad superius verbum ἀξιοῦμεν, vel subaudiendo χρή, ut in pluribus apud Basilium locis.

(20) *Περὶ πάντα.* Quinque codices recentiores habent περὶ πάντας, et paulo post ἐπιτρέψει. Sed vetustissimi codices cum editis consentiunt

(21) *Ἀτιμάσεις.* Ita tres vetustissimi codices et alii nonnulli. Legitur ἀτιμάσῃς in Regio primo et Bigot. altero. Editi ἀτιμάσοις.

(22) *Οἳ... οἴονται.* Ita Coisl. primus, cui favent Harl., Med., Reg. secundus et Coisl. secundus, in quibus legitur οἴονται. Editi ἡ... οἴεται. Mox Coisl. primus περιχαρὴς, id est, *lætus nuntius*

(23) *Μαξίμῳ σχολαστικῷ.* Sic reperimus in sex veteribus libris, nempe Coisl. utroque, Harl., Med.,

Digitized by Google

περὶ τῆς σεμνότητός σου, καὶ ἐνεποίησέ μοι πόθον τῆς σῆς συντυχίας, ἐναργῶς (24) ὑπογράφων τῷ λόγῳ τῆς ψυχῆς σου τὸν χαρακτῆρα· καὶ τοσοῦτον ἐξέκαυσέ μοι τὸ περὶ σὲ φίλτρον, ὥστ', εἰ (25) μὴ καὶ τῷ γήρᾳ ἐβαρυνόμην, καὶ τῇ συντρόφῳ κατειχόμην ἀσθενείᾳ, καὶ μυρίαις ταῖς κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν φροντίσιν ἧμην πεπεδημένος, οὐδὲν ἂν με κατέσχεν αὐτὸν γενέσθαι παρὰ σέ. Καὶ γὰρ οὐ μικρὸν τῷ ὄντι κέρδος, ἐξ οἰκίας μεγάλης καὶ γένους περιφανοῦς πρὸς τὸν εὐαγγελικὸν (26) μεταστάντα βίον, χαλινῶσαι μὲν λογισμῷ τὴν νεότητα, τὰ δὲ τῆς σαρκὸς πάθη δοῦλα τῷ λόγῳ (27) ποιῆσαι· ταπεινοφροσύνῃ δὲ κεχρῆσθαι, τῇ ὀφειλομένῃ Χριστιανῷ, φρονοῦντι περὶ ἑαυτοῦ, οἷα εἰκὸς, ὅθεν ἔφυ, καὶ οἳ (28) πορεύεται. Ἡ γὰρ τῆς φύσεως ἔννοια καταστέλλει μὲν τῆς ψυχῆς τὸ φλεγμαῖνον, ἀλαζονείαν δὲ πᾶσαν καὶ αὐθάδειαν ὑπερορίζει· καὶ τὸ ὅλον, μιμητὴν τοῦ Κυρίου καθίστησι, τοῦ εἰπόντος· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Τῷ ὄντι γὰρ, φίλτατε παίδων, μόνον περισπούδαστον καὶ ἐπαινετὸν τὸ διαρκὲς ἀγαθόν. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ παρὰ Θεοῦ τιμή. Τὰ δὲ ἀνθρώπινα ταῦτα σκιᾶς ἐστιν ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα. Ἥ τε γὰρ νεότης τῶν ἠρινῶν ἀνθέων ὀξύτερον καταῤῥεῖ, καὶ ὥρα σώματος ἢ νόσῳ ἢ χρόνῳ καταμαραίνεται (29). Καὶ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, δόξα δὲ εὐπερίτρεπτος. Αἵ τε περὶ τὰς τέχνας διαπονήσεις τῷ χρόνῳ τούτῳ συναπαρτίζονται. Ἀλλὰ καὶ τὸ περισπούδαστον ἅπασιν, οἱ λόγοι ἄχρι τῆς ἀκοῆς χάριν ἔχουσιν. Ἀρετῆς δὲ ἄσκησις τίμιον μὲν κτῆμα τῷ ἔχοντι, ἥδιστον δὲ θεαμάτων (30) τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ὧν ἐπιμελούμενος, ἄξιον σεαυτὸν καταστήσεις τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων παρὰ τοῦ Κυρίου ἀγαθῶν. Τίνι δ' ἂν τρόπῳ ἔλθοις πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἀνάληψιν καὶ ὅπως ἂν τὰ κτηθέντα διασώσαιο (31), μακρότερον εἰπεῖν ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τοῦ λόγου. Ἐπῆλθε δ' οὖν ἐμοὶ καὶ αὐτὰ ταῦτά (32) σοι προσφυεγξασθαι, ἐξ ὧν ἤκουσα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοτέκνου· ὃν πάντοτε μὲν εὔχομαι ἀληθεύειν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ σοῦ λόγοις, ἵνα πλέον δοξάζηται ἐπὶ σοὶ ὁ Κύριος, ἀπὸ ῥίζης ἀλλοτρίας τοῖς πολυτιμήτοις καρποῖς τῆς εὐσεβείας βρύοντι.

ad tuam gravitatem spectant, mihique injecit desiderium tui congressus, clare depingens oratione animi tui effigiem; ac tantum in me tui amorem incendit ut, nisi et senio gravarer, et mecum nutrita detinerer infirmitate, et innumeris Ecclesiæ curis constrictus essem, nihil remorari me posset, quominus te convenirem. Neque enim parvum revera lucrum est, ex ampla familia et illustri genere ad evangelicam translatum vitam, refrenare ratione juventutem, carnisque libidines rationis imperio subjicere, et humilitatem amplecti consentaneam Christiano, de seipso, ut par est, unde scilicet prodierit, et quo abiturus sit, sentienti. Nam naturæ consideratio reprimit animi tumorem, et omnem jactantiam ac contumaciam exterminat; ac uno verbo, discipulum constituit Domini, qui dixit: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [43]. Revera enim, fili charissime, unum est expetendum et laudabile, æternum bonum; **422** hoc autem est, in pretio et honore esse apud Deum. At humana hæc tenuiora sunt umbra, et somniis fallaciora. Juventus enim vernis floribus citius defluit, et corporis venustas aut morbo aut tempore flaccescit. Atque divitiæ quidem infidæ sunt: gloria vero facile mutabilis. Ipsa etiam artium studia hujus ævi finibus continentur. Sed et eloquentia, quæ studio digna omnibus videtur, auribus tenus gratiam obtinet. Sed virtutis exercitatio pretiosa est habenti possessio, spectaculum occurrentibus jucundissimum. His studium impendens, dignum teipsum præstabis promissis a Domino bonis. Cæterum quomodo ad optimarum rerum acquisitionem pertingas, et quomodo acquisitas conserves, longius est dicere, quam pro præsenti sermonis instituto: sed tamen venit mihi in mentem, hæc ipsa tibi dicere, ob ea quæ a fratre Theotecno audivi; quem semper quidem optarim verum loqui, maxime vero cum de te sermonem habet, ut uberius glorificetur in te Dominus, pretiosissimis pietatis fructibus ex radice aliena abundanti.

[43] Matth. xi, 29.

Vat. et Reg. secundo. Regius primus et editi τῷ αὐτῷ, id est, Maximo philosopho, cui inscripta erat epistola alias 41, istam præcedens in antiquo litterarum ordine. Utrumque Maximum distinguendum esse ostendetur in *Vita S. Basilii*.

(24) *Ἐναργῶς.* Sic mss. septem. Editi σαφῶς.

(25) *Ἐξέκαυσέ μοι... ὥστ', εἰ.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐξέκαυσέ μου... ὡς. Habent etiam Coisl. secundus et Reg. secundus ἐξέκαυσέ μοι.

(26) *Εὐαγγελικόν.* Ita Harl., Coisl. uterque, Med. et Reg secundus. Editi ἀγγελικόν.

(27) *Τῷ λόγῳ.* Ita Harl., Coisl. primus et Med. Editi τῷ λογισμῷ.

(28) *Καὶ οἳ.* Voculam secundam addimus ex sex mss. Ibidem quidam codices πορεύσεται. Non multo post editi μαθητὴν τοῦ Χριστοῦ. Tres vetustissimi codices et Reg. secundus ut in textu.

(29) *Καταμαραίνεται.* Harl. ἀπομαραίνεται. Quatuor alii codices non antiquissimi μαραίνεται.

(30) *Θεαμάτων.* Ita Harl., Coisl. primus et plures alii. Vat. θαυμάτων, *miraculum jucundissimum*. Editi θέαμα. Ibidem editi ἧς ἐπιμελούμενος. Septem mss. ut in textu. Paulo post iisdem freti codicibus mutavimus quod erat in editis παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν, τὸ δὲ, ποίῳ ἂν... καὶ πῶς.

(31) *Διασώσαιο.* Ita tres vetustissimi codices. Tres alii διασώσοιο. Editi διασώσεις.

(32) *Αὐτὰ ταῦτα.* Ita mss. sex. Vaticanus codex αὐτοῦ ταῦτα. Editiones Hagan. et Basil. τοῦ ταῦτα. Paris. prima τὰ ταῦτα. Altera cum antiquioribus consentit.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXVIII*.

Cum sæpe Valeriani videndi spes Basilium frustrata esset, rogat eum per litteras ut ad se venire non graveiur.

Valeriano.

Tuam ego nobilitatem, etiam in Orphanene cum essem, cupiebam videre. Sperabam enim te Corsagænis versantem, libenter ad nos accessurum, si conventum in Attagænis celebraremus. At cum hunc conventum non habuerim, in monte videre te exoptabam. Rursus enim hic Evesus, cum non longe absit, spem congressus augebat. Sed cum neutrum in locum venerim, scribere institui, ut ad me digneris proficisci, cum rem æquam faciens, dum juvenis ad senem accedes; tum per congressum aliquod a me consilium accepturus, propterea quod negotia Cæsareæ cum nonnullis habes, quæ ut componantur, opera mea indigent. Itaque, si molestum non est, ne pigreris ad me venire.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΗ'.

Οὐαλεριανῷ.

Ἐγὼ τὴν εὐγένειάν σου, καὶ κατὰ τὴν Ὀρφανήνην (33) γενόμενος, ἐπεθύμουν ἰδεῖν. Προσεδόκων γάρ σε ἐν Κορσαγαίνοις διάγοντα μὴ ὀκνήσειν πρὸς ἡμᾶς διαβῆναι ἐν Ἀτταγαίνοις (34) τελοῦντας τὴν σύνοδον. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνης διήμαρτον τῆς συνόδου, ἐπεθύμουν ἰδεῖν ἐν τῷ ὄρει. Πάλιν γὰρ ἐκεῖ ἡ Εὔησος (35), πλησίον οὖσα, τὴν ἐλπίδα τῆς συντυχίας ἐπέτεινεν. Ὡς δὲ ἀμφοτέρων διήμαρτον, ἦλθον ἐπὶ τὸ γράφειν, ἵνα καταξιώσῃς με καταλαβεῖν· ὁμοῦ μὲν τὸ εἰκὸς ποιῶν, νέος φοιτῶν παρὰ γέροντι, ὁμοῦ δὲ καὶ διὰ τῆς συντυχίας δεχόμενός τινα παρ' ἡμῶν συμβουλήν, διὰ τὸ εἶναί σοι πράγματα πρός τινας τῶν ἐν Καισαρείᾳ, τὰ δεόμενα τῆς ἡμετέρας μεσιτείας πρὸς τὴν διόρθωσιν. Ἐὰν οὖν ἀνεπαχθὲς ᾖ, μὴ κατοκνήσῃς ἡμᾶς καταλαβεῖν.

EPISTOLA CCLXXIX**.

Commendat præfecto civem Tyanensem.

Modesto præfecto.

Quamvis multi litteras a me ad tuam dignitatem perferant, tamen ob eximium honorem, quem mihi habes, magnanimitati tuæ nullam arbitror molestiam multitudine litterarum exhiberi. Quamobrem libenter huic **423** etiam fratri hanc epistolam tradidi; cum mihi compertum sit et ipsum omnium, quæ in optatis habet, compotem fore, et me apud te inter beneficos numerandum, qui beneficiorum occasiones bonæ tuæ voluntati ministrem. Quam ad rem itaque patrocinio tuo indigeat, ipse tibi exponet, si modo illum benigno digneris aspicere oculo, eique apud præstantissimam tuam potestatem loquendi fiduciam dederis. Ego autem id quod in me situm est, per litteras declaro, quidquid in illum fiet, proprium mihi emolumentum videri; præsertim quia Tyanis profectus, hanc ob causam ad me venit, quasi magnum aliquod lucrum habiturus, si epistolam meam veluti supplicantis insigne proferret. Itaque, ut et ipse de spe non decidat, et ego honore consueto perfruar, et tuum illud bonarum rerum studium etiam in præsenti negotio adimpleatur, precamur illum a te benigne susciipi, et inter tuos maxime necessarios numerari.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΘ'.

Μοδέστῳ (36) ὑπάρχῳ.

Κἂν πολλοὶ ὦσιν οἱ γράμματα παρ' ἡμῶν προσκομίζοντες τῇ τιμιότητί σου, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς σῆς περὶ ἡμᾶς (37) τιμῆς ἡγοῦμαι τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων ὄχλον μηδένα παρέχειν τῇ μεγαλοφυΐᾳ σου. Διὰ τοῦτο προθύμως καὶ τῷ ἀδελφῷ τούτῳ τὴν ἐπιστολὴν ἔδωκα (38) ταύτην· εἰδὼς ὅτι καὶ αὐτὸς πάντων τεύξεται τῶν σπουδαζομένων, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς εὐεργέταις λογισθησόμεθα παρὰ σοί, ἀφορμὰς εὐποιιῶν προξενοῦντες τῇ ἀγαθῇ προαιρέσει σου. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα εἰς ὃ δεῖται τῆς προστασίας σου, αὐτὸς ἐρεῖ, ἐὰν αὐτὸν εὐμενεῖ καταξιώσῃς προσιδεῖν τῷ βλέμματι, καὶ δῷς αὐτῷ θάρσος ὥστε φωνὴν ῥῆξαι ἐπὶ τῆς μεγάλης σου καὶ ὑπερφυοῦς ἐξουσίας· ἡμεῖς δὲ τὸ ἡμέτερον διὰ τοῦ γράμματος παριστῶμεν, ὅτι τὸ εἰς αὐτὸν γινόμενον οἰκεῖον ἡγούμεθα κέρδος· διὰ τὸ μάλιστα, ἐκ τῆς Τυανέων αὐτὸν ἀναστάντα, τούτου ἕνεκεν ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, ὡς μέγα τι ἕξοντα κέρδος, εἰ τὴν ἡμετέραν ἐπιστολὴν ἀνθ' ἱκετηρίας προβάλοιτο. Ἵνα οὖν μήτε αὐτὸς τῶν ἐλπίδων ἐκπέσῃ, καὶ ἡμεῖς τῆς συνήθους τιμῆς ἀπολαύσωμεν, καὶ σοὶ ἡ περὶ τὰ ἀγαθὰ σπουδὴ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως πληρωθῇ, ἀξιοῦμεν δεχθῆναι αὐτὸν εὐμενῶς, καὶ ἐναρίθμιον γενέσθαι τοῖς οἰκειοτάτοις σοῦ.

EPISTOLA CCLXXX***.

Commendat hominem sibi propinquum, quemque in filii loco habebat.

Modesto præfecto.

Quamquam audacia est tanto viro per litteras

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠ'.

Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.

Εἰ καὶ τολμηρὸν ἀνδρὶ τοσούτῳ διὰ γραμμάτων

* Alias CCCCXXV. Scripta in episcopatu.
** Alias CCLXXIV. Scripta in episcopatu.
*** Alias CCLXXV. Scripta in episcopatu.
(33) *Ὀρφανήνην*. Coisl. primus et Clarom. Ὀρφανήν.
(34) *Ἀτταγαίνοις*. Coisl. primus Ἀταΐνοις.
(35) *Εὔησος*. Coisl. primus Εὐήσας.
(36) *Μοδέστῳ*. Hic obiter monebo veteres libros, in quibus hæ epistolæ vario ordine continentur, non ὑπάρχου, sed ἐπάρχου titulum Modesto tribuere. Quod quidem recte emendatum fuit in editis.
(37) *Περὶ ἡμᾶς*. Ita plerique mss. Editi πρὸς ἡμᾶς.
(38) *Ἔδωκα*. Reg. secundus δέδωκα.

Digitized by Google

ἱκεσίας προσάγειν, ἀλλ' οὖν ἡ προϋπάρχουσα περὶ ἡμᾶς παρὰ σοῦ τιμὴ ἀφαιρεῖται τῆς καρδίας ἡμῶν τὸ δειλὸν, καὶ καταθαρρύνομεν ἐπιστέλλειν ὑπὲρ ἀνθρώπων, οἰκείων μὲν ἡμῖν κατὰ γένος, τιμῆς δὲ ἀξίων ὁδιὰ τὴν δεξότητα τῶν ἠθῶν. Ὁ τοίνυν τὴν ἐπιστολὴν ἡμῶν ταύτην ἐπιδιδοὺς (39) ἐν υἱοῦ μοι τάξει καθέστηκεν. Ἐπεὶ οὖν δεῖται μόνης τῆς παρὰ σοῦ εὐμενείας εἰς τὸ γενέσθαι αὐτῷ τὰ ἐπιζητούμενα, καταξίωσον δέξασθαί μου τὸ γράμμα, ὃ ἀνθ' ἱκετηρίας προτείνεταί σοι ὁ προειρημένος· καὶ δοῦναι αὐτῷ καιρὸν διηγήσασθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν (40), καὶ διαλεχθῆναι τοῖς δυναμένοις αὐτῷ συνεργῆσαι, ἵνα τῷ προστάγματί σου ταχέως τύχῃ τῶν σπουδαζομένων, καὶ ἐμοὶ ὑπάρξῃ καλλωπίσασθαι (41) ὅτι μοι δέδοται τοιοῦτος παρὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ προστάτης, ὃς τοὺς ἐμοὶ προσήκοντας ἰδίους ἡγεῖται ἱκέτας καὶ πρόσφυγας.

A supplicare, tamen honor, quem a te præcepi, timiditatem e meo corde expellit, ac fidenter ad te scribo pro hominibus mihi quidem genere propinquis, sed honore dignis ob morum probitatem. Itaque qui hanc nostram reddit epistolam, mihi loco filii est. Cum ergo sola tua benevolentia ei opus sit, voti ut compos fiat, litteras meas quas tibi vir memoratus, veluti quoddam supplicantis insigne offert, digneris accipere, eique tempus concedere res suas enarrandi, et cum iis qui illum juvare possunt colloquendi, ut, jubente te, cito optata consequatur, ac mihi gloriari liceat, quod Dei dono datus sit mihi patronus, qui meos necessarios, proprios supplices ac perfugas esse ducit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΑ'.

EPISTOLA CCLXXXI*.

Rogat ut Heiladius peræquatoris munere liberetur.

Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.

Μέμνημαι τῆς μεγάλης σου τιμῆς, ὅτι μοι (42) μετὰ τῶν ἄλλων ἔδωκας καὶ τὸ θαρσεῖν ἐπιστέλλειν σου τῇ μεγαλοφυΐᾳ. Κέχρημαι τοίνυν τῇ δωρεᾷ, καὶ ἀπολαύω τῆς φιλανθρωποτάτης χάριτος, ὁμοῦ μὲν ἐμαυτὸν εὐφραίνων ἐκ τοῦ διαλέγεσθαι ἀνδρὶ τοσούτῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ καιρὸν ἐνδιδοὺς σεμνύνειν ἡμᾶς ταῖς ἀποκρίσεσιν. Ἐπεὶ δὲ ἱκέτευσα (43) τὴν σὴν ἡμερότητα ὑπὲρ τοῦ ἑταίρου ἡμῶν Ἑλλαδίου τοῦ πρωτεύοντος, ὥστε, τῆς ἐπὶ τῇ ἐξισώσει φροντίδος αὐτὸν ἀνεθέντα, ἐν τοῖς πράγμασι τῆς πατρίδος ἡμῶν συγχωρηθῆναι μοχθεῖν, καί τινος εὐμενοῦς νεύματος ἠξιώθην, ἀνανεοῦμαι τὴν αὐτὴν πρεσβείαν, καί σε καθικετεύω καταπεμφθῆναι πρόσταγμα τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας συγχωρῆσαι αὐτῷ τὴν ἐνόχλησιν.

B

Modesto præfecto.

Memini magni honoris a te delati, cum mihi inter alia fiduciam magnanimitati tuæ scribendi dedisti. Utor igitur dono, ac beneficio humanissimo fruor; cum ipse gaudens, quod cum tanto viro colloquar, tum etiam magnanimitati tuæ occasionem me responsis honestandi ministrans. Cum autem jam tuæ clementiæ pro sodali meo Helladio principali supplicaverim, ut exæquandi cura liberato laborem in res patriæ nostræ impendere **424** liceat, cumque me benevolo quodam nutu dignatus sis, preces easdem renovo, obtestorque mandatum ad provinciæ rectorem mittas, ut ei hanc molestiam condonet.

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΒ'.

EPISTOLA CCLXXXII**.

Invitat ad celebritatem martyrum, non sine peracuta reprehensione, quod non vocatus queratur, vocatus vero non veniat.

Πρὸς ἐπίσκοπον (44).

Μὴ καλούμενος ἐγκαλεῖς, καὶ καλούμενος οὐχ ὑπακούεις. Ἐκ δὲ τῶν δευτέρων δῆλος εἶ καὶ τῇ προτέρᾳ σκέψει μάτην χρησάμενος. Οὐ γὰρ ἂν ἦκες, ἐκ τῶν εἰκότων, οὐδὲ τότε κληθείς. Ἐπάκουσον οὖν καλοῦσι νῦν, καὶ μὴ γένῃ πάλιν ἀγνώμων· εἰδὼς, ὡς ἐγκλήματι προστιθέμενον ἔγκλημα βεβαιοῖ καὶ πιστοτέραν ἐργάζεται τοῦ προτέρου τὴν κατηγορίαν τὸ δεύτερον. Ἀεὶ δέ σε καὶ ἡμῶν ἀνέχεσθαι παρακαλῶ· εἰ δὲ ἡμῶν οὐκ ἀνέχῃ, ἀλλ' οὐ τῶν μαρτύρων ἀμελῆσαι δίκαιον· ὧν ταῖς μνείαις κοινωνήσων καλῇ. Δὸς οὖν πρῶτον μὲν ἀμφοτέροις, εἰ δὲ τοῦτό σοι μὴ δοκεῖ (45), τοῖς γοῦν τιμιωτέροις τὴν χάριν.

D

Ad episcopum.

Non vocatus quiritas, vocatus vero non obsequeris. Liquet autem ex secundis te in prioribus inani prætextu usum esse. Neque enim venisses, ut credere par est, etiamsi vocatus tunc fuisses. Obtempera igitur nunc vocantibus, et ne iterum fias iniquus, cum probe scias, crimen crimine accedente confirmari, et secunda culpa certiorem fieri accusationem prioris. Te autem semper adhortor, me ut patienter feras: quod si me non fers patienter, saltem æquum fuerit, ut martyres nequaquam contemnas, quorum ut memoriis communices advocaris. Fac igitur in primis ab utrisque, sin hoc tibi visum non fuerit, saltem a præstantioribus gratiam ineas.

(39) *Ἐπιδιδούς.* Coisl. secundus ἐπιδούς.
(40) *Τὰ καθ' ἑαυτόν.* Ita mss. Editi τὰ καθ' αὑτόν.
(41) *Ὑπάρξῃ καλλωπίσασθαι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ὑπάρχῃ καλλωπίζεσθαι.
(42) *Ὅτι μοι.* Coisl. primus et Med. ὅτι με.
(43) *Ἐπεὶ δὲ ἱκέτευσα.* Coisl. primus ἐπειδὴ δὲ ἱκέτευσα.

(44) *Πρὸς ἐπίσκοπον.* Harl. et Clarom. ἐπισκόπῳ καλουμένῳ εἰς σύνοδον, *Episcopo ad conventum vocato.*
(45) *Μὴ δοκεῖ.* Harl. μὴ δοκῇ.
* Alias CCLXXVIII. Scripta in episcopatu.
** Alias CCCXXXVI. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXXIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΓ'.

Spem affert viduæ se illam visurum, alio conventu, post eos quos brevi habiturus erat, indicto. Somnium quoddam illius interpretatur.

Ad viduam.

A

Ἐλευθέρᾳ.

Diem quidem conventui idoneum inventuros nos speramus, post eos conventus, quos in montanis locis indicturi sumus. Colloqui autem tempus, præter conventus celebrationem, nullum aliud nobis apparet, nisi quid præter spem Dominus dispensaverit. Conjecturam autem facere debus ex statu rerum tuarum. Si enim nobilitatem tuam de una domo sollicitam tanta circumstat turba curarum, quantis putas me quotidie negotiis distineri? Tuum autem somnium perfectiore quadam ratione arbitror id significare, contemplationis animi curam aliquam esse suscipiendam; ac oculos illos, quibus Deus conspici potest, esse sanandos. Cæterum solatium ex Scripturis divinis habens, neque me, neque alio quoquam ad ea quæ decent perspicienda indigebis, satis munita Spiritus sancti consiliis, ejusque præsidio, ad ea quæ conducunt.

Ἡμέραν μὲν ἐπιτηδείαν τῆς συνόδου (46) ἐλπίζομεν εὑρίσκειν μετὰ τὰς κατὰ τὴν ὀρεινὴν μελλούσας παρ' ἡμῶν τυποῦσθαι· συντυχίας δὲ (47) καιρὸς ἄνευ τῆς κατὰ τὴν σύνοδον λειτουργίας ἄλλος ἡμῖν οὐχ ὑποφαίνεται· πλὴν ἐὰν μή τι ἔξω τῶν ἐλπιζομένων ὁ Κύριος οἰκονομήσῃ. Στοχάζεσθαι δὲ ὀφείλεις ἐκ τῶν κατὰ σεαυτὴν (48) πραγμάτων. Εἰ γὰρ τῇ σῇ εὐγενείᾳ μιᾶς φροντιζούσῃ (49) τοσοῦτος περίκειται ὄχλος μεριμνῶν, πόσας νομίζεις ἡμᾶς τὰς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας ἀσχολίας ἔχειν; Τὸ δὲ σὸν ὄναρ ἡγοῦμαι τελειότερον ἐνδείκνυσθαι, ὡς ἄρα δέοι περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν θεωρίας ποιεῖσθαί τινα ἐπιμέλειαν, κἀκείνους τοὺς ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν οἷς ὁ Θεὸς ὁρᾶσθαι πέφυκεν. Ἔχουσα δὲ τὴν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παράκλησιν, οὔτε ἡμῶν οὔτε ἄλλου τινὸς δεηθήσῃ πρὸς τὸ τὰ δέοντα συνορᾶν, αὐτάρκη τὴν ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχουσα συμβουλίαν καὶ ὁδηγίαν πρὸς τὸ συμφέρον.

B

EPISTOLA CCLXXXIV**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΔ'.

Petit ut monachi a tributis sint immunes.

Ad censitorem, causa monachorum.

Περὶ μοναζόντων (50), *κηνσίτορι.*

Equidem puto jam normam aliquam constitutam esse apud tuam dignitatem de iis quæ spectant ad monachos, adeo ut necesse non habeam peculiare beneficium ipsis **425** petere, sed satis sit eis, communi cum omnibus perfrui humanitate. Sed tamen mei officii esse ducens, horum hominum pro viribus curam gerere, ad eximiam tuam prudentiam litteras mitto, ut qui jam olim sæculo nuntium remiserunt, ac suum ipsorum corpus ita mortificarunt, ut neque pecuniis, neque corporeo labore quidquam prodesse publicæ rei possint, tributis eximantur. Enimvero, si modo secundum professionem vivant, neque pecunias, neque corpora habent; cum illas videlicet in egenorum usus profuderint, hæc vero jejunando ac precando contriverint. Scio autem fore, ut nihil magis revereare, quam homines ita viventes, tibique illos adjutores parare velis, ut qui per evangelicum vivendi genus Dominum placare possint.

C

Οἶμαι μέν τινα ἤδη τύπον κεκρατῆσθαι παρὰ τῇ τιμιότητί σου τῶν μοναζόντων ἕνεκεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς δεῖσθαι ἰδιάζουσαν χάριν ἐπ' αὐτοῖς αἰτεῖν, ἀλλ' ἐξαρκεῖν αὐτοῖς, εἰ τῆς κοινῆς μετὰ πάντων ἀπολαύσειαν φιλανθρωπίας· ὅμως δὲ καὶ ἐμαυτῷ ἐπιβάλλειν ἡγούμενος φροντίζειν, τὰ δυνατὰ, τῶν τοιούτων, ἐπιστέλλω τῇ τελείᾳ συνέσει σου τοὺς πάλαι μὲν ἀποταξαμένους τῷ βίῳ, νεκρώσαντας δὲ ἑαυτῶν τὸ σῶμα, ὡς μήτε ἀπὸ χρημάτων μήτε ἀπὸ τῆς σωματικῆς ὑπηρεσίας δύνασθαί τι παρέχειν τοῖς δημοσίοις χρήσιμον, ἀφιέναι τῶν συντελειῶν. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ κατὰ τὸ ἐπάγγελμα ζῶντες, οὔτε χρήματα ἔχουσιν οὔτε σώματα· τὰ μὲν εἰς τὴν τῶν δεομένων κοινωνίαν ἀποκτησάμενοι, τὰ δὲ ἐν νηστείαις καὶ προσευχαῖς κατατρίψαντες. Οἶδα δὲ, ὅτι τοὺς οὕτω βεβιωκότας παντὸς μᾶλλον δι' αἰδοῦς ἄξεις, καὶ βουλήσει (51) σεαυτῷ κτήσασθαι βοηθοὺς, δυνατοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας δυσωπῆσαι τὸν Κύριον.

D

* Alias CCLXXXIV. Scripta in episcopatu.

** Alias CCCIV. Scripta in episcopatu.

(46) *Τῆς συνόδου.* Synodi nomine multa apud Basilium significari solent, interdum episcoporum concilia, interdum fidelium conventus ad dies festos martyrum, ut in epistolis 95, 98, 126. Ipsæ etiam ecclesiæ vocantur synodi in epist 286 et 321. Hic autem eos conventus designat Basilius, quos, cum ecclesias agrorum visitaret, convocatis presbyteris, indicere solebat : horum exempla habes in epistola 278.

(47) *Συντυχίας δέ.* Ita Coisl. uterque, Reg. secundus et Clarom. Plures codices non habuimus in hanc epistolam. Editi συντυχίας καιρός.

(48) *Κατὰ σεαυτήν.* Sic iidem mss. Editio prima Paris. κατὰ σεαυτόν.

(49) *Μιᾶς φροντιζούσῃ.* Coisl. secundus et Reg. secundus addunt, quod deest tum in editis, tum in codicibus Coisl. primo et Clar., οἰκίας.

(50) *Περὶ μοναζόντων.* Hunc titulum sic exhibent Coisl. primus et Med. Alii codices et editi addunt ὥστε αὐτοὺς τῶν συντελειῶν διαφεῖναι, *ut eos a tributis eximat.*

(51) *Βουλήσει.* Ita Coisl. primus et Med. cum aliis nonnullis. Editi βουλήσῃ.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΕ'.

EPISTOLA CCLXXXV*.

Commendat Ecclesiæ possessiones quæ nummis tributis premebantur.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ τῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ. A *Sine inscriptione, ut patrocinium Ecclesiæ conciliet.*

Ὁ τῆς Ἐκκλησίας φροντίζων, καὶ διὰ χειρὸς ἔχων τῶν κτήσεων τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδούς σοι ταύτην, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς ὁ δεῖνα. Γούτῳ καταξίωτον, περὶ ὧν ἀναφέρει τῇ κοσμιότητί σου, δοῦναι καὶ λόγου παῤῥησίαν, καὶ περὶ ὧν διαβεβαιοῦται (52) προσχεῖν· ἵνα ἀπὸ γοῦν τοῦ νῦν συνηθῇ ἡ Ἐκκλησία ἑαυτὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς πολυκεφάλου ταύτης ὕδρας ἀπαλλαγῆναι. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν πτωχῶν κτῆσις, ὥστε ἀεὶ ἡμᾶς ζητῆσαι τὸν ὑποδεχόμενον αὐτὴν, διὰ τὸ προσαναλίσκειν μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν, ἢ τινα καρπὸν ἔχειν ἀπὸ τῶν κτημάτων.

Qui Ecclesiæ curam gerit, cuique possessionum administratio commissa, ipse est, qui hanc tibi tradit epistolam, dilectus ille filius. Huic digneris quibus de rebus ad tuam dignitatem referet, tum loquendi libertatem dare, tum asseveranti aures præbere : ut saltem nunc recreare se possit Ecclesia, et ab illa multorum capitum hydra liberari. Pauperum enim possessio est ejusmodi, ut semper quæramus, qui eam suscipiat; eo quod Ecclesia suum insuper potius absumat, quam ex possessionibus aliquid percipiat emolumenti.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΣ'.

EPISTOLA CCLXXXVI**.

Significat Basilius fures in ecclesia comprehensos a se judicari debere, ac immerito Commentariensem sibi eorum receptionem arrogare.

Κομενταρησίῳ. B *Commentariensi.*

Ἐπειδή τινες ἐν τῇ συνόδῳ (53) τῇδε συνελήφθησαν τῶν τὰ πονηρὰ ἐργαζομένων, καὶ κλεπτόντων παρὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου ἱμάτια εὐτελῆ πτωχῶν ἀνθρώπων, οὓς ἐνδύειν μᾶλλον ἐχρῆν ἢ ἀποδύειν· συνελάβοντο μὲν αὐτοὺς οἱ τῆς εὐταξίας ἐπιμελόμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς, νομίσας (54) δὲ αὐτῷ σοι διαφέρειν, ὡς τὰ δημόσια πράττοντι, τὴν τῶν τοιούτων ὑποδοχὴν (55), ἐπέστειλά σοι, γνωρίζων, ὅτι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἁμαρτανόμενα ὑφ' ἡμῶν (56) προσήκει τῆς πρεπούσης τυγχάνειν διορθώσεως, δικαστὰς δὲ περὶ τούτων μὴ παρενοχλεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ σῦλα αὐτῶν, ἃ δῆλοί τὸ παρὰ σοὶ κείμενον, καὶ ἡ ἐπὶ πάντων τῶν παρόντων γενομένη ἀντιγραφὴ, ὑποδεχθῆναι προσέταξα, καὶ τὰ μὲν ταμιευθῆναι τοῖς ἐπερχομένοις, τὰ δὲ διαδοθῆναι τοῖς παροῦσι· τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐπιστρέψαι ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, οὓς οἶμαι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ βελτίους ποιήσειν πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Ἃ γὰρ αἱ τῶν δικαστηρίων πληγαὶ οὐκ ἐργάζονται (57), ταῦτα ἔγνωμεν πολλάκις τὰ φοβερὰ κρίματα τοῦ Κυρίου κατορθοῦντα. Εἰ δὲ δοκεῖ σοι καὶ περὶ τούτων ἀνενεγκεῖν τῷ κόμητι (58), τοσοῦτον θαῤῥοῦμεν τοῖς δικαίοις καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ὀρθότητι, ὅτι ἐπιτρέπομέν σοι ποιεῖν ὃ βούλει.

Cum nonnulli in hac ecclesia comprehensi sint malefici, qui furati sunt contra Domini præceptum vilia pauperum vestimenta, quos induere oportebat magis, quam exuere; cumque ab iis, quibus recti in Ecclesia ordinis cura incumbit, comprehensi fuerint, ad te autem existimaveris, ut qui rem publicam geras, ejusmodi personarum receptionem pertinere; dedi ad te litteras, ut te facerem certiorem, quæ in ecclesiis peccantur, ea a nobis, ut par est, emendari debere, nec de his rebus judices esse interpellandos. Quapropter vestes sacrilege subreptas, quas depositum apud te inventarium, et in omnium astantium oculis exscriptum exemplar declarat, recipi præcepi, et alias quidem venturis servari, alias vero iis qui aderant tradi, **426** homines vero in disciplina atque admonitione Domini corrigi : quos spero in Dei nomine meliores deinceps me redditurum. Quæ enim tribunalium plagæ non efficiunt, ea plerumque novimus tremenda Domini judicia perficere. Quod si tibi visum fuerit et de his ad Comitem referre, adeo et juri, et viri integritati confidimus, ut per me tibi liceat facere quod libuerit.

(52) *Διαβεβαιοῦται.* Sic mss. tres. Editi βεβαιοῦται.

(53) *Ἐν τῇ συνόδῳ τῇδε.* Quamvis hæc verba sic reddi possint, *in hoc conventu*, id est, in aliquo martyrum festo, videtur tamen Basilius ipsum locum, ut Commentariensi notum, designare, non diem festum, qui forte illi non tam cognitus erat. Porro ecclesias vocari synodos perspicimus ex epist. 321.

(54) *Νομίσας.* Quamvis in hac voce consentiant editi et mss. codices, nullus tamen dubito quin legendum sit ἐνόμισας, ut legit interpres ac legendum monet Combefisius. Nam si legamus νομίσας, referendum id erit ad Basilium. At quomodo Basilius ejusmodi personarum receptionem ad Commentariensem pertinere existimasset, qui non alio consilio hanc epistolam scribit, nisi ut sibi judicium hujus rei vindicet?

(55) *Ὑποδοχήν. Ad Commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat,* D ait lex data anno 371, cod. Theod. lib. IX, tit. 3, p. 38.

(56) *Ὑφ' ἡμῶν.* Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑφ' ἡμῖν.

(57) *Ἐργάζονται.* Coisl. primus ἐξεργάζονται.

(58) *Τῷ κόμητι.* Comitem Orientis intelligit Gothofredus in notis ad legem modo citatam. Sed non video cur non potius intelligendus sit comes Ponticæ, cujus in diœcesi erat Cæsarea.

* Alias CCXXIX. Scripta in episcopatu.

** Alias CCCCXVII. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΖ'.

Removet a precibus hominem nequissimum cum tota familia.

Sine inscriptione, contra ultores.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Difficillimum est cum hoc homine negotium. Non enim habemus quid faciamus tam versipelli ingenio atque, ut ex rebus ante oculos positis conjicere est, desperato. Nam in judicium vocatus, non respondet; quod si advenerit, tanta ubertate utitur dicendi ac jurandi, ut præclare nobiscum agi putemus, si cito ab illo discedamus. Sæpe etiam illum vidi crimina in accusatores convertentem. Et in summa, natura nulla est inter ea quæ hanc terram depascunt, tam versuta, tamque ad malitiam flexibilis, quam est viri illius, quemadmodum levi facto periculo spectare licet. Quid autem me percontamini, ac non vobis ipsi persuadetis, ut illius toleretis injurias, tanquam iram quamdam divinitus invectam? Sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et a reliqua cum sacratis communione separetur. Forte jam res cavenda effectus, pudore suffundetur.

A

Δυσμεταχείριστον ἔοικεν εἶναι τὸ κατὰ τόνδε. Οὐ γὰρ ἔχομεν τί χρησόμεθα οὕτω πολυτρόπῳ ἤθει, ὡς ἐκ τῶν ὁρωμένων ἔστιν εἰκάζειν, ἀπεγνωσμένῳ. Εἰς κρίσιν μὲν γὰρ καλούμενος, οὐχ ὑπακούει (59)· κἂν ἀπαντήσῃ, τοσαύτῃ χρῆται περιουσίᾳ λόγων καὶ ὅρκων, ὡς ἀγαπητὸν ἡμῖν ποιεῖν τὸ ταχέως αὐτοῦ χωρισθῆναι. Εἶδον δὲ αὐτὸν πολλάκις καὶ περιτρέψαντα τὰς αἰτίας τοῖς ἐγκαλοῦσι. Καὶ ὅλως οὐδεμία φύσις τῶν ὅσα τὴν γῆν ἐπιβόσκεται οὕτω ποικίλη καὶ πρὸς κακίαν εὔπλαστος, ὡς ἡ τοῦ ἀνθρώπου τούτου· ὡς ἐξ ὀλίγης (60) τῆς πείρας ἐστὶ τὸ κατ' αὐτὸν τεκμήρασθαι. Τί δὲ ἐρωτᾶτέ με, καὶ οὐ πείθετε ἑαυτοὺς ὑπομένειν (61) τὰς παρ' αὐτοῦ ἀδικίας, ὡς ὀργήν τινα θεήλατον; Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ ὑμᾶς μολύνεσθαι ἐν κοινωνίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων, πανοικεὶ (62) τῶν εὐχῶν κεχωρίσθω, καὶ τῆς ἄλλης τῆς πρὸς τοὺς ἱερατικοὺς κοινωνίας. Ἴσως (63) παραφύλαγμα γενόμενος, ἐντραπήσεται.

B

EPISTOLA CCLXXXVIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΗ'.

Nefarium hominem, primum coram uno aut altero, deinde coram Ecclesia frustra reprehensum et a precibus remotum excommunicat Basilius, ac vetat ne quis cum eo misceatur.

Sine inscriptione, contra ultores.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Quos communes pœnæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad pœnitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subjicere. Scriptum est enim: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te et ipsum: si te non audierit, assume tecum alium: quod si ne sic quidem, dic Ecclesiæ: si vero neque Ecclesiam audierit, sit tibi de cætero ut ethnicus et publicanus* [43]; quod ipsum et in isto factum fuit. Semel accusatus est: coram uno et altero convictus fuit, tertio coram Ecclesia. Cum igitur **427** eum obtestati fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pago toti nuntietur, eum admittendum non esse ad ullam rerum ad

C

Οὓς τὰ κοινὰ ἐπιτίμια οὐ σωφρονίζει, οὔτε τὸ εἰρχθῆναι τῶν εὐχῶν ἄγει εἰς μετάνοιαν, ἀνάγκη τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου δοθεῖσι κανόσιν ὑποβάλλειν. Γέγραπται γάρ· *Ἐὰν ὁ ἀδελφός σου ἁμάρτῃ, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ· ἐάν σοι μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἄλλον· ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως, εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι λοιπὸν ὡς ἐθνικὸς* (64) *καὶ ὁ τελώνης*· ὃ οὖν ἐγένετο (65) καὶ ἐπὶ τοῦδε. Ἅπαξ ἐνεκλήθη· ἐπὶ ἑνὸς καὶ δευτέρου διηλέγχθη· τρίτον ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ οὖν διεμαρτυράμεθα αὐτῷ, καὶ οὐ κατεδέξατο, λοιπὸν ἔστω (66) ἐκκήρυκτος. Καὶ διαγγελθήτω πάσῃ τῇ κώμῃ ἀπρόσδεκτον αὐτὸν εἶναι πρὸς πᾶσαν κοι-

[43] Matth. xviii, 15-17.

* Alias CCXLV. Scripta in episcopatu.

** Alias CCXLVI. Scripta in episcopatu.

(59) *Οὐχ ὑπακούει.* Negatio addita ex Medicæo et duobus aliis. Ibidem Coisl. primus τοσαύτην χρῆται περιουσίαν.

(60) *Ἐξ ὀλίγης.* Coisl. primus ἐξ ὅλης. Medicæus cum Reg. secundo et Coisl. secundo ἐξ ὀλίγου. Plures in hanc epistolam codices non habuimus.

(61) *Ὑπομένειν.* Coisl. secundus et Reg. secundus φέρειν. Vituperat S. Augustinus in epist. 250 factum Auxilii episcopi, qui virum spectabilem Classicianum cum tota familia excommunicaverat. Discrepat ergo Basilius ab Augustino, si hominis nocentis innocentem familiam arcet a communione. Sed nihil cogit ejusmodi decretum ei attribuere. Nullo certe in canone pœnam ejusmodi imponit. In epistola sequenti gravissimam infligit excommunicationem, sed nocentis familiam non tangit. Quod si in epistola 270 eos, qui raptorem juverunt, cum totis familiis arcet a precibus; communem irrogat pœnam, quia, ut ibidem observavimus, commune peccatum erat. Quinetiam in hac ipsa epistola cum ait, *sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et reliqua cum sacratis communione separetur*, satis indicat sibi innocentem hominis familiam non videri, seque metuere ne pravo exemplo corrupta similem perniciem aliis inferat.

D

(62) *Πανοικεί.* In Coisl. utroque, et Med. et Reg. secundo scribitur πανοικί.

(63) *Ἴσως.* Sic quatuor nostri codices pro eo quod erat in editione 2 Paris. ἧς ὡς.

(64) *Ἐθνικός.* Editi ὁ ἐθνικός. Melius deest articulus in Coisl. primo.

(65) *Ἐγένετο.* Editi addunt τοῦτο, quod melius deest in Reg. secundo et Coisl. secundo.

(66) *Ἔστω.* Sic iidem duo codices. Editi ἴσται. Ibidem editi διαγγελήτω. Mss. διαγγελθήτω.

Digitized by Google

νωνίαν χρήσεως βωτικῆς, ὡς, ἐκ τοῦ μὴ συναναμίγνυσθαι ἡμᾶς αὐτῷ, γένηται παντελῶς κατάβρωμα τοῦ διαβόλου.

A vitam pertinentium societatem : ut ex eo quod cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli pabulum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΘ'.

EPISTOLA CCLXXXIX*.

Rationes exponit cur eripere non possit hominem nocentem, qui sacram virginem famoso libello laceraverat, et legibus punitus calumnias de integro renovaverat.

Ἀνεπίγραφος, περὶ γυναικὸς καταπονουμένης.

Sine inscriptione, de muliere afflicta.

Ἐγὼ ἴσον ἁμάρτημα κρίνας, καὶ ἀνεπιτιμήτους ἐᾷν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ὑπερβαίνειν τὸ μέτρον τῇ τιμωρίᾳ (67), τὴν ἐμοὶ ἐπιβάλλουσαν ἐπέθηκα δίκην τῷδε, ἐξορίσας αὐτὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας· καὶ τοῖς ἠδικημένοις παρῆνεσα μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ τὴν ἀνταπόδοσιν ἐπιτρέψαι. Ὥστε, εἴ τι ὄφελος ἡμῶν (68) παραγγελμάτων, τότε ἂν ἠκούσθην, πολλῷ ἀξιοπιστότερον κεχρημένος τῷ λόγῳ ἢ ὅσον ἂν δυνηθείη δυσωπῆσαι τὰ γράμματα. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσα ῥημάτων πολλὴν (69) ἐχόντων βαρύτητα, καὶ τότε ἡσύχασα, καὶ νῦν οὐκ οἶμαι πρέπον εἶναί μοι περὶ τῶν αὐτῶν διαλέγεσθαι. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἀνδρὸς ὑπερεῖδον, καὶ παιδοποιίας καὶ βίου, ἵνα ἑνὸς τούτου τύχοιμι, τῆς παρὰ Θεοῦ (70) εὐδοκιμήσεως, καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βελτίονος ἀξιοῦσθαι λόγου. Ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἐκ παιδὸς ταῖς οἰκοφθορίαις ἐντεθραμμένος, εἰσβιασάμενός ποτε τῇ συνήθει ἑαυτοῦ ἀναιδείᾳ ἐνέπεσεν ἡμῶν τῷ οἴκῳ, καὶ μέχρι ψιλῆς συντυχίας ἐγένετο γνώριμος ἡμῖν, καὶ ἀγνοίᾳ τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ αἰδοῖ τινι ἀπαιδεύτῳ προφανῶς αὐτὸν αἰσχυνομένη ἐλάσαι· εἰς τοσοῦτον ἐξῆλθεν ἀσεβείας καὶ ὕβρεως, ὥστε ἐμπλῆσαι μὲν τὴν πόλιν πᾶσαν τῶν κατ' ἐμοῦ (71) βλασφημιῶν, προγράμματι δὲ δημοσίῳ στηλιτεῦσαι, ἐκτεθέντι ἐπὶ τῶν προθύρων τῆς ἐκκλησίας. Ἐφ' οἷς καὶ τυχών τινος παρὰ τῶν νόμων ἀγανακτήσεως, πάλιν ἐπανελθὼν (72) ἀνενεώσατο τὰς αὐτοῦ βλασφημίας. Πάλιν τῶν ἐμῶν λοιδοριῶν πλήρης ἡ ἀγορὰ, τὰ γυμνάσια, τὰ θέατρα, αἱ οἰκίαι τῶν δι' ὁμοιότητα τοῦ βίου δεχομένων αὐτόν. Καὶ μηδὲ ἐπὶ τοῖς βελτίοσι γνωρίζεσθαι, ἐν οἷς εὐπρεπὲς ἦν, ὑπῆρξέ μοι ἐκ τῶν αἰσχίστων, διὰ τὸ παρὰ πᾶσι τῇ ἀκολάστῳ γνώμῃ (73) γενέσθαι περιφανῆ. Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, οἱ μὲν ἥδονται ταῖς βλασφημίαις, διὰ τὸ φύσει χαίρειν ταῖς λοιδορίαις τοὺς ἀνθρώπους· οἱ δὲ ἄχθεσθαι μὲν λέγουσιν, οὐ συναλγοῦσι δέ· ἄλλοι πείθονται ἀληθεῖς εἶναι τὰς λοιδορίας· ἄλλοι ἀμφίβολοί εἰσι, τῷ πλήθει τῶν ὅρκων αὐτοῦ προσέχοντες. Ὁ δὲ συναλγῶν οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὄντως νῦν τῆς ἐρημίας ἠσθόμην (74)·

Ego par peccatum esse judicans et impunitos relinquere delinquentes, et modum transgredi plectendo, pœnam quæ mihi competebat, huic viro inflixi, arcens eum a communione ecclesiastica; et eos qui læsi sunt hortatus sum, ut se ipsi non ulciscerentur, sed Domino ultionem permitterent. Quare si qua esset utilitas mearum admonitionum, tunc fuissem exauditus, sermone utens ejusmodi qui multo esset ad fidem faciendam aptior, quam litteræ ad flectendum. Sed postquam verba audivi valde gravia, et tunc silui, et nunc decere me non arbitror de iisdem agere. Ego enim, inquit, virum, liberorumque procreationem et sæculum contempsi, rei unius consequendæ causa, ut Deo probata essem, et bene apud homines audirem. Sed postquam homo a puero in corrumpendis domibus institutus, solita impudentia sese obtrudens in domum meam aliquando irrupit, mihique cognitus tantum fuit ex simplici colloquio, quæ ignoratione illius morum ac imperito quodam pudore illum aperte verecundabar expellere; eo impietatis ac contumeliæ devenit, ut civitatem totam injuriosis in me sermonibus repleret, meque famoso libello valvis ecclesiæ affixo decantaret. Ob quæ etiam indignationem aliquam a legibus expertus, iterum rediens maledicta sua renovavit. Rursus referta conviciis meis, forum, gymnasia, theatra ac ædes eorum qui illum ob vitæ similitudinem recipiunt. Nec mihi turpissima convicia attulerunt, ut ex melioribus rebus, ut oportebat, cognoscerer, eo quod apud omnes intemperantis animi notis inusta sim. In his, inquit, alii quidem lætantur maledictis, proptereaquod natura conviciis gaudent homines : alii vero se indignari dicunt, non tamen mecum dolent; aliis persuasum est vera esse convicia; dubitant alii, dum ei toties juranti animum attendunt. Non est autem qui mei commiseretur : sed vere nunc solitudinem sensi, meque ipsa lugeo, non fratrem, non amicum, non cognatum,

(67) *Τῇ τιμωρίᾳ.* Med. et Vat. τὴν τιμωρίαν.

(68) *Ἡμῶν.* Duo codices recentiores ἐμῶν. Mox multi codices τῷ λόγῳ, ὅσον. Nonnulli καὶ ὅσον.

(69) *Ἐπεὶ δὲ... πολλὴν.* Ita Reg. secundus et Coisl. secundus. Alii et editi Ἐπειδὴ... πολλῶν.

(70) *Παρὰ Θεοῦ.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi παρὰ Θεῷ. Paulo post legendum Ἐπεὶ δέ.

(71) *Κατ' ἐμοῦ.* Ita Coisl. primus. Editi κατ' ἐμαυτοῦ. Paulo ante legendum αἰσχυνομένῃ, mutato, ut sæpe alias, numero, vel αἰσχυνομέναις.

(72) *Ἐπανελθών.* Ex his patet auctorem libelli exsilio damnatum.

(73) *Γνώμῃ.* Mallet Combefisius γλώσσῃ. Sed non favent codices mss., nec opus est sanam lectionem emendare. Subobscura autem hujus loci sententia sic videtur explicari posse : Erat illa virgo ob famosos libellos omnibus cognita, ita ut in omnium sermone versaretur. Itaque si calumniæ non ipsam pudicitiam, sed aliud quidpiam oppugnassent, illud saltem ex calumniis consecuta esset, ut eam omnes virginem esse scirent. Sed cum maledicta in ipsam pudicitiam erupissent, non jam sua illam virginitas, utpote incontinentis animi notis inustam, apud homines commendare potuit.

(74) *Ἠσθόμην.* Quatuor codices ἤσθην. Vat. ἤσθην. Reg. secundus ἠσθήθην.

* Alias CCXLIX. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

non servum, non liberum, neminem hominum habens qui meo dolore moveatur; et, ut mihi videtur, solam me hac urbe miseriorem invenio, in qua tam pauci improbos oderunt: qui quidem illatam his et illis contumeliam non vident in orbem progredi, ac ipsos aliquando apprehensuram. Cum hæc et alia longe adhuc graviora mihi cum innumeris lacrymis exposuisset, abiit ne me quidem a querelis immunem dimittens, quod cum paterno animo dolere cum illa deberem, indifferens essem in tanto malo, et in alienis ærumnis philosopharer. Non enim jubes, aiebat, ut pecuniarum jacturam contemnam, neque ut corporis labores perferam, sed ut lædar in ipsa fama, cujus jactura fit cleri commune damnum. Ad hæc verba quid me illi respondere velis, ipse, o admirande, judica; cum apud me statutum habeam, ut nocentes magistratibus non tradere, ita nec traditos eripere; quibus id jam olim ab Apostolo dictum est, ut magistratum in malo opere timeant: *Non enim sine causa gladium portat*[44]. Quemadmodum igitur tradere inhumanum est: ita etiam eripere illius est qui contumeliam alit. Forte introitus in causam differetur ad nostrum usque adventum; et tunc ostendemus, nihil nos prodesse posse, quod non sint qui morem gerant ac obsequantur.

428

καὶ ἐμαυτὴν ὀδύρομαι, οὐκ ἀδελφὸν, οὐ φίλον, οὐ συγγενῆ, οὐ δοῦλον, οὐκ ἐλεύθερον, οὐδένα ἀνθρώπων τὸ παράπαν ἔχουσα συναλγοῦντα· καὶ, ὡς ἔοικε, μόνην ἑαυτὴν ἐλεεινοτέραν τῆς πόλεως εὑρίσκω, ἐν ᾗ τοσαύτη σπάνις μισοπονήρων ἐστίν· οἱ τὴν εἰς ἀλλήλους γινομένην παροινίαν οἴονται βαδίζουσαν ἐν κύκλῳ, καὶ αὐτούς ποτε καταλήψεσθαι. Ταῦτα καὶ πολλῷ ἔτι πληκτικώτερα μετὰ ἀμυθήτων δακρύων πρὸς ἐμὲ διεξελθοῦσα, ἀπῆλθεν, οὐδὲ ἐμὲ τῶν μέμψεων ἐλεύθερον ἀφεῖσα, ὅτι, δέον πατρικῶς αὐτῇ συναλγεῖν, ἐναδιαφορῶ κακῷ τοσούτῳ, καὶ φιλοσοφῶ ἐν ἀλλοτρίοις παθήμασιν. Οὐ γὰρ χρημάτων ἄφεσιν (75) κελεύεις ὑπεριδεῖν, οὐδὲ τοὺς εἰς τὸ σῶμα πόνους συνενεγκεῖν· ἀλλ' εἰς αὐτὴν ζημιωθῆναι τὴν ὑπόληψιν, ἧς ἡ βλάβη κοινὴ ζημία τοῦ κλήρου γίνεται.

A

Ἐπὶ τούτοις τοῖς ῥήμασι τίνα με βούλει νῦν πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν, αὐτὸς δοκίμασον, ὦ θαυμάσιε, ἔχοντα τοιαύτην κρίσιν παρ' ἑαυτῷ, μὴ παραδιδόναι ταῖς ἀρχαῖς τοὺς κακούργους, μὴ μέντοι μηδὲ ἐξαιρεῖσθαι (76) παραδοθέντας· οἷς πάλαι προείρηται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου φοβεῖσθαι τὸν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ πονηρῷ ἔργῳ· *Οὐ γὰρ εἰκῇ*, φησὶ, *τὴν μάχαιραν φορεῖ*. Ὥσπερ οὖν τὸ παραδοῦναι οὐ φιλάνθρωπον (77), οὕτω καὶ τὸ ἐξαιρεῖσθαι τρέφοντός ἐστι τὴν παροινίαν. Ἴσως δ' ἂν γένοιτό τις ὑπέρθεσις τῆς εἰσόδου μέχρι τῆς ἡμῶν αὐτῶν παρουσίας· καὶ τότε δείξομεν, ὅτι οὐδὲν ἡμῶν ὄφελος, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τοὺς πειθομένους.

B

EPISTOLA CCXC*.

Exponit Nectario quomodo eorum, qui pagis præficiuntur, id est chorepiscoporum, electiones peragi debeant.

Nectario.

Bona multa eveniant iis, qui tuam dignitatem ad continuum mecum per litteras colloquium incitant. Non enim putes consuetudinis causa dici a nobis talia, sed ex vero animi affectu vocem tuam a me maximi fieri. Quid enim mihi charius esse possit Nectario, qui mihi a puero ex dotibus perquam eximiis notus fuit, nunc vero omni virtute ad tantum splendorem pervenit? Quare mihi amicorum omnium amicissimus qui tuas ad me

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛ'.

C

Νεκταρίῳ (78).

Πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο τοῖς κινοῦσι τὴν τιμιότητά σου πρὸς τὴν συνεχῆ ὁμιλίαν ἡμῶν, τὴν διὰ τοῦ γράμματος (79). Μὴ γὰρ οἴου συνηθείας ἕνεκεν λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἐκ διαθέσεως ἀληθινῆς πλείστου ἀξίαν τίθεσθαι ἡμᾶς τὴν φωνήν σου. Τί γὰρ ἂν ἐμοὶ Νεκταρίου γένοιτο τιμιώτερον, τοῦ ἐκ παιδὸς μὲν ἀπὸ τῶν καλλίστων ἡμῖν γνωρισθέντος, νῦν δὲ ἐκ παντοίας ἀρετῆς εἰς τοσοῦτον περιφανείας ἀναδραμόντος; Ὥστε μοι φίλων ἁπάντων

[44] Rom. XIII, 4.

* Alias CCCXXIII. Scripta in episcopatu.

(75) *Ἄφεσιν*. Mallet Combefisius ἀφαίρεσιν. Sed nihil mutandum.

(76) *Μηδὲ ἐξαιρεῖσθαι*. Notum est olim episcopos pro nocentibus deprecatorum munere fungi solitos esse. Videbitur forte Basilius ab hac humanitate discedere: non tamen discedit, nec pugnat cum Augustino, qui reorum patrocinium apud judices merito ab episcopis suscipi docet epist. 153 ad Macedonium. Nam fatetur Augustinus in illa epistola n. 20, pro iis qui aliena rapuere, *magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui judicant, intercedere convenire*. Id autem perfecit Basilius; at ubi vidit nihil se apud virginem læsam promovere, incepto destitit. Deinde vero addit idem Augustinus n. 22, non audere se dicere, *interveniendum esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat*. Quamobrem non erat, cur Basilius deprecatorem se præberet pro ejusmodi sycophanta, quem perspicuum est ex tota hac epistola calumnias et opprobria recantare noluisse. Ubi autem rei, incolumi æquitate, liberari poterant, non deerat operæ Basilius, ut perspici potest ex pluribus epistolis.

D

(77) *Οὐ φιλάνθρωπον*. Reg. secundus et Coisl. secundus ἀφιλάνθρωπον.

(78) *Νεκταρίῳ*. Reg. secundus et Coisl. itidem secundus τῷ αὐτῷ, quia videlicet in utroque codice præcedit epistola 5 ad Nectarium qui filium amiserat. Addit uterque codex cum editis Ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ περιδρομῇ τοὺς ἐπισκόπους δεῖ προχειρίζεσθαι, ἀλλὰ κατ' ἐκλογὴν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. *Quod non humana concursatione promoveri oportet episcopos, sed per electionem Dei qui est super omnia.* Verum hæc melius desunt in aliis mss., nec de episcopis, sed de chorepiscopis agit Basilius.

(79) *Τὴν διὰ τοῦ γράμματος*. Primus articulus abest a codicibus Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. secundo, et Bigot. altero; sed legitur in Coisl. primo et Reg. primo. Infra Coisl. primus Τί γὰρ ἐμοί.

Digitized by Google

φιλτατος ὁ σά μοι γράμματα διαφέρων. Περὶ μέντοι τῆς τῶν προστησομένων τῆς συμμορίας (80) ἐκλογῆς, εἰ μὲν ἀνθρώποις χαριζόμενος, ἢ ἱκεσίαις ἐνδιδοὺς, ἢ φόβῳ εἶκων ποιῶ τι, μήτε ταῦτα (81) ποιήσαιμι. Οὐ γὰρ οἰκονόμος, ἀλλὰ κάπηλος ἔσομαι, τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρωπίνας φιλίας διαμειβόμενος. Εἰ δὲ αἱ μὲν διδόμεναι ψῆφοι παρὰ ἀνθρώπων δίδονται, ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας μαρτυρεῖν ἐχόντων, ἅπερ ἂν μαρτυρῶσιν, αἱ δὲ κρίσεις τῶν ἐπιτηδειοτέρων τῷ εἰδότι τὰ ἀπόῤῥητα τῶν καρδιῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως ἐπιτρέπονται· τάχα τῷ παντὶ βέλτιον καταθέμενον τὴν μαρτυρίαν, σπουδῆς μὲν καὶ διαστάσεως πάσης ὥσπερ οἰκείων (82) τῶν μαρτυρηθέντων ἀφίστασθαι, προσεύχεσθαι δὲ τῷ Θεῷ μὴ λαθεῖν τὸ συμφέρον. Οὕτω γὰρ οὐκέτι ἄνθρωπον τῆς ἐφ' ἑκάτερα ἐκβάσεως αἰτιασόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὴν χάριν τῶν γενομένων εἰσόμεθα. Καίτοι εἰ κατὰ ἄνθρωπον γίνεται ταῦτα, οὐδὲ γίνεται· ἀλλὰ μίμησις μέν ἐστι, τῆς ἀληθείας δὲ (83) πάμπληθες ἀπολείπεται. Σκέψαι δὲ, ὅτι οὐδὲ μικρός τις παραπέπηγε κίνδυνος τῷ ἐκ παντὸς τρόπου τὸ ἑαυτοῦ κρατῆσαι φιλονεικοῦντι, μή ποτε τῶν ἁμαρτανομένων ἐφ' ἑαυτοὺς ἑλκύσωμεν τὴν μερίδα. Πολλὰ γὰρ ἂν ἁμαρτηθείη καὶ παρὰ τῶν οὐκ ἂν προσδοκηθέντων (84) ποτὲ, διὰ τὸ εὔκολον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Εἶτα ἰδίᾳ μὲν τοῖς φίλοις συμβουλεύσαντες πολλάκις τὰ κράτιστα, κἂν ἀπίθανοι δόξωμεν τοῖς βουλευομένοις, οὐ χαλεπαίνομεν· ἐν οἷς δὲ οὐ βουλὴ ἀνθρώπων, ἀλλὰ κρίσις ἐστὶ Θεοῦ, μὴ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων προτιμηθέντες δυσχερανοῦμεν; Εἰ μὲν οὖν παρὰ ἀνθρώπων δίδοται, τί χρὴ παρ' ἡμῶν αἰτεῖν; ἀλλ' οὐχὶ αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λαμβάνειν; εἰ δὲ παρὰ Κυρίου, εὔχεσθαι προσῆκεν, ἀλλ' οὐχὶ ἀγανακτεῖν· καὶ ἐν τῇ εὐχῇ, μὴ τὸ ἴδιον θέλημα αἰτεῖν, ἀλλ' ἐπιτρέπειν τῷ οἰκονομοῦντι τὸ συμφέρον Θεῷ (85). Ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἅγιος ἀπαγάγοι πᾶσαν πεῖραν λυπηρῶν πραγμάτων ἀπὸ τοῦ οἴκου ὑμῶν· καὶ αὐτῷ τε σοὶ καὶ πᾶσι τοῖς προσήκουσί σοι ἄνοσον καὶ ἀβλαβῆ ἐν πάσῃ (86) εὐθηνίᾳ τὸν βίον ἐπιμετρήσειεν.

litteras affert. Quod autem attinet ad electionem eorum qui pagis præficiendi sunt, si quid certe aut gratiam apud homines iniens, aut precibus indulgens, aut timori cedens fecero; quidvis potius quam electionem peragam. Non **429** enim dispensator ero, sed caupo humanis amicitiis Dei donum permutans. Quod si data suffragia ab hominibus dantur, qui ex specie externa testari possunt, quæcunque testantur, illa autem judicia, quinam magis idonei sint, ei qui cordium arcana novit, a nostra humilitate permittuntur; illud sane universis satius fuerit, dicto testimonio, a studio et contentione omni pro iis quibus datum est testimonium, quasi pro necessariis, abstinere: Deum autem precari, ut quod utile fuerit, non lateat. Sic enim non jam homini eventum in utramque partem ascribemus, sed Deo gratias ob ea quæ evenerint referemus. Ac profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem: sed imitatio quidem sunt, a veritate autem absunt longissime. Illud etiam considera, ei, qui ut sua ipsius sententia vincat, omni modo contendit, non leve periculum propositum esse ne peccatorum partem ad nos aliquando trahamus. Enimvero etiam ab iis a quibus id nunquam exspectasses, multa peccantur ob naturæ humanæ proclivitatem. Deinde vero privatim amicis consilia dantes sæpe optima, etiamsi consulentibus nihil videamur dicere quod persuadeat, ægre non ferimus: quibus autem in rebus non hominum voluntas, sed Dei judicium est, nos etiam Dei judiciis non anteponi indignabimur? Itaque si hoc ab hominibus datur, quid opus est a nobis petere? nonne potius par fuerit quemvis hoc ipsum a semetipso accipere? Sin autem a Domino datur, precari decet, non vero indignari. Atque inter precandum nostra ipsorum voluntas exposcenda non est: sed quod utile est permittendum dispensanti Deo. Deus autem sanctus omnem rerum molestarum experientiam a vestra domo arceat, atque tum tibi, tum omnibus tuis necessariis morbi et damni expertem in omni prosperitate vitam impertiat.

(80) *Τῆς συμμορίας.* Hac voce non designatur tota diœcesis, sed certus quidam pagorum numerus chorepiscopo commissus, ut patet ex epist. 142, ubi Basilius sic loquitur de quodam chorepiscopo: Καταξιώσεις δὲ, δηλονότι, καὶ πτωχοτροφίαν τῆς συμμορίας τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκέψασθαι. *Dignaberis autem et pauperum domum ad pagos ei commissos pertinentem invisere.* Ex hac autem epistola patet chorepiscopos non ad arbitrium episcoporum designari solitos esse, sed rem electioni commissam fuisse. Quod minime mirum, cum ipsi etiam in pagis presbyteri et diaconi non sine electione ordinarentur, ut patet ex epist. 54. Erat autem chorepiscoporum sedes insigni alicui affixa pago, cui alii pagi attribuebantur. Unde Basilius in epist. 188, can. 10, auctor est Amphilochio ut agrum Mestiæ subjectum Vasodis subjiciat.

(81) *Μήτε ταῦτα.* Ita Harl., Coisl. primus et Med. Editi μήτε ταυτί. Vertendum putat Combefisius, *hæc nunquam fecerim.* Sed nostra interpretatio confirmatur ex his quæ infra dicit Basilius: *At profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem.*

(82) *Ὥσπερ οἰκείων.* Nititur hæc scriptura auctoritate antiquissimorum codicum, Coisl., Med. atque etiam Harl. qui sic habuit prima manu. Editi ὡς ὑπὲρ οἰκείων. Possent autem Basilii verba sic intelligi: Abstinendum a contentionibus, quasi non unus aliquis inter eos, quibus datum est testimonium, sed omnes nostri sint necessarii. Sed magis arridet sensus, quem in interpretando secuti sumus. Similiter Basilius in caput III Isaiæ, pag. 456, vituperat ejusmodi electiones, in quibus unusquisque non virtutem, sed necessitudinem et consanguinitatem spectat.

(83) *Τῆς ἀληθείας δέ.* Sic Medicæus et Harlæanus. Editi μίμησις μέν ἐστι τῆς ἀληθείας, αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, etc. *Sed imitatio quidem sunt veritatis, ab ipsa autem veritate absunt longissime.*

(84) *Προσδοκηθέντων.* Tres mss. non vetustissimi προσδοκωμένων.

(85) *Τὸ συμφέρον Θεῷ.* Regius uterque et Coisl. secundus cum utroque Bigot. Θεῷ τὸ συμφέρον. Hac lectione confirmatur nostra interpretatio. Aliter enim reddi potuisset, *dispensanti quod utile est Deo.*

(86) *Ἐν πάσῃ.* Deest præpositio in tribus vetustissimis codicibus.

Digitized by Google

EPISTOLA CCXCI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣϞΑ'.

Timotheum chorepiscopum, qui ex summo asceticæ vitæ fervore ad sæcularia negotia delapsus fuerat, ad pristinam pietatem Basilius revocare conatur.

Timotheo chorepiscopo.

Et scribere omnia quæcunque sentio, neque epistolæ modo convenire video, neque alias salutationis speciem decere; et silentio præterire pene impossibile mihi est, justa in te iracundia corde fervente. Mediam igitur viam inibo, alia quidem scribens, alia prætermittens. Volo enim te reprehendere, si fas est, amica dicendi æquabilitate. Quomodo Timotheus ille, quem a pueritia ita sese ad rectam et asceticam vitam intendisse novimus, ut immoderationis in his rebus accusaretur; **430** nunc ab ea re unice consideranda discedens, quid faciendum sit, ut cum Deo conjungamur, respicis ad ea quæ de te nescio quis existimat, et suspensam ex aliorum sententia vitam habes, et quomodo nec amicis inutilis sis, nec inimicis ridiculus consideras, ac ignominiam apud multos ut magnum aliquod malum formidas; nec cogitas te dum in his rebus immoraris, imprudentem præcipuum ac primarium vitæ genus negligere? Plenæ enim sunt Scripturæ testimoniis, quibus edocemur non posse simul utraque retineri, mundi hujus negotia et vitam secundum Deum; plena est etiam ipsa natura ejusmodi exemplis. Nam in mentis actione duo simul cogitare omnino non possumus. Atque in iis quæ sensu percipiuntur, duæ voces simul emissæ auribus capi eodem momento et discerni non possunt; idque cum duo nobis ad audiendum meatus aperti sint. Oculi quoque, nisi ambo in una aliqua re visibili defigantur, suum munus accurate obire non queunt. Atque ita est in rebus naturalibus. Jam Scripturarum testimonia tibi referre non minus ridiculum, quam noctuam, ut aiunt, Athenas ferre. Quid igitur miscemus quæ misceri non possunt, tumultus civiles et pietatis exercitationem, ac non potius a tumultibus, et a negotiis gerendis aut alii exhibendis recedentes, nobiscum ipsi versamur; et quod dudum suscepimus pietatis propositum, opere confirmamus, et calumniari volentibus ostendimus situm in illis non esse, ut molestiam nobis creent, cum voluerint? Hoc autem fiet, ubi nos ab omni ansa liberos exhibuerimus. Et hæc quidem hactenus. Utinam autem et simul aliquando congrediamur, et diligentius deliberemus de iis quæ nostris animabus conducunt, ne inter inanes curas deprehendamur, necessario exitu nobis superveniente. Cæterum iis quæ tua charitas

Τιμοθέῳ χωρεπισκόπῳ.

Καὶ τὸ πάντα γράφειν, ὅσα φρονῶ, οὔτε τῷ μέτρῳ τῆς ἐπιστολῆς ὁρῶ συμβαῖνον, οὔτε ἄλλως πρέπον τῷ τῆς προσηγορίας εἴδει· καὶ τὸ σιωπῇ παρελθεῖν μικροῦ καὶ ἀδύνατόν (87) ἐστί μοι, δικαίῳ θυμῷ τῷ κατὰ σοῦ φλεγμαινούσης μοι τῆς καρδίας. Μέσην οὖν βαδιοῦμαι, τὰ μὲν γράφων, τὰ δὲ παρείς. Καθάψασθαι γάρ σου βούλομαι, εἰ θέμις ἐστὶν, ἐν ἰσηγορίᾳ φιλικῇ. Εἰ Τιμόθεος ἐκεῖνος, ὃν ἐκ παιδὸς οἴδαμεν τοσοῦτον πρὸς τὴν ὀρθότητα καὶ τὸν κατησχημένον βίον τῷ τόνῳ χρώμενον, ὥστε ἐγκαλεῖσθαι τὴν ἐν τούτοις (88) ἀμετρίαν, ἀποστὰς νῦν τοῦ σκοπεῖν πάντα τρόπον ὅ τι χρὴ ποιοῦντα τῷ Θεῷ προσοικειοῦσθαι, ἀποβλέπεις πρὸς τὰ τῷ δεῖνι δοκοῦντα περὶ σοῦ, καὶ τῆς ἑτέρων γνώμης τὴν ζωὴν ἔχεις ἐξηρτημένην, καὶ ὅπως μὴ φίλοις ἄχρηστος, μηδὲ ἐχθροῖς ἧς καταγέλαστος ἐνθυμῇ, καὶ τὴν παρὰ πολλῶν αἰσχύνην, ὡς δεινόν τι, φοβῇ, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ἐν ὅσῳ περὶ ταῦτα τρίβῃ, λανθάνεις σεαυτὸν τῆς προηγουμένης ζωῆς ἀμελῶν; Ὅτι γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ ἀμφοτέρων ὁμοῦ περιγενέσθαι, τῶν τε κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον πραγμάτων, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, πλήρεις μὲν (89) αἱ θεῖαι Γραφαὶ, ὧν ἐδίδαξαν ἡμᾶς· πλήρης δὲ καὶ αὐτὴ ἡ φύσις τῶν τοιούτων ὑποδειγμάτων ἐστίν. Ἔν τε γὰρ τῇ κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείᾳ δύο νοῆσαι κατὰ ταυτὸν νοήματα παντελῶς ἀμήχανον· ἔν τε ταῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀντιλήψεσι δύο φωνὰς ὁμοῦ προσπιπτούσας ταῖς ἀκοαῖς δέχεσθαι ἐν ταυτῷ καὶ διακρίνειν ἀδύνατον· καὶ τοῦτο δύο ἀκουστικῶν πόρων ἡμῖν ἀνεῳγμένων. Ὀφθαλμοὶ δὲ, ἐὰν μὴ ἀμφότεροι πρὸς ἕν τι τῶν ὁρατῶν ἀποτεθῶσιν, ἐνεργεῖν τὸ ἑαυτῶν ἀκριβῶς οὐ δύνανται. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ παρὰ τῆς φύσεως· τὰ δὲ ἐκ τῶν Γραφῶν σοι διηγεῖσθαι οὐχ ἧττόν ἐστι καταγέλαστον ἢ γλαῦκα, φησὶν (90), Ἀθηναίοις ἄγειν. Τί οὖν τὰ ἄμικτα μίγνυμεν; θορύβους πολιτικοὺς καὶ εὐσεβείας ἄσκησιν; ἀλλ' οὐχὶ ἀποστάντες τῶν θορύβων, καὶ τοῦ πράγματα (91) ἔχειν καὶ παρέχειν ἑτέροις, ἡμῶν αὐτῶν γινόμεθα· καὶ ὃν πάλαι ὑπεθέμεθα τῆς εὐσεβείας σκοπὸν βεβαιοῦμεν τῷ ἔργῳ, καὶ δείκνυμεν τοῖς ἐπηρεάζειν ἡμῖν βουλομένοις, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς τὸ λυπεῖν ἡμᾶς ὅταν ἐθέλωσι; Τοῦτο δὲ ἔσται ἐπειδὰν πάσης λαβῆς ἐλευθέρους ἑαυτοὺς ἀποδείξωμεν. Καὶ τσῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Εἴη δὲ ἡμᾶς ποτε καὶ ἐν ταυτῷ γενέσθαι, καὶ ἀκριβέστερον βουλεύσασθαι περὶ τῶν συμφερόντων ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἵνα μὴ ἐν τῇ περὶ τῶν ματαίων φροντίδι καταληφθῶμεν, τῆς ἀναγκαίας ἐξόδου ἐπελθούσης ἡμῖν. Τοῖς δὲ ἀποσταλεῖσι παρὰ τῆς ἀγάπης σου ὑπερήσθην,

* Alias CCCXL. Scripta in episcopatu.

(87) *Ἀδύνατον*. Sic veteres libri sex. Corrupte in editis ἀδυνάτου. Mox tres codices φλεγμαινούσης μου.

(88) *Ἐν τούτοις*. Tres mss. ἐπὶ τούτοις. Mox deest νῦν in Medicæo.

(89) *Πλήρεις μέν*. Quatuor codices non antiquissimi πλήρης μὲν ἡ θεία Γραφὴ ὧν ἐδίδαξεν ἡμᾶς. Paulo post Harlæanus codex Ἐν τῇ γὰρ et κατὰ ταυτό

(90) *Φησίν*. Coisl. primus et alius quidam φασίν.

(91) *Καὶ τοῦ πράγματα*. Ita Coisl. primus, Reg. primus, Harl. et Clarom. Editi et nonnulli mss. τῶν πραγμάτων.

Digitized by Google

οἷς ὑπῆρχε μὲν ἡδίστοις εἶναι καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν· πολλαπλασίονα δὲ τὴν ἡδονὴν ἐνεποίει (92) ἡ προσθήκη τοῦ ἀποστείλαντος. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Πόντου, κηροὺς καὶ ἄκοπα, ἡδέως δέξαι, ὅταν ἀποστείλωμεν· νῦν γὰρ ἡμῖν οὐ παρῆν. A

misit, sum valde delectatus : quæ quidem et sua sponte erant jucundissima : at multiplicem fecit voluptatem quod accessit a mittente. Ponti autem munuscula, ceras videlicet et acopa, cum misero, libenter suscipe : nunc enim his carebam.

(92) *Ἐνεποίει.* Sic Med., Harl. et Coisl. primus. Editi ἐποίει. Paulo post auctoritate eorumdem trium codicum mutavimus, quod nimio grammaticæ studio inductum videtur fuisse in textum, ἄκοπα καὶ κηρούς.

CLASSIS TERTIA.

Epistolæ nulla temporis nota signatæ. cum pluribus dubiis et spuriis nonnullis.

431 ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΒ'. EPISTOLA CCXCII*.

Significat suum videndi Palladii desiderium, cujus uxorem viderat, eumque hortatur ut vestimentum immortalitatis, nuper in baptismo acceptum, ab omni macula purum conservet.

Παλλαδίῳ. B *Palladio.*

Τὸ ἥμισυ τῆς ἐπιθυμίας ἡμῶν ἐξεπλήρωσεν ὁ ἅγιος Θεὸς, οἰκονομήσας τὴν συντυχίαν τῆς κοσμιωτάτης ἀδελφῆς ἡμῶν τῆς συμβίου σου. Δυνατὸς δὲ παρασχεῖν καὶ τὸ λειπόμενον, ὥστε ἰδόντας (93) ἡμᾶς καὶ τὴν σὴν εὐγένειαν, τελείαν ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ τὴν χάριν. Ἐν πολλῇ γάρ ἐσμεν ἐπιθυμίᾳ· μάλιστα νῦν, ὅτε ἠκούσαμεν τετιμῆσθαί σε τῇ μεγάλῃ τιμῇ, τῷ ἀθανάτῳ ἐνδύματι, ὃ περισχὸν (94) ἡμῶν τὴν ἀνθρωπότητα, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ θάνατον ἐξηφάνισε, καὶ κατεπόθη τὸ θνητὸν ἐν τῷ τῆς ἀφθαρσίας ἐνδύματι. Ἐπειδὴ οὖν οἰκεῖον μέν σε ἑαυτῷ (95) ὁ Κύριος διὰ τῆς χάριτος ἐποίησεν, ἠλλοτρίωσε δὲ πάσης τῆς ἁμαρτίας, ἤνοιξε δὲ βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ὁδοὺς τὰς ἀπαγούσας πρὸς τὴν ἐκεῖ μακαριότητα C ὑπέδειξε· παρακαλοῦμέν σε, ἄνδρα τοσοῦτον φρονήσει τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντα, λελογισμένως τὴν χάριν δέξασθαι, καὶ πιστὸν φύλακα γενέσθαι τοῦ θησαυροῦ, πάσῃ ἐπιμελείᾳ τηροῦντα τῆς βασιλικῆς παρακαταθήκης τὴν φυλακὴν, ἵνα ἄσυλον τὴν σφραγῖδα διασωσάμενος παραστῇς τῷ Κυρίῳ ἐκλάμπων ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, μηδένα σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἐμβαλὼν (96) τῷ καθαρῷ τῆς ἀφθαρσίας ἐνδύματι, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς μέλεσι τὸν ἁγιασμὸν διασώζων, ὡς Χριστὸν ἐνδυσάμενος. *Ὅσοι γὰρ*, φησὶν, *εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.* Ἔστω οὖν πάντα τὰ μέλη ἅγια, πρέποντα εἶναι σπέκεσθαι τῷ ἁγίῳ καὶ φωτεινῷ περιβλήματι.

Dimidium desiderii nostri Deus sanctus complevit, dum fecit ut ornatissimæ sororis nostræ, conjugis tuæ fruerer præsentia. Potest autem et quod reliquum est præstare, ut et tuam quoque nobilitatem videns, cumulatas Deo gratias agam. Nam desiderio multo incendor, nunc maxime, cum audio te esse honore magno decoratum, immortali scilicet indumento, quod naturam nostram contegens, mortem carnis abolevit, et quod mortale erat, in immortalitatis vestimento absorptum est. Quoniam igitur te proximum sibi Dominus per gratiam effecit, removitque a peccato omni, et regnum cœlorum aperuit, ac vias ad futuram illic beatitudinem deducentes ostendit; adhortor te, virum tanto cæteris prudentia præstantem, ut prudenter beneficium accipias, ac fidelis sis custos thesauri, cura omni regium depositum conservans; ita ut, postquam sigillum integrum ac intactum custodieris, Domino astes refulgens in splendore sanctorum, purum ab omni macula et ruga vestimentum immortalitatis gerens, ac sanctimoniam in omnibus membris retinens, ut Christum indutus. *Quicunque enim*, inquit, *in Christo baptizati estis, Christum induistis*[65]. Proinde membra omnia sint sancta; adeo ut digna sint, quæ sancta illa ac splendida veste operiantur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΓ'. EPISTOLA CCXCIII **.

Scire avet Basilius an Julianus usum manus receperit; multa præclare dicit de firmo et constanti mentis statu. Rogat Julianum ut sæpe ad se scribat.

Ἰουλιανῷ (97). D *Juliano.*

Πῶς σοι τὸν ἐν μέσῳ τοῦτον χρόνον τὸ σῶμα ἔσχεν; εἰ καθαρῶς ἀπέλαβες τῆς χειρὸς τὴν ἐνέο- Quomodo tibi hoc interjecto tempore corpus se habuit? omnino manus usum recepisti? Quomodo

[65] Galat. III, 27.

(93) *Ἰδόντας.* Habent εἰδότας Harl. et Coisl. primus. In Medicæo codice non exstat hæc epistola.

(94) *Ὁ περισχόν.* Ita Harl. et quinque alii. Editi et Coisl. primus περιέχον.

(95) *Μέν σε ἑαυτῷ.* Ita mss. tres. Editi σεαυτῷ. Harl. et Paris. μέν σε αὐτῷ. Paulo post Harl. παλαιᾶς τῆς ἁμαρτίας, *ab antiquo peccato.*

(96) *Ἐμβαλὼν.* Quinque mss. non vetustissimi ἐπιβάλλων.

(97) *Ἰουλιανῷ.* Medicæus et Coisl. primus addunt ἠθικὴ πάνυ ὡραία, *moralis omnino pulchra.*

* Alias CCCLXXXVI.

** Alias CLXVI.

Digitized by Google

etiam reliquæ res vitæ? an tibi ex sententia cedunt, quemadmodum optamus, et uti instituto tuo debitum est? Etenim quibus facile mutabilis sententia, his minime mirum est vitæ ordinem non constare; quibus vero firma mens est, semperque constans et eadem, his consentaneum est vitam instituto congruentem ducere. Nam re ipsa nauclero non licet tranquillitatem facere cum voluerit; sed nobis tranquillam nobis ipsis vitam constituere, etiam omnino facile, si tumultus nobis intus ex vitiis insurgentes compescamus, **432** et his quæ extrinsecus accidunt, altiorem animum stabiliamus. Nam nec damna, nec morbi nec reliqua vitæ incommoda probum virum attingunt, quandiu animam habuerit in Deo ambulantem, et prospicientem futura, ac procellas e terra excitatas leviter et expedite superantem. Siquidem qui vitæ curis admodum detenti sunt, veluti carnosæ aves frustra alis instructæ humi serpunt una cum pecoribus. Te vero tantum videre per negotia nobis licuit, quantum qui se in mari invicem prætereunt. Attamen quoniam vel ex ungue licet totum cognoscere leonem, videmur nobis ex modico experimento satis te cognovisse. Unde et hoc magni facimus, res nostras a te in aliquo numero poni, nosque a tua mente non abesse, sed tecum jugiter per memoriam versari. Scribere autem recordationis est significatio: quod crebrius feceris, eo nobis gratius facies.

A γειαν; Πῶς δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου πράγματα; εἰ κατὰ γνώμην χωρεῖ σοι, ὥσπερ εὐχόμεθα, καὶ ὡς ἔστιν ὀφειλόμενον τῇ σῇ προαιρέσει; Καὶ γὰρ οἷς μὲν εὔκολος πρὸς μεταβολὴν ἡ διάνοια, τούτοις οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τὸν βίον εἶναι μὴ τεταγμένον· οἷς δὲ πεπηγυῖα ἡ γνώμη, καὶ ἀεὶ ἑστῶσα καὶ ἡ αὐτή, τούτοις (98) ἀκόλουθον συμφώνως τῇ προαιρέσει τὴν ζωὴν διεξάγειν. Τῷ ὄντι γὰρ κυβερνήτῃ (99) μὲν οὐκ ἐφεῖται γαλήνην ποιεῖν ὅτε βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀκύμονα ἑαυτοῖς καθιστᾷν τὸν βίον καὶ πάνυ ῥᾴδιον, ἐὰν τοὺς ἔνδοθεν ἐκ τῶν παθῶν ἐπανισταμένους ἡμῖν θορύβους κατασιγάσωμεν, καὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ὑψηλοτέραν τὴν γνώμην καταστησώμεθα. Καὶ γὰρ οὔτε ζημίαι, οὔτε ἀῤῥωστίαι, οὔτε αἱ λοιπαὶ δυσχέρειαι τοῦ βίου, ἅψονται τοῦ σπουδαίου, ἕως ἂν ἔχῃ τὴν διάνοιαν τῷ Θεῷ ἐμπορευομένην (1), καὶ τὸ μέλλον ἀποσκοποῦσαν, καὶ τῆς χαμόθεν ἐγειρομένης ζάλης κούφως καὶ εὐσταλῶς ὑπεραίρουσαν. Ἐπεὶ οἵ γε σφοδρῶς ταῖς τοῦ βίου μερίμναις κατειλημμένοι, οἷον ὄρνιθες πολύσαρκοι εἰκῆ τὸ πτερὸν ἔχοντες, κάτω που σύρονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. Σὲ δὲ τοσοῦτον ἰδεῖν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐπετράπημεν, ὅσον οἱ ἐν πελάγει ἀλλήλους παραμειβόμενοι. Πλὴν ἀλλ', ἐπειδὴ καὶ ἐξ ὀνυχος ἔστιν ὅλον γνωρίσαι τὸν λέοντα, ἐκ βραχείας τῆς πείρας ἠγούμεθά σε ἱκανῶς ἐγνωκέναι. Ὅθεν καὶ μέγα ποιούμεθα τὸ ἐν λόγῳ (2) σέ τινι τὰ καθ' ἡμᾶς τίθεσθαι, καὶ μὴ ἀπεῖναί σου τῆς διανοίας, ἀλλὰ διηνεκῶς σοι συνεῖναι διὰ τῆς μνήμης. Δεῖγμα δὲ μνήμης τὸ γράφειν· ὅπερ ὅσῳ ἂν συνεχέστερον ποιῇς (3), τοσούτῳ πλέον ἡμῖν χαριῇ.

EPISTOLA CCXCIV *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΔ'.

Significat se vehementer optare ut pietas, quam teneris eorum animis olim inseverat, ad summum perveniat. Demonstrat utilitatem doctrinæ libris consignatæ, quæ et absentibus et posteris prodest.

Festo et Magno.

Φήστῳ καὶ Μάγνῳ (4).

Decet quidem et patres filiis providere, et agricolas plantarum et seminum curam suscipere, et magistros de suis discipulis esse sollicitos, maxime cum ob egregiam indolem meliores de se ipsis spes ostendunt. Nam et agricola laboribus gaudet, cum spicæ ipsi turgescunt, ac plantæ crescunt: et discipulis magistri lætantur, et liberis parentes cum illi quidem virtute, hi vero corporis mole augentur. Nos autem tanto majorem de vobis habemus curam spemque præstantiorem, quanto pietas arte omni et omnibus animantibus simul et fructibus melior est; quam teneris adhuc et puris animabus vestris radicitus insitam a nobis et nutritam, etiam ad perfectum

C Πρέπει μέν που καὶ πατράσι παίδων ἰδίων πρόνοια, καὶ γεωργοῖς φυτῶν ἢ σπερμάτων ἐπιμέλεια, καὶ διδασκάλοις μαθητῶν φροντὶς, μάλιστα ὅταν δι' εὐφυΐαν βελτίους ἐφ' ἑαυτοῖς ὑποφαίνουσι (5) τὰς ἐλπίδας. Χαίρει γὰρ πονῶν καὶ γεωργὸς, ἀδρυνομένων αὐτῷ (6) τῶν ἀσταχύων ἢ τῶν φυτῶν αὐξανομένων· εὐφραίνουσι δὲ καὶ μαθηταὶ διδασκάλους, καὶ παῖδες πατέρας, οἱ μὲν πρὸς ἀρετὴν, οἱ δὲ πρὸς αὔξησιν ἐπιδιδόντες. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον μείζονα μὲν ἐφ' ὑμῖν ἔχομεν τὴν φροντίδα, κρείττονα δὲ τὴν ἐλπίδα, ὅσον εὐσέβεια πάσης μὲν τέχνης, πάντων δὲ ζώων ὁμοῦ καὶ καρπῶν ἐστιν ἀμείνων, ἣν ἐν ἁπαλαῖς ἔτι καὶ καθαραῖς ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς ῥιζωθεῖσαν ὑφ' ἡμῶν καὶ τραφεῖσαν ἰδεῖν εὐχόμεθα

* Alias CCX.

(98) *Τούτοις*. Reg. secundus et Coisl. secundus τούτους.

(99) *Κυβερνήτῃ*. Reg. secundus κυβερνήτην. Idem cum duobus aliis οὐκ ἐφίεται.

(1) *Ἐμπορευομένην*. Sic Coisl. primus et Harl. Habet Medicæus ἐμπολιτευομένην. Editi συμπορευομένην.

(2) *Ἐν λόγῳ*, etc. Reg. secundus et Coisl. secundus ἐν λόγῳ σε τὸ καθ' ἡμᾶς.

D (3) *Ποιῇς*. Harl. ποιεῖς.

(4) *Φήστῳ καὶ Μάγνῳ*. Tres codices addunt ὥστε ἐπιτείνειν τὴν πρὸς τὰ κρείττονα μάθησιν· *Ut ad meliora studium intendant.*

(5) *Ὑποφαίνουσι*. Duo Regii et Coisl. recentior ὑποφαίνωσι.

(6) *Αὐτῷ*. Ita codices quinque mss. Editi αὐτῶν. Paulo ante Reg. secundus et Coisl. secundus cum utroque Bigot. Χαίρει γὰρ πόνῳ. [Garnier πόνων.]

Digitized by Google

καὶ προελθοῦσαν εἰς ἀκμὴν τελείαν, καὶ εἰς καιροὺς ὡραίους, συλλαμβανομένης ἡμῶν ταῖς εὐχαῖς τῆς ὑμετέρας φιλομαθείας. Εὖ γὰρ ἴστε καὶ τὴν ἡμετέραν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ συνεργίαν ταῖς ὑμετέραις ἐναποκεῖσθαι γνώμαις, ὧν πρὸς τὸ δέον εὐθυνομένων, Θεὸς συνεργὸς καλούμενος παρέσται καὶ ἄκλητος, καὶ πᾶς φιλόθεος ἄνθρωπος πρὸς διδασκαλίαν αὐτεπάγγελτος. Ἀνίκητος γὰρ ἡ προθυμία τῶν διδάσκειν τι χρήσιμον δυναμένων, ὅταν αἱ τῶν μανθανόντων ψυχαὶ πάσης καθαρεύωσιν ἀντιτυπίας. Οὐκοῦν οὐδὲ σώματος κωλύει χωρισμός, τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς δι' ὑπερβολὴν σοφίας καὶ φιλανθρωπίας μὴ συμπεριορίσαντος τοῖς σώμασι τὴν διάνοιαν, μήτε μὴν τῇ γλώττῃ τῶν λόγων τὴν δύναμιν· δόντος δέ τι πλεῖον καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῖς ὠφελεῖν δυναμένοις, ὡς μὴ μόνον τοῖς μακρὰν διεστηκόσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῖς λίαν ὀψιγόνοις παραπέμπειν δύνασθαι τὴν διδασκαλίαν. Καὶ τοῦτον ἡμῖν ἡ πεῖρα πιστοῦται τὸν λόγον· ἐπείπερ οἵ τε πολλοῖς πρότερον ἔτεσι γενόμενοι διδάσκουσι τοὺς νέους, σωζομένης ἐν γράμμασι τῆς διδασκαλίας· ἡμεῖς τε κεχωρισμένοι τοσοῦτον τοῖς σώμασι, τῇ διανοίᾳ σύνεσμεν ἀεὶ, καὶ προσομιλοῦμεν ῥᾳδίως, τῆς διδασκαλίας οὔτε ὑπὸ γῆς οὔτε ὑπὸ θαλάσσης κωλυομένης, εἴ τίς ἐστιν ὑμῖν τῶν ἰδίων ψυχῶν φροντίς.

A incrementum, maturosque fructus perductam videre cupimus, vestro discendi studio nostra vota adjuvante. Probe enim scitis et nostram in vos benevolentiam, et Dei auxilium in vestris situm esse voluntatibus : quibus ad id quod decet directis, Deus adjutor vocatus aderit et invocatus ; et quisquis Deum diligit. sua sponte ad docendum se offeret. Est enim invicta alacritas eorum qui utile aliquid docere possunt, cum discentium mentes ab omni puræ sunt obluctandi vitio. Itaque ne corporis quidem disjunctio est impedimento ; quippe cum Conditor noster, ob sapientiæ ac benignitatis magnitudinem, nec corporibus cogitationem, nec lingua dicendi facultatem circumscripserit ; sed et ab ipso tempore amplius quid-
B dam iis, qui prodesse possunt, largitus sit, ita ut non solum longe dissitis, sed etiam sero admodum nascituris doctrinam transmittere valeant. Atque hanc nobis sententiam confirmat experientia : quandoquidem **433** et qui multis ante annis vixerunt, erudiunt juniores, conservata in scriptis doctrina : et nos, corpore ita dissiti, animo semper adsumus, ac facile colloquimur ; cum doctrina neque terra neque mari prohibeatur, si qua vobis vestrarum animarum cura ac sollicitudo.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΕ'.

EPISTOLA CCXCV *.

Hortatur ut cœnobiticam vitam amplectantur, caveantque ne quis eos a Patrum fide abducat.

Μονάζουσι (7).

C

Monachis.

Ἡγοῦμαι μὲν μηδεμιᾶς ἑτέρας ὑμᾶς τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι παρακλήσεως δεῖσθαι, μετὰ τοὺς λόγους οὓς δι' ἡμῶν αὐτῶν ἐποιησάμεθα πρὸς ὑμᾶς, παρακαλοῦντες ὑμᾶς πάντας τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζωὴν καταδέξασθαι εἰς μίμημα τῆς ἀποστολικῆς πολιτείας, ὃ καὶ ἐδέξασθε ὡς ἀγαθὸν δίδαγμα, καὶ ηὐχαριστήσατε δι' αὐτὸ τῷ Κυρίῳ. Ἐπεὶ οὖν οὐχὶ ῥήματα ἦν τὰ παρ' ἡμῶν λαληθέντα, ἀλλὰ διδάγματα εἰς ἔργον προελθεῖν (8) ὀφείλοντα ἐπὶ ὠφελείᾳ μὲν ὑμῶν τῶν ἀνεχομένων, ἐπ' ἀναπαύσει δὲ ἡμετέρᾳ τῶν ὑποθεμένων τὴν γνώμην, εἰς δόξαν δὲ καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ, οὗ τὸ ὄνομα ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς· τούτου χάριν ἀπέστειλα τὸν ποθεινότατον ἡμῶν ἀδελφὸν, ἵνα καὶ τὸ πρόθυμον γνωρίσῃ, καὶ τὸ νωθρὸν διεγείρῃ, καὶ τὸ ἀντιτεῖνον φανερὸν ἡμῖν καταστήσῃ. Πολλὴ γὰρ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἰδεῖν ὑμᾶς συνηγμένους, καὶ ἀκοῦσαι περὶ ὑμῶν, ὅτι οὐχὶ τὸν ἀμάρτυρον ἀγαπᾶτε βίον, ἀλλὰ μᾶλλον καταδέχεσθε πάντες καὶ φύλακες τῆς ἀλλήλων ἀκριβείας εἶναι, καὶ μάρτυρες τῶν κατορθουμένων. Οὕτω γὰρ ἕκαστος καὶ τὸν ἐφ' ἑαυτῷ μισθὸν τέλειον ἀπολήψεται (9), καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ προκοπῇ· ὃν καὶ λόγῳ καὶ

Arbitror equidem nullam aliam vobis Dei gratia opus esse adhortationem, post eos sermones, quos per me ipse apud vos habui, cum vos omnes hortarer, ut vitam communem ad exemplum apostolicæ instituti amplecteremini ; quod et accepistis ut bonum documentum, et de hoc ipso gratias Domino egistis. Cum igitur verba non fuerint quæ a nobis dicta sunt, sed documenta in rem conferenda ad utilitatem vestram, qui me disserentem pertulistis, et ad consolationem meam, qui id dabam consilii, ac tandem ad gloriam et laudem Christi, cujus nomen super nos invocatum est [48*] ; hanc ob causam desideratissimum nostrum fratrem misi, ut et quod alacre est cognoscat, et quod pigrum excitet,
D et quod reluctatur nobis indicet. Nam vehementer cupio tum videre vos coadunatos, tum id de vobis audire non jam vobis testibus carentem placere vitam, sed id potius omnes amplecti, ut et custodes sitis vestræ inter vos diligentiæ et testes præclare factorum. Sic enim unusquisque et pro se ipse mercedem perfectum accipiet et pro fratris progressu ; quam quidem par est ut vobis invicem

[48*] Jerem. XIV, 9.

(7) *Μονάζουσι.* Sic Harl., Coisl. primus et Regius primus. At Regius 2897 et Coisl. secundus sic habent : Πρὸς μονάζοντας, δι' ἧς ἐπιστηρίζει αὐτοὺς πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν καὶ πίστιν· *Monachis quos confirmat in vita secundum Christum et in fide.* Editi addunt καὶ φησιν, ὅτι ἡ πίστις ἐστὶν ἡ σώζουσα διὰ ἀγάπης ἐνεργουμένη· *Et ait fidem quæ salvat eam esse quæ per charitatem operatur.*

(8) *Προελθεῖν.* Ita Harl., Med., Reg. uterque, Coisl. secundus et Bigot. Habet Coisl. primus προσελθεῖν. Editi ἐλθεῖν.

(9) *Ἀπολήψεται.* Duo mss. λήψεται. Paulo post tres mss. παρασχέσθαι ὑμᾶς. Sed Harl. et Med. cum editis consentiunt.

* Alias CCXCV.

Digitized by Google

verbo et opere concilietis ex continuis colloquiis et adhortationibus. In primis autem adhortor vos, ut Patrum fidei memores sitis, nec ab iis qui vos in vestra solitudine abripere conantur, commoveamini : illud scientes neque accuratam vitam, si fide in Deum illuminata non sit, per se ipsam prodesse ; neque rectam confessionem, si bonorum operum sit expers, commendare nos Domino posse ; sed necesse esse utrumque concurrere ; ut Dei homo integer sit ac perfectus, nec aliqua re deficiente, vita nostra claudicet. Fides enim quæ salvos nos facit, ea est, ut ait Apostolus, *quæ per charitatem operatur* [46].

A ἔργῳ παρέχεσθαι ὑμᾶς ἀλλήλοις προσήκει ἐκ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας καὶ παρακλήσεως. Ἐπὶ πᾶσι δὲ παρακαλοῦμεν μεμνῆσθαι ὑμᾶς τῆς τῶν Πατέρων πίστεως, καὶ μὴ σαλεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ (10) ἡσυχίᾳ περιφέρειν ὑμᾶς ἐπιχειρούντων· εἰδότας (11), ὅτι οὔτε πολιτείας ἀκρίβεια καθ' ἑαυτὴν, μὴ διὰ τῆς εἰς Θεὸν πίστεως πεφωτισμένη, ὠφέλιμος, οὔτε ὀρθὴ ὁμολογία, ἀγαθῶν ἔργων ἄμοιρος οὖσα, παραστῆσαι ἡμᾶς δυνήσεται τῷ Κυρίῳ· ἀλλὰ δεῖ ἀμφότερα συνεῖναι, ἵνα ἄρτιος ᾖ (12) ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ μὴ κατὰ τὸ ἐλλεῖπον χωλεύῃ ἡμῶν ἡ ζωή. Πίστις γάρ ἐστιν ἡ σώζουσα ἡμᾶς, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, *δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη*.

EPISTOLA CCXCVI *.

Excusatione utitur, quod viduæ mulabus diu usus sit : eximia ipsi ejusque filiæ præcepta tradit.

Viduæ.

Considerans tuum in me animum, ac studium erga Dei opus cognitum habens, nuper tecum tanquam cum filia liberius **434** egi, atque diutius mulabus tuis usus sum, parce quidem tanquam meis utens : sed tamen illarum usum produxi longius. Hæc certe tuæ gravitati scribenda erant, ut scires animi affectus indicium esse quod factum est. Simul autem dignitatem tuam per litteras submonemus, ut Domini memineris, et exitum ex hoc mundo semper ante oculos habens, tuam ipsius vitam dirigas et præpares ad causæ coram judice qui decipi non potest, defensionem ; ut ob bona opera fiduciam habeas coram eo qui nostrorum cordium arcana revelaturus est in die visitationis ejus. Filiam nobilissimam per te salutamus ; atque adhortor ut in meditandis Domini oraculis vitam degat : quo illius animus doctrina optima nutriatur, mensque illius crescat et adolescat magis, quam ipsum corpus, dum a natura augetur.

B

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣιϚ'.

Ἐλευθέρᾳ (13).

Στοχαζόμενός σου τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, καὶ ἣν ἔχεις περὶ τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου σπουδὴν ἐπιγινώσκοντες, κατεθαρρήσαμεν ὡς θυγατρὸς πρώην, καὶ ταῖς ἡμιόνοις ἐπὶ πλεῖον (14) ἐχρησάμεθα, πεφεισμένως μὲν ὡς ἡμετέραις (15) χρώμενοι· παρετείναμεν δ' οὖν ὅμως αὐτῶν τὴν ὑπηρεσίαν. Ταῦτα οὖν ἔδει ἐπισταλῆναί σου τῇ σεμνότητι ὥστε εἰδέναι, ὅτι ἀπόδειξίς ἐστι τῆς διαθέσεως τὸ γενόμενον (16). Ὁμοῦ δὲ καὶ ὑπομιμνήσκομεν διὰ τοῦ γράμματος τὴν κοσμιότητά σου, μεμνῆσθαι τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ἔξοδον τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου πρὸ ὀφθαλμῶν ποιουμένην ἀεὶ, τὸν βίον ἑαυτῆς ῥυθμίζειν πρὸς ἀπολογίαν τοῦ ἀπαραλογίστου κριτοῦ, ἵνα γένηταί σοι παῤῥησία ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις ἔμπροσθεν τοῦ τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν ἡμῶν ἀποκαλύπτειν μέλλοντος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. Τὴν εὐγενεστάτην θυγατέρα ἀσπαζόμεθα διὰ σοῦ· καὶ παρακαλῶ ἐν τῇ μελέτῃ τῶν λογίων (17) τοῦ Κυρίου διάγειν αὐτὴν, ἵνα ἐκτρέφηται ὑπὸ τῆς ἀγαθῆς διδασκαλίας τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπιδιδῷ πρὸς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἡ διάνοια αὐτῆς μᾶλλον ἢ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς φύσεως.

EPISTOLA CCXCVII **.

Hortatur ad pietatem et commendat mulierem quæ hanc epistolam perferebat.

Viduæ.

Cum omnino mihi congruere judicarem, tum

D

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣιΖ'.

Ἐλευθέρᾳ (18).

Πάνυ ἐμαυτῷ ἐπιβάλλειν κρίνων καὶ διὰ τὸ τῆς

[46] Galat. v, 6.

* Alias CCLXXXV.

** Alias CCLXXXVI

(10) *Ἐν τῇ ὑμετέρᾳ*. Ita Harl. prima manu, et plures alii. Editi ἡμετέρᾳ.

(11) *Εἰδότας*. Medicæus codex εἰδότες.

(12) *Ἄρτιος ᾖ*. Mss. duo ἄρτιός εἴη.

(13) *Ἐλευθέρᾳ*. Reg. secundus et Coisl. secundus Ἐλευθέρᾳ ἑτέρᾳ, *ad aliam viduam*.

(14) *Ἐπὶ πλεῖον*. Sic Med., Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ἐπὶ πλέον. Paulo post voculam δέ addimus ex duobus mss. ante οὖν ὅμως. Subinde editi τῇ σῇ σεμνότητι. Coisl. primus, Med. et Reg. secundus ut in textu.

(15) *Ἡμετέραις*. Legit Combefisius cum interprete ὑμετέραις, *parce quidem tanquam tuis utens*. Sed repugnant mss. codices, nec necessaria immutatio. Nam cum soleant nomines suarum quisque rerum curam gerere ; nihil mirum si Basilius mulabus parce ut suis usum se esse dicit, simul et suam in illis conservandis diligentiam, et amicam in utendo fiduciam indicans. Porro ea diligentius curari, quibus quis utitur ut suis, ex alio Basilii loco perspici potest, ubi diabolum his, qui se illi addixerunt, *non ut propriis mancipiis uti, sed tanquam alienis abuti* docet Comment. *in Isaiam* n. 199, pag. 454.

(16) *Τὸ γενόμενον*. Ita Regius codex multo melius quam alii et editi τὸ γινόμενον.

(17) *Τῶν λογίων*. Sic Regius et Coisl. primus. Editi τῶν λόγων.

(18) *Ἐλευθέρᾳ*. Addit Coisl. recentior Ἰουλίττ'.

Digitized by Google

ἡλικίας πρεσβυτικον, καὶ διὰ τὸ τῆς πνευματικῆς διαθέσεως γνήσιον τὴν ἀσύγκριτόν σου εὐγένειαν καὶ ἐν τῇ σωματικῇ παρουσίᾳ ἐπισκέπτεσθαι, καὶ ἀπούσης (19) μὴ ἀπολιμπάνεσθαι, ἀλλὰ γράμμασιν ἀποπληροῦν τὸ ἐνδέον, ἐπειδὴ εὗρον πρέπουσαν διάκονον τῶν πρὸς τὴν σὴν σεμνότητα γραμμάτων τήνδε, δι' αὐτῆς προσφθέγγομαί σε, προηγουμένως παρορμῶν ἐπὶ τὸ ἔργον τὸ τοῦ Κυρίου, ἵνα σε ὁ ἅγιος Θεὸς, τιμίως παρενεγκὼν τὰς ἡμέρας τῆς παροικίας σου ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, ἀξίαν καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καταστήσειεν. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν προειρημένην θυγατέρα παρακατατίθεμαί (20) σοι, ἵνα ὡς ἐμὴν μὲν θυγατέρα, σεαυτῆς δὲ ἀδελφὴν οὕτω δέξῃ, καὶ περὶ ὧν ἂν τῇ εὐσχήμονί σου καὶ καθαρᾷ ψυχῇ ἀνακοινώσεται, ἰδιοπαθήσῃς, καὶ ἀντιλάβῃ αὐτῆς, ὡς παρὰ τοῦ Κυρίου προηγουμένως ἔχουσα τὸν μισθόν· ἔπειτα καὶ ἡμᾶς ἀναπαύουσα τοὺς ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ τὸ τῆς ἀγάπης σοι (21) μέτρον ἀποπληροῦντας

A propter provectam ætatem, tum propter spiritualis affectus sinceritatem, nulli comparabilem tuam nobilitatem et corpore præsentem invisere, et absenti non deesse, sed litteris, id quod deest, supplere : ubi nactus sum idoneam hanc ministram litterarum ad tuam gravitatem perferendarum, per ipsam te saluto, in primis adhortans ad Domini opus, ut te Deus sanctus, cum honore deducens dies incolatus tui in omni pietate atque gravitate, dignam etiam futuris bonis constituat. Deinde vero et memoratam filiam commendo tibi, ut eam sicut meam quidem filiam, tuam vero sororem suscipias ; et quibus de rebus cum præclara tua ac pura anima communicabit tuas proprias esse existimes, ac opem feras, primum quidem ac præcipue ut a Domino mercedem habens ; deinde etiam ut nobis pergratum faciens, qui tibi in Christi visceribus charitatis mensuram adimplemus.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΗ'.

EPISTOLA CCXCVIII *.

Refellit cujusdam hominis dolum, qui aquæ vim quamdam prorsus absurdam inesse persuadebat.

Ἀνεπίγραφος, ἐπ' ἀνδρὶ εὐλαβεῖ.

Sine inscriptione, causa pii viri.

Ὅτι μὲν περὶ πάντων καταξιοῖς συμβούλοις ἡμῖν καὶ κοινωνοῖς φροντισμάτων κεχρῆσθαι, ποιεῖς πρέπον (22) τῇ σεαυτοῦ τελειότητι· καί σε ὁ Θεὸς τῆς τε ἀγάπης τῆς περὶ ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐπιμελείας τῆς κατὰ τὸν βίον ἀμείψαιτο (23)· ὅτι δέ σου ἥψατο ἡ ἀπάτη τούτου, ἐθαύμασα, καὶ ὕδατί (24) τινα δύναμιν ἄλογον παρεῖναι πεπίστευκας· καὶ ταῦτα, οὐδεμιᾶς μαρτυρίας βεβαιούσης τὴν φήμην. Οὔκουν ἐστί τις τῶν ἐκεῖθεν οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον λαβὼν εἰς τὸ σῶμα, ὧν ἤλπισε, τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθόν· ἢ εἰ μή τινι ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονε παραμυθία τις· ὁποῖα (25) καὶ καθεύδουσι καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τὸν βίον ἐνεργοῦσιν ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν. Ἀλλ' ὁ ἀναιρῶν τὴν ἀγάπην τὰ αὐτόματα τῇ τοῦ ὕδατος φύσει λογίζεσθαι τοὺς ἁπλουστέρους ἀναπείθει. Ὅτι δὲ ἀληθὴς ἡμῶν ὁ λόγος, ἔξεστιν ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας σε διδαχθῆναι.

Quod me quidem dignaris in omnibus consiliario et curarum consorte uti, rem tua integritate dignam facis ; teque Deus et pro tuo in me amore, et pro vitæ instituendæ **435** diligentia remuneretur. Illud autem miratus sum quod te hujus hominis dolus attigerit, et aquæ vim quamdam absurdam inesse credideris ; idque, nullo testimonio famam confirmante. Nemo sane est eorum qui illic degunt, qui speratum corporis levamen magnum minusve consecutus sit ; nisi quis casu et fortuito nonnihil acceperit levaminis ; quale et dormientibus et alia quædam in vita agentibus accidere solet. Sed qui e medio tollit charitatem, is persuadet simplicioribus, ut ea quæ fortuito obveniunt, naturæ aquæ ascribant. Cæterum quæ dico vera esse, potest ex ipsa experientia discere.

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΗΘ'.

EPISTOLA CCXCIX **.

Eximium virum qui e potentia civili ad tranquillam vitam recesserat, hortatur, ut censitoris munus in regione Iboritarum, spe mercedis a Deo consequendæ, suscipiat.

Κηνσίτορι (26).

Censitori.

D

Εἰδότι μοι ἔγραφες, ὅτι δυσκόλως ἔχεις πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν. Καὶ γὰρ παλαιός ἐστι λόγος, τοὺς ἀρετῆς μεταποιουμένους μὴ μεθ' ἡδονῆς ἑαυτοὺς ἐπιβάλλειν ἀρχαῖς. Τὰ γὰρ τῶν ἰατρευόντων ἴδια, ταῦτα ὁρῶ καὶ τῶν ἀρχόντων ὄντα. Ὁρῶσι γὰρ

Scienti mihi scripsisti permolestam tibi esse rei publicæ administrationem. Nam antiqua sententia est, virtutis studiosos haud libenter in magistratus sese conjicere. Quæ enim medicorum, ea magistratuum quoque propria esse video.

(19) *Ἀπούσης*. Sic Claromontanus melius quam alii et editi ἀπούσῃ. Hoc enim verbum apud Basilium semper cum genitivo conjunctum.

(20) *Παρακατατίθεμαι*. Claromontanus παρακατατίθημι. Paulo post editi ἀντιλάβῃς. Coisl. primus et Med. ut in textu.

(21) *Ἀγάπης σοι*. Hanc voculam addidimus ex Med., Vat. et Calrom.

(22) *Πρέπον*. Coisl. secundus et Regius secundus πρεπόντως.

(23) *Ἀμείψαιτο*. Cum alio Coisl. primus ἀμείψεται.

(24) *Καὶ ὕδατι*. Med., Coisl. secundus, Reg. secundus εἰ ὕδατι. Mox editi ὡς τὸ σῶμα. Mss. quatuor ut in textu. Paulo post ex totidem mss. emendavimus quod vitiose erat in editis ἤ τι μή τινι.

(25) *Ὁποῖα*. Sic mss. tres. Editi οἷα.

(26) *Κηνσίτορι*. Ita summo consensu mss. codices. Editi Κηνσήτορι.

* Alias CCXXXV.

** Alias CCCLII.

Digitized by Google

Vident enim mala, experiunturque insuavia, et ex aliorum incommodis proprios percipiunt dolores ; saltem qui vere magistratus sunt. Nam quicunque aucupantur quæstum, et ad divitias respiciunt, ac gloriam præsentem admirantur, hi maximum bonorum ducunt, potestatem aliquam assequi, unde amicis benefacere possint, et inimicos ulcisci, ac sibi ipsis optata comparare. At tu non talis es. Quomodo enim? qui e potentia civili, eaque tanta tua sponte recessisti ; et cum tibi liceret civitati, tanquam domui uni, dominari, quietam ac tranquillam amplexus es vitam : nec habere negotia, nec exhibere aliis pluris existimans, quam alii morosos se præstare. Sed cum Domino visum sit Iboritarum regionem cauponibus non subjici, neque mancipiorum foro descriptionem similem esse : sed unumquemque ut æquum est describi ; accipe negotium, licet alias molestum, sed tamen quod tibi apud Deum laudem et approbationem conciliare possit. Neque potentiam formides, neque paupertatem contemnas ; sed animi æquitatem iis quos reges, trutina omni æquiorem exhibe. Sic enim et iis qui tibi hoc muneris crediderint, manifestum fiet tuum justitiæ studium, et te ante alios mirabuntur. Aut etiamsi hoc illos lateat, Deum nostrum non latebit, qui magna nobis proposuit bonorum operum præmia.

λὸς τῷ ἀδελφῷ, καὶ τῷ ξένῳ· μήτε τὸν ἀδελφὸν ἀποστραφῇς, καὶ τὸν ξένον ἀδελφὸν οἰκεῖον ποίησαι. Βούλεταί σε παραμυθητικὸν εἶναι τῶν δεομένων, οὐ προσωποληπτην· οὐ τῷ συγγενεῖ διδόντα, τὸν δὲ ξένον ἀπωθούμενον. Πάντες γὰρ συγγενεῖς, πάντες ἀδελφοί, πάντες ἑνὸς πατρὸς ἔκγονοι. Εἰσί τινες ἐξ ἐπικρατείας κινδύνου τινὸς ἀναρπασθέντες ὑπὸ τοῦ κτίσαντος, καὶ μηδεμίαν ἔχοντες περιλελειμμένην αὐτοῖς βίου λοιπὸν ἀφορμὴν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι διαφυγόντες αὐτόν. Ἡμεῖς τοίνυν, ὅσοι τῆς τῶν δυσχερῶν ἄγευστοι πείρας ἐμείναμεν, κοινὴν ἐκείνοις προθῶμεν τὴν εὐπορίαν ἑαυτῶν. Ἐναγκαλισώμεθα τοὺς περισωθέντας μόλις τῶν ἀδελφῶν· εἴπωμεν πρὸς ἕκαστον ἕκαστος· *Νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη*· καὶ τὸ συγγενὲς σῶμα σκεπάσωμεν. Ἀντιστήσωμεν ταῖς τοῦ Δυσμενοῦς ἐπηρείαις τὴν ἡμετέραν παράκλησιν, ἵνα καὶ βλάπτων ἐκεῖνος μηδὲν μέγα βλάψαι δοκῇ· καὶ πολεμήσας, μηδένα δείξῃ (1) νενικημένον· καὶ περιελὼν τὴν εὐπορίαν τῶν ἀδελφῶν, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας φανείη νικώμενος.

A ria una, egestas in utroque eadem: fratri da, et peregrino; nec fratrem averseris, et peregrinum pro fratre habe. Vult Deus te indigentibus solatium afferre, nullam personarum rationem habere, non propinquo dare, peregrinum vero repellere. Omnes enim propinqui, omnes fratres, unius patris filii omnes. (4) Sunt qui e faucibus periculi erepti fuere a Creatore, nec jam ullum habent sibi relictum vitæ subsidium, sed animam solam et corpus periculo subduxere. Nos ergo, quibuscunque ingustata rerum adversarum experientia, copiam nostram communem cum illis faciamus. Amplectamur fratres vix servatos, dicamus quisque cuique: *Mortuus erat, et revixit; perierat, et inventus est* [49c]; atque corpus nostro affine contegamus. B Opponamus Inimici injuriis nostram consolationem, ut etiam lædens non multum læsisse videatur, et bellum inferens, neminem victum ostendat, et postquam disperdidit fratrum facultates, liberalitate nostra victus comperiatur.

6. Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἀγάπην, ἐν ἁπλότητι καὶ ἀνειμένον εἶναι πρὸς τοὺς αἰτοῦντας τὸν μεταδοτικὸν δεῖ, κατὰ τὸ φάσκον παράγγελμα· *Τῷ αἰτοῦντί σε, δός*· λογισμῷ δὲ πάλιν διακρίνειν ἑκάστου τὴν χρείαν τῶν προσαιτούντων, καθὼς ἐν ταῖς Πράξεσι μεμαθήκαμεν. *Διεδίδοτο γὰρ ἑκάστῳ*, φησὶ, *καθ' ὅ τι ἄν τις χρείαν εἶχεν*. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ὑπερβαίνοντες τὴν χρῆσιν τῶν ἀναγκαίων, ἀφορμὴν ἐμπορείας καὶ ὑπόθεσιν τρυφῆς ἀσελγοῦς ποιοῦνται τὴν C αἴτησιν, ἐπιστημόνως καὶ οἰκονομικῶς ταῖς χρείαις ἑκάστου τὴν διανομὴν τῶν ἀναγκαίων γίνεσθαι δεῖ. Τοῖς γὰρ δὴ τὰ θρηνώδη μέλη πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν ἀπάτην συντιθεῖσι, καὶ τὰ πηρώματα τοῦ σώματος καὶ τὰ ἕλκη πρὸς ἐμπορείας ἀφορμὴν συντιθεῖσιν (2), οὐ πάντως τὸ δαψιλὲς τῆς διακονίας ὠφέλιμον· ἀφορμὴ γὰρ αὐτοῖς εἰς κακίαν ἡ χορηγία γενήσεται· ἀλλὰ μικρᾷ δόσει χρὴ τὴν τῶν τοιούτων ὑλακὴν ἀπωθεῖσθαι, τὸ δὲ συμπαθὲς καὶ φιλάδελφον ἐπιδείκνυσθαι (3) ἐν τοῖς μεθ' ὑπομονῆς τὴν θλῖψιν φέρειν δεδιδαγμένοις, ὑπὲρ ὧν καὶ λεχθήσεται, ὅτι *Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*. Διὰ τοῦτο τῷ ὄντι ἐμπειρίας χρῄζει ἡ διάγνωσις τοῦ ἀληθῶς δεομένου, καὶ τοῦ κατὰ πλεονεξίαν αἰτοῦντος. Καὶ ὁ μὲν τῷ θλιβομένῳ δοὺς, τῷ Κυρίῳ ἔδωκε, καὶ παρ' D αὐτοῦ λήψεται τὸν μισθόν· ὁ δὲ τῷ περιερχομένῳ παρασχόμενος παντὶ, προσέρριψε κυνὶ φορτικῷ διὰ τὴν ἀναίδειαν, οὐκ ἐλεεινῷ διὰ τὴν ἔνδειαν.

6. (5) Oportet quidem ut qui liberalis est, ob charitatem in simplicitate præbeat se erga petentes facilem, secundum illud præceptum, *Petenti a te, da* [50]; et rursus ratione necessitatem uniuscujusque petentis discernas, ut ex Actis didicimus. *Dividebatur enim singulis*, inquit, *prout cuique opus erat* [51]. Quia enim multi necessarium usum transilientes, mendicitatem ad negotiationis occasionem, et lascivarum deliciarum materiam convertunt: scienter et provide pro uniuscujusque necessitate distributio rerum necessariarum facienda. (6) Qui enim lugubria carmina ad mulierculas decipiendas componunt, et mutila corporis membra, ac ulcera ad quæstus occasionem inveniendam confingunt, non sane his copiosa erogatio proderit; ipsis enim instrumentum est ad nequitiam liberalitas: sed oportet modica erogatione ejusmodi hominum latratum arcere, misericordiam autem et fraternam charitatem in eos ostendere qui res adversas patienter perferre didicerunt, pro quibus et dicetur: *Esurivi, et dedistis mihi manducare* [52]. (7) Quapropter experientia opus habet, ut is qui vere pauper est, ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernatur. Et quidem quisquis calamitoso dat, dedit Domino, et ab eo mercedem accipiet: qui vero errabundo omni tribuit, projicit cani, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

7. Ἀκούσατε, οἱ πλούσιοι, ὁποῖα συμβουλεύομεν τοῖς πτωχοῖς διὰ τὴν ὑμετέραν ἀπανθρωπίαν, ἐγκαρτερεῖν μᾶλλον τοῖς δεινοῖς, ἢ τὰς ἐκ τῶν τόκων συμ-

490 7. (8) Audite, divites, quale pauperibus demus consilium ob vestram inhumanitatem, nempe ut gravissima quæque constanter ferant potius,

[49c] Luc. XV, 24. [50] Luc. VI, 30. [51] Act. IV, 35. [52] Matth. XXV, 35.

(1) Δείξῃ. Codex 1992 δεῖξαι. Sic etiam homil. Basilii.

(2) Συντιθεῖσιν. Satis commode hoc verbum deest in eodem codice. Legitur in contextu προτιθεῖσιν.

(3) Ἐπιδείκνυσθαι. Legitur in ipso Basilii contextu ἐπιδεικνυμένους.

(4) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 170.

(5) Ex hom. *in psal.* XIV, 357.

(6) Ibid.

(7) Ex epist. CL, 241.

(8) Ex hom. *in psal.* XIV, 112.

Digitized by Google

quam calamitates ex fenore provenientes perpetiantur. Morem si Domino gereretis, quid his verbis esset opus? Nam ait, *Mutuum date iis, a quibus non speratis recepturos vos esse*[53]. Cum enim pauperi Domini gratia dederis; idem et donum est et fenus. Donum quidem, quod recepturum te nihil esse speras: fenus vero, ob Domini pro inope persolventis munificentiam, qui, paucis per pauperem acceptis, magna eorum loco redditurus est. (1) Consideret igitur divitum quisque suos reditus, e quibus Deo dona oblaturus sit: num pauperem imperio suo oppresserit, num infirmiori vim intulerit, num a subdito quidpiam inique extorserit. Servare enim quod justum est et æquum, etiam in servos præcipimur: noli vero quia superior es vim afferre, neque quia potes, extorquere, sed quia tibi per vires licet, exere justitiæ opera; nam in quo nulla tibi datur facultas, in eo sane nullum tui erga Deum timoris atque obedientiæ specimen exhibebis: sed in eo quod cum transgredi possis, non transgrederis: si vero quæ pauperibus eripuisti, ea in pauperes erogas, præclarius tecum ageretur, si neque raperes, neque dares. Neque enim beneficia ab iniquo quæstu in pauperes collata, Deo grata acceptaque sunt: neque qui rapinis hujuscemodi abstinet, laudandus est, si de suo neminem juverit. De his enim qui injuste possident, atque dona offerre Deo aggrediuntur, scriptum est: *Sacrificium impiorum, abominatio coram Domino*[54]. De his autem qui nulla misericordia permoventur, *Qui obturat suas aures, ne pauperem exaudiat, ipse etiam invocabit, neque erit qui exaudiat*[55]. Propterea monet et hortatur Parœmia: *Honora Dominum de laboribus tuis justis: et primitias illi offer de tuis fructibus justitiæ*[56]. Si enim ex iniquitate et rapina quædam oblaturus es Deo, præstantius esset neque talia possedisse te unquam, neque ex his offerre. Purum enim donum evehet precem, ut scriptum est: *Preces eorum qui recto sunt corde, acceptæ sunt apud ipsum*[57]. Et rursum si possidens e justis laboribus non obtuleris Deo oblationes, quibus alantur pauperes, imputabitur tibi in rapinam: ut per prophetam Malachiam ait Deus: *Primitiæ et decimæ vestræ vobiscum sunt, et erit in domibus vestris direptio*[58]. Quid igitur tuas divitias coinquinas, o homo, iniqua lucra his superaddens? Quid abominabilem facis oblationem tuam ex injustitia, dum id offerre tentas cujus nomine alterius pauperis miserturus es? ejus misereare quem injuria afficis, in hunc summa ute-

A φορὰς ὑποδέχεσθαι. Εἰ δὲ ἐπείθεσθε τῷ Κυρίῳ, τίς χρεία τῶν λόγων τούτων; *Δανείζετε* γάρ, φησί, *παρ' ὧν οὐκ ἐλπίζετε λαβεῖν*. Ὅταν γὰρ πτωχῷ παρέχειν μέλλῃς (2) διὰ τὸν Κύριον, τὸ αὐτὸ καὶ δῶρόν ἐστι καὶ δάνεισμα· δῶρον μὲν, διὰ τὴν ἀνελπιστίαν τῆς ἀπολήψεως· δάνεισμα δὲ, διὰ τὴν μεγαλοδωρεὰν τοῦ Δεσπότου, τοῦ ἀποτινυύντος ὑπὲρ αὐτοῦ· ὃς μικρὰ λαβὼν διὰ τοῦ πένητος, μεγάλα ὑπὲρ αὐτῶν ἀποδίδωσι. Σκοπείτω τοίνυν τοὺς ἰδίους πόρους τῶν πλουτούντων ἕκαστος, ἐξ ὧν ἀναφέρειν δῶρα μέλλει Θεῷ, μὴ τὸν πένητα κατεδυνάστευσε, μὴ τὸν ἀσθενέστερον ἐβιάσατο, μὴ τὸν ὑποκείμενον αὐτῷ πλεονέκτηκεν, ἐξουσίᾳ χρώμενος ἀντὶ δικαιοσύνης. Τὸ δίκαιον γὰρ καὶ τὴν ἰσότητα κελευόμεθα φυλάττειν καὶ πρὸς τοὺς δούλους (3). Μὴ γὰρ ὅτι κρατεῖς, B βιάζου· μηδὲ ὅτι δύνασαι, πλεονέκτει· ἀλλ' ὅτι πάρεστί σοι τὰ τῆς ἐξουσίας, δεῖξον τὰ τῆς δικαιοσύνης. Οὐ γὰρ ἐν ᾧ μὴ δύνασαι, παρέξεις τὴν ἀπόδειξιν τῆς πρὸς Θεὸν ὑπακοῆς καὶ τοῦ φόβου· ἀλλ' ἐν ᾧ παραβῆναι δυνάμενος, οὐ παραβαίνεις. Εἰ δὲ ἀφελόμενος τὰ τῶν πενήτων, πένησι δίδως, κάλλιον ἦσθα μήτε ἁρπάζων μήτε διδούς. Οὔτε γὰρ ἐξ ἀδίκων κερδῶν εὐεργεσία πρὸς τὸν δεόμενον δεκτὴ παρὰ Θεῷ, οὔτε ὁ τῶν ἀδικιῶν ἀπεχόμενος ἐπαινετὸς, εἰ μηδενὶ μεταδοίη τῶν ἑαυτοῦ. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀδικούντων, καὶ δῶρα Θεῷ προσφέρειν ἐπιχειρούντων, γέγραπται· *Θυσία ἀσεβῶν, βδέλυγμα Κυρίῳ*· περὶ δὲ τῶν μὴ ἐλεούντων· *Ὁ φράσσων [τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι πένητος, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ* C *ὑπακούων*. Διὰ τοῦτο ἡ Παροιμία συμβουλεύει· *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης*. Εἰ γὰρ ἐξ ἀδικίας καὶ ἁρπαγῆς μέλλεις προσφέρειν τῷ Θεῷ, κάλλιον μήτε κτήσασθαι τοιαύτην κτῆσιν, μήτε προσφέρειν ἐξ αὐτῆς. Καθαρὸν γὰρ δῶρον ἀνοίσει τὴν εὐχὴν (4), ὡς γέγραπται· *Εὐχαὶ κατευθυνόντων, δεκταὶ παρ' αὐτῷ*. Καὶ πάλιν, εἰ κτώμενος ἐκ δικαίων πόνων μὴ προσφέροις Θεῷ προσφορὰς ἀφ' ὧν τρέφονται πένητες, ἁρπαγὴ λογισθήσεταί σοι, καθά φησι διὰ τοῦ προφήτου Μαλαχίου ὁ Θεός· *Αἱ ἀπαρχαὶ καὶ τὰ ἐπιδέκατα ὑμῶν μεθ' ὑμῶν εἰσι, καὶ ἔσται ἡ διαρπαγὴ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν*. Τί τοίνυν μολύνεις τὸν σαυτοῦ πλοῦτον, ἄνθρωπε, ἐπεισάγων D αὐτῷ τὰ μὴ δίκαια κέρδη; τί βδελυκτὴν ποιεῖς τὴν σαυτοῦ προσφορὰν, ἐξ ἀδικίας προσφέρειν ἐπιχειρῶν, ἐν ᾧ μέλλεις ἕτερον πτωχὸν ἐλεεῖν; Ἐκεῖνον ἐλέησον ὃν ἀδικεῖς· εἰς τοῦτον κατάχρησαι τῇ φιλανθρωπίᾳ· τούτῳ χάρισαι, καὶ πληρώσεις ἔλεον μετὰ κρίσεως. Οὐ γὰρ κοινωνήσει πλεονεξίᾳ Θεὸς, οὐδὲ ληστῶν καὶ ἁρπακτῶν κοινωνὸς ὁ Κύριος· οὐδὲ ὡς ἀδύνατος τρέφειν τοὺς πένητας, ἡμῖν κατέλιπε τρέ-

[53] Luc. VI, 35. [54] Prov. XV, 8. [55] Prov. XXI, 13. [56] Prov. III, 9. [57] Prov. XV, 8. [58] Malach. III, 8.

(1) Uterque codex indicat sermonem *De eleemosyna et judicio*. Homiliam illam post Matthæum denuo edimus ad calcem tomi tertii hujus editionis, col. 1735.

(2) *Μέλλῃς*. Codex Regius melioris notæ μέλλεις, [minus recte.]

(3) *Δούλους*. Idem codex ὁμοδούλους.

(4) *Τὴν εὐχήν*. Sic ope ejusdem codicis emendavimus vulgatam lectionem τὴν ψυχήν. Mox legendum videtur τρέφωνται.

Digitized by Google

φειν αὐτοὺς, ἀλλὰ τὴν δικαίαν καὶ φιλάνθρωπον καρποφορίαν παρ' ἡμῶν ζητῶν, εἰς ἡμετέραν εὐεργεσίαν. Ἐλεημοσύνη ἐξ ἀδικίας οὐ γίνεται, οὐδὲ ἐκ κατάρας εὐλογία, οὐδὲ ἐκ δακρύων εὐεργεσίαι. Κενοδοξίαι τὰ τοιαῦτα, καὶ πρὸς τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἐπαίνους, οὐ πρὸς τὸν ἔπαινον τὸν ἐκ Θεοῦ. Ἐὰν γὰρ, ὡς Θεοῦ τὴν ἐλεημοσύνην ὁρῶντος, ποιῇς αὐτὴν, φυλάξῃ μὴ ποιεῖν ἐκ πλεονεξίας, εἰδὼς ὅτι τὸν ἐπόπτην Θεὸν οὐκ εὐφραίνεις. Οὕτως οὖν ἐλεημοσύνην ποιῶμεν, ἵνα ἀπολάβωμεν παρὰ Θεοῦ· ἀποδίδωσι δὲ ὁ Θεὸς ἐκείνοις, οὓς ἐπαινεῖ, ἐπαινεῖ δὲ πλεονέκτην οὐδένα. Μὴ πλανᾶσθε· οὐκ ἄλλως ἀποδέξεται Χριστὸς τὰς εἰς τοὺς πτωχοὺς φιλοτιμήσεις, εἰ μὴ λυθεῖεν αἱ κατὰ τῶν ἀδικηθέντων πλεονεξίαι. Οὕτως ὁ Κύριος ἀπεδέξατο τοῦ Ζακχαίου τὴν ὀρθότητα, καὶ ἔφη· *Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο*· ὅτι προθέμενος ἀποδοῦναι τετραπλάσιον, εἴ τι ἐσυκοφάντησεν, οὕτω τῶν ὑπολειπομένων χρημάτων τὰ ἡμίση πτωχοῖς ἀπεμέρισεν. Ἤδει γὰρ ὅτι Χριστὸν ὑποδέξασθαι βούλεται. Δῶμεν τοιγαροῦν ἐξουσίαν, ἀδελφοὶ, ὑπερχεθῆναι βουλομένῳ πρὸς τοὺς δεομένους τῷ πλούτῳ· μὴ παραδράμωμεν τοὺς ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἔτι καὶ νῦν κειμένους Λαζάρους· μηδὲ τῶν ψιχίων τῆς ἡμετέρας τραπέζης ἀρκούντων αὐτοῖς εἰς κόρον βασκήνωμεν, μηδὲ τὸν ἀνήμερον ἐκεῖνον ζηλώσαντες πλούσιον, πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τῆς γεέννης φλόγα μετέλθωμεν. Ἐπεὶ πολλὰ μὲν τοῦ Ἀβραὰμ δεηθησόμεθα τότε, πολλὰ δὲ ἑκάστου τῶν βεβιωκότων καλῶς· οὐδὲν δὲ ἔσται κέρδος ἡμῖν τῆς βοῆς. *Ἀδελφὸς γὰρ οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος;* Ἐρεῖ δὲ ἕκαστος ἐκείνων ἡμῖν κεκραγώς· Μὴ ζήτει φιλανθρωπίαν, ἣν αὐτὸς ἐφ' ἑτέρων ἠγνόησας, μηδὲ βούλου λαβεῖν οὕτω μεγάλα, σὺ τῶν ἐλαττόνων φεισάμενος· ἀπόλαυε τούτων ὧν ἐν τῷ βίῳ συνέλεξας. Δάκρυε νῦν, ἐπειδὴ τότε δακρύοντα τὸν ἀδελφὸν ὁρῶν οὐκ ἠλέησας. Ταῦτα ἐροῦσι, καὶ δικαίως, ἡμῖν. Δέδοικα δὲ ἐγὼ, μὴ καὶ πικροτέροις ἡμᾶς τούτων βάλωσι (1) ῥήμασιν, ἐπειδὴ καὶ νικῶμεν ἐκεῖνον, ὡς ἴστε, τῇ πονηρίᾳ τὸν πλούσιον. Ὅτι κόλακες μὲν καὶ παράσιτοι, μετὰ τὸ λαμπρῶς ἑστιαθῆναι παρ' ἡμῖν, καὶ τὰς χεῖρας πεπληρωμένας πολυτελῶν δώρων κατάγουσι, καὶ μανθάνουσι παρ' ἡμῶν, ὅτι λυσιτελεῖ μᾶλλον τῶν ἀρετῶν τὰ τοιαῦτα μετιέναι καὶ πράττειν αὐτοῖς. Εἰ δὲ παρασταίη πένης ἡμῖν, μόλις ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθεγγόμενος, ἀποστρεφόμεθα, μετὰ σπουδῆς ἀποτρέχομεν, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ καὶ τῆς δυσπραγίας αὐτῆς ἐκ τοῦ σχολαίτερον βαδίσαι μετάσχωμεν. Καὶ εἰ μὲν εἰς γῆν νεύσοι τὴν συμφορὰν αἰσχυνόμενος, ὑποκρίσεως εἶναι λέγομεν ἐργάτην αὐτόν· εἰ δὲ μετὰ παῤῥησίας προσβλέψοι διὰ τὸ βαρὺ τοῦ λιμοῦ κέντρον ἡμᾶς (2), ἀναιδῆ πάλιν καλοῦμεν καὶ βίαιον. Καὶ εἰ μὲν τύχοι καλυπτόμενος ὑγιέσιν ἐσθήμασι δεδωκότος τινὸς, ὡς ἄπληστον ἀπελαύνομεν, καὶ ὀμνύμεθα προσποιεῖσθαι πενίαν αὐτόν· εἰ

re humanitate, huic gratificare, et adimplebis misericordiam cum judicio. Neque enim Deo ulla est cum avaritia communicatio; neque ullum est Domino cum prædonibus et rapacibus commercium. Neque pauperes nobis enutriendos reliquit, quod eos alere non possit: **491** sed justitiæ atque humanitatis uberem a nobis fructum efflagitans, eos summo suo in nos beneficio nobis commendavit. Eleemosyna ab injustitia non exsistit, neque a maledictione benedictio, neque ex lacrymis beneficia. Inanis gloriæ sunt ista, atque laudem humanam, non divinam venantur. Si enim, ut Deo inspectore, eleemosynam facis, caveto ne eam ex alienorum usurpatione facias, non ignarus te hac ratione speculatori Deo non placere. Sic igitur eleemosynam faciamus, ut a Deo postea eam recepturi. Reddit enim Deus illis quos laudat; rapacem vero neminem laudat. Ne decipiamini: non aliter Christo accepta erunt nostra in pauperes beneficia, nisi prius alienis injuria ablatis penitus exsolvamur. Sic enim Dominus gratam habuit Zacchæi probitatem: ac dixit, *Hodie salus domui huic facta est* [59]; quia cum instituisset quadruplum reddere, si quid defraudasset, postea pecuniarum quas reliquas habebat, dimidium pauperibus dabat. Sciebat enim quid sit Christum recipere. (3) Enimvero, fratres, divitiis effundi in egenos cupientibus per nos liceat; ob oculos nostros hodieque jacentes Lazaros ne prætereamus, neque eis mensæ nostræ micas, quæ ad ipsos saturandos sufficiunt, invideamus, nec immittem illum divitem imitati, ad eamdem atque ipse gehennæ flammam veniamus [60]. Nam multum quidem tunc Abrahamum rogabimus, multum etiam quoscunque, qui vitam suam probe transegerint: sed lucrum nullum ex nostro clamore consequemur. *Frater* enim *non redimit, redimet homo* [61]? Unusquisque autem illorum clamans dicturus nobis est: Commiserationem quam ipse erga alios ignorasti, ne quæras: neque velis accipere adeo magna, qui minorum parcus fuisti: fruere his quæ in vita collegisti. Lacrymare nunc, siquidem lacrymantem tunc fratrem videns, non es misertus. Hæc dicent nobis, nec injuria. Imo vereor ne nos impetant acerbioribus etiam verbis, cum vincamus illum, ut scitis, improbitate divitem. Nam assentatores et parasiti (4), postquam splendide apud nos epulati sunt, manus etiam pretiosis muneribus plenas referunt; et discunt ex nobis, esse sibi utilius prosequi talia et efficere quam virtutem colere. Quod si in nostrum conspectum pauper venerit, qui vix etiam præ fame loquatur, aversamur, festinanter transimus, quasi veriti, ne si

[59] Luc. XIX, 9. [60] Luc. XVI, 20 sqq. [61] Psal. XLVIII, 8.

(1) *Βάλωσι*. Uterque codex βαλοῦσι [perperam].
(2) *Κέντρον ἡμᾶς*. Sic uterque codex atque ipse etiam Basilii contextus. Editi κέντρον, ἡμεῖς.
(3) Ex hom. *Quid mundanis adhærendum non sit*, 168.
(4) Ibid., 169.

Digitized by Google

etiam lentius gradiamur, ejusdem miseriæ efficiamur participes. Et, si in terram oculos, calamitate pudorem ei incutiente, dimiserit, eum hypocrisis dicimus artificem; si vero libere ac confidenter, fame graviter exstimulatus, aspexerit nos, e contrario impudentem appellamus ac violentum. Et, si opertus sit integris vestibus ab aliquo acceptis, quasi inexplebilem repellimus, ac juramus paupertatem ab illo simulari; si vero panniculis putridis amiciatur, rursus abigimus uti male olentem. Et quamvis Conditoris nomen precibus admisceat, ac similes ærumnas indesinenter a nobis deprecetur, tamen immisericordem voluntatem flectere non potest. Quapropter gehennæ ignem graviorem quam qui **492** divitem illum Lazari despectorem combussit, reformido. Quod quidem ne eveniat, misericordia misericordiam comparemus, ut et æterna bona consequamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas, cum æterno ejus Patre, et vivificante Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A δὲ σκεπάζοιτο σεσηπόσι ῥακίοις, ὡς ὀδωδότα πάλιν διώκομεν. Καὶ οὔτε τὸ τοῦ κτίσαντος ὄνομα ταῖς ἱκετηρίαις ἐκεῖνος ἀναμιγνὺς, οὔτε τὸ (7) μὴ τοιούτοις πάθεσι περιπεσεῖν ἡμᾶς ἐξορκῶν συνεχῶς, δύναται τὴν ἀνελεῆ κάμψαι προαίρεσιν. Διὰ ταῦτα ὑφορῶμαι βαρύτερον τῆς γεέννης τὸ πῦρ, ἥπερ ἐκεῖνος ὁ τὸν Λάζαρον ὑπεριδὼν πλούσιος. Ἵνα δὲ μὴ τοῦτο γένηται, τῷ ἐλέῳ τὸν ἔλεον προσκτησώμεθα, ὅπως καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE DIVITIIS ET PAUPERTATE.

SERMO V.

1. (1) Putei hausti melius scaturiunt, sic et divitiæ, si stabiles sint, nihil prosunt; si moveantur et transferantur, communem utilitatem promovent ac fructum ferunt. Ac mirari quidem mihi subit, quomodo post superfluam et inutilem sumptuum excogitationem, (2) cum in sexcentos usus distractæ divitiæ redundant adhuc, in terra detrudantur a possidente, et in abditis locis asservantur. Papæ! postquam innumeris excogitatis modis aurum absumere non potuit, tunc illud sub terra occultavit. (3) Videtur autem mihi vitium animæ divitis, helluonum vitio simile, qui malunt præ ingluvie disrumpi, quam reliqui quidquam impertiri egentibus. (4) Talis erat ille in Evangelio dives. Astabant qui animam ejus repeterent, et ille secum disserebat de alimentis. Hac ipsa nocte abripiebatur, et ad multos annos rerum possessionem animo sibi fingebat. (5) Insania ingens! dum quidem aurum in metallis erat, terram scrutabatur: cum autem jam in propatulo est, rursus illud in terra abscondit: deinde aurum defodienti evenire arbitror, ut et cor suum simul defodiat. *Nam*, inquit, *ubi thesaurus tuus, ibi et cor* [62]. (6) Age, igitur, o dives, divitias varie dispensa, noli magno vendere, cave exspectes annonæ charitatem ad horrea aperienda; ne famem auri causa, ne inediam communem ob privatam opum tuarum copiam opperiare. Noli fieri caupo humanarum calamitatum; ne iram Dei occasionem feceris aggerendæ pecuniæ. Tu enim aurum quidem respicis, sed fratrem tuum non respicis;

ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΕΝΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

1. Τὰ φρέατα ἐξαντλούμενα, εὐροώτερα γίνεται· καὶ πλούτου τὸ μὲν στάσιμον, ἄχρηστον· τὸ δὲ κινούμενον (8) καὶ μεταβαῖνον, κοινωφελές τε καὶ ἔγκαρπον. Καὶ θαυμάζειν μοι ἔπεισι, πῶς μετὰ τὴν περιττὴν καὶ ἄχρηστον τῶν ἀναλωμάτων ἐπίνοιαν, ἐπειδὰν εἰς μυρία διασπασθεὶς ὁ πλοῦτος ἔτι περισσεύῃ, κατὰ γῆς ὠθεῖται παρὰ τοῦ ἔχοντος, καὶ ἐν ἀπορρήτοις φυλάσσεται. Βαβαί! ὅτε οὐκ ἠδυνήθη ταῖς μυρίαις ἐπινοίαις ἐκδαπανῆσαι τὸν πλοῦτον, τότε αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ἀπεκρύψατο. Καὶ δοκεῖ μοι τὸ πάθος τῆς τοῦ πλουσίου ψυχῆς τῷ τῶν γαστριμάργων προσεοικέναι, οἳ διαῤῥαγῆναι μᾶλλον ὑπὸ λαιμαργίας αἱροῦνται, ἢ τι τῶν λειψάνων μεταδοῦναι τοῖς ἐνδεέσι. Τοιοῦτος ὁ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πλούσιος. Παρέστησαν οἱ τὴν ψυχὴν ἀπαιτοῦντες, κἀκεῖνος περὶ βρωμάτων τῇ ψυχῇ διελέγετο. Ταύτῃ τῇ νυκτὶ παρελαμβάνετο, καὶ εἰς ἔτη πολλὰ τὴν ἀπόλαυσιν ἐφαντάζετο. Μανία δεινή· ἕως μὲν ἐν μετάλλοις ἦν ὁ χρυσὸς, ἀνηρεύνα τὴν γῆν· ὅτε φανερὸς ἐγένετο, πάλιν αὐτὸν ἐν τῇ γῇ ἀφανίζει. Εἶτ' οἶμαι συμβαίνειν τῷ κατορύσσοντι τὸν πλοῦτον, συγκατορύσσειν καὶ τὴν καρδίαν· *Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός σου, φησὶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία.* Δεῦρο οὖν, ποικίλως διάθου τὸν πλοῦτον, ὦ πλούσιε. Μὴ βαρύτιμος ἔσο· μὴ ἀνάμενε σιτοδείαν, ἵνα ἀνοίξῃς σιτοδοχεῖα· μὴ λιμὸν ἐκδέχου διὰ χρυσὸν, μὴ κοινὴν ἔνδειαν δι' εὐπορίαν ἰδίαν. Μὴ γίνου κάπηλος συμφορῶν ἀνθρωπίνων· μὴ τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καιρὸν ποιήσῃς περιουσίας χρημάτων. Σὺ γὰρ πρὸς μὲν τὸν χρυσὸν ἀποβλέπεις, τὸν δὲ ἀδελφόν σου οὐ προσβλέπεις· καὶ τοῦ μὲν νομίσματος ἐπιγινώσκεις τὸ χάραγμα,

[62] Matth. VI, 21.

(1) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 48.
(2) Ex hom. *in divites*, 54.
(3) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 45.
(4) Ibid.
(5) Ex hom. *in divites*, 54.
(6) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 46.
(7) *Τό*. Forte τῷ. Edit.
(8) *Κινούμενον*. Sic uterque codex et Basilii contextus. Editi κοινούμενον.

Digitized by Google

καὶ τοῦ δοκίμου διακρίνεις τὸ κίβδηλον, τὸν δὲ ἀδελφὸν παρὰ τὴν χρείαν παντελῶς ἀγνοεῖς. Καὶ ἡ μὲν εὐχροιά σε τοῦ χρυσοῦ ὑπερήδει, ὅσος δέ σοι ἀκολουθεῖ τοῦ ἐνδεοῦς ὁ στεναγμὸς, οὐ λογίζῃ.

et numismatis quidem notam agnoscis, et a sincero adulterinum discernis, fratrem vero tempore necessitatis prorsus ignoras. Ac nitidus quidem auri color valde admodum te oblectat, sed quot et quanti egenorum gemitus te prosequantur, non reputas.

2. Καὶ τίνα, φησὶν, ἀδικῶ, συνέχων τὰ ἐμαυτοῦ; Ποῖα, εἰπέ μοι, σαυτοῦ; πόθεν αὐτὰ λαβὼν εἰς τὸν βίον εἰσήνεγκας; Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν θεάτρῳ θέαν καταλαβὼν, εἶτα ἐξείργοι τοὺς ἐπιόντας, ἴδιον ἑαυτοῦ κρίνων τὸ κοινῶς πᾶσι κατὰ τὴν χρῆσιν προκείμενον· τοιοῦτοί εἰσι καὶ οἱ πλούσιοι. Τὰ γὰρ κοινὰ προκατασχόντες, ἴδια ποιοῦνται διὰ τὴν πρόληψιν. Ἐπεὶ εἰ τὸ πρὸς παραμυθίαν τῆς ἑαυτοῦ χρείας ἕκαστος κομιζόμενος, τὸ περιττὸν ἠφίει τῷ δεομένῳ, οὐδεὶς μὲν ἂν ἦν πλούσιος, οὐδεὶς δὲ ἐνδεής. Οὐχὶ γυμνὸς ἐξέπεσας τῆς γαστρός; οὐ γυμνὸς πάλιν εἰς τὴν γῆν ὑποστρέφεις; Τὰ δὲ παρόντα σοι πόθεν; Εἰ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου λέγεις· ἄθεος εἶ, μὴ γνωρίζων τὸν κτίσαντα, μηδὲ χάριν ἔχων τῷ δεδωκότι· εἰ δὲ ὁμολογεῖς εἶναι παρὰ Θεοῦ, εἰπὲ τὸν λόγον ἡμῖν δι' ὃν ἔλαβες. Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἀνίσως ἡμῖν διαιρῶν τὰ τοῦ βίου; Διὰ τί σὺ μὲν πλουτεῖς, ἐκεῖνος δὲ πένεται; Ἢ πάντως ἵνα καὶ σὺ χρηστότητος καὶ πιστῆς οἰκονομίας μισθὸν δέξῃ, κἀκεῖνος τοῖς μεγάλοις ἄθλοις τῆς ὑπομονῆς τιμηθῇ. Ἀλλ' ἀναγκαῖος ὁ πλοῦτος διὰ τοὺς παῖδας. Εὐπρόσωπος ἀφορμὴ πλεονεξίας αὕτη. Τοὺς γὰρ παῖδας προβάλλεσθε, τὴν δὲ καρδίαν πληροφορεῖτε. Μὴ αἰτιῶ τὸν ἀναίτιον· ἴδιον ἔχει Δεσπότην, ἴδιον οἰκονόμον· παρ' οὗ (1) τὴν ζωὴν ἐδέξατο, παρ' αὐτοῦ τὰς ἀφορμὰς ἀναμενέτω τοῦ βίου. Μὴ τοῖς γεγαμηκόσιν οὐκ ἐγράφη τὰ Εὐαγγέλια; *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς.* Ὅτε ᾔτεις παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εὐπαιδίαν, ὅτε ἠξίου γενέσθαι παίδων πατὴρ, ἆρα προσετίθεις τοῦτο, Δός μοι τέκνα, ἵνα παρακούσω τῶν ἐντολῶν σου; δός μοι τέκνα, ἵνα μὴ φθάσω εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Τίς δὲ καὶ ἐγγυητὴς ἔσται τῆς τοῦ παιδὸς προαιρέσεως, ὅτι εἰς δέον χρήσεται τοῖς δοθεῖσι; πολλοῖς γὰρ ὁ πλοῦτος, ὑπηρέτης ἀκολασίας ἐγένετο. Ὅρα οὖν, μὴ μετὰ μυρίων πόνων τὸν πλοῦτον ἀθροίσας, ὕλην ἁμαρτημάτων ἑτέροις παρασκευάσῃς, εἶτα σὺ ρεθῇς διπλᾷ τιμωρούμενος, ὧν τε αὐτὸς ἠδίκησας, καὶ ὧν ἕτερον ἐφωδίασας. Οἱ μὲν γὰρ παῖδες παρὰ γονέων μηδὲν δεξάμενοι, ἑαυτοῖς πολλάκις οἴκους ἐποίησαν· ἡ ψυχὴ δὲ παρὰ σοῦ ἐγκαταλειφθεῖσα, παρὰ τίνος ἐλεηθήσεται; Τί τοίνυν τοσοῦτον ἐπτόησαι περὶ τὸν χρυσόν;

2. (2) Cui, inquit, injuriam facio, dum mea custodio et claudo? Quæ, dic mihi, tua sunt? unde accepta in vitam intulisti? Velut si quis, loco in theatro ad spectandum occupato, deinde ingredientes arceat, id sui ipsius proprium ratus, quod ad omnium communem usum proponitur: tales quoque divites sunt. Nam communia præoccupantes, propria sibi faciunt eo quod præoccupaverint. Quod si suæ quisque necessitati sublevandæ id modo quod satis est caperet, egenti vero relinqueret quod superfluum est, nemo esset divis, pauper nemo. Nonne nudus egressus es ex utero? nonne nudus iterum in terram reverteris [63]? Unde autem tibi præsentia bona? Si a casu dixeris: impius es, qui **493** non agnoscas Conditorem, neque gratiam habeas largitori; sin confiteris esse a Deo, dic nobis rationem cur acceperis. Num injustus Deus, qui nobis inæqualiter vitæ necessaria distribuit? Cur tu quidem dives, ille autem pauper? Annon utique, ut et tu benignitatis ac fidelis dispensationis mercedem accipias, et ille magnis patientiæ præmiis donetur? (3) Sed, inquis, necessariæ opes sunt propter liberos. Speciosus hic avaritiæ prætextus; liberos namque prætenditis, interea vero satisfacitis vestro animo. Noli culpam rejicere in insontem; proprium Dominum habet, proprium rectorem: a quo vitam accepit, ab ipso vitæ subsidia exspectet. Num iis qui matrimonio juncti sunt, scripta non sunt Evangelia? *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus* [64]. Cum prolem numerosam peteres a Domino, cum rogares ut fieres liberorum pater, illudne addidisti: Da mihi liberos, tua ut violem præcepta? Da mihi sobolem, ut ad regnum cœlorum non perveniam? Ad hæc voluntatis filii quis erit sponsor, quod videlicet datis rebus recte usurus sit? Nam divitiæ multis exstitere libidinis ministræ, atque impuritatis. Vide igitur ne divitias laboribus permultis coacervatas, aliis materiam peccatorum facias, posteaque plectaris duplici pœna, tum nomine eorum, quæ ipse inique egisti, tum eorum, quæ alter abs te adjutus perpetrarit. (4) Et quidem liberi, nulla a parentibus accepta hæreditate, plerumque sibiipsis domos pararunt: at tuæ animæ, si eam semel negligas, quis miserebitur? Quid igitur tanto auri desiderio afficeris?

3. Τίς καλλωπιστὴς ἠδυνήθη μίαν ἡμέραν τῷ βίῳ προσθεῖναι; τινος ἐφείσατο θάνατος διὰ τὸν πλοῦτον; τίνος ἀπέσχετο νόσος διὰ τὰ χρήματα; Ἕως

3. (5) Quis ex iis qui plus æquo vestium elegantiam affectant, potuit unam diem suæ ipsius vitæ adjicere? cui pepercit mors ob divitias? a quo

[63] Job I, 21. [64] Matth. XIX, 21.

(1) *Παρ' οὗ.* Legitur apud Basilium παρ' ἄλλου, ubi tamen codex Colbertinus habet παρ' οὗ.
(2) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam.*, 49.
(3) Ex hom. *in divites*, 59.
(4) Ibid., 60.
(5) Ibid., 59.

Digitized by Google

abstinuit morbus causa pecuniarum? Usquequo aurum, animarum laqueus, mortis hamus, peccati illecebra? Quousque divitiæ belli causa, quibus conflantur arma, quibus acuuntur gladii, propter quas cognati ignorant naturam : fratres oculis cædem spirantibus sese invicem conspiciunt? Quis est mendacii pater? quis falsæ scripturæ opifex? quis parens perjurii? Nonne divitiæ? nonne earum studium? Quid facitis, o homines? quis vobis, quæ vestra sunt, in insidias vertit? Absit enim ut pecuniæ datæ sint ad malorum incitamentum. Redemptio sunt animæ. Absit enim ut occasio sint exitii. (1) Etenim si divitiæ adminicula sunt ad injustitiam, miserabilis est dives : sin autem inserviunt virtuti excolendæ, nullus est locus invidiæ, cum earum communis utilitas omnibus proponatur. (2) Propterea par est absentes non desiderare divitias; si vero adsint, non magis ipsarum possessione gloriari, quam scientia easdem dispensandi. Nam præclarum est illud Socratis, qui divitem quemdam virum magnopere de pecuniis superbientem non prius admiraturum se dixit, quam ipsa rei experientia didicisset eum iis uti nosse. (3) Nam divitiæ ac bona valetudo sæpenumero peccati administræ sunt, his qui horum utroque abutuntur. omni apud sapientes pretiosior.

4944.(5) Sed horum nihil unusquisque nostrum cogitat; verum hominem videns necessitate pressum, genibus provolutum ac supplicem, ecquid non humile facientem, ut vel fenore medeatur inopiæ, non tamen ejus miseretur adversa præter meritum fortuna utentis; sed inflexibilis stat, et implacabilis, jurat, ac sibi male precatur nisi prorsus indigeat, ac ipse etiam circumspiciat num quem mutuo dantem inveniat, ac fidem faciens mendacio per juramenta, perjurium ceu malum quemdam et adventitium inhumanitatis quæstum acquirit. Sed ubi qui mutuum quærit, meminit fenoris, et nomen pignoris protulit, tunc demisso supercilio subridet, atque paternæ amicitiæ refricat memoriam, ac familiarem et amicum appellat. Et videbimus, inquit, sicubi quidquam recondatur argenti apud nos. Depositum utique vir amicus nobis quæstus ergo concredidit. Verum ille graves usuras mutuæ pecuniæ exigit : sed nos profecto aliquid remittemus, et minori daturi sumus fenore. Talia confingens, verbisque ejusmodi blanditus misero ac lenocinatus, ubi illum syngraphis obstrinxit, atque, præter urgentem inopiam, libertatem etiam viro abstulit, abit. Quid agis, miser? pecuniasne et quæstum ab indigente postulas? Si te ditiorem posset

πότε χρυσὸς, τῶν ψυχῶν ἡ ἀγχόνη, τοῦ θανάτου τὸ ἄγκιστρον, τὸ τῆς ἁμαρτίας δέλεαρ; Ἕως πότε πλοῦτος, ἡ τοῦ πολέμου ὑπόθεσις, δι' ὃν ἀκονᾶται ξίφη, δι' ὃν συγγενεῖς ἀγνοοῦσι τὴν φύσιν, καὶ ἀδελφοὶ κατ' ἀλλήλων φονικὸν βλέπουσι; Τίς ἐστιν ὁ ψεύδους πατήρ; τίς ὁ πλαστογραφίας δημιουργός; τίς ὁ τὴν ἐπιορκίαν γεννήσας; Οὐχ ὁ πλοῦτος; οὐχ ἡ περὶ τοῦτον σπουδή; Τί πάσχετε, ὦ ἄνθρωποι, τίς ὑμῖν τὰ ὑμέτερα εἰς τὴν καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὴν περιέστρεψε; Μὴ γὰρ ἐφόδια κακῶν ἐδόθη τὰ χρήματα, λύτρον ψυχῆς; μὴ γὰρ ἀφορμὴ ἀπωλείας; εἰ μὲν γὰρ ἐφόδιον πρὸς ἀδικίαν ὁ πλοῦτος, ἐλεεινὸς ὁ πλουτῶν· εἰ δὲ ὑπηρεσία πρὸς ἀρετὴν, οὐκ ἔχει χώραν ἡ βασκανία, κοινῆς τῆς ἀπ' αὐτοῦ ὠφελείας ἅπασι προκειμένης. Διὰ τοῦτο προσήκει ἀπόντα τε μὴ ποθεῖν τὸν πλοῦτον, καὶ παρόντος, μὴ τῷ κεκτῆσθαι μᾶλλον φρονεῖν, ἢ τῷ εἰδέναι αὐτὸν διατίθεσθαι. Τὸ γὰρ τοῦ Σωκράτους εὖ ἔχει· ὃς, μέγα φρονοῦντος πλουσίου ἀνδρὸς ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, οὐ πρότερον αὐτὸν θαυμάσειν ἔφη, πρὶν ἂν καὶ ὅτι κεχρῆσθαι τούτοις ἐπίσταται πειραθῆναι. Ὁ γὰρ πλοῦτος καὶ ἡ ὑγίεια, ὑπηρεσία πολλάκις πρὸς ἁμαρτίαν τοῖς κακῶς χρωμένοις τούτων ἑκάστῳ γίνεται. Πενία δὲ μετὰ ἀληθείας (6), πάσης ἀπολαύσεως τοῖς σωφρονοῦσι τιμιωτέρα.

(4) Paupertas autem cum veritate, possessione

4. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἕκαστος ὑμῶν ἐννοεῖ· ἀλλ' ὁρῶν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἄνδρα κατακαμπτόμενον, πρὸ τῶν γονάτων ἱκετεύοντα, τί οὐ ποιοῦντα ταπεινὸν, ἵνα κἂν δανείῳ τὴν ἀπορίαν παραμυθήσηται, οὐκ ἐλεεῖ παρ' ἀξίαν πράττοντα· ἀλλ' ἄκαμπτος ἕστηκε καὶ ἀμείλικτος, ἐξομνύμενος καὶ ἐπαρώμενος ἑαυτῷ, ἢ μὴν ἀπορεῖν παντελῶς καὶ περισκοπεῖν καὶ αὐτὸς, εἴ τινα εὕροι τῶν δανειζόντων, καὶ πιστούμενος τὸ ψεῦδος διὰ τῶν ὅρκων, κακὸν παρεμπόρευμα τῆς ἀπανθρωπίας τὴν ἐπιορκίαν προσκτησάμενος. Ἐπειδὰν δὲ ὁ ζητῶν τὸ δάνειον, τόκων μνησθῇ, καὶ ὑποθήκας ὀνομάσῃ· τότε καταβαλὼν τὴν ὀφρὺν, προσμειδίασε, καί που καὶ πατρῴας φιλίας ἐμνήσθη, καὶ συνήθη εἶπε, καὶ φίλον· καὶ ὀψόμεθα, φησὶν, εἴπου τί ἐστιν ἡμῖν ἀποκείμενον ἀργύριον. Ἔστι δὲ παρακαταθήκη φίλου ἀνδρὸς ἐπ' ἐργασίᾳ παραθεμένου ἡμῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν βαρεῖς ἐν αὐτῷ τοὺς τόκους ὥρισεν· ἡμεῖς δὲ πάντως ἐπανήσομέν τι, καὶ ἐλάττοσι τόκοις δώσομεν. Τοιαῦτα κατασχηματιζόμενος, καὶ τοιούτοις λόγοις ὑποσαίνων καὶ δελεάζων τὸν ἄθλιον, γραμματείοις αὐτὸν προσκαταδήσας, καὶ πρὸς τῇ καταπονούσῃ πενίᾳ ἔτι καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἀνδρὸς ἀφελόμενος ᾤχετο. Τί ποιεῖς, ἄθλιε; χρήματα καὶ πόρους ἐπιζητεῖς παρὰ τοῦ ἀπόρου; Εἰ πλουσιώτερόν σε (7) ἀποφαίνειν ἐδύνατο, τί ἐξῄτει παρὰ τὰς θύρας τὰς σάς; Ὦ τῆς συμφορᾶς! Ἐπὶ

(1) Ex hom. *De invidia*, 96.
(2) Ex serm. *De legendis libris gentilium*, 185.
(3) Ex hom. *in psal.* I, 92.
(4) Ex hom. VII *in Hexaem.*, 65.
(5) Ex hom. *in ps.* XIV, 107.

(6) *Μετὰ ἀληθείας.* Legitur in contextu Basilii μετὰ αὐταρκείας ἀληθοῦς, *cum rerum necessariarum copia.*

(7) *Πλουσιώτερόν σε.* Sic Basilii contextus, melius multo quam editi nostri πλουσιώτερόν σου αὐτόν.

Digitized by Google

συμμαχίαν ἐλθὼν πολέμιον εὗρεν· ἀλεξιφάρμακα περιζητῶν, δηλητηρίοις (1)ἐνέτυχε. Δέον παραμυθεῖσθαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν πτωχείαν, σὺ δὲ πολυπλασιάζεις τὴν ἔνδειαν· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰατρῶν πρὸς κάμνοντας εἰσιὼν, ἀντὶ τοῦ εἰς ὑγίειαν αὐτοὺς ἐπανάγειν, ὁ δὲ καὶ τὸ μικρὸν λείψανον τῆς δυνάμεως προσαφέλοιτο. Καὶ σὺ τοίνυν τὰς συμφορὰς τῶν ἀθλίων, ἀφορμὴν πόρων ποιῇ· καὶ ὥσπερ οἱ γεωργοὶ ὄμβρους εὔχονται εἰς πολυπλασιασμὸν τῶν σπερμάτων, οὕτω καὶ σὺ ἐνδείας καὶ ἀπορίας ἀνθρώπων ἐπιζητεῖς, ἵνα καὶ σοὶ ἐνεργὰ τὰ χρήματα γένηται.

5. Καὶ ὁ μὲν ζητῶν τὸ δάνεισμα, μέσος ἀμηχανίας ἀπειλημμένος, ὅταν μὲν πρὸς τὴν πενίαν ἀπίδῃ, ἀπογινώσκει τὴν ἔκτισιν· ὅταν δὲ πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, κατατολμᾷ τοῦ δανείσματος. Ὡς δὲ τὰ μὲν χρήματα ὑποῤῥεῖ, ὁ δὲ χρόνος προϊὼν τοὺς τόκους ἑαυτῷ συμπροάγει· οὐ νύκτες ἐκείνῳ ἀνάπαυσιν φέρουσιν, οὐχ ἡ ἡμέρα φαιδρὰ, οὐχ ὁ ἥλιος τερπνός· ἀλλὰ δυσχεραίνει τὸν βίον, μισεῖ τὰς ἡμέρας πρὸς τὴν προθεσμίαν ἐπειγομένας. Κἂν καθεύδῃ, ἐνύπνιον βλέπει τὸν δανειστὴν, κακὸν ὄναρ τῇ κεφαλῇ παριστάμενον· κἂν γρηγορῇ, ἔννοια αὐτῷ καὶ φροντὶς ὁ τόκος ἐστίν. Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν καὶ πρὸς τὸν δανειζόμενον· Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς· τουτέστι, μὴ ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βάδιζε, ἀλλ' ἐξ οἰκείων λιβάδων σύναγε (2) σεαυτῷ τὰς παραμυθίας τοῦ βίου. Ἔχεις χαλκώματα, ἐσθῆτα, ὑποζύγιον, σκεύη παντοδαπά; ταῦτα ἀπόδου· πάντα προέσθαι κατάδεξαι, πλὴν τῆς ἐλευθερίας. Ἀλλ' αἰσχύνομαι αὐτὰ δημοσιεύειν, φησί. Τί οὖν, ὅτι μικρὸν ὕστερον ἄλλος αὐτὰ προκομίσει, καὶ ἀποκηρύξει τὰ σὰ, καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς σοῖς ἐπευωνίζων αὐτὰ διαθήσεται; Βέλτιον ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπινοίαις τὴν χρείαν παραμυθεῖσθαι, ἢ ἀθρόως ἐπαρθέντα τοῖς ἀλλοτρίοις, ὕστερον πάντων ὁμοῦ τῶν προσόντων ἀπογυμνοῦσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἔχεις ὅθεν ἀποδῷς, τί οὐχὶ τὴν παροῦσαν ἔνδειαν ἐκ τούτων τῶν ἀφορμῶν διαλύεις; εἰ δὲ ἀπορεῖς πρὸς τὴν ἔκτισιν, κακὸν κακῷ θεραπεύεις. Πένης εἶ νῦν, ἀλλ' ἐλεύθερος· δανεισάμενος δὲ, οὔτε πλουτήσεις, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρεθήσῃ. Δοῦλος τοῦ δεδανεικότος ὁ δανεισάμενος, καὶ δοῦλος (3) μισθοφόρος, ἀπαραίτητον φέρων τὴν λειτουργίαν. Οἱ κύνες λαβόντες ἡμεροῦνται· ὁ δανειστὴς λαμβάνων προσερεθίζεται. Οὐ παύεται ὑλακτῶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖον ἐπιζητεῖ. Ἐὰν ὀμνύῃς, ἀπιστεῖ· ἐρευνᾷ τὰ ἔνδον, τὰ συναλλάγματά σου πολυπραγμονεῖ. Ἐπὶ γαμετῆς καταισχύνει, ἐπὶ φίλων καθυβρίζει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει, κακὸν συνάντημα ἑορτῆς, ἀβίωτόν σοι κατασκευάζει τὸν βίον. Ἀλλὰ μεγάλη, φησὶν, ἡ ἀνάγκη,

reddere, quid ad tuas januas quæsivisset? O rem miseram et calamitosam! Venit subsidium quærens: sed hostem reperit; remedium dum requireret, in venena incidit. Officium tuum fuerat viri sublevare inopiam: at tu adauges egestatem; velut si quis medicus ægrotos invisens, cum eis debeat restituere sanitatem, econtrario vel exiguas virium reliquias adimat. Tu igitur miserorum calamitates quæstus occasionem facis. Et sicut coloni ad seminum multiplicationem imbres exoptant: ita et tu egestates et inopias hominum optas, tibi ut quæstuosæ sint pecuniæ.

5. Ac pecuniam quidem qui quærit fenore, in mediis difficultatibus constitutus, cum respicit ad paupertatem, de solutione desperat; cum vero præsentem considerat egestatem, audax fit ad fenus. (4) Sed cum sensim diffluunt pecuniæ, tempusque progrediens secum fenus advehit, non noctes ei requiem afferunt, non dies hilaris est, non sol jucundus, sed vitam moleste fert. Odit dies ad constitutum tempus festinantes. Quod si dormiat, videt feneratorem in somnis, malum somnium, capiti astantem: si vero vigilet, cogitatio ei et cura fenus est. (5) Verum et ad eum qui fenore accipit, dicere licet, *Bibe aquas de tuis vasis* [68], et de fontibus tuis, hoc est, ad alienos fontes ne accede, sed ex propriis laticibus tibi ipse vitæ solatia compara. Habes vasa ærea, vestem, jumentum, diversi generis supellectilem? Hæc vende: induc in animum omnia projicere præter libertatem. Sed me pudet, inquit, isthæc voci præconis subjicere. Cur igitur paulo post alius ea exponet, tuorumque bonorum faciet auctionem, **495** et vili pretio ob oculos tuos vendet? Satius est, arte et industria paulatim necessitatem levare, quam alienis facultatibus subito elatum, deinceps omnibus simul bonis nudari. Si igitur habes unde solvas, cur præsentem egestatem hisce auxiliis non depellis? Sin solvendo non es, malum malo curas. (6) Pauper es nunc, sed liber. Argentum si fenore sumpseris, non ditesces, sed libertate spoliabere. Qui pecuniam sumpsit fenore, feneratoris servus est, imo servus stipendiarius, inexorabile exhibens ministerium. Canes accipiendo mansuescunt, fenerator vero recipiendo irritatur. Non enim allatrare desinit, sed plura exposcit. Si juraveris, non credit. Quæ in ædibus habes, perscrutatur; tua diligenter indagat commercia. Præsente uxore, afficit te pudore, coram amicis imponit contumeliam; in mercatibus fauces constringit; malus est festo die occursus;

[68] Prov. v, 15.

(1) *Δηλητηρίοις*. Sic Basilii contextus. Codex Regius 1992 habet δηλητηρίῳ. Editi δηλητήριον.

(2) *Σύναγε*. Sic idem Regius codex et Basilii contextus. Editi συνάγαγε.

3) *Καὶ δοῦλος*. Editi iterum addunt καί, sed hæc conjunctio deest in codice Regio 1992 et in contextu Basilii.

(4) Ex hom. *in ps.* XIV, 108.

(5) Ibid., 109.

(6) Ibid.

Digitized by Google

vitam tibi reddit injucundam et intolerabilem. At magna, inquit, est necessitas, nec alia est parandæ pecuniæ ratio. Quæ, quæso, utilitas ex hodiernæ diei dilatione? Fenus enim non omnino liberat, sed consilii et mentis inopiam tantisper tardat. Etenim si argentum fenore non sumis; hodie et postea simili modo eris pauper: nunc quidem nullus tibi vertit probro paupertatem, siquidem malum est haud voluntarium; si vero fenori fueris obnoxius, nemo erit qui te stultitiæ non condemnet. (1) Jam perpende unde sis soluturus. Num ex iis pecuniis quas accipis? Sed hæ et ad necessitatem cohibendam et ad solutionem non sufficiunt. Quod si usuras etiam reputaveris; unde usque adeo multiplicabuntur pecuniæ? Vulnera vulnere curat nemo, neque malum malo sanat. (2) At, inquis, quomodo nutriar? Manus habes, habes artem, loca operam tuam lucri gratia, ministra: multa sunt parandi victus consilia, multi modi. At id facere non potes? Pete a possidentibus. At turpe est postulare? Turpius utique fuerit creditorem datis fenori pecuniis defraudare. Deinde vero potest formica, nec mendicans, nec fenore accipiens, nutriri: apes itidem regibus largiuntur proprii alimenti reliquias: quibus tamen nec manus, nec artes concessit natura. Tu vero industrium animal homo inter artes omnes unam ad transigendam vitam non reperies?

6. (3) Dives es? argentum ne des fenore. Pauper es? ne sume fenore argentum. Etenim si locuples es, nihil tibi fenore opus est: si nihil vero habes, non pendes usuras. Noli tuam ipsius vitam seræ pœnitentiæ objicere. Hoc uno præstamus divitibus nos pauperes, curarum vacuitate: ac eos vigilantes ridemus ipsi dormientes, ac curis semper distentos et sollicitos, quieti et liberi. Debitor utique et pauper est, et curis multis anxius, et omni tempore cogitatione defixus, nunc quidem res suas æstimans, nunc vero domos sumptuosas, divitum agros, occurrentium vestes. Hæc si mea essent, inquit, tanti et tanti divenderem, atque liberarer **496** fenore. Hæc ejus animo nocteque dieque insident. Januam si pulsaveris, irrepit sub lectum debitor. Velociter accurrit quis, et illius cor palpitat. Canis latrat: ille sudore diffluit, et anxietate corripitur, quaque via fugiat, conspicit. Dies præscriptus instat: anxie secum reputat quodnam dicturus sit mendacium, et quo confecto prætextu depulsurus a se sit creditorem. Quid te ipse bestiæ fecundissimæ adjungis? Lepores aiunt simul et parere, et nutrire, et superfetare: sic pecuniæ feneratoribus simul et dantur ad pendendas usuras, et gignuntur, et pul-

A καὶ οὐδείς μοι πόρος χρημάτων ἕτερος. Τί οὖν τὸ ὄφελος ἐκ τοῦ τὴν σήμερον ὑπερθέσθαι; Τὸ γὰρ δάνος οὐκ ἀπαλλαγὴν παντελῆ, ἀλλὰ μικρὰν ἀναβολὴν τῆς ἀμηχανίας παρέχεται. Μὴ δανεισάμενος μὲν ὁμοίως ἔσῃ πένης καὶ σήμερον, καὶ πρὸς τὸ ἐφεξῆς· καὶ νῦν μὲν οὐδεὶς ἐγκαλέσει σοι πτωχεύοντι· ἀκούσιον γὰρ τὸ κακόν· ἐὰν δὲ τόκοις ὑπεύθυνος ᾖς, οὐκ ἔστιν ὃς οὐ μέμψεταί σου τὴν ἀβουλίαν. Ἤδη βούλευσαι πόθεν ἀποτίσεις. Ἀφ' ὧν λαμβάνεις; ἀλλ' οὐκ ἐξαρκεῖ καὶ πρὸς τὴν χρείαν, καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν. Ἐὰν δὲ δὴ καὶ τοὺς τόκους λογίσῃ, πόθεν τὰ χρήματα εἰς τοσοῦτον πολυπλασιασθήσεται; Οὐδεὶς τραύματα τραύμασι θεραπεύει, οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται. Πῶς οὖν διατραφῶ, φησίν; Ἔχεις χεῖρας, ἔχεις τέχνην· μισθάρνει, διακόνει· B πολλαὶ ἐπίνοιαι τοῦ βίου, πολλαὶ ἀφορμαί. Ἀλλ' ἀδυνάτως ἔχεις; προσαίτει παρὰ τῶν κεκτημένων. Ἀλλὰ αἰσχρὸν τὸ αἰτεῖν; αἰσχρὸν μὲν οὖν (4) τὸ δανεισάμενον ἀποστερεῖν. Εἶτα ὁ μύρμηξ μὲν δύναται, μὴ προσαιτῶν, μήτε δανειζόμενος, διατρέφεσθαι· καὶ μέλισσαι τὰ λείψανα τῆς οἰκείας τροφῆς βασιλεῦσι χαρίζονται, οἷς οὔτε χεῖρας, οὔτε τέχνας ἡ φύσις δέδωκε. Σὺ δὲ τὸ εὐμήχανον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, μίαν τῶν πασῶν μηχανῶν οὐχ εὑρήσεις πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγήν;

6. Πλούσιος εἶ; μὴ δανείζου (5). Πένης εἶ; μὴ δανείζου. Εἰ μὲν γὰρ εὐπορεῖς, οὐ χρῄζεις δανείσματος· εἰ δὲ οὐδὲν ἔχεις, οὐκ ἀποτίσεις τὸ δάνειον. Μὴ δῶς σεαυτοῦ τὸν βίον εἰς ὑστεροβουλίαν. Ἐνὶ τούτῳ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες, τῇ ἀμεριμνίᾳ· καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων, αὐτοὶ καθεύδοντες· καὶ συνεστώτων ἀεὶ καὶ φροντιζόντων, αὐτοὶ ἀφροντιστοῦντες καὶ ἀνειμένοι. Ὁ μέντοι ὀφείλων καὶ πένης ἐστὶ, καὶ πολυμέριμνος, καὶ σύννους πάντα τὸν χρόνον, νῦν μὲν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν ἀποτιμώμενος, νῦν δὲ τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, τοὺς ἀγροὺς τῶν πλουσίων (6), τὰς ἐσθῆτας τῶν ἐντυγχανόντων. Εἰ ταῦτα ἐμὰ ἦν, φησὶν, ἀποδιδόμην τόσου καὶ τόσου, καὶ ἀπηλλασσόμην τοῦ τόκου. Ταῦτα αὐτοῦ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐγκαθέζεται τῇ καρδίᾳ. Ἐὰν τὴν θύραν πατάξῃς, ὁ χρεώστης ὑπὸ τὴν κλίνην· σφοδρῶς εἰσέδραμέ τις, C τοῦ δὲ ἐπάταξεν ἡ καρδία· ὑλακτεῖ ὁ κύων, ὁ δὲ ἱδρῶτι ῥεῖται, καὶ ἀγωνίᾳ συνέχεται, καὶ περισκοπεῖ πόθεν φύγοι. Ἡ προθεσμία προάγει· μεριμνᾷ τι ψεύσεται, ποίαν πλασάμενος πρόφασιν τὸν δανειστὴν διακρούσεται. Τί πολυτόκῳ (7) θηρίῳ σεαυτὸν παραζευγνύεις; Τοὺς λαγφοὺς φασι καὶ τίκτειν ὁμοῦ, καὶ τρέφειν, καὶ ἐπικυΐσκεσθαι· καὶ τοῖς τοκογλύφοις D

(1) Ex hom. *in psal.* XIV, 110
(2) Ibid., 111.
(3) Ibid., 110.
(4) *Αἰσχρὸν μὲν οὖν.* Legitur in contextu αἰσχρότερον.
(5) *Δανείζου.* Nullus dubito quin legendum sit μὴ δάνειζε, *ne des fenore*, non vero, *ne pecuniam sumas fenore.* Rationem enim addit Basilius, quia divites fenore non indigent: qua voce non pecuniam mutuo sumendam, sed mercedem ex collocata pecunia provenientem manifestum est designari. Deterret ergo divites a pecunia in fenus collocanda. Legit archiepiscopus Turonensis, ita ut legendum contendimus. — Vide notam nostram ad tom. I, col. 272. EDIT.
(6) *Τῶν πλουσίων.* Codicum alter τῶν πλησίον, *proximi agros.*
(7) *Πολυτόκῳ.* Sic contextus. Editi nostri πολυπλόκῳ.

Digitized by Google

τὰ χρήματα ὁμοῦ καὶ δανείζεται, καὶ γεννᾶται, καὶ ὑποφύεται. Οὔπω γὰρ ἐδέξω εἰς χεῖρας, καὶ τοῦ παρόντος μηνὸς ἀπῃτήθης τὴν ἐργασίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν, ἕτερον κακὸν ἐξέθρεψε, κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τὸ κακὸν εἰς ἄπειρον· Τόκος γὰρ, ὡς οἶμαι, διὰ τὴν πολυγονίαν (1) τοῦ κακοῦ προσηγόρευται· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Ἢ τάχα τόκος λέγεται διὰ τὰς ὠδῖνας καὶ λύπας, ἃς ἐμποιεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν δανειζομένων πέφυκεν. Ὡς γὰρ ἡ ὠδὶς τῇ τικτούσῃ, οὕτως ἡ προθεσμία τῷ ὑποχρέῳ παρίσταται. Τόκος ἐπὶ τόκῳ, πονηρῶν γονέων πονηρὸν ἔκγονον. Τὰς ἐχίδνας λέγουσι τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διεσθιούσας τίκτεσθαι· καὶ οἱ τόκοι τοὺς οἴκους τῶν ὀφειλόντων ἐκφαγόντες ἀπογεννῶνται. Τὰ σπέρματα χρόνῳ ῥύεται· ὁ δὲ τόκος σήμερον γεννᾶται, καὶ σήμερον οὗ τίκτειν ἄρχεται. Τῶν αὐξουμένων ἕκαστον, ἐπειδὰν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀφίκηται μέγεθος, τῆς αὐξήσεως ἵσταται· τὸ δὲ τῶν πλεονεκτῶν ἀργύριον τῷ χρόνῳ πάντι συμπαραύξεται. Τὰ ζῶα παραδόντα τοῖς ἐκγόνοις (2) τὸ τίκτειν, αὐτὰ τῆς κυήσεως παύεται· τὰ δὲ τῶν δανειστῶν ἀργύρια καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τίκτει, καὶ τὰ ἀρχαῖα νεάζει. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς χολέρας οἱ τὸ ἀεὶ προϊστάμενον ἐξαιροῦντες (3), καὶ πρὶν παντελῶς καθαρθῆναι δευτέραν τροφὴν ἐπεμβαλλόμενοι, πάλιν ἐμοῦσι μετὰ ὀδύνης καὶ σπαραγμῶν· οὕτω καὶ οἱ δανειζόμενοι, τόκους ἐκ τόκων μεταλαμβάνοντες, καὶ πρὶν ἐκκαθᾶραι τὰ πρῶτα, δεύτερον ἐπεισάγοντες δάνεισμα, μικρὸν χρόνον τοῖς ἀλλοτρίοις ἐναβρυνόμενοι, ὕστερον καὶ τὰ οἰκεῖα ὠδύραντο. Ἀλλὰ πολλοὶ, φησὶ, καὶ ἐκ δανείσματος ἐπλούτησαν. Πλείους δὲ, οἶμαι, καὶ βρόχων ἥψαντο. Σὺ δὲ τοὺς ἀπαγξαμένους οὐκ ἀριθμεῖς, οἳ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπαντήσεσιν (4) αἰσχύνην μὴ φέροντες, τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ ἐπονειδίστως ζῆν προετίμησαν. Εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὲρ χρεῶν πατρικῶν ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. Οὐκ ἔχεις καταλιπεῖν χρήματα τοῖς παισί; μὴ προσαφέλῃ καὶ τὴν εὐγένειαν. Ἓν τοῦτο διατήρησον αὐτοῖς τὸ κτῆμα τῆς ἐλευθερίας, τὴν παρακαταθήκην, ἣν παρὰ τῶν γονέων παρέλαβες. Οὐδεὶς πενίαν πατρὸς ἐνεκλήθη ποτέ· ὄφλημα δὲ πατρῷον εἰς δεσμωτήριον ἄγει. Μὴ καταλίπῃς γραμματεῖον ὥσπερ ἀρὰν πατρικὴν εἰς παῖδας καταβαίνουσαν καὶ ἐκγόνους.

7. *Πλοῦτος* γὰρ, φησὶν, *ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν.* Θαύμασον τὴν φωνήν. *Πλοῦτος*, φησὶν, *ἐὰν ῥέῃ.* Ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάρρου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Καὶ ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο καὶ εὐθὺς ὑπεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων πα-

lulant. Nondum enim in manus accepisti, et tamen præsentis mensis quæstus a te exposcitur. Et hæc pecunia rursus fenore accepta, malum alterum alit, et illud alterum, atque sic malum in infinitum. Etenim, opinor, τοκός, id est, *partus*, ob ingentem mali fecunditatem nominatur. Unde enim aliunde? Aut forte τοκός, hoc est, *partus*, dicitur ob dolores ac molestias, quas animis eorum qui fenore acceperunt, solet creare. Ut enim puerperium parturæ, ita dies indicta debitori instat. Fenus fenori additum, parentum malorum mala est soboles. Aiunt viperas, dum gignuntur, ventrem matris corrodere: fenus quoque, erosis ac consumptis debitorum ædibus, nascitur. Semina temporis progressu germinant: usura vero hodie generatur, et hodie parere incipit. Quidquid crescit, ubi ad propriam magnitudinem pervenerit, desinit augeri; avarorum vero argentum omni tempore augescit. Animalia ubi suæ soboli vim impertiverunt pariendi, supersedent prægnatione: at feneratorum pecuniæ et adnascentes pariunt, et veteres renovantur. (5) Et sicut ii qui cholera laborant, id semper quod ante sumptum est, ejiciunt, et si ante integram purgationem cibum alterum capiunt, hunc rursus cum dolore, et cum nervorum convulsione evomunt: sic qui fenore accipiunt, usuris usurarum sese onerantes, et antequam priores usuræ purgentur, alteram adjicientes, parumper in alienis gloriati, tum demum rei etiam familiaris jacturam lugent. Atqui, inquis, multi etiam fenore facti sunt divites. At vero plures, arbitror, ad laqueos pervenerunt. Tu vero strangulatos non numeras, qui vadimoniorum dedecus minime ferentes, sibi mortem maluerunt laqueo consciscere, quam probrose vivere. Vidi ego miserabile spectaculum, ingenuos pueros, ob patris debita, venales in forum pertrahi. Non habes pecuniam quam relinquas filiis? Cave ingenuitatem eis auferas. Unam hanc ipsis conserva libertatis possessionem, depositum illud, quod a parentibus accepisti. Nemini unquam patris paupertas data est crimini: at paternum debitum in carcerem ducit. Ne relinquas syngraphum ceu paternam exsecrationem in filios ac nepotes descendentem.

7. (6) *Divitiæ* enim, inquit, *si affluant, nolite cor apponere* [a]. Hanc vocem admirare. *Divitiæ*, inquit, *si affluant.* Fluxa est divitiarum natura, torrente citius præterlabitur possessores, **497** alios aliter solet mutare. Quemadmodum fluvius ab alto labens, iis quidem qui ad ripam astant appropinquat, sed simul ut contigit, statim secedit: ita etiam divitiarum instabilitas velocissimam lubricamque præsentiam habet, alios ex aliis permutare solitam

[a] Psal. LXI, 11.

(1) *Διὰ τὴν πολυγονίαν.* Sic mss. et contextus Basilii. Editi διὰ τινὰ πολυγονίαν.

(2) *Τοῖς ἐκγόνοις.* Sic codicum alter et Basilii contextus. Editi ἐγγόνοις.

(3) *Ἐξαιροῦντες.* Legitur in contextu ἐξερῶντες.

(4) *Ἀπαντήσεσιν.* Longe præferenda hæc scriptura ei quæ legitur in contextu ἀπαιτήσεσιν, *exactionum dedecus.*

(5) Ex hom. *in psal.* XIV, 112.

(6) Ex hom. *in usal.* LXI, 198.

Digitized by Google

Hodie hujus est ager, cras alterius, et paulo post alius. Respice ad civitatis domos ; quot jam nomina ex quo exstructæ sunt, accepere, aliter ab alio possessore appellatæ. Quinetiam aurum semper e manibus ejus quem penes est, elabens, ad alterum transit, et ab illo ad alium. Comprehensam manu aquam facilius possis continere, quam divitias tibi constanter servare. Ne igitur invideas e valde locupletibus cuipiam, neque ejus vitam beatam esse duxeris : et si undique ac ex uberi fontium scaturigine circumfluant pecuniæ, ne hanc rerum copiam amplexeris. (1) Non semper laudabilis est paupertas, sed quæ secundum evangelicum consilium ex libera voluntate perficitur. Multi enim, cum pauperes sint, si facultates spectes, proposito avarissimi sunt : quos non salvat indigentia, sed propositum condemnat. (2) Divitiæ autem et gloria, quatenus bonos non reddunt possessores, non sunt ex eorum numero, quæ natura sunt bona : quatenus vero prosperitatem quamdam in vita nostra efficiunt, magis contrariis eligenda sunt paupertate et ignominia. Atque hæc quidem nonnullis ad distribuendum dantur a Deo velut Abrahàm, Jacob, et similibus. Improbis vero provocatio sunt, ut se ad meliorem frugem recipiant, ita ut qui post tantam a Deo benignitatis significationem perseverat in iniquitate, se ipse sine ulla excusationis venia obnoxium condemnationi constituat. Qui quidem justus est, neque ad divitias, cum adsunt, adjungit animum ; neque eas, cum absunt, exquirit ; siquidem non fruitur concreditis, sed earum administrator est. Nemo autem prudens negotium ambit in alienis rebus distribuendis, nisi respexerit ad laudem vulgi, cui homines in aliqua auctoritate constituti admirationi sunt ac æmulationi. (3) Quod si in despiciendo corpore exercitati essemus, vix aliud quidquam humanarum rerum admiraremur. Quid enim jam nobis, si corporis voluptates fastidiamus, opus sit divitiis, equidem non video ; nisi jucundum sit et gratum thesauris defossis more fabulosorum draconum invigilare.

3. (4) Optandum igitur fuerit, ut ne attingamus malum. Attamen secunda superest navigatio, ut statim post experientiam illud tanquam bestiæ venenatæ plagam declinemus. Novi enim quosdam, qui in juventute ad carnis vitia delapsi, usque ad ipsam canitiem in peccatis propter mali consuetudinem perseveraverunt. Quemadmodum enim sues, qui sese in cœno obvolvunt, semper magis ac magis luto asperguntur : sic ii quotidie magis ac magis voluptatis dedecus contrahunt (5). Peccatum enim, quandiu parturit, pudorem quemdam incutit : ubi autem perfectum est, tum impudentiores eos facit qui commiserunt. (6) Dum igitur parva peccamus et pauca, leniter quodammodo commovemur, velut plantæ quæ a leni aura agitantur : ubi vero plura majoraque fuerint mala, pro ratione incrementi peccatorum etiam commotio augeri solet. Et alii quidem multum commoventur; alii vero usque adeo, ut etiam radicitus eversi dejiciantur, cum spiritualia nequitiæ quasi radices animæ, quibus per fidem in Deum subnixa erat, omni turbine violentius abruperint. Qui enim invitus ab officio discedit, **506** (7) forte veniam aliquam obtinebit a Deo : qui vero fuerit consulto malæ amplexus, implacabiliter supplicia longe majora perferet. (8) Peccata enim alia sunt involuntaria, alia a pravo animo oriuntur. Aliter utique datur venia involuntariis : aliter ea quæ ex prava voluntate fiunt, condemnantur. Siquidem unus aliquis

(1) *Τῆς ἀπωλείας*. Sic Basilii contextus, melius quam editi nostri τῆς σωτηρίας. Codex Regius 1992 τῆς ἁμαρτίας.

(2) *Ἐκ τῶν πονηρῶν*. Idem codex διὰ τῶν πονηρῶν.

(3) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 148.

(4) Ex hom. *in psal.* I, 96.

(5) Uterque codex indicat serm. ethic.

(6) Ex hom. *in psal.* LXI, 194.

(7) Ex serm. *De legendis libris gent.* 181.

(8) Ex hom. *in princip. Prov.* 104.

Digitized by Google

peccavit, prave ab initio educatus; quippe et a parentibus injustis procreatus introivit in vitam, et inter verba factaque iniqua nutritus fuit: alter vero multa habens virtutis incitamenta, educationem honestissimam, admonitionem parentum, magistrorum disciplinam, auditionem divinorum sermonum, castigatam moderatamque diætam, et alia quibus anima ad virtutem instituitur, postea tamen delapsus est et ipse in idem peccatum; nonne ergo jure ac merito qui ejusmodi est, supplicio graviori punietur? Nam ille quidem ob sola inspersa animis nostris salutaria subsidia accusabitur, ut eis non probe usus; sed hic insuper, ut proditor omnis sibi concessi adjumenti, ac negligentia in pravam vitam abreptus.

προαιρέσεως κατακρίνεται. Ὁ μὲν γάρ τις ἥμαρτε, πονηρῶς τὸ ἐξ ἀρχῆς τεθραμμένος· καὶ γὰρ καὶ ὑπὸ γονέων ἀδίκων εἰς τὸν βίον παρήχθη, καὶ συνετράφη καὶ ῥήμασι καὶ πράξεσι παρανόμοις. Ἄλλος δὲ πολλὰ ἔχων τὰ προκαλούμενα αὐτὸν εἰς ἀρετήν, ἀνατροφὴν σεμνοτάτην, νουθέτησιν γονέων, διδασκάλων (3) ἀκρίβειαν, ἀκρόασιν λόγων θειοτέρων, δίαιταν κατεσταλμένην, τἆλλα οἷς ψυχὴ παιδαγωγεῖται πρὸς ἀρετήν· εἶτα καὶ αὐτὸς εἰς τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν ὑπώλισθε. Πῶς οὖν οὐχὶ βαρυτέρας δικαίως ὁ τοιοῦτος τῆς τιμωρίας ἀξιωθήσεται; Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ μόναις ταῖς κατεσπαρμέναις ἐν ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν σωτηρίοις ἀφορμαῖς ἐγκληθήσεται, ὡς οὐ χρησάμενος αὐταῖς ὑγιῶς· ὁ δὲ πρὸς τούτῳ (4), καὶ ὡς προδεδωκὼς πᾶσαν τὴν δεδομένην αὐτῷ συνεργίαν καὶ δι' ἀπροσεξίαν εἰς τὸν πονηρὸν βίον κατασυρείς.

4. (1) Quænam igitur peccata veniam apud Deum obtinere possunt, et ob quæ et ob qualia delicta fit quis contumaciæ judicio obnoxius? Neque in multitudine neque in magnitudine peccatorum, sed in una tantummodo cujuscunque tandem præcepti violatione, contumaciam adversus Deum clare judicari, communemque sententiam a Deo ferri in omnem inobedientiam invenimus, Scripturas sacras dum evolvimus. Atque in Veteri quidem lego horrendum illum ipsius Achar exitum [79], aut ejus qui Sabbato ligna collegerat [80], historiam: quorum neuter unquam aliud in Deum peccasse aut in hominem, sive magnum sive parvum deprehenditur. Sed alter quidem ob solam ac primam lignorum collectionem inevitabiles pœnas luit, ne pœnitentiæ quidem invento loco, quandoquidem Dei jussu confestim a cuncto populo lapidibus obruitur. Alter vero, quod solum sustulisset aliquid ex donariis et muneribus, iisque nondum in synagogam exportatis, necdum ab iis qui ad talia recipienda destinabantur, assumptis, non sibi modo, sed uxori etiam et liberis exitii atque perniciei auctor fuit, prætereaque et ipsi tabernaculo una cum suis omnibus. Jamque peccati vindicta, ignis in modum, populum omnem populatura erat, idque, cum neque rem nosset, neque peccanti conscius esset, nisi statim ob virorum interfectorum cladem contritus populus fuisset, iram Dei sentiens, ac Jesus Nave filius pulvere conspersus procidisset una cum senioribus, sicque reus per sortem deprehensus, eas quas dixi pœnas dedisset. (2) Quid vero Maria Moysis soror? Illa cum solum aliquid contra Moysem improbando dixisset, idque ipsum vere (uxorem enim, inquit, Æthiopissam sibi adjunxit), tantam experta est Dei indignationem, ut ne ipso quidem Moyse precante peccati pœna ipsi remitteretur [81]. Sed istorum quid meminisse necesse est, **507**

4. Ποῖα οὖν τῶν ἁμαρτημάτων συγγνώμην ἔχειν δύναται παρὰ τῷ Θεῷ; πόσα δὲ καὶ πηλίκα ἁμαρτήσας τις, ὑπεύθυνος γίνεται τῷ κρίματι τῆς ἀπειθείας; Οὔτε ἐν τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτανομένων, οὔτε ἐν τῷ μεγέθει τῶν ἁμαρτημάτων, ἐν μόνῃ δὲ τῇ παραβάσει οὑτινοσοῦν προστάγματος σαφῶς κρινομεν (5) τὴν πρὸς Θεὸν ἀπείθειαν, καὶ κοινὸν κατὰ πάσης παρακοῆς τοῦ Θεοῦ τὸ κρῖμα εὑρίσκομεν, τὰς θείας ἀναλαβόντες Γραφάς. Ἐν μὲν τῇ Παλαιᾷ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο τοῦ Ἄχαρ ἀναγινώσκοντες τέλος, ἢ τὴν κατὰ τὸν ἐν Σαββάτῳ ξύλα ἀναλέξαντα ἱστορίαν· ὧν ἑκάτερος οὐδὲν οὐδέποτε ἄλλο οὐκ εἰς Θεὸν ἡμαρτηκὼς, οὐκ ἄνθρωπον ἠδικηκὼς, οὐ μέγα, οὐ μικρὸν ὅλως, εὑρίσκεται. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐπὶ μόνῃ καὶ πρώτῃ τῶν ξύλων συλλογῇ ἀπαραίτητον δίδωσι τὴν δίκην, οὐδὲ μετανοίας τόπον εὑρών· προστάγματι γὰρ Θεοῦ παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ παραχρῆμα λιθοβολεῖται. Ὁ δὲ, ὅτι μόνον ὑφείλετό τι τῶν ἀναθημάτων, οὔπω δὲ εἰσενεχθέντων εἰς τὴν συναγωγὴν, οὐδὲ προσδεχθέντων ὑπὸ τῶν ἐπιτεταγμένων τὰ τοιαῦτα, αἴτιος ἀπωλείας, οὐχ ἑαυτῷ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ γαμετῇ καὶ τέκνοις, πρὸς δὲ καὶ αὐτῇ σκηνῇ, σὺν πᾶσι τοῖς ἰδίοις ἐγένετο. Ἔμελλε δὲ ἤδη θᾶττον καὶ τὸν λαὸν ἅπαντα, πυρὸς τρόπον, ἐπινέμεσθαι τῆς ἁμαρτίας τὸ κακὸν, καὶ ταῦτα, οὔτε εἰδότα τὸ γεγονὸς, οὔτε συνεγνωκότα τῷ ἁμαρτήσαντι, εἰ μὴ ταχέως ἐκ τῆς πτώσεως τῶν ἀναιρεθέντων ἀνδρῶν συνετρίβη μὲν ὁ λαὸς αἰσθόμενος τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, ἔπεσε δὲ ἅμα τοῖς πρεσβυτέροις καταπασάμενος χοῦν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· καὶ οὕτω διὰ κλήρου φωραθεὶς ὁ ἔνοχος τὴν εἰρημένην δέδωκε δίκην. Τί δὲ Μαρία ἡ ἀδελφὴ Μωϋσέως; Αὕτη κατὰ Μωϋσέως ἐπειδὴ εἶπέ τι μόνον ἐν καταγνώσεως μέρει, καὶ τοῦτο ἀληθὲς (γυναῖκα γὰρ, φησὶν, Αἰθιόπισσαν ἔλαβεν ἑαυτῷ), τοσαύτης ἐπειράθη τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως, ὡς μηδὲ αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως ἱκετεύοντος συγχωρηθῆναι αὐτῇ τὴν ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέ-

[79] Jos. VII, 25. [80] Num. XV, 36. [81] Num. XII, 17 sqq.

(1) Ex Proœmio *De judicio Dei*, 217.
(2) Ibid.
(3) *Διδασκάλων*. Hanc vocem addidimus ex contextu et codicum altero.
(4) *Πρὸς τούτῳ*. Sic idem codex et contextus. Editi *πρὸς τοῦτο*.
(5) *Κρίνομεν*. Legendum videtur ut in contextu κρινομένην.

Digitized by Google

γειν, αὐτὸν τοῦτον ἀφέντας Μωϋσέα, τὸν τοῦ Θεοῦ θεράποντα, τὸν μέγαν ἐκεῖνον, τὸν τοσαύτης μὲν καὶ τηλικαύτης ἀξιωθέντα παρ' αὐτοῦ τιμῆς, οὕτω δὲ ὑπὸ αὐτοῦ μαρτυρηθέντα, ὡς ἀκοῦσαι, *Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ εὕρηκας χάριν ἐνώπιόν μου;* Οὗτος γὰρ ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας, οὐδενὸς ἕνεκεν ἑτέρου, ἢ ἵνα μόνον εἴπῃ τῷ λαῷ γογγύζοντι δι' ἀπορίαν ὕδατος, *Μὴ ἐκ ταύτης τῆς πέτρας ἐξάξω ὑμῖν ὕδωρ;* τούτου μόνου ἕνεκεν εὐθὺς ἀπειλὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δέχεται, εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἰσελεύσεσθαι, ἥτις ἦν τότε τῶν πρὸς Ἰουδαίους ἐπαγγελιῶν τὸ κεφάλαιον. Ὅταν οὖν ἴδω τοῦτον παρακαλοῦντα, καὶ μὴ συγχωρούμενον· ὅταν ἴδω μηδεμιᾶς συγγνώμης διὰ τὰ τοσαῦτα κατορθώματα ἐπὶ τῷ βραχεῖ ἐκείνῳ καταξιούμενον ῥήματι· οὐχὶ ὄντως ὁρῶ Θεοῦ ἀποτομίαν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον; οὐχὶ κἀκεῖνο ἀληθὲς εἶναι πεισθήσομαι, τὸ, *Εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;* Καὶ τί ταῦτα λέγω; Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ τοῦ ἰδίου βίου μηδὲν ἐγκαλούμενος, ὅτι μὴ τοῖς υἱοῖς ἐπεξῆλθε σφοδρότερον, τοιαύτην ἐκίνησεν ὀργὴν τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὥστε ἐπαναστάντων ἀλλοφύλων, τοὺς μὲν υἱοὺς αὐτοῦ ἐκείνους ἀναιρεθῆναι κατὰ τὸν πόλεμον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἡττηθῆναι δὲ σύμπαντα τὸν λαὸν, καὶ τούτων πεσεῖν ἱκανοὺς, γενέσθαι δὲ καὶ περὶ τὴν κιβωτὸν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ διαθήκης, ἃ μήτε ἠκούσθη ποτὲ πρότερον· ὥστε, ἧς οὔτε Ἰσραηλίταις, οὔτε μὴν αὐτοῖς τοῖς ἱερεῦσιν ἅπασιν, οὐδὲ πάντοτε ἅπτεσθαι θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ τόπος αὐτὴν (1) ὁ τυχὼν ὑπεδέχετο, ταύτην ὑπὸ χειρῶν ἀσεβῶν ἄλλοτε ἀλλαχόθεν μετακομίσεσθαι (2), καὶ ἀντὶ τῶν ἁγίων, εἰδώλων ναοῖς ἀποτίθεσθαι. Ἐφ' οἷς πόσον τινὰ συνέβαινεν εἶναι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ γέλωτα καὶ χλεύην παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, στοχάζεσθαι πάρεστιν. Ἐπὶ τούτοις καὶ αὐτὸς ὁ Ἠλεὶ τέλει χρησάμενος οἰκτροτάτῳ, ἀπειλὴν ἐδέξατο τοῦ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἀποκινηθήσεσθαι τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος· ὅπερ καὶ γέγονε. Καίτοι, τοῦ μὲν ἰδίου βίου ἕνεκεν, οὐδὲν ἠτιάθη ὁ πρεσβύτης ποτέ. Καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς υἱοῖς οὐχ ὑπέμεινεν ἐφησυχάσαι· ἀλλὰ πολλὰ μὲν παρῄνει, περὶ τοῦ μηκέτι τοῖς ὁμοίοις ἐμμένειν, *Μὴ τέκνα*, λέγων, *μή· οὐκ ἀγαθαί αἱ ἀκοαί, ἃς ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν.* Ὅμως ἐπειδήπερ οὐχὶ τὸν πρέποντα ζῆλον κατ' αὐτῶν ἐπεδείξατο, ἑαυτῷ τε κἀκείνοις, καὶ τῷ λαῷ, τοσαύτην τὴν τοῦ Θεοῦ ἀνῆψεν ὀργήν. Καίτοι ἔοικεν ὁ μὲν ἔλεγχος τέλος ἔχειν τὴν διόρθωσιν τοῦ ἁμαρτάνοντος· ὁ δὲ ὀνειδισμὸς ἐπὶ ἀσχημοσύνῃ τοῦ ἐπταικότος γίνεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ τὰ πλεῖστα κατωρθωκέναι δοκεῖ τις, ὀλίγων δέ που, ἢ καὶ μιᾶς ἠστινοσοῦν ἐντολῆς ἀμελήσει, ἢ τῷ πλημμελήσαντι ἀδιαφόρως ἐφησυχάσει, καὶ μὴ ζῆλον ἀγαθὸν κατὰ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐπιδείξεται, ἐπὶ ταύτῃ μόνῃ δικαίως ὑφέξει. Κἂν ἐξ ἀγνοίας πάθῃ τι τοιοῦτον, οὐδὲ οὕτως ἀτιμώρητος διαφεύγει.

ipso Moyse præterito, Dei famulo, magno illo viro, tot ac tantis honoribus a Deo insignito, et ipsius testimonio ita comprobato, ut audierit : *Novi te præ omnibus, et invenisti gratiam coram me* [82]? Hic enim ad aquas contradictionis, nulla alia de causa, nisi quod tantummodo populo ob aquæ penuriam murmuranti dixerat, *Num ex hac petra educam vobis aquam* [83]? hac sola de causa statim a Deo comminationem accepit, fore ut non ingrederetur in terram promissionis, quæ omnium, quæ Judæis promissa fuerant, tunc summa erat. Cum igitur video hunc rogantem, et veniam non obtinentem ; cum video nullam illi tot ac tanta recte facta brevis hujus verbi veniam impetrasse ; nonne revera secundum Apostolum severitatem Dei cerno [84]? nonne ita persuadebo mihi plane verum esse illud : *Si justus vix salvus efficitur, impius et peccator ubi parebit* [85]? Et quid hæc commemoro? Heli sacerdos, vitæ alioqui integerrimæ, propterea quod in filios suos vehementius non inveheretur, tanta ira Dei lenitatem incendit, ut, alienigenis irruptionem facientibus, illi ipsi ejus filii una die in bello interficerentur, superareturque universus populus, non paucis ex eo cadentibus, imo etiam circa arcam sancti fœderis Dei fierent, quæ ne audita quidem unquam antea fuerant : sic ut arca quam neque Israelitis, neque ipsis sacerdotibus omnibus, neque quovis tempore contingere licebat, quæque non in quovis loco asservabatur, alio aliunde exportata sit ab impiis manibus, et pro sanctuario in simulacrorum delubris collocata fuerit. Ex quibus conjectare fas est, quanto risui ludibrioque ipsum etiam Dei nomen alienigenæ illi habuerint. Ad hæc et ipse Heli miserrimo exitu vitam finiit, eique minatus est Dominus fore ut semen ejus a sacerdotali dignitate submoveretur : quod et contigit : tametsi senex ob suos ipsius mores nullo unquam crimine accusatus est. Imo etiam neque filiorum suorum flagitia tacitus sustinuit : sed multum admonuerat, ut ne amplius in ejusmodi peccatis perseverarent. Aiebat enim : *Absit, filii! non sunt boni rumores, quos audio de vobis* [86]. Quoniam tamen quod par erat animi studium in ipsos non ostendit, sibi ac illis ipsique populo tantam iram Dei accendit. (3) Et videtur quidem objurgatio finem habere peccatoris correctionem, opprobrium vero ad lapsi confusionem inferri. (4) Etenim etiamsi videatur quispiam præclare permulta fecisse, paucorum vero vel etiam unius cujuslibet præcepti negligens fuerit, aut delinquenti indifferenter acquieverit, neque diligens studium secundum Dei judicium adhibuerit, justas hoc solum nomine pœnas luet. Quod si etiam imprudens tale quid peccet, neque eo prætextu supplicium effugiet.

[82] Exod. xxxiii. 12. [83] Num. xx, 10. [84] Rom. xi, 22. [85] 1 Pet. iv, 18. [86] 1 Reg. ii, 24.

(1) *Τόπος αὐτην.* Sic ope contextus et alterius codicum emendavimus pravam lectionem τὸ πρὸς αὐτήν. Ibidem ope contextus emendavimus quod erat apud Symeonem, οὐδέποτε.

(2) *Μετακομίσεσθαι.* Forte μεταχομίζεσθαι. Edit.

(3) Ex hom. *in ps.* xiv, 355.

(4) Unus codex indicat serm. ascet

Digitized by Google

5. (1) Ejus quidem generis judicia plurima in Veteri Testamento adversus omnem inobedientiam reperimus; nec vero his pauciora, Novum legendo dum pergimus, sed et multo hic severiorem deprehendimus judicii acerbitatem, ut illud, *Servus qui cognovit voluntatem* **506** *domini sui et non fecit, vapulabit multis; qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis*[87]. Christus profecto nec eum qui peccarit imprudens a pœnis liberat, et in eos qui prudentes delinquunt, vehementiores minas intendit. Et rursum, *Cœlum*, inquit, *et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*[88]. Beatus quoque apostolus Paulus ait, *Consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*[89]. (2) Omnem altitudinem, omnemque intellectum, non hunc, vel illum. *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam*[90]. Et alibi rursum: *Qui talia agunt, digni sunt morte*[91]; et rursum: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras*[92]. Itaque nihil apud Deum impunitum relinquitur. Sed si hæc verba sunt solum sine re; ecce qui Corinthi uxorem patris habebat, qui cum hoc uno excepto, nullius alterius flagitii insimularetur, tamen non solum ipse traditur Satanæ ad carnis interitum, donec dignis pœnitentiæ fructibus emendasset peccatum, sed universam simul Ecclesiam, quod id scelus ulta non esset, in hæc conjicit vituperia. (3) Quid vero Ananias ille, cujus mentio est in Actis? Quodnam aliud malum perpetrasse invenitur, præter illud ipsum? Ubi igitur apparet, ipsum ira tanta dignum fuisse? Divenditis suis facultatibus, pecunias detulit ad pedes apostolorum: sed tamen, quod aliquam pretii partem seposuisset, propterea eadem hora una cum uxore morte plectitur, neque id consecutus ut de agenda ob admissum peccatum pœnitentia quidquam audiret, nec saltem invento tempore, quo ob scelus compungi posset, nec accepto ad agendam pœnitentiam præfinito spatio. Porro talis ac tanti judicii exactor, tantæque Dei in peccantem iræ minister, beatus ille Petrus, omnibus discipulis prælatus, cui soli majora data quam aliis sunt testimonia, qui prædicatus est beatus, cui claves regni cœlorum concreditæ sunt, cum audit a Domino, *Si non lavero te, non habebis partem mecum*[93], quale cor, quæso, et quantumvis lapideum ad metum judiciorum Dei non incitet? præsertim cum nullius peccati, nulliusve contemptus significationem ullam dedisset, imo potius egregio honore Dominum affecisset suum;

A 5. Τοιαῦτα μὲν οὖν ὅτι πλεῖστα κατὰ τὴν παλαιὰν Διαθήκην εὑρίσκομεν κατὰ πάσης παρακοῆς τὰ κρίματα· οὐχ ἧττον δὲ τούτων ἐν τῇ Καινῇ ἐρχόμενος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω καταμανθάνω τοῦ κρίματος τὴν σφοδρότητα, οἷον· *Ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας·* καὶ ὅλως οὐκ ἀπολύσαντος μὲν τοῦ Χριστοῦ οὔτε τὸν κατ' ἄγνοιαν ἡμαρτηκότα τῆς τιμωρίας, σφοδρότερον δὲ κατὰ τῶν ἐν γνώσει τὴν ἀπειλὴν ἐπιτεινάντων. Καὶ πάλιν, *Ὁ οὐρανὸς*, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.* Καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλός φησι· *Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως* B *τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.* Πᾶν ὕψωμα καὶ πᾶν νόημα, οὐχὶ τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο. *Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν.* Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσίν·* καὶ πάλιν· *Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις.* Ὥστε οὐδὲν ἀνεκδίκητον ἀφίεται παρὰ τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ ταῦτα λόγοι μόνον, καὶ οὐ πράγματα· ἰδοὺ ὁ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἐν Κορίνθῳ ἔχων, οὐδὲν ἕτερον ἐγκληθεὶς, ἐπὶ τούτῳ μόνῳ οὐ μόνον αὐτὸς παραδίδοται τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἄχρις ἂν τοῖς ἀξίοις καρποῖς τῆς μετανοίας διορθώσηται τὸ πλημμέλημα, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ὁμοῦ ἡ Ἐκκλησία, ἐπεὶ μὴ ἐπεξῆλθε τῷ ἁμαρτήματι, ἐκείνοις περι- C βάλλεται ψοῖς ἐγκλήμασι (4). Τί δὲ Ἀνανίας ὁ ἐν ταῖς Πράξεσι; τί ἄλλο κακὸν πεποιηκὼς εὑρίσκεται, ἢ ἐκεῖνο αὐτό; Ποῦ νῦν τοσαύτης ὀργῆς ἄξιον φαίνεται; Ἴδιον κτῆμα πωλήσας, ἤνεγκε τὰ χρήματα θεῖναι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, νοσφισάμενος ἀπὸ τῆς τιμῆς, καὶ ἐπὶ τούτῳ παρ' αὐτὴν τὴν ὥραν ἅμα τῇ γυναικὶ θανάτῳ καταδικάζεται, οὐδὲ τοὺς περὶ μετανοίας λόγους ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι μαθεῖν καταξιωθεὶς, οὐ τοῦ κατανυγῆναι γοῦν ἐπὶ τούτῳ καιρὸν εὑρὼν, οὐ τοῦ μετανοῆσαι προθεσμίαν λαβών. Ὁ δὲ τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου κρίματος ὑπηρέτης, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, μόνος δὲ πλείω τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς καὶ μακαρι- D σθεὶς, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθεὶς, ὅταν ἀκούῃ παρὰ τοῦ Κυρίου, *Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*, ποίαν ἄρα καὶ τὴν ὀπωσοῦν λιθίνην καρδίαν οὐ δυσωπήσει πρὸς φόβον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων; καὶ ταῦτα, οὐδὲ μιᾶς μὲν ἁμαρτίας, οὐδὲ μιᾶς καταφρονήσεως ἔμφασιν δοὺς, τιμῇ δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὸν Δεσπότην ὑπερβαλλούσῃ (5) χρησάμενος, καὶ τὴν προσήκουσαν

[87] Luc. XII, 47. [88] Matth. XXIV, 35. [89] II Cor. X, 5. [90] Ibid. 6. [91] Rom. I, 32. [92] Rom. II, 23. [93] Joan. XIII, 8.

(1) Ex Proœmio *De judicio Dei*, 219
(2) Ibid. 220.
(3) Ibid. 221.
(4) *Τοῖς ἐγκλήμασι.* Referuntur in contextu illæ criminationes, nempe, *Quid vultis, in virga veniam ad vos?* etc.
(5) *Ὑπερβαλλούσῃ.* Hanc vocem ex contextu desumpsimus.

Digitized by Google

δούλῳ καὶ μαθητῇ εὐλάβειαν ἐπιδειξάμενος. Ἰδὼν γὰρ τὸν ἑαυτοῦ καὶ πάντων Κύριον, καὶ Θεὸν, καὶ βασιλέα, καὶ Σωτῆρα, καὶ ὁμοῦ τὰ πάντα, ἐν ὑπηρέτου σχήματι διαζωσάμενον τὸ λέντιον, καὶ νίπτειν τοὺς πόδας αὐτοῦ βουλόμενον, εὐθὺς ὥσπερ εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν τῆς οἰκείας ἀναξιότητος, καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ προσερχομένου καταπλαγείς, ἐξεβόησε· *Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;* καὶ πάλιν· *Οὐ μή μου νίψῃς τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐπὶ τούτῳ τὴν τοσαύτην ἐκδέχεται ἀπειλὴν, ὡς εἰ μὴ ἔφθασε τῇ ταχύτητι καὶ σφοδρότητι τῆς ὑπακοῆς διορθωσάμενος τὴν ἀντιλογίαν, οὐδὲν ἂν αὐτῷ τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου μακαρισμῶν τε καὶ δωρεῶν καὶ ἐπαγγελιῶν, οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ (1) Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῆς τοιαύτης καὶ τοσαύτης εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν εὐδοκίας ἀποκάλυψις ἤρκεσε παραμυθήσασθαι τὴν παροῦσαν ἀπείθειαν.

6. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐὰν θέλω καταλέγειν, ὅσα εὑρίσκω ἔκ τε τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης, ἐπιλείψει με τάχα διηγούμενον ὁ χρόνος. Πλὴν ἐκεῖνο μόνον πρὸς τὸ παρὸν μνημονεῦσαι ἀναγκαῖον, τὸ ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ πρὸς τοὺς ἐξ ἀριστερῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἱσταμένους λεχθὲν παρ' αὐτοῦ· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ·* οὐχ ὅτι ἐφονεύσατε, ἢ ἐπορνεύσατε, ἢ ἐψεύσασθε, ἢ τινα ἠδικήσατε, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀπηγορευμένων, κἂν τὸ βραχύτατον γοῦν, ἐπράξατε, ἀλλ' ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἠμελήσατε. *Ἐπείνασα γάρ,* φησὶ, *καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.* Ὁ τοίνυν μὴ ἐκθηλυνόμενος, μηδὲ κατακαμπτόμενος ὑπὸ τῆς ἐγκρατείας, πᾶσαν φυγὴν (2) ἁμαρτημάτων κατώρθωσεν· εἰ δὲ τὰ μὲν πλεῖστα ἔφυγεν, ὑφ' ἑνὸς δὲ κρατεῖται, οὐκ ἐγκρατὴς ὁ τοιοῦτος, ὡς οὔτε ὑγιὴς ὁ ἑνὶ σωματικῷ πάθει παρενοχλούμενος· οὔτε ἐλεύθερος ὁ ὑφ' ἑνὸς καὶ τοῦ τυχόντος κυριευόμενος. Τοῖς μὲν οὖν ἰάσιμα ἁμαρτάνουσιν ἀπειλεῖ ὁ λόγος, ἐπισκέπτεσθαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τοῖς δὲ ἀνιάτως ἔχουσι λέγει· *Τί ἔτι πληγῆτε, πάσας διεξεληλυθότες τὰς πληγάς;* Πασῶν κατεφρονήσατε τῶν ἐπιστρεπτικῶν μαστίγων, συντριμμὸς ὑμᾶς μένει. Τῶν δὲ περιστατικῶς συμβαινόντων τινὰ μὲν ἁμαρτημάτων ἕνεκα γίνεται· τινὰ δὲ εἰς διόρθωσιν τοῦ ἤθους τῶν πειραζομένων· ἄλλα δὲ ὑπὲρ τοῦ ἐκτριβῆναι τοὺς ἀπεγνωσμένους, ὡς ἐπὶ τοῦ Φαραώ. Τούτοις γὰρ οὐκέτι πληγαὶ, οὐδὲ μάστιγες, ἀλλ' ἀφανισμὸς ἀπειλεῖται. *Τί ἔτι πληγῆτε,* ὧν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ ψυχαὶ μεμαστίγωνται, καὶ οὐδαμοῦ ἡ διόρθωσις; ἔστι δὲ πολλάκις καὶ ἡ νόσος ὠφέλιμος, ὅταν παιδαγωγεῖν μέλ-

A ac convenientem servo et discipulo reverentiam declarasset. Cum enim vidisset suum et universorum Dominum ac Deum, et regem, et servatorem simulque omnia, in ministri habitu linteo cinctum, et pedes ipsius lavare volentem, mox ut conscius indignitatis suæ, et ob accedentis dignitatem attonitus, exclamavit: *Domine, tu mihi lavas pedes*[94]? et iterum: *Non lavabis mihi pedes in æternum*[95]. Hac de causa tantæ ei interduntur minæ, ut nisi celeri ac fervida obedientia emendasset contradictionem, non Domini testimonia beatum eum prædicantia, non dona, non promissa, neque etiam accepta a Deo et Patre talis ac tantæ in Filium unigenitum be-
B nevolentiæ revelatio, **509** hanc inobedientiam sanare potuisset.

6. Sed si omnia recensere velim, quæ in Veteri ac Novo Testamento nanciscor, fortasse narrantem me tempus deficiet. (3) Nunc illud tantum commemorandum est, quod in magna ac horrenda judicii die Dominus noster Jesus Christus his, qui ad lævam ipsius stabunt dicturus est: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus*[96]: non quia occidistis, aut fornicati estis, aut mendacium dixistis, aut cuipiam intulistis injuriam, aut aliud quidquam saltem minutissimum ex iis quæ prohibita sunt, fecistis: sed quia bona opera ne-
C glexistis. *Esurivi enim,* inquit, *et non dedistis mihi manducare: sitivi, et non dedistis mihi potum: infirmus et in carcere, et non visitastis me*[97]. Qui igitur mollitie non diffluit, et a continentia ac temperantia minime deflectit, is non omnem peccati fugam consecutus est: sed si plurima quidem effugit, ab uno vero superatus est, non temperans ille est, ut neque sanus qui vel unico corporis morbo agitatur: neque liber, qui uni quicunque ille sit domino paret. (4) His quidem quorum sanabilia sunt peccata, interminatur Scriptura fore, ut visitet Dominus eorum iniquitates in virga, et eorum injustitias in verberibus[97*]; sed his qui insanabiliter peccaverunt dicit: *Quid adhuc percutiamini*[98], plagas omnes
D experti? Omnia contempsistis inflicta ad emendandum flagella, contritio vos manet. Ex iis autem calamitatibus quæ eveniunt, aliæ quidem accidunt ad punienda peccata, aliæ ad mores eorum qui tentantur emendandos, aliæ ad eos qui desperantur atterendos, ut in Pharaone. His enim non jam plagas aut flagella, sed interitum minatur. *Quid adhuc percutiamini vos*, quorum corpora et animæ flagris concisa sunt, nec usquam emen-

[94] Joan. XIII, 6. [95] ibid. 8. [96] Matth. XXV, 41. [97] ibid. 42. [97*] Psal. LXXXVIII, 33. [98] Isa. I, 5.

(1) *Αὐτὴ ἡ τοῦ.* Sic nostri codices et contextus. Editi αὐτὴ αὐτοῦ.

(2) *Πᾶσαν φυγήν.* Legendum μὴ πᾶσαν φυγήν, si sententiam sibi non repugnantem habere volumus. Ibidem legendum ἀπὸ τῆς ἐγκρατείας.

(3) Ex Procemio *De judicio Dei*, 222.

(4) Ex comment. *in Isa.* 389.

Digitized by Google

datio ! (1) Erit enim utilis sæpenumero vel morbus, cum videlicet peccantem refrenabit. Et nocua est sanitas cum peccati instrumentum fit recte valenti. Sic et pecuniæ nonnullis jam ad libidinem inservierunt ; paupertas vero plurimos ad vitia magnopere propendentes repressit. Neque igitur fugias quæ non oportet ; nec confugias ad quem non oportet : sed unum tibi fugiendum sit peccatum, et unum ex malis refugium Deus.

A λῃ τὸν ἁμαρτάνοντα· καὶ ἡ ὑγεία βλαβερά, ὅταν ἐφόδιον γίνηται πρὸς ἁμαρτίαν τῷ ἔχοντι. Οὕτω καὶ τὰ χρήματα ἤδη τισὶν ὑπηρεσία πρὸς ἀκολασίαν ἐγένετο, καὶ πενία πολλοὺς ἐσωφρόνισε τῶν ὡρμημένων κακῶς. Μήτε οὖν φύγῃς ἃ μὴ δεῖ, μήτε προσφύγῃς ᾧ μὴ δεῖ (8)· ἀλλ' ἓν σοι φευκτὸν ἔστω, ἡ ἁμαρτία καὶ μία καταφυγὴ ἐκ τῶν κακῶν, ὁ Θεός.

7. (2) Multi quidem priorum peccatorum oblivisciuntur, nullam eorum habentes rationem, ac ea contemnentes, quasi nulla futura sit ultio. Qui vero judicium Dei jugiter habet ob oculos, creditque certo fore, ut omnes coram Christi tribunali sistamur, ut reportet unusquisque ea quæ B fiunt per corpus, juxta id quod fecit, sive bonum, sive malum[99], is in anxietate semper versatur, et hunc animæ suæ dolorem sanare studens, per suas ad Deum confessiones se ipse accusat, exemplo illius qui ait : *Dolor meus in conspectu meo semper* [1]. (3) Multi vero etsi a pravis operibus recesserunt, dum **510** priora facta recordatione percurrunt, per eam sæpe quiescens renovant peccatum. (4) Silentio enim sopita improbitas, latens est morbus in anima. (5)Cæterum eorum qui peccant dimissio fit per derelictionem. Quorum autem curam gerit, de iis ait Scriptura : *Non te deseram, neque te derelinquo* [2] : e contrario de quibus prorsus desperat, hos ad carnis et cogitationum suarum desideria explenda liberos dimittit, C quod eis profutura non sit animadversio. (6) Quoniam enim hoc peccatum vulnere, livore ac plaga tumente pejus est ; non est malagma imponere tanquam ad plagam, neque oleum, ut ad vulnera : nec jam opus est hisce remediis : quippe majora sunt, inquit, symptomata quam ut hisce medicamentis cedant. Et quia tota gens peccatrix est, populusque omnis peccatis plenus, ob id ad omnes sæpenumero pervenit supplicium. *Et omne cor mœret* [3], dum in captivitatem abducitur populus ob peccata. Quemadmodum igitur sectionis, aut cauterii causam non sustinet medicus, sed morbus : sic et civitatum eversiones ab innumera peccatorum multitudine exortæ, omnem querelam a Deo propulsant. D

7. Οἱ μέντοι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ λήθην ποιοῦνται τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, ἀδιαφοροῦντες ἐπ' αὐτοῖς καὶ καταφρονοῦντες, ὡς μηδεμιᾶς ἐκδικήσεως γενησομένης. Ὁ δὲ τὸ δικαστήριον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν διὰ παντὸς ἔχων, καὶ πεπεισμένος, ὅτι πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον, ἐν ἀγωνίᾳ καθέστηκε πάντοτε, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ταύτην ἴστασθαι (9) φροντίζων, αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ διὰ τῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσεων, κατὰ τὸν λέγοντα· *Ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διὰ παντός.* Πολλοὶ δὲ καὶ ἐπιστρέψαντες ἀπὸ πονηρῶν ἔργων, οἱονεὶ τὰς μνήμας τῶν παλαιῶν ἔργων παρακατέχοντες, δι' αὐτῶν πολλάκις ἀνανεοῦνται τὴν ἡσυχάζουσαν ἁμαρτίαν. Κακία γὰρ σιωπηθεῖσα, νόσος ὑποῦλός ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ. Ἡ δὲ ἄνεσις τῶν ἁμαρτωλῶν κατὰ ἐγκατάλειψιν γίνεται. Ὧν μὲν γὰρ προνοεῖται ὁ λόγος, φησιν· *Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω·* ὧν δ' ἂν παντελῶς ἀπογνῷ, τούτους ἀνέτους ἀφίησι ποιεῖν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, καὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν, ὡς τῆς παιδευτικῆς ἀνωφελοῦς αὐτοῖς ἐσομένης. Καὶ γὰρ ἐπεὶ ὑπὲρ τραῦμα καὶ μώλωπα καὶ πληγὴν φλεγμαίνουσαν ἡ ἁμαρτία ἐστὶν, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι ὡς πρὸς τὴν πληγὴν, οὐδὲ ἔλαιον ὡς πρὸς τὰ τραύματα· οὐδὲ χρεία τῆς ἀπὸ τούτων βοηθείας· μείζονα γὰρ, φησὶ, τὰ συμπτώματα ἢ ὥστε τούτοις ἐνδοῦναι. Καὶ ἐπειδὴ (10) ὅλον τὸ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς πλήρης ἀνομιῶν, διὰ τοῦτο καὶ ἡ κόλασις ἐπὶ πάντας πολλάκις ἔφθασε. Καὶ πᾶσα καρδία λυπηρὰ γέγονεν, εἰς αἰχμαλωσίαν ἀγομένου τοῦ λαοῦ διὰ τὰ ἁμαρτήματα. Ὥσπερ οὖν τῆς τομῆς, ἢ τοῦ καυτῆρος, οὐχ ὁ ἰατρὸς αἴτιος, ἀλλ' ἡ νόσος· οὕτω καὶ αἱ τῶν πόλεων ἀφανισμοὶ, ἐκ τῆς ἀμετρίας τῶν ἁμαρτανομένων τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, τὸν Θεὸν ἀπὸ πάσης μέμψεως ἀπολύουσιν.

8. (7) Invadunt enim propter paucos in omnem populum mala, ac flagitium unius plebi toti nocet. Achar sacrilegium commisit [4], et totus casti-

8. Ἔρχεται γὰρ καὶ δι' ὀλίγους κακὰ, καὶ μοχθηρίας τινὸς παραπήλαυσε δῆμος. Ἄχαρ ἱεροσύλησε, καὶ ὅλη ἡ παράταξις ἐμαστίζετο. Ὁ Ζαμβρὶ πάλαι

[99] II Cor. v, 10. [1] Psal. xxxvii, 18. [2] Jos. i, 5. [3] Isa. i, 5. [4] Jos. vii, 1.

(1) Ex hom. *in ps.* xlv, 171.
(2) Ex hom. *in psal.* xxxvii, 570.
(3) Unus codex indicat comment. *in Isa.*
(4) Uterque codex indicat serm. ethic.
(5) Ex comment. *in Isa.* 482.
(6) Ex comment. *in Isa.* 390.
(7) Ex hom. *in famem et siccit.* 66.
(8) Ὧν μὴ δεῖ. Codicum alter, οἷς μὴ δεῖ.
(9) Ἴστασθαι. Melius in contextu, ἰάσασθαι. Ibidem ἐκ τῆ ἑαυτοῦ ψυχῆ.
(10) *Επειδή.* Sic emendavimus ope Regii codicis 1992. Editi, ἐπεὶ μή.

Digitized by Google

εἰς τὰς Μαδιανίτιδας ἐξεπόρνευσε, καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἔπιπτεν εἰς δίκην. Καὶ καθάπερ ὁ λοιμὸς, ἐπειδὰν ἑνὸς ἀνθρώπου ἢ κτήνους ἅψηται, κατὰ διάδοσιν ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διανέμεσθαι πέφυκεν· οὕτω καὶ οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας, τὸ ἴδιον κακὸν ἐπὶ πάντας ἄγειν φιλονεικοῦσι, πολλοὺς ἑαυτοῖς παραπλησίους γενέσθαι φιλοτιμούμενοι, ἵνα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν κακῶν διαφεύγωσι τὰ ὀνείδη· καὶ ἄλλος ἄλλῳ τῆς νόσου μεταδιδόντες, συννοσοῦσιν ἀλλήλοις καὶ συναπόλλυνται. Οὔτε γὰρ πῦρ, εὐκατα- A
πρήστου ὕλης ἁψάμενον, δυνατὸν μὴ οὐχὶ ἐπὶ πᾶσαν αὐτὴν διαβῆναι, ἄλλως τε κἂν ἐπιτύχῃ πνεύματος ἐπιφόρου τὴν φλόγα διακομίζοντος· οὔτε τὴν ἁμαρτίαν, ἑνὸς ἁψαμένην, μὴ οὐχὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διελθεῖν, ἐξαπτόντων αὐτὴν τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. B

9. Αἱ μὲν γὰρ διὰ τοῦ σώματος πράξεις καὶ χρόνου δέονται, καὶ εὐκαιρίας, καὶ κοπιάτων, καὶ συνεργῶν, καὶ τῆς λοιπῆς χορηγίας. Αἱ δὲ τῆς διανοίας κινήσεις ἀχρόνως ἐνεργοῦνται, ἀκόπως ἐπιτελοῦνται, ἀπραγματεύτως συνίστανται, πάντα καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχουσι. Καί πού τις τῶν σοβαρῶν καὶ κατοφρυωμένων ἐπὶ σεμνότητι, πλάσμα σωφροσύνης ἔξωθεν περικείμενος, ἐν μέσοις καθεζόμενος πολλάκις τοῖς ἐπ' ἀρετῇ αὐτὸν μακαρίζουσιν, ἀπέδραμε τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸν τῆς ἁμαρτίας τόπον (1) ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς καρδίας κινήματι. Εἶδε τῇ φαντασίᾳ τὰ σπουδαζόμενα, ἀνετυπώσατό τινα ὁμιλίαν οὐκ εὐπρεπῆ, καὶ ὅλως ἐν τῷ κρυφίῳ τῆς καρδίας ἐργαστηρίῳ ἐναργῆ τὴν ἡδονὴν ἑαυτῷ ζωγραφήσας, ἁμάρτυρον ἔσω τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο. Τὸ γὰρ πλεῖστον τῆς ἁμαρτίας ἐν τῇ ὁρμῇ πληροῦται τῇ κατὰ πρόθεσιν· διότι αἱ μὲν τοῦ σώματος πράξεις ὑπὸ πολλῶν διακόπτονται, ὁ δὲ κατὰ πρόθεσιν ἁμαρτάνων τῷ τάχει τῶν νοημάτων συναπαρτιζομένην ἔχει τὴν ἁμαρτίαν. Ὡς γὰρ ἡ σκιὰ τῷ σώματι, οὕτω ταῖς ψυχαῖς αἱ ἁμαρτίαι παρέπονται, ἐναργεῖς τὰς πράξεις ἐξεικονίζουσαι. Τελεία μὲν οὖν κακία, τὸ καὶ γνώμῃ καὶ πράξεσιν ἁμαρτάνειν· ἥμισυ δὲ τοῦ κακοῦ, ἐπὶ τῆς ὁρμῆς τῆς κατὰ διάνοιαν στῆναι τὴν ἁμαρτίαν. Οὐ πάντῃ οὖν ἀτιμώρητος ὁ κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνων· ἀλλ' ὅσον ἐλλείπει τοῦ κακοῦ, τοσοῦτον αὐτῷ τῶν πόνων ὑφαιρεθήσεται. Τὸν μέντοι παραδεχθέντα εἰς τὴν ἀδελφότητα, εἶτα τὴν ὁμολογίαν ἀθετήσαντα, οὕτω χρὴ ὁρᾶσθαι, ὡς εἰς Θεὸν ἐξαμαρτόντα, ἐφ' οὗ, καὶ εἰς ὃν τὴν ὁμολογίαν τῶν συνθηκῶν κατέθετο. *Ἐὰν δὲ εἰς Θεὸν ἁμαρτήσῃ τις*, φησὶ, *καὶ τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ;* Ὁ γὰρ ἀναθεὶς ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, εἶτα πρὸς ἄλλον βίον ἀποπηδήσας, ἱερόσυλος γέγονεν, αὐτὸς ἑαυτὸν διακλέψας, καὶ ἀφελόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ ἀνάθημα. Οἷς εὔλογόν ἐστι, μηκέτι θύραν τῶν ἀδελφῶν ἀνοίγεσθαι, μηδὲ εἰ κατὰ φιλὴν πάρ- C D

gatus est exercitus. Zambri Madianitidas scortatus est[5], et Israel pœnas dedit. (2) Ac ut pestis, ubi unum hominem, aut jumentum attigit, contagio in proximos quosque serpere solet : sic et iniquitatis operarii proprium malum in omnes transfundere conantur, multosque sibi similes fieri magnopere cupiunt, ut in vitiorum societate infamiam vitent ; atque alter alteri morbum impertientes, ægrotant simul, simulque pereunt. Nam neque ignis, materiam suscipiendæ flammæ idoneam nactus, cohiberi potest, quominus universam pervadat, maxime, si vehemens ventus flammam pervehat : neque fieri potest, ut peccatum, quod unum aliquem attigerit, ad omnes vicinos non transeat, si nequitiæ spiritus illud accendant.

9. (3) Etenim corporeæ actiones et tempore indigent, et opportunitate, et labore, et adjutoribus, denique reliquo commeatu. E diverso, cogitationis motus citra temporis moram fiunt, perficiuntur citra lassitudinem, citra negotium ullum consistunt, idoneum ipsis est tempus omne. Et sane nonnunquam invenitur qui arrogans sit, superbiatque de gravitate et castitate, quique extrinsecus præ se ferens temperantiæ larvam, ac plerumque inter eos, qui ipsum ob virtutem beatum prædicant, desidens medius, mox tamen cogitatione per occultum cordis motum ad peccati locum accurrat. Videt animo concupita, comminiscitur congressum quempiam indecorum, ac denique in abdita cordis officina, claram in seipso voluptatis speciem depingens, intus peccatum sine testibus perpetrat. Peccati enim maxima pars in voluntatis appetitione absolvitur ; propterea quod corporis actiones a **511** multis interpellantur : qui vero peccat voluntate, statim celeri cogitationum motu peccatum explevit. (4) Ut enim umbra corpus, sic peccata animas comitantur, gestorum imaginem claram exprimentia. (5) Est enim perfecta malitia, cum quis et voluntate peccat et factis : dimidia vero mali pars est, cum peccatum in animi proposito manet. Itaque qui cogitatione peccat, non omnino remansurus est inultus : sed quantum deficit a malo, tantum ei pœnarum remittetur. (6) Utique horum unusquisque, qui inter fratres admissus fuerit, posteaque professionem suam resciderit, perinde aspici debet, ut qui in Deum peccaverit, coram quo, et in quo pactorum confessionem deposuit. *Si vero*, inquit, *in Deum quis peccaverit, et quis orabit pro eo*[6]? Qui enim seipsum dicavit Deo, et deinde ad aliud vitæ genus transiit, factus est sacrilegus, cum ipse sui ipsius

[5] Num. xxv, 6. [6] 1 Reg. II, 25.

(1) *Τόπον*. Sic contextus et uterque codex. Editi, τρόπον.
(2) Ex hom. *in psal.* I, 96.
(3) Ex hom. in illud, *Attende tibi ipsi*, 17.
(4) Ex hom. *in divites*, 58
(5) Ex comment. *in Isa.* 459.
(6) Ex *Regulis fusius tractatis*, 255.

Digitized by Google

fur fuerit, donariumque Deo consecratum abstulerit. Quibus æquum est non amplius fores fratrum aperiri, ne si in brevi quidem transitu ad poscendum tectum accederent. Perspicua est enim Apostoli regula, qua jubemur subducere nos ab omni inordinato, neque commisceri cum illo, ut confundatur.

10. (1) Sic enim a principio absque spinis rosa nascebatur; postea vero floris pulchritudini fuit spina adjuncta, ut fruendæ voluptati foret dolor contiguus, dum recordaremur peccati, cujus causa ad hoc damnata terra est, ut nobis spinas proferret atque tribulos. Sed affectionum depravatio, per ignorationem Dei, improbam cognitionem insevit. (2) Siquidem magnus ille athleta Job tentationes omnis generis perpessus, non ignorabat undenam hoc sibi eveniret. Quapropter dicebat: *Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt, quarum ira meum ebibit sanguinem*[7]. David vero cum anima ipsa ægrotaret, se ipse ulciscebatur atque affligebat, seque omni pœnarum generi subjiciebat in variis confitendi modis. *Quoniam enim sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, inquit, *et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum*[8]. Porro sagittæ hic memoratæ mihi videntur esse spirituales, imo vero ipsa Dei verba, quæ pungebant ac vulnerabant ipsius animam, et de conscientia ipsa sumebant supplicium, eamque castigabant. Vir enim hic tantus cum esset, totque a Deo bona consecutus, tamen factum turpe patravit. Quoniam enim inermis inventus David, ignitis maligni telis non resistebat, jure in anima sauciatus, concupiscentia correptus est. Quemadmodum autem Job diaboli sagittas, immissa videlicet corpori suo ulcera, quia permissu Dei acciderant, sagittas Domini vocavit, dicens: *Nam sagittæ Domini in corpore meo, quarum furor ebibit meum sanguinem;* ita verisimile est ideo Davidem hic sagittas Domini nominasse, quia ex Domini concessu inimicus eum oppugnabat, ut edisceret non dicere: *Non movebor in æternum*[9]. Quia enim Dei gratia roboratus, magna aliquando de se senserat, ita ut arroganter diceret: *Ego autem dixi in abundantia* **512** *mea: Non movebor in æternum*[10]: ideo jure tentatori traditus est, qui animam ejus adortus, majus ei quam Jobo damnum intulit.

11. (3) Ego autem tria hæc video animi affectionis discrimina in inviolabili Christo obediendi necessitate, servorum, mercenariorum, filiorum. Aut enim supplicii metu a malo declinamus, versamurque in affectu servili; aut mercedis lucra requiren-

A οδον σκέπης ἕνεκεν ἐπιδημήσειεν. Ὁ γὰρ ἀποστολικὸς κανὼν φανερὸς, κελεύει (4) ἡμᾶς στέλλεσθαι ἀπὸ παντὸς ἀτάκτου, καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ.

10. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ ῥόδον ἄνευ ἀκάνθης ἦν τὴν ἀρχὴν βλαστηθὲν, ὑπὲρ δὲ τῷ κάλλει τοῦ ἄνθους ἡ ἄκανθα παρεζεύχθη, ἵνα τῷ τερπνῷ τῆς ἀπολαύσεως ἐγγύθεν ἔχωμεν παρακειμένην τὴν λύπην, μεμνημένοι τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡμῖν ἡ γῆ ἀνατέλλειν κατεδικάσθη. Ἀλλ' ἡ τῶν παθῶν κακία, διὰ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνωσίας, ἀδόκιμον γνῶσιν ἐνέθησιν. Ὁ μὲν γὰρ μέγας ἀθλη- B τὴς Ἰὼβ, παντοίους ὑπομείνας πειρασμοὺς, οὐκ ἠγνόει ὁπόθεν αὐτῷ τοῦτ' ἐγένετο. Διὸ ἔλεγε· *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μού ἐστιν, ὧν ὁ θυμὸς ἐκπίνει μου τὸ αἷμα.* Ὁ δὲ Δαβὶδ ἐπειδὴ περὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἐνενοσήκει, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐτιμωρεῖτο, παντοίαις ὑποβάλλων κολάσεσιν ἐν τοῖς τῆς ἐξομολογήσεως τρόποις. *Ὅτι γὰρ τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι*, φησὶ, *καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου. Οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου.* Καί μοι δοκεῖ τὰ ἐνταῦθα λεγόμενα βέλη λογικὰ εἶναι· μᾶλλον δὲ αὐτοὺς τοὺς τοῦ Θεοῦ λόγους, νύττοντας καὶ τιτρώσκοντας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν συνείδησιν αὐτοῦ τιμωρουμένους καὶ κολάζοντας. C Ἐπεὶ τοσοῦτος ἦν (5) ὁ ἀνὴρ, καὶ τοσούτων τετυχηκὼς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, αἰσχρᾷ πράξει ἑαυτὸν ἐξέδωκεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἄφρακτος εὑρεθεὶς, οὐκ ἀντέσχε πρὸς τὰ τοῦ πονηροῦ πεπυρωμένα βέλη, εἰκότως τὴν ψυχὴν τρωθεὶς, ἑάλω τῇ ἐπιθυμίᾳ. Ὥσπερ δὲ τὰ τοῦ διαβόλου βέλη, τὰ ἕλκη τὰ ἐπιτεθέντα τῷ Ἰὼβ κατὰ τοῦ σώματος, ἐπειδὴ κατὰ συγχώρησιν ἐγίνετο τοῦ Θεοῦ, βέλη Κυρίου ὠνόμασεν, εἰπών, *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μού ἐστιν, ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα·* οὕτως εἰκὸς καὶ τὸν Δαβὶδ ἐνταῦθα βέλη Κυρίου εἰρηκέναι, ἐπεὶ κατὰ συγχώρησιν τοῦ Κυρίου κατεστρατεύσατο αὐτοῦ ὁ ἀντίπαλος, ἵνα μάθῃ μὴ λέγειν· *Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐπειδὴ γὰρ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ δυ- D ναμούμενος, μέγα ἐφ' ἑαυτῷ ἐφρόνησέ ποτε, ὡς ἀπαυθαδιάσασθαι καὶ εἰπεῖν, *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα·* τούτου χάριν εἰκότως παρεδόθη τῷ πειράζοντι, ὃς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καθαψάμενος, μειζόνως αὐτὸν ἢ τὸν Ἰὼβ ἐζημίωσεν.

11. Ἐγὼ δὲ τρεῖς ταύτας διαφορὰς τῆς διαθέσεως πρὸς τὴν ἀπαραίτητον ἀνάγκην τῆς ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ καθορῶ, δουλείαν, μισθαρνίαν, υἱότητα. Ἢ γὰρ φοβούμενοι τὰς κολάσεις ἐκκλίνομεν ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τῇ δουλικῇ·

11. (3) Ego autem tria hæc video animi affectionis discrimina in inviolabili Christo obediendi necessitate, servorum, mercenariorum, filiorum. Aut enim supplicii metu a malo declinamus, versamurque in affectu servili; aut mercedis lucra requiren-

[7] Job VI, 4. [8] Psal. XXXVII, 3-4. [9] Psal. XXIX, 7. [10] ibid.

(1) Ex hom. V *in Hexaemer.* 45.
(2) Ex hom. *in psal.* XXXVII, 364.
(3) Ex *Regulis fusius tractatis*, 529.

(4) *Φανερος, κελεύει.* Forte φανερως κελευει, vel φανερὸς, κελεύων. Edit.
(5) *Hr.* Forte ὢν. Ed.

Digitized by Google

ἢ τὰ ἐκ τοῦ μισθοῦ κέρδη διωκοντες, ἕνεκεν τῆς ἑαυτῶν ὠφελείας πληροῦμεν τὰ προστεταγμένα, καὶ κατὰ τοῦτο προσοίκαμεν τοῖς μισθίοις· ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ τὴν πρὸς τὸν δεδωκότα ἡμῖν τὸν νόμον ἀγάπην, χαίροντες ὅτι οὕτως ἐνδόξῳ καὶ ἀγαθῷ Θεῷ δουλεύειν κατηξιώθημεν· καὶ ἐσμὲν οὕτως ἐν τῇ τῶν υἱῶν διαθέσει. Οὔτε οὖν ὁ ἐν φόβῳ τὰς ἐντολὰς κατορθῶν, καὶ ἀεὶ τὸ τῆς ῥαθυμίας ἐπιτίμιον ὑφορώμενος, τὰ μὲν ποιήσει τῶν προστεταγμένων αὐτῷ, τὰ δὲ παρόψεται· ἀλλὰ τὴν ἐπὶ πάσῃ παρακοῇ ἐκδίκησιν ὁμοίως φοβερὰν ἑαυτῷ ὑπολήψεται· καὶ διὰ τοῦτο μακαρίζεται, ὡς οὐδὲν αἱρούμενος παριδεῖν τῶν δεόντων (*Μακάριος γὰρ*, φησὶν, *ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον*· διὰ τί; *ὅτι ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα*). Ἀλλ' οὐδὲ ὁ μισθωτὸς παραβῆναί τι τῶν διατεταγμένων αἱρήσεται. Πῶς γὰρ κομίσεται τὸν μισθὸν τῆς ἐργασίας, μὴ πάντα πληρώσας τὰ συμπεφωνημένα; Καὶ γὰρ ἐὰν ἕν τι λείπῃ τῶν ἀναγκαίων, ἄχρηστον τὸ ἔργον τῷ κεκτημένῳ κατέστησε. Τίς οὖν, μενούσης (1) ἔτι τῆς βλάβης, μισθὸν ὑποτελεῖ τῷ ἀδικήσαντι; Τρίτον ἦν ἡ κατὰ ἀγάπην ὑπηρεσία. Τίς οὖν υἱὸς σκοπὸν ἔχων τὴν τοῦ πατρὸς εὐαρέστησιν, ἐπὶ τοῖς μείζοσιν αὐτὸν εὐφραίνων, τῶν μικροτάτων ἕνεκεν λυπεῖν αἱρήσεται; Οἱ τοίνυν τὰς πλείστας τῶν ἐντολῶν παραβαίνοντες, ἐν ποίῳ μέρει τετάχθαι βούλονται; μήτε ὡς Πατρὶ ὑπηρετοῦντες τῷ Θεῷ, μήτε ὡς μεγάλα ἐπαγγελλομένῳ πειθόμενοι, μήτε ὡς Δεσπότῃ δουλεύοντες.

A tes, ob nostram ipsorum utilitatem mandata explemus, et hoc pacto mercenariis efficimur similes; aut ob ipsum honestum, et amorem illius qui legem nobis dedit, gaudentes quod digni simus habiti, qui tam glorioso ac bono Deo serviamus; et ita demum ut filii afficimur. Neque igitur is qui in timore perficit mandata, semperque desidiæ pœnam veretur, alia quidem quæ sibi præcepta fuerint, exsequetur, alia vero negliget: sed omnis inobedientiæ vindictam sibi ex æquo metuendam suspicabitur. Et idcirco beatus prædicatur qui scilicet nihil eorum quæ ad officium pertineant, prætermittere velit. *Beatus enim vir*, ait, *qui timet Dominum* [11]. Quam ob causam? *quia in mandatis ejus volet nimis* [12]. Sed neque mercenarius quidem quid- B quam eorum quæ præscripta sint, violare volet. Quomodo enim operæ mercedem referet, si pacta omnia non servaverit? Etenim si vel unum ex iis quæ necessaria exstiterint, defuerit, inutile opus possessori reddidit. Ecquis igitur, manente detrimento, mercedem persolvat injuriæ actori? Tertium ministerium erat ob charitatem præstitum. Quis igitur filius, cum ei scopus sit, ut complaceat patri, ipsum in rebus majoribus lætitia afficiens, tristitiam ob res minimi momenti afferre volet? Qui igitur maximam violant mandatorum partem, quo in numero collocari cupiunt? cum neque ut Patri obsequantur Deo, neque ut magna pollicenti pareant, neque ut Domino serviant.

12. Πῶς δὲ τὸν καθ' ἡδονὴν βίον τοῦ κατ' ἐντολὴν προτιμήσαντες, ζωῆς μακαριότητα, καὶ ἰσοπολιτείαν τῶν ἁγίων, καὶ τὰς μετ' ἀγγέλων εὐφροσύνας ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ἑαυτοῖς ὑποθώμεθα; Νηπίας ὄντως φρενὸς τὰ τοιαῦτα φαντάσματα. Πῶς ἔσομαι μετὰ Ἰὼβ, ὁ μηδὲ τὴν τυχοῦσαν θλῖψιν μετ' εὐχαριστίας δεξάμενος; Πῶς μετὰ Δαβὶδ, ὁ μὴ πρὸς τὸν πολέμιον μακροθύμως διατεθείς; Πῶς μετὰ Δανιὴλ, ὁ μὴ μετ' ἐγκρατείας διηνεκοῦς καὶ δεήσεως φιλοπόνου τὸν Θεὸν ἐκζητήσας; Πῶς μεθ' ἑκάστου τῶν ἁγίων, ὁ μὴ τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν περιπατήσας; Τίς οὕτως ἄκριτος ἀθλοθέτης, ὡς τῶν ἴσων ἀξιῶσαι στεφάνων τὸν νικητὴν, καὶ τὸν μηδὲν ἠγωνισμένον; Τίς στρατηγὸς εἰς τὴν μερίδα τῶν σκύλων ἐξ ἴσου ποτὲ τοῖς νενικηκόσι τοὺς μηδὲ φανέντας ἐπὶ τῆς μάχης ἐκάλεσεν; Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ δίκαιος. Δικαίου δὲ, ἡ πρὸς ἀξίαν ἀντίδοσις, καθὼς γέγραπται· *Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς. Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς, ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν.* Ἐλεήμων, ἀλλὰ καὶ κριτής. Ἀγαπᾷ γὰρ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος. Ἔμαθες ἐπὶ τίνας τὸ ἔλεος; *Μακάριοι*, φησὶν, *οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.* Ὁρᾷς, πῶς κεχριμένως κέχρηται τῷ ἐλέῳ, οὔτε ἀκρίτως ἐλεῶν, οὔτε ἀνηλεῶς κρίνων; *Ἐλεήμων*

C 12. Quomodo si vitam voluptariam vitæ quæ juxta mandata degitur, anteponamus, vitæ beatitudinem, et civitatis cum sanctis jus æquale, et cum angelis gaudia in Christi conspectu nobis pollicemur? Sunt animi vere stolidi talia commenta. Quomodo cum Job ero, qui ne levissimam quidem calamitatem cum gratiarum actione pertulerim? Quomodo cum Davide, qui leniter me non gesserim cum adversario? Quomodo cum Daniele, qui assidua abstinentia et sedula precatione Deum non exquisierim? Quomodo cum singulis quibusvis sanctis, qui illorum vestigia secutus non sim? Quis certaminum arbiter ita judicii expers est, ut victorem et eum qui non decertavit, paribus coronis dignos esse censeat? Quis imperator iis qui vicerint, et iis qui D ne comparuerint quidem in pugna, distribuit unquam æqualem spoliorum partem? Deus quidem bonus est, sed est quoque justus. Justi autem est remunerare pro merito, sicut scriptum est: *Benefac, Domine, bonis. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem* [13]. Misericors quidem est, sed et judex. *Diligit enim*, inquit, *misericordiam et judicium Dominus* [14]. Didicistine quinam sint, **513** quorum misereatur? *Beati*, inquit, *misericordes, quoniam ipsi misericor-*

[11] Psal. cxi, 1. [12] ibid. [13] Psal. cxxiv. 4-5. [14] Psal. xxxii, 5.

(1) *Μενούσης*. Minus commode deest ea vox in contextu Basilii. Ibidem legimus ut in contextu τῷ κεκτημένῳ. Editi, τῶν κεκτημένων.

Digitized by Google

diam consequentur [15]. Vides quam considerate utatur misericordia? Neque citra judicium misericors est, neque judicat citra misericordiam. *Misericors* enim *Dominus et justus* [16]. Ne igitur dimidia ex parte Dominum cognoscamus, neque ipsius benignitas ignaviæ nobis occasio sit. Ideo tonitrua, ideo fulmina, ut ne contemnatur bonitas. Qui efficit ut sol oriatur [17], ipse etiam cæcitate multat [18]. Qui imbrem dat [19], etiam ignem pluit [20]. Illa clementiam, hæc severitatem indicant. Aut propter illa diligamus, aut propter hæc timeamus, ne nobis quoque dicatur: *An divitias bonitatis ejus et longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ* [21]. (1) Ecquid mihi proderunt cætera recte facta, si propterea quod fratrem fatuum appellavero, sim gehennæ addicendus? Quam enim utilitatem percipit qui a multis liber est, si vel uno redigitur in servitutem? *Qui* enim, inquit, *facit peccatum, servus est peccati* [22]. Quid etiam cuiquam prodest multorum morborum esse expertem, si ipsius corpus vel ab uno morbo corrumpitur? (2) Qui enim voluntatem Dei facit, sed non ut vult Deus, neque in affectu amoris erga Deum id facit, inutile habet operis studium: nam ait, *Amen dico vobis, quia receverunt mercedem suam* [23]. (3) Itaque primæ tuæ originis si memor non es, o homo, ex persoluto pro te pretio aliquam dignitatis tuæ notionem accipe, ad pretium illud quo commutatus es respice, tuamque agnosce dignitatem. Emptus es pretiosissimo Dei sanguine, peccati ne fias servus. Intellige tuam præstantiam, ut ne jumentis insipientibus assimileris. Quomodo enim vos, qui stultis perniciosisque concupiscentiis servitis velut mancipia, servis imperabitis? Quomodo liberos vestros recte instituetis, qui expertem disciplinæ et ordinis vitam degitis? *Ut enim mihi incumbit necessitas, et væ mihi est*, ut ait Apostolus, *nisi evangelizavero* [24], et justitiam Dei nocte dieque vobis annuntiavero. Ita etiam vobis par periculum, si vel desidiæ vos dederitis, vel remisse et dissolute in iis quæ vobis traduntur tum retinendis, tum opere complendis versemini. *Sermo* enim *quem locutus sum*, ait Dominus, *ille judicabit mundum in extrema die* [25]. (4) Semper enim quod bonum est cupiens, ab eoque semper aberrans, nullam aliam possum eorum quæ fiunt causam invenire, nisi quod persuasum habeo, me veterum peccatorum pœnas persolvere. Ut igitur scientes adversa fronte nobis divinæ Scripturæ sermones, pro tribunali Christi oppositum iri; ita et iis quæ dicuntur, summa cum vigilantia attendamus, et ad opus perducere divina præcepta cum

A γὰρ ὁ *Κύριος καὶ δίκαιος*. Μὴ οὖν ἐξ ἡμισείας τὸν Κύριον γνωρίζωμεν, μηδὲ ἀφορμὴν ῥᾳθυμίας τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν λαμβάνωμεν. Διὰ τοῦτο βρονταὶ, διὰ τοῦτο κεραυνοὶ, ἵνα μὴ καταφρονῆται ἡ ἀγαθότης. Ὁ τὸν ἥλιον ἀνατέλλων, καὶ ἀβλεψίαν καταδικάζει. Ὁ τὸν ὄμβρον διδοὺς, καὶ τὸ πῦρ βρέχει. Ἐκεῖνα τῆς χρηστότητος, ταῦτα τῆς ἀποτομίας. Ἡ δι' ἐκεῖνα ἀγαπήσωμεν, ἢ διὰ ταῦτα φοβηθῶμεν (5), ἵνα μὴ ῥηθῇ καὶ ἡμῖν· *Ἢ τοῦ πλούτου*

B *τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς*. Τί δέ μοι τὸ ὄφελος τῶν ἄλλων κατορθωμάτων, εἰ μέλλοιμι, μωρὸν εἰπὼν τὸν ἀδελφὸν, ἔνοχος γενέσθαι τῇ γεέννῃ; Τί γὰρ ὄφελος τῆς ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐλευθερίας τῷ ὑφ' ἑνὸς κρατουμένῳ εἰς δουλείαν; Ὁ γὰρ *ποιῶν*, φησὶ, *τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας*. Τί δὲ κέρδος τῆς ἐν πολλοῖς ἀπαθείας τῷ ὑφ' ἑνὸς πάθους φθειρομένῳ τὸ σῶμα; Ὁ γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενος, μὴ καθὼς δὲ θέλει ὁ Θεὸς, μηδὲ ἐν διαθέσει τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τοῦτο ποιῶν, ἀνόνητον ἔχει τὴν τούτου σπουδήν. Ἀμὴν γὰρ *λέγω ὑμῖν*, φησὶν, *ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν*. Τοιγαροῦν, εἰ μὴ τῆς πρώτης σεαυτοῦ γενέσεως, ἄνθρωπε, μέμνησαι, ἐκ τῆς καταβληθείσης ὑπὲρ σοῦ τιμῆς λάβε τινὰ τοῦ ἀξιώματος ἔννοιαν· ἀπόβλεψόν σου πρὸς τὸ ἀντάλλαγμα, καὶ γνῶθι σεαυτοῦ τὴν ἀξίαν.

C Τῷ πολυτιμήτῳ αἵματι τοῦ Θεοῦ ἠγοράσθης· μὴ γίνου δοῦλος τῆς ἁμαρτίας. Σύνες σεαυτοῦ τῆς τιμῆς, ἵνα μὴ παρεικασθῇς τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι. Ἕως γὰρ τῶν οἰκετῶν ἄρξετε, αὐτοὶ δουλεύοντες ἐπιθυμίαις ἀνοήτοις καὶ βλαβεραῖς, ὡς ἀνδράποδα; Ἕως τοὺς παῖδας νουθετήσετε, ἀνουθέτητον ζωὴν καὶ ἀδιάτακτον ζῶντες; *Ὥσπερ γὰρ ἐμοὶ ἀνάγκη ἐπίκειται, καὶ οὐαί μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι*, καὶ ἀναγγέλλω τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ νυκτός τε καὶ ἡμέρας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· οὕτω καὶ ὑμῖν ἴσως ὁ ἀγὼν, ἀπορῥῳθυμήσασιν, ἢ ἀτόνως καὶ ἐκλελυμένως πρός τε τὴν φυλακὴν τῶν παραδεδομένων καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων πλήρωσιν διατεθεῖσιν. *Ὁ λόγος γὰρ ὃν ἐλάλησα*, φησὶν ὁ Κύριος, *ἐκεῖνος κρινεῖ τὸν κόσμον ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*. Ἀεὶ μὲν

D γὰρ ἐπιθυμῶν τοῦ καλοῦ, ἀεὶ δὲ ἀποτυγχάνων αὐτοῦ, οὐκ ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἔχω τοῖς γινομένοις ἐπινοεῖν, πλὴν γε δὴ τοῦ πεπεῖσθαι παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἐκτινύειν δίκας. Ὡς οὖν εἰδότες, ὅτι ἀντιπρόσωποι ἡμῖν οἱ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς λόγοι στήσονται ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· οὕτω καὶ προσχῶμεν νηφόντως τοῖς λεγομένοις, καὶ εἰς ἔργον προαγαγεῖν τὰ θεῖα διδάγματα σπουδαίως ἐπειχθῶμεν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἢ ὥρᾳ ὁ Κύριος

[15] Matth. v, 7. [16] Psal. cxiv, 5. [17] Matth. v, 45. [18] IV Reg. vi, 18. [19] Zach. x, 1. [20] Gen. xix, 24. [21] Rom. ii, 4, 5. [22] Joan. viii, 34. [23] Matth. vi, 2. [24] I Cor. ix, 16. [25] Joan. xii, 48.

(1) Ex *Regulis fusius tractatis*, 329.
(2) Ibid.
(3) Ex hom. *in psal.* xlviii, 185.
(4) Ex epist. lix, 153.
(5) *Ἢ διὰ ταῦτα φοβηθῶμεν*. Hæc addita ex codicum altero et contextu.

Digitized by Google

ἡμῶν ἔρχεται. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

studio properemus; quia qua die et hora Dominus noster venturus sit, nobis plane est incertum [26]. Cui quidem gloria, et potestas, in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Η'.

1. Διττός μοι φόβος ἐνέσκηψε τοῖς τῆς διανοίας κόλποις ἐκ τῆς περὶ σὲ ὑποθέσεως. Ἢ γάρ τις ἀσυμπαθὴς τρόπος προκαταρξάμενος εἰς μισανθρωπίας ἔγκλημά με περιῤῥίπτει, ἢ αὖθις συμπαθεῖν ἐθέλοντα, καὶ πρὸς τὰ πάθη μαλακίζεσθαι, κακῶς διατίθησι. Διόπερ καὶ διαχαράττειν μέλλων τουτί μου τὸ γράμμα, τὴν μὲν χεῖρα ναρκῶσαν τοῖς λογισμοῖς ἐνεύρωσα, τὸ δὲ πρόσωπον, ἠπορημένον ἐκ τῆς ἐπὶ σοὶ κατηφείας, ἀλλοιῶσαι οὐκ ἴσχυσα, τοσαύτης μοι ἐπικειμένης αἰσχύνης, ὡς καὶ τὴν τοῦ στόματος σύμπτυξιν παραχρῆμα πίπτειν, τῶν χειλέων μου εἰς κλαυθμὸν ἐκτρεπομένων. Οἴμοι! τί εἴπω, ἢ τί λογίσωμαι, ἐν τριόδῳ (1) ἀπειλημμένος; Ἐὰν ἔλθω εἰς μνήμην τῆς προτέρας σου ματαίας ἀναστροφῆς, ὅτε σοι περιέῤῥει πλοῦτος, καὶ τὸ χαμαιρεπὲς δοξάριον, φρίττω· ἡνίκα εἴπετό σοι κολάκων πλῆθος, καὶ τρυφῆς ἀπόλαυσις πρόσκαιρος μετὰ προφανοῦς κινδύνου καὶ ἀδίκων πόρων· καὶ πῆ μὲν ἀρχοντικοὶ φόβοι διεῤῥίπιζόν σου τὴν τῆς σωτηρίας ὑπόνοιαν, πῆ δὲ δημοσίων θόρυβοι διεσάλευόν σου τὴν ἑστίαν, ἥ τε συνοχὴ τῶν κακῶν ἀπεσφαίριζέ σου τὸν νοῦν πρὸς τὸν δυνάμενόν σοι βοηθεῖν· ἡνίκα κατὰ μικρὸν ἐμελέτας περιβλέπεσθαι τὸν Σωτῆρα, φέροντα μὲν πρὸς ὠφέλειαν τοὺς φόβους, ῥύόμενον δέ σε, καὶ σκέπτοντα, παίζοντα κατ' αὐτοῦ ἐν ταῖς ἑδείαις· ἡνίκα ἐγυμνάζου πρὸς μεταβολὴν σεμνοῦ τρόπου, σκυβαλίζων μέν σου τὴν πολυκίνδυνον περιουσίαν, οἴκου τε θεραπείαν, καὶ συνοίκου ὁμιλίαν ἀπαρνησάμενος. Ὅλος μετάρσιος, ὥσπερ ξένος καὶ ἀλήτης, ἀγροὺς καὶ πόλεις ἐξαμείβων, κατέδραμες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα σοι καὶ αὐτὸς συνδιατρίβων ἐμακάριζον τῶν ἀθλητικῶν πόνων, ὅτε ἑβδομαδικοῖς κύκλοις νῆστις διατελῶν Θεῷ προσεφιλοσόφεις, ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων συντυχίας λόγῳ τροπῆς ὑποφεύγων, καὶ ἡσυχίαν ἑαυτῷ ἁρμόσας, τοὺς πολιτικοὺς θορύβους ἐξέκλινας. Σάκκῳ δὲ τραχεῖ τὸ σῶμά σου διανύττων, καὶ ζώνῃ σκληρᾷ τὴν ὀσφὺν περισφίγγων, καρτερικῶς τὰ ὀστᾶ σου διέθλιβες. Λαγόνας δὲ ταῖς ἐνδείαις κοιλαίνων μέχρι τῶν νωτιαίων μερῶν ὑπεχαύνωσας· καὶ φασκίας μὲν ἀπαλῆς τὴν χρῆσιν ἀπηρνήσω· ἔνδοθεν δὲ τὰς λαπάρας σικύας δίχην ὑφελκύσας, τοῖς νεφριτικοῖς χωρίοις προσκολλᾶσθαι ἐβιάζου. Ὅλην δὲ τὴν τῆς σαρκὸς πιμελὴν ἐκκενώσας, τοὺς τῶν ὑπογαστρίων ὀχετοὺς γενναίως ἐξήρανας, γαστέρα τε αὐτὴν ταῖς ἀσιτίαις συμπτύξας, τὰ πλευριτικὰ μέρη, ὥσπερ τινὰ στέγης ἐξοχήν, τοῖς τοῦ ὀμφαλοῦ μέρεσιν ἐπεσκίαζες. Καὶ συνεσταλμένῳ ὅλῳ τῷ ὀργάνῳ, κατὰ

514 DE PŒNITENTIA.

SERMO VIII.

1. (2) Duplex timor subiit mentis meæ sinus tua causa. Aut enim præoccupans me immisericors quidam animi motus in crimen inhumanitatis conjicit, aut rursus misereri volentem, etiam ut jad vitia remollescam, male convertit. Quare et hanc meam epistolam exaraturus, manum quidem torpescentem ratiocinationibus corroboravi, sed vultum, ex concepta propter te tristitia anxium, mutare non potui; tanto mihi incusso pudore, ut oris etiam flexus, labiis meis in luctum conversis, statim concideret. Hei mihi, quid dicam, aut quid cogitem in trivio constitutus? Si mihi prioris tuæ vanæ vivendi rationis veniat in mentem, cum circumfluerent te divitiæ, ac humi repens gloriola, horreo; cum adulatorum te sequeretur multitudo, fruererisque brevi ac temporaria voluptate, non sine manifesto periculo et iniquo quæstu: et partim quidem magistratuum timor te de salute cogitantem exagitaret; partim vero publicorum negotiorum tumultus tuam interturbarent domum, atque malorum frequentia mentem tuam ad eum, qui opitulari tibi poterat, retorqueret; cum paulatim Servatorem circumspicere meditareris, timores quidem tibi ad tuam utilitatem inferentem, liberantem vero ac protegentem te, qui ei, dum in tuto esses, illuseras; cum te ad innovandos acquirendosque honestos mores exerceres, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, reique familiaris curam et uxoris consuetudinem refugiens. Quin etiam totus sublimis, velut peregrinus et erro, agris et civitatibus peragratis, petisti Jerosolyma, ubi et ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædicabam, cum per septenarios circulos jejunus perseverans Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo vivendi genere tibi parato, civiles tumultus declinares. Præterea corpus tuum cilicio aspero lancinans, et zona dura astringens lumbos tuos, patienter ossa tua atterebas. Quin et ilia inedia concavans, ea usque ad dorsi partes laxa effecisti, atque fasciæ mollis rejecto usu, abdomen intrinsecus cucurbitæ in morem contractum, renibus adhærescere cogebas. Ad hæc, evacuato carnis toto adipe, exsiccasti strenue meatus sub ventre sitos, et ipso ventre inedia coarctato, faciebas ut costatæ partes, tecti quasi quædam eminentia umbram inducerent partibus umbilici. Atque contracto toto organo, nocturnis horis confitens

[26] Luc. XII, 40

(1) *Ἐν τριόδῳ.* Sic ope contextus emendavimus quod erat in editis, ἐν προόδῳ.

(2) Ex epist. XLV, 133.

Digitized by Google

Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Quid autem opus est recensere me singula? Memineris quot sanctorum ora exceperis osculo, quot sacra corpora amplexus sis, quot viri manus tuas velut intaminatas foverint, quot servi Dei velut venerantes confugerint ad genua tua complectentes.

515 2. At horum quis tandem finis? Adulterii fama nuntiati crimen, sagitta velocius pervolans, aures nostras sauciat, acutiore stimulo viscera nostra compungens. Quæ tam artificiosa præstigiatoris versutia in tam perniciosum casum te conjecit? quænam diaboli sinuosa retia te constringentia, virtutis nervos immobiles reddiderunt? quo abiere laborum tuorum narrationes? Sed fortasse æquum non est his fidem adhibere? Et quomodo non ex manifestis ea etiam credemus quæ hactenus abscondita fuerunt? siquidem animas quæ ad Deum confugiebant, juramentis horrendis obstrinxisti, cum tamen nominatim quidquid his voculis *est*, et *non* amplius est, diabolo attribuatur [27]. Itaque simul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor, atque instituti ascetici charactere in contemptum adducto, ad apostolos usque ipsumque Dominum dedecus ac infamiam transmisisti. Dedecorasti castitatis gloriationem, labe aspersisti continentiæ votum, captivorum facti sumus tragœdia, a Judæis et gentilibus res nostræ in scenam et actus deducuntur. Discidisti monachorum studia: diligentiores cautioresque in metum formidinemque conjecisti, adhuc diaboli potestatem admirantes; negligentiores vero ad sequendum incontinentiæ exemplum tradexisti. Dissolvisti, quantum in te fuit, gloriationem Christi, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum* [28], ejusque principem. Craterem dedecoris miscuisti patriæ. Vere implevisti Proverbium, *Velut cervus sagitta ictus in jecore.* Sed quid jam? Non cecidit fortitudinis turris, o frater: non obsorduerunt correctionis ac conversionis remedia: non occlusa est civitas perfugii. Ne in profundo malorum permaneas, nec te tradas homicidæ. Novit Dominus elisos erigere. Ne procul fugias, sed ad nos recurre. Resume iterum labores juveniles, secundis recte factis humi repentem sordidamque voluptatem delens. Respice ad finis diem, ita vitæ nostræ vicinum ac propinquum; et nosce quomodo jam Judæorum et gentilium filii ad Dei cultum compelluntur, nec omnino abneges mundi Servatorem: ne te maxime horribilis illa comprehendat sententia: *Non novi vos, quinam sitis* [29].

3. (1) Unius viri erat prædicatio Joannis, et omnes ad pœnitentiam traxit; tu vero qui per prophetas doceris: *Lavamini, mundi estote* [30]; qui per Psalmos admoneris, *Accedite ad eum, et illuminamini* [31]: qui per apostolos faustum illum nuntium

A τὰς νυκτερινὰς ὥρας ἀνθομολογούμενος τῷ Θεῷ, τοῖς τῶν δακρύων ὀχετοῖς γενειάδα ἐμβροχον καθωμάλιζες. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἕκαστα; Μνήσθητι ὅσα ἁγίων στόματα φιλήματι κατησπάσω· ὅσα ἱερὰ σώματα περιεπτύξω, ὅσοι σου τὰς χεῖρας ὡς ἀχράντους περιέθαλπον· ὅσοι δοῦλοι Θεοῦ, ὥσπερ λάτρεις, ὑπέδραμον τοῖς γόνασί σου περιπλεκόμενοι.

2. Καὶ τούτων τέλος τί; Μοιχικῆς φήμης διαβολὴ, βέλους ὀξύτερον διιπταμένη, τιτρώσκει ἡμῶν τὰς ἀκοὰς, ἀκμαιοτέρῳ κέντρῳ τὰ σπλάγχνα ἡμῶν διανύττουσα. Τίς ἡ τοῦ γόητος τοσαύτη ἔντεχνος ποικιλία εἰς τοσοῦτόν σε περιήγαγεν ὀλέθριον σκέλισμα; ποῖα πολύπλοκα τοῦ διαβόλου δίκτυα περισφίγξαντά σε, τὰς τῆς ἀρετῆς ἐνεργείας ἀκινήτους ἀπήλεγξε; ποῦ μοι τὰ διηγήματα τῶν σῶν πόνων οἴχεται; Ἆρα γὰρ ἀπιστῆσαι ἄξιον; Καὶ πῶς οὐχὶ B ἐκ τῶν ἐναργῶν καὶ τὰ τέως ἀφανῆ εἰς πίστιν δεξόμεθα; εἰ τὰς τῷ Θεῷ προσφυγούσας ψυχὰς φρικτοῖς ὅρκοις κατέκλεισας, ὁπότε παρατετηρημένος τοῦ *ναὶ* καὶ τοῦ *οὔ* τὸ περισσὸν τῷ διαβόλῳ προσνενέμηται. Ὁμοῦ τοίνυν καὶ παρορκίας ὀλεθρίου γέγονας ἔγγυος, καὶ φαυλίσας τῆς ἀσκήσεως τὸν χαρακτῆρα, μέχρι τῶν ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἀνέπεμψας τὸ αἶσχος. Κατῄσχυνας τὸ τῆς ἁγνείας καύχημα, ἐμωμήσω τῆς σωφροσύνης τὸ ἐπάγγελμα, ἐγενόμεθα αἰχμαλώτων τραγῳδία, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι δραματουργεῖται τὰ ἡμέτερα. Διέτεμες φρόνημα μοναχῶν, τοὺς ἀκριβεστέρους εἰς φόβον καὶ δειλίαν ἤγαγες, θαυμάζοντας ἔτι τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν· τοὺς ἀδιαφόρους εἰς ἀκολασίας ζῆλον μετ- C έθηκας. Ἔλυσας, ὅσον ἐπὶ σοὶ, τὸ τοῦ Χριστοῦ καύχημα, *Θαρσεῖτε*, λέγοντος, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*, καὶ τὸν τούτου ἄρχοντα. Ἐκέρασας τῇ πατρίδι κρατῆρα δυσφημίας. Ὄντως εἰς ἔργον ἦγες τὰς Παροιμίας· *Ὡς ἕλαφος τοξευθεὶς εἰς τὸ ἦπαρ.* Ἀλλὰ τί νῦν; Οὐ πέπτωκεν ὁ τῆς ἰσχύος πύργος, ἀδελφὲ, οὐκ ἐμωμήθη τὰ τῆς ἐπιστροφῆς φάρμακα, οὐκ ἀπεκλείσθη τοῦ φευκτηρίου ἡ πόλις. Μὴ τῷ βάθει τῶν κακῶν ἐναπομείνῃς· μὴ χρήσῃς σεαυτὸν τῷ ἀνθρωποκτόνῳ. Οἶδεν ἀνορθοῦν κατερ- D ραγμένους ὁ Κύριος. Φεῦγε μὴ μακράν, ἀλλὰ *πρὸς* ἡμᾶς ἀνάδραμε. Ἀνάλαβε πάλιν νεανικοὺς πόνους, δευτέροις κατορθώμασι διαλύων τὴν χαμαίζηλον καὶ γλοιώδη ἡδονήν. Ἀνάνευσον πρὸς τὴν τοῦ τέλους ἡμέραν οὕτω προσεγγίσασαν τῇ ζωῇ ἡμῶν, καὶ γνῶθι, πῶς λοιπὸν Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων παῖδες συνελαύνονται πρὸς θεοσέβειαν, καὶ μὴ ἁπαξαπλῶς ἀπαρνήσῃ τὸν τοῦ κόσμου Σωτῆρα· μή σε ἡ φρικωδεστάτη ἐκείνη καταλάβῃ ἀπόφασις, ὅτι *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, τίνες ἐστέ.*

3. Ἑνὸς ἀνδρὸς ἦν Ἰωάννου τὸ κήρυγμα, καὶ *πάντας* εἶλκε πρὸς τὴν μετάνοιαν· σὺ δὲ, διὰ *προφητῶν* διδασκόμενος· *Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε·* διὰ Ψαλμῶν νουθετούμενος· *Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν καὶ φωτίσθητε·* δι' ἀποστόλων εὐαγγελιζόμε-

[27] Matth. v, 37. [28] Joan. xvi, 33. [29] Matth. xxv, 12. [30] Isa. i, 16. [31] Psal. xxxiii, 6

(1) Ex hom. *in sanctum baptisma*, 114.

Digitized by Google

νος· *Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος*· ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου προσλαμβανόμενος, λέγοντος· *Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· ὀκνεῖς, καὶ βουλεύῃ, καὶ διαμέλλεις. Ἐκ νηπίου τὸν λόγον κατηχούμενος, οὕπω συνέθου τῇ ἀληθείᾳ; πάντοτε μανθάνων, οὐδέπω ἦλθες πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν; Πειραστὴς διὰ βίου, κατάσκοπος μέχρι γήρως, πότε γενήσῃ Χριστιανός; πότε σε γνωρίσομεν ὡς ἡμέτερον; Πέρυσι τὸν παρόντα καιρὸν ἐξεδέχου, νῦν πάλιν ἀναμένεις τὸν ἐπιόντα. Ὅρα, μὴ εὑρεθῇς μακροτέρας τῆς ζωῆς τὰς ὑποσχέσεις ποιούμενος. Οὐκ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· μὴ ἐπαγγέλλου τὰ μὴ σά. Ἐπὶ ζωήν σε καλοῦμεν, ἄνθρωπε· τί ἀποφεύγεις τὴν κλῆσιν; ἐπ' ἀγαθῶν μετουσίαν· τί ὑπερβαίνεις τὴν δωρεάν; Βασιλεία οὐρανῶν ἠνοικται· ὁ καλῶν ἀψευδής· ἡ ὁδὸς ῥᾳδία, οὐ χρόνου, οὐ δαπάνης, οὐ πραγματείας χρεία· τί μέλλεις; τί ἀναδύῃ, τί φοβῇ τὸν ζυγὸν, ὥσπερ δάμαλίς τις ἀπειρόζυγος; Οὐ τρίβει τὸν αὐχένα, ἀλλὰ δοξάζει. Οὐ γὰρ δεσμεῖται ἡ ζεύγλη περὶ τὸν τράχηλον, αὐτεξούσιον ἐπιζητεῖ τὸν ὑφέλκοντα. Ὁρᾷς, ὅτι κατηγορεῖται Ἐφραὶμ, ὡς παροιστρῶσα δάμαλις, ὅτι ἄτακτα περιπλανᾶται, τὸν τοῦ νόμου ζυγὸν ἀτιμάζων; Ὑπόθες σου τὸν ἀδάμαστον αὐχένα· γενοῦ ὑποζύγιον τοῦ Χριστοῦ, ἵνα μὴ ἀφειμένος τῆς ζεύγλης, μηδὲ ἐλευθεριάζων τῷ βίῳ, εὐεπιχείρητος ᾖς τοῖς θηρίοις.

4. Εἰ χρυσὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ διένεμον, οὐκ ἄν μοι εἶπες· Αὔριον ἧξω, καὶ αὔριον δώσεις· ἀλλ' ἁπτῆτεις ἂν ἤδη τὴν διανομὴν κατεπείγων, καὶ ἐδυσφόρεις πρὸς τὴν ὑπέρθεσιν. Ἐπεὶ δὲ οὐχ ὕλης εὐχροιαν, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρότητα προτείνεταί σοι ὁ μεγαλόδωρος, προφάσεις πλάττῃ, καὶ αἰτίας ἀπαριθμῇ. Εἰ δοῦλος ἀνθρώπων ἦσθα, προεγράφη δὲ δούλοις ἐλευθερία, οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρους μισθούμενος, καὶ δικαστὰς παρακαλῶν, ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι; Ἢ που καὶ ῥάπισμα, τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν, ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς καταδέχου. Ἐπειδὴ δὲ δοῦλον ὄντα σε οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῆς ἁμαρτίας, καλεῖ πρὸς ἐλευθερίαν ὁ κῆρυξ, ἵνα λύσῃ μέν σε τῆς αἰχμαλωσίας, ἰσοπολίτην δὲ τοῖς ἀγγέλοις ποιήσῃ, καὶ υἱὸν μὲν ἀποδείξῃ τοῦ Θεοῦ, εἰσποιηθέντα διὰ τῆς χάριτος, κληρονόμον δὲ τῶν ἀγαθῶν τοῦ Χριστοῦ· οὕπω λέγεις εἶναί σοι καιρὸν δέξασθαι τὰ διδόμενα. Ὦ τῶν πονηρῶν ἐμποδίων! ὦ τῆς αἰσχρᾶς καὶ ἀτελέστου ἀσχολίας! Ἕως πότε ἡδοναί; ἕως πότε ἡδυπάθειαι; Πολὺν ἐζήσαμεν χρόνον τῷ κόσμῳ, ζήσωμεν λοιπὸν καὶ ἑαυτοῖς. Τί ψυχῆς ἀντάξιον; τί ἰσοστάσιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν; Τίς ἀξιοπιστότερός σοι σύμβουλος τοῦ Θεοῦ; τίς φρονιμώτερος τοῦ σοφοῦ,

audis: *Agite pœnitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu in remissionem peccatorum, et accipietis promissionem Spiritus* [32]; qui ab ipso Domino invitaris, dicente: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* [33]; hæres tamen, deliberasque et cunctaris. A puero fidei rudimentis imbutus, nondum assensisti veritati? semper ediscens, nondum pervenisti ad cognitionem? Per omnem vitam explorator, ad senectutem usque speculator, quando tandem fies Christianus? quando agnoscemus te ut nostrum? Anno superiore hoc tempus præstolabare, nunc rursus exspectas venturum. Cave deprehendaris promissa facere vita longiora. Ignoras quid sequens dies **516** parturus sit; ne promitte quæ tua non sunt. Ad vitam te, homo, vocamus; quid fugis vocationem? ad bonorum participationem; quid donum prætermittis? Apertum est cœlorum regnum; verax est qui vocat; via facilis, non tempore, non sumptu, non labore opus est: quid differs? quid tergiversaris? quid jugum perhorrescis velut juvenca quædam jugum nondum experta? Collum non obterit, sed condecorat. Neque enim jugale vinculum circa collum ligatur, sed ultro ac libere trahentem poscit. Vides incusari Ephraim, tanquam vitulam œstro percitam [34], quod inordinate oberret legis jugum dedecorans? Subde indomitam cervicem tuam: Christi fias jumentum, ut ne jugo solutus liberioremque vitam degens, capi a bestiis facile possis.

4. (1) Quod si aurum Ecclesiæ distribuerem, non utique esses mihi dicturus: Cras veniam, et cras dabis; sed jam exposceres urgens distributionem, et dilationem animo iniquo ferres. Sed quia non materiam pulchre coloratam, sed animæ puritatem tibi offert magnus donorum largitor, comminisceris excusationes, atque causas recenses. Servus hominum si esses, servisque fuisset proposita libertas, nonne ad statam diem occurrisses, conducens patronos, judicesque rogans, ut machinatione omni in manu mittendorum numerum ascribereris? Quin et alapam, postremam servorum plagam, ut in posterum a verberibus liber fieres, acciperes. Quoniam autem servum te non hominum, sed peccati, vocat ad libertatem præco, ut te solvat ex captivitate et ex æquo cum angelis civitate donet, et filium Dei efficiat adoptatum gratia, ac bonorum Christi hæredem: nondum tempus esse hæc dona excipiendi dicis. O impedimenta prava! o turpem et interminatam occupationem! Quousque tandem voluptates? usquequo deliciæ? Viximus multum tempus mundo, reliquum vivamus et nobisipsis. Ecquid animæ æquiparabile? quid regno cœlorum comparandum? Quis tibi consiliarius fide dignior quam Deus? quis prudentior sapiente, aut quis uti

[32] Act. II, 38. [33] Matth. XI, 28. [34] Ose. IV, 16.

(1) Ex homilia *in sanctum baptisma*, 116.

Digitized by Google

lior bono? quis Conditore conjunctior? Nec Evæ profuit serpentis consilio credidisse magis quam Domini. O inepta verba! Non vacat sanari; nondum ostendas mihi lucem; nondum conjungas me regi Nonne hæc aperte loqueris? Imo etiam his absurdiora. Tu enim si esses tributis publicis obnoxius, nuntiareturque undelibet debitoribus rescissio æris alieni: deinde esset qui te per injuriam expertem facere hujus condonationis conaretur; indignareris utique et clamares, ut legitima communis beneficii portione spoliatus. Postquam vero non præteritorum modo condonatio, sed futurorum etiam largitiones prænuntiatæ sunt; te ipse injuria afficiens, quantum ne ullus quidem inimicus imprecatus esset, putasne te convenienter consuluisse, utiliterque tibimetipsi providisse, qui scilicet non admittas condonationem, sed in ære alieno immoriaris? Si multa sunt peccata tua, ne desperes ob multitudinem. *Ubi enim abundavit delictum, superabundavit gratia* [35]; si modo gratiam suscipias. **517** (1) Sin autem parva ac levia, nec ad mortem fuerint peccata tua, cur anxius es de futuro, qui haud ignave præterita pertuleris?

5. Nunc velut in trutina animam tuam, o homo, appendi existima, hinc ab angelis, hinc a dæmonibus attractam. Utris, quæso, dabis cordis momentum? quid apud te vincet? voluptas carnis, an animæ sanctimonia? præsentium oblectatio, an futurorum desiderium? angeline te suscipient, an detinebunt qui jam tenent? In acie duces tesseram tribuunt sub se militantibus, ut et amici facile se invicem inclament, et si in conflictu fuerint cum hostibus commisti, queant citra confusionem sejungi. Agnoscet te nemo, nosterne sis, an hostium, nisi mysticis signis necessitudinem affinitatemque ostenderis, nisi signatum sit super te lumen vultus Domini [36]. Quomodo vindicabit te angelus? quomodo eripiet ex hostibus, nisi agnoverit signaculum? Quomodo dicturus es tu, Dei sum, si notas ac insignia non exhibeas? Thesaurus non obsignatus deripi a furibus facile potest; ovi signo carenti tuto struuntur insidiæ. (2) Si quis medicus promitteret tibi, se artibus quibusdam ac industria juvenem te ex sene facturum esse, nonne desiderares illam adesse diem, in qua teipsum visurus esses ad ætatis vigorem reversum? Sed cum pœnitentia facturam se spondet ac pollicetur, ut anima tua quam vetustate confecisti, ac iniquitatibus rugosam maculosamque reddidisti, ad pristinum florem redeat; aspernaris benefacientem, nec accurris ad promissionem. Itane vero magnum pollicitationis miraculum videre non cupis? quomodo sine matre regeneretur homo? quomodo inveteratus et erroris desideriis corruptus, vigeat rursus, repubescatque et ad verum juventutis

[35] Rom. v 20. [36] Psal. vi, 7.

(1) Ex homilia *in sanctum baptisma*, 117.
(2) Ibid.

ἢ τίς ὠφελιμώτερος τοῦ ἀγαθοῦ; τίς τοῦ κτίσαντος οἰκειότερος; Οὐδὲ τῇ Εὔᾳ συνήνεγκε τῇ τοῦ ὄφεως συμβουλῇ πεισθῆναι μᾶλλον ἢ τῇ τοῦ Δεσπότου. Ὦ τῆς ἀτοπίας τῶν λόγων! οὐκ ἄγω σχολὴν ὑγιᾶναι· μήπω μοι δείξῃς τὸ φῶς· μήπω συνάψῃς τῷ βασιλεῖ. Οὐ ταῦτα λέγεις ἀντικρυς; Μᾶλλον δὲ τὰ τούτων ἀλογιστότερα. Σὺ δὲ, εἰ μὲν ἦς ἐγγεγραμμένος τοῖς δημοσίοις ὀφλήμασι, χρεῶν δὲ ἀποκοπαὶ τοῖς ὑπευθύνοις περιηγγέλθησαν, εἶτά τις ἦν ὁ πρὸς ἐπήρειαν ἅμοιρόν σε ποιῆσαι τῆς συγχωρήσεως ταύτης ἐπιχειρῶν· ἠγανάκτεις ἂν καὶ ἐβόας, ὡς τὸ ἐπιβάλλον σοι μέρος τῆς κοινῆς χάριτος ἀφαιρούμενος. Ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον ἄφεσις τῶν παρελθόντων, ἀλλὰ καὶ δωρεαὶ τῶν μελλόντων προεκηρύχθησαν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀδικῶν, ἃ μηδ' ἂν τῶν ἐχθρῶν σοί τις ἐπηράσατο, οἷα προσηκόντως βεβουλεῦσθαι, καὶ λυσιτελῶς ἐντεθυμῆσθαι περὶ σεαυτοῦ, ὅς γε οὐ δέχῃ τὴν ἄφεσιν, ἀλλ' ἐναποθνήσκεις τοῖς ὀφλήμασιν; Εἰ μὲν πολλά σού ἐστι τὰ ἁμαρτήματα, μὴ ἀθυμήσῃς τῷ πλήθει. *Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις*· ἐὰν δέχῃ τὴν χάριν. Εἰ δὲ μικρὰ καὶ εὐτελῆ, καὶ οὐ πρὸς θάνατόν σου τὰ ἁμαρτήματα, τί ἀγωνιᾷς τὸ μέλλον, ὅς γε οὐκ ἀγεννῶς τὰ παρελθόντα διήνεγκας;

5. Νῦν ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης ἑστάναι νόμιζέ σου τὴν ψυχὴν, ἄνθρωπε, ἔνθεν ὑπ' ἀγγέλων, κἀκεῖθεν ὑπὸ δαιμόνων διελκομένην. Τίσιν ἄρα δώσεις τὴν ῥοπὴν τῆς καρδίας σου τότε; τί παρὰ σοὶ νικήσει; ἡδονὴ σαρκὸς, ἢ ἁγιασμὸς ψυχῆς; ἀπόλαυσις τῶν παρόντων, ἢ τῶν μελλόντων ἐπιθυμία; ἄγγελοί σε παραλήψονται, ἢ καθέξουσιν οἱ κατέχοντες; Ἐπὶ παρατάξεως οἱ στρατηγοὶ τὸ σύνθημα τοῖς ὑπ' αὐτοὺς διανέμουσιν, ἵνα καὶ οἱ φίλοι ῥαδίως ἀλλήλους ἀνακαλῶνται, καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους ἐὰν ταῖς συμπλοκαῖς ἀναμιχθῶσιν, εὐκρινὴς δύνηται ὑπάρχειν ὁ χωρισμός. Οὐδεὶς ἐπιγνώσεταί σε, εἰ ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων, ἐὰν μὴ τοῖς μυστικοῖς συμβόλοις παράσχῃ τὴν οἰκειότητα, ἐὰν μὴ σημειωθῇ ἐπὶ σὲ τὸ φῶς τοῦ προσώπου Κυρίου. Πῶς ἀντιποιηθῇ σου ὁ ἄγγελος; πῶς δὲ ἁφέληται τὸν ἐχθρὸν, ἐὰν μὴ ἐπιγνῷ τὴν σφραγῖδα; Πῶς δὲ σὺ ἐρεῖς, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, μὴ ἐπιφερόμενος τὰ γνωρίσματα; Ἀσφράγιστος θησαυρὸς εὐεπιχείρητος κλέπταις· πρόβατον ἀσημείωτον ἀκινδύνως ἐπιβουλεύεται. Εἴ τις ἰατρῶν ἐπηγγέλλετό σοι, μηχαναῖς τισι καὶ ἐπινοίαις νέον ποιήσειν ἐκ γέροντος, οὐκ ἂν ἐπεθύμησας ἐλθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ σεαυτὸν ὁρᾷν ἔμελλες πρὸς ἀκμὴν ὑποστρέφοντα; Ἐπειδὴ δὲ τὴν ψυχήν σου ἀναθηλήσειν ἐπαγγέλλεταί σοι ἡ μετάνοια, ἣν σὺ ἐπαλαίωσας, καὶ ῥυσὴν αὐτὴν ἐκ τῶν ἀνομιῶν καὶ ἐσπιλωμένην ἀπέδειξας, καταφρονεῖς τοῦ εὐεργέτου, καὶ οὐ προστρέχεις (3) τῷ ἐπαγγέλματι. Οὐκ ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, τί τὸ μέγα θαῦμα τῆς ὑποσχέσεως; πῶς ἄνευ μητρὸς ἀναγεννᾶται ἄνθρωπος; πῶς ὁ παλαιούμενος καὶ φθειρόμενος κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, σφριγᾷ πάλιν καὶ ἀνθεῖ,

(3) *Προστρέχειε*. Codicum alter prima manu, προσέχεις [melius].

Digitized by Google

καὶ εἰς τὸ ἀληθινὸν ἄνθος τῆς νεότητος ἐπανέρχεται; Τοσούτων ἀγαθῶν καὶ τηλικούτων, ἄθλιε, προτιμοτέραν ἄγεις τὴν ἡδονήν; Νοῶ γάρ σου τὴν ὑπέρθεσιν, κἂν περιστέλλῃ τοῖς ῥήμασιν· αὐτὰ βοᾷ τὰ πράγματα, κἂν τῇ φωνῇ σιωπᾷς· Ἔασον ἀποχρήσωμαι τῇ σαρκὶ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν τῶν αἰσχρῶν, ἐγκυλισθῶ τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν, αἱμάξω τὰς χεῖρας, ἀφέλωμαι τὰ ἀλλότρια, δολίως πορευθῶ, ἐπιορκήσω, ψεύσωμαι· καὶ τότε ἡ μετάνοια, ὅταν λῇξίν ποτε τῶν κακῶν ὑποδέξωμαι. Εἰ μὲν οὖν καλὸν ἡ ἁμαρτία, φύλασσε ταύτην εἰς τέλος· εἰ δὲ βλαβερὰ τῷ ποιοῦντι, τί ἐπιμένεις τοῖς ὀλεθρίοις; Οὐ βλέπει Θεὸς τὰ γινόμενα; ἢ οὐ νοεῖ σου τὰ ἐνθυμήματα; ἢ συνεργάζεταί σου ταῖς ἀνομίαις; Ὑπέλαβες γὰρ *ἀνομίαν*, φησὶν, *ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος*. Σὺ δὲ ἀνδρὸς μὲν θνητοῦ φιλίαν πραγματευόμενος, δι' εὐεργεσίας αὐτὸν προσάγῃ, ἐκεῖνα λέγων καὶ πράττων, οἵσπερ ἂν αὐτὸν αἴσθῃ χαίροντα· Θεῷ δὲ προσοικειούμενος, καὶ εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ τάξιν ἐλπίζων παραδεχθήσεσθαι, τὰ ἐχθρὰ τῷ Θεῷ πράττων, καὶ διὰ τῆς τοῦ νόμου παραβάσεως ἀτιμάζων αὐτόν· ἐξ ὧν μάλιστα προσκρούεις, ἐκ τούτων ἐλπίζεις τὴν οἰκειότητα; Ὅρα, μὴ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἀπολυτρώσεως, πλῆθος κακῶν σεαυτῷ συλλεξάμενος, τὴν μὲν ἁμαρτίαν ἀθροίσῃς, τῆς δὲ συγχωρήσεως ἀποτύχῃς. *Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται*. Μὴ ἐμπορεύου τὴν χάριν. Μὴ *εἴπῃς*· Καλὸς μὲν ὁ νόμος, ἀλλ' ἡδίων ἡ ἁμαρτία. Ἡδονὴ ἄγκιστρόν ἐστι τοῦ διαβόλου, πρὸς ἀπώλειαν ἕλκον. Ἡδονή, μήτηρ τῆς ἁμαρτίας· ἡ δὲ ἁμαρτία τὸ κέντρον ἐστὶ τοῦ θανάτου. Ἡδονή, τροφὸς τοῦ αἰωνίου σκώληκος· ἡ πρὸς καιρὸν μὲν καταλεαίνει τὸν ἀπολαύοντα, ὕστερον δὲ πικροτέρας χολῆς ποιεῖται τὰς ἀναδόσεις. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Ὅτε δυνατὸς εἶ ἐν ἔργοις, τὴν νεότητά σου ταῖς ἁμαρτίαις προσαναλίσκεις. Ὅταν ἀποκάμῃ τὰ ὄργανα, τότε προσάγεις αὐτὰ τῷ Θεῷ, ὅτε εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ἔστι χρήσασθαι, ἀλλ' ἀνάγκη κεῖσθαι, διὰ τὸν ἐκ τοῦ χρόνου μαρασμόν, παραλυθέντος τοῦ τόνου. Ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη, οὐ σωφροσύνη, ἀλλ' ἀκολασίας ἀδυναμία. Νεκρὸς οὐ στεφανοῦται· οὐδεὶς δίκαιος, δι' ἀδυναμίαν κακοῦ. Ἕως ἔστι σοι δύναμις, λόγῳ κράτει τῆς ἁμαρτίας· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρετή, ἔκκλισις ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησις ἀγαθοῦ. Ἡ δὲ ἀργία τῆς πονηρίας οὔτε ἐπαίνων αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν, οὔτε κολάσεων ἀξιοῦται. Ἐὰν δι' ἡλικίαν παύσῃ τῆς ἁμαρτίας, τῆς ἀσθενείας ἡ χάρις. Ἐπαινοῦμεν δὲ τοὺς κατὰ προαίρεσιν ἀγαθοὺς, οὐ τοὺς ὑπό τινος ἀνάγκης ἐξειργομένους. Τίς δέ σοι τὸν ὅρον τῆς ζωῆς ἔπηξε; τίς σοι τὴν προθεσμίαν τοῦ γήρως ὥρισε; τίς οὕτως ἀξιόπιστος παρὰ σοὶ τῶν μελλόντων ἐγγυητής; Οὐχ ὁρᾷς νήπια ἀναρπαζόμενα, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ἀπαγομένους; Οὐκ ἔχει μίαν προθεσμίαν ὁ βίος. Τί ἀναμένεις πυρετοῦ σοι δῶρον γενέσθαι τὴν μετάνοιαν, ὅτε οὐδὲ φθέγξασθαι δυνήσῃ τὰ τῆς ἐξομολογήσεως (1) σωτήρια ῥήματα· τάχα δὲ οὐδὲ ἀκοῦσαι καθαρῶς ἐπιτραπήσῃ,

A florem revertatur [37]? Tot ac tantis bonis, o miser, voluptatem ducis potiorem? Novi enim procrastinationem tuam, quanquam eam verbis contegis; clamant res ipsæ, tametsi voce taces: Sine utar corpore ad fruendas turpes libidines, voluter in cœno voluptatum, cruentem manus, diripiam aliena, dolose ambulem, pejerem, mentiar; et tum pœnitentia, cum vitiorum tandem finem fecero. Quod si peccatum bonum est et honestum, illud ad finem usque serva; sin noxium est patranti, quid in exitiosis immoraris? (2) Non videt Deus quæ fiunt? non agnoscit tuas cogitationes? an iniquitates tuas juvat? *Suspicatus es*, inquit, *iniquitatem, quod ero tibi similis* [38]. Tu autem mortalis viri amicitiam cum ambis, beneficiis
B eum allicis, dicisque ea ac facis, quibus gaudere ipsum intelligis; sed Deo conjungi volens, et in filii locum te receptum iri sperans, si interea tamen quæ Deo inimica sunt perpetres, et per legis violationem eum dedecores; unde maxime illum offendis, indene ipsius familiaritatem necessitudinemque tibi polliceris? Vide ne liberationis spe tibi ipse malorum copiam congerens, peccatum quidem coacerves, venia vero priveris. *Deus non irridetur* [39]. **518** Cave abutaris gratia ad quæstum. Ne dixeris: Bona est quidem lex, sed jucundius peccatum. Diaboli hamus voluptas est, trahens ad perniciem. Voluptas est mater peccati: peccatum vero stimulus mortis est [40]. Voluptas
C nutrix est æterni vermis: quæ ad tempus quidem demulcet perfruentem, deinde vero germina felle amariora producit. Quid facis, o homo? Cum idoneus es qui opereris, absumis in peccatis juventutem tuam. Postquam elanguerunt organa, tunc ea Deo offers, cum non amplius potes his ad ullam rem uti: sed ea necesse est torpere, ob diutinam tabem, vigore et robore resoluto. Continentia in senectute continentia non est, sed lasciviendi impotentia. Mortuus non coronatur: nemo ideo justus, quod ei mali faciendi facultas non sit. Vires ac potentia dum tibi suppetunt, fac vincas ratione peccatum. Hoc enim virtus est, declinare a malo, et efficere bonum. Nam cessare a malo, neque laude, neque castigatione ex se dignum
D est. Peccare si desieris ob ætatem, beneficium est infirmitatis. Laudamus autem eos qui animi proposito boni sunt, non eos, qui necessitate aliqua coercentur. Cæterum quis tibi vitæ limitem præfixit? quis certum senectutis terminum tibi definivit? quis sponsor futurorum apud te adeo fide dignus? Annon vides infantes abreptos? annon vides eos qui ætate vigent, abduci atque de medio tolli? Nullum præfinitum tempus vita habet. Quid exspectas, dum febris beneficium tibi sit pœnitentia, quando nec pronuntiare poteris sa-

[37] Ephes. IV, 22. [38] Psal. XLIX, 21. [39] Galat. VI, 7. [40] I Cor. XV, 56.

(1) *Τῆς ἐξομολογήσεως*. Desunt hæc in contextu. (2) Ibid. 118.

Digitized by Google

lutaria confessionis verba, neque forte tibi clare audire licebit, morbo caput ipsum occupante : non manus ad cœlum attollere, non in pedes erigi, non genu flectere ad adorandum, non commode doceri, non accurate confiteri, non credere in Deum, non inimico renuntiare, forte vero, neque intelligenter audire dum initiaberis, cum dubitent qui adsunt, utrum senseris gratiam, an sine sensu quæ aguntur accipias? Imo etiamsi scienter gratiam suscipias, tunc quidem talentum habes, sed lucrum non refers.

6. (1) Ad malefaciendum, fratres, vafer callidusque est diabolus. Intelligit nos homines in præsenti solum tempore vivere ; actionemque omnem in præsenti tempore fieri. Quamobrem hodierna die nobis fraudulenter subrepta, nobis spem crastinæ relinquit. Nonne suggerit ut hodie perpetremus peccatum, suadet autem, ut justitiam in crastinum reservemus? Deinde cum dies crastina venit, rursus accedit malus noster divisor, sibique hodiernum, Domino vero crastinum poscit, atque sic semper præsens quidem per voluptatem subtrahens, futurum vero spei nostræ proponens, imprudentes nos et incautos e vita subducit. (2) Vidi ego aliquando talem callidæ avis astutiam. Nimirum cum pulli ejus essent captu faciles ob teneritudinem, se ipsa objiciebat ut paratam prædam, atque ante venantium manus volitans, neque facile poterat a venatoribus capi, neque spem capiendæ prædæ eis adimebat ; sed interea, dum ipsos spe varie detineret, ac circa se occuparet, fugiendi **519** copiam ac securitatem pullis suis subministravit, ac postremo ipsa quoque simul avolavit. Time ne et tibi similia accidant, qui certa incertorum spe derelinquis. (3) Vide etiam, ne, dum pœnitentiam ex anno in annum, e mense in mensem, e die in diem rejicis, in diem inexspectatam aliquando incidas, cum jam deficiet te vivendi facultas, eritque undique angustia, et afflictio cujuscunque levamenti expers, desperantibus medicis, desperantibus et propinquis, cum crebro et sicco anhelitu pressus vehementi febre internas partes inflammante atque succedente, ingemisces quidem pectore imo, sed qui condoleat reperies neminem ; ac loquere quidem tenue aliquid et remissum : sed non erit qui audiat ; quidquid autem proferes, velut deliramentum contemnetur. Quis te de pœnitentia submonebit alto et gravi sopore ex morbo correptum? Mœrent propinqui, morbum alieni contemnunt : monita quasi perturbationem afferentia negligit amicus, aut forte etiam medicus decipit, nec de teipso desperas ob naturalem vitæ amorem. Astat mors, urgent qui abducant. Ecquis te eripiet? Deus, qui contemptus est, te scilicet tum exaudiet? Tu enim eum nunc

(1) Ibid., 119.
(2) Ibid., 120.
(3) Ibid., 121.
(4) *Πιστεῦσαι Θεῷ*. Contextus συνθέσθαι Θεῷ, *cum Deo pacisci*.
(5) *Ἐπακοῦσαι*. Contextus ἐπακολουθῆσαι.
(6) *Ἥσθετο*. Melius in contextu ἧσθου, et ἔχεις.
(7) *Ἐπιφέρῃ*. Forte ἀποφέρῃ. Edit.

A αὐτῇ τῇ κεφαλῇ ἐνοικούσης τῆς νόσου, οὐ χεῖρας ἄραι εἰς οὐρανὸν, οὐκ ἐπὶ πόδας διαναστῆναι, οὐ κλῖναι γόνυ εἰς τὴν προσκύνησιν, οὐ διδαχθῆναι χρησίμως, οὐχ ὁμολογῆσαι ἀσφαλῶς, οὐχὶ πιστεῦσαι Θεῷ (4), οὐκ ἀποτάξασθαι τῷ ἐχθρῷ, τάχα δὲ, οὐδὲ συνετῶς ἐπακοῦσαι (5) μυσταγωγούμενος, ἀμφιβόλως ὧν τοῖς παροῦσιν, ἆρα ἧσθετο (6) τῆς χάριτος, ἢ ἀναισθήτως ἔχει τῶν γινομένων ; Ὅταν δὲ καὶ ἐπιστημόνως τὴν χάριν δέξῃ, τότε τὸ μὲν τάλαντον ἔχεις, τὴν δὲ ἐργασίαν οὐκ ἐπιφέρῃ (7).

6. Σοφός ἐστι τοῦ κακοποιῆσαι ὁ πονηρὸς, ἀδελφοί· συνορᾷ, ὅτι κατὰ τὸ παρὸν ζῶμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ πᾶσα πρᾶξις κατὰ τὸ ἐνεστὼς ἐνεργεῖται. Τὴν οὖν σήμερον κλέπτων ἡμῶν διὰ τῆς μεθοδείας, τῆς αὔριον ἡμῖν τὰς ἐλπίδας περιαφίησιν. Ἢ γὰρ οὐχὶ τὴν μὲν ἁμαρτίαν σήμερον ποιεῖν ὑποβάλλει, τὴν δὲ δικαιοσύνην εἰς τὴν αὔριον πείθει ἡμᾶς ταμιεύσεσθαι ; Εἶτα ἐπειδὰν ἡ αὔριον ἔλθῃ, πάλιν ἔρχεται ὁ κακὸς συμμεριστὴς ἡμῶν, ἀξιῶν τὴν σήμερον ἑαυτῷ, τὴν δὲ αὔριον τῷ Κυρίῳ· καὶ οὕτως ἀεὶ, τὸ μὲν παρὸν δι' ἡδονῆς ὑφαιρούμενος, τὸ δὲ μέλλον ταῖς ἐλπίσιν ἡμῖν προσαφιεὶς, λανθάνει ἡμᾶς ἀποβουκολῶν τῆς ζωῆς. Τοιαύτην εἶδον ἐγώ ποτε πανουργίαν ὄρνιθος εὐμηχάνου. Εὐαλώτων γὰρ αὐτῆς τῶν νεοττῶν ὑπαρχόντων δι' ἀπαλότητα, ἑαυτὴν προβαλλομένη ὡς ἕτοιμον θήραμα, καὶ ταῖς χερσὶ τῶν ἀγρευόντων ἐνστρεφομένη, οὔτε ἀνώτιμος ἦν ἐκ τοῦ προχείρου τοῖς θηρευταῖς, οὔτε ἀπόγνωσιν αὐτοῖς ἐνεποίει τῆς ἄγρας· ἀλλὰ ταῖς ἐλπίσιν αὐτοὺς ποικίλως παρακατέχουσα, τῇ περὶ αὐτὴν ἀσχολίᾳ, τοῖς νεοσσοῖς τὴν ἄδειαν τῆς φυγῆς πρυεξένησεν, εἶτα τὸ τελευταῖον καὶ αὐτὴ συναπέπτη. Φοβήθητι, μὴ καὶ σὺ τὰ παραπλήσια πάθῃς, ἐν ταῖς τῶν ἀδήλων ἐλπίσι τὰ φανερὰ προϊέμενος. Ὅρα, μήποτε ἐνιαυτὸν ἐξ ἐνιαυτοῦ, καὶ μῆνα ἐκ μηνὸς, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερτιθέμενος τὴν μετάνοιαν, ἐμπέσῃς ποτὲ εἰς ἣν οὐ προσδοκᾷς ἡμέραν, ἡνίκα ἂν ἐπιλείπωσί σε λοιπὸν αἱ τοῦ ζῆν ἀφορμαί· ἀπορία δὲ ἢ πάντοθεν, καὶ θλῖψις ἀπαραμύθητος· ἀπειρηκότων μὲν ἰατρῶν, ἀπειρηκότων δὲ τῶν οἰκείων· ὅτε πυκνῷ ἄσθματι καὶ ξηρῷ συνεχόμενος, πυρετοῦ λάβρου διαιόντος τὰ ἔνδον καὶ ὑποσμύχοντος, στενάζῃς μὲν ἀπὸ μέσης καρδίας, τὸν δὲ συλλυπούμενον οὐχ εὑρήσεις· καὶ φθέγξῃ μέν τι λεπτὸν καὶ ἀδρανὲς, ὁ δὲ ἀκούων οὐκ ἔσται· πᾶν δὲ τὸ λαλούμενον παρὰ σοῦ ὡς παραφροσύνη καταφρονεῖται. Τίς ὑπομνήσει σε περὶ μετανοίας τότε κεκαρωμένον τῷ πάθει ; Οἱ προσήκοντες ἀθυμοῦσιν, οἱ ἔξω τοῦ πάθους καταφρονοῦσιν, ὁ φίλος ὀκνεῖ τὴν ὑπόμνησιν, ὡς ταραχὴν ἐμποιοῦσαν, ἢ που καὶ ἰατρὸς ἐξαπατᾷ, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἀπογινώσκεις διὰ τὸ φύσει φιλόζωον. Ὁ θάνατος παρέστηκεν, οἱ ἀπάγοντες κατεπείγουσι. Τίς ὁ ἐξαιρούμενος ; Θεὸς, ὁ καταφρονηθείς ; Ἀλλ' εἰσακούσεται τότε· σὺ γὰρ αὐτοῦ νῦν εἰσακούεις. Προθεσμίαν

Digitized by Google

δώσει· καλῶς ἐχρήσω τῇ δεδομένῃ. Μηδείς σε ἐξαπατάτω κενοῖς λόγοις. Ἐπιστήσεται γάρ σοι αἰφνίδιος ὄλεθρος, καὶ ἡ καταστροφὴ ὁμοίως καταιγίδι παρέσται. Ἥξει ἄγγελος κατηφὴς, ἁπάγων βιαίως καὶ σύρων σου τὴν ψυχὴν δεδεμένην ταῖς ἁμαρτίαις, πυκνὰ μεταστρεφομένην πρὸς τὰ ὧδε, καὶ ὀδυρομένην ἄνευ φωνῆς, τοῦ ὀργάνου λοιπὸν τῶν θρήνων ἀποκλεισθέντος. Ὦ πόσα σπαράξεις σεαυτόν! πόσα στενάξεις! ἄπρακτα μετανοῶν ἐπὶ τοῖς βουλευθεῖσιν, ὅταν ἴδῃς τὴν φαιδρότητα τῶν δικαίων ἐν τῇ λαμπρᾷ διανομῇ τῶν δώρων, καὶ τὴν κατήφειαν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐν τῷ σκότει τῷ βαθυτάτῳ. Οἷα ἐρεῖς ἐν τῇ ὀδύνῃ τῆς καρδίας σου τότε; Αἴ με! μὴ ἀπορρίψαι τὸ βαρὺ τοῦτο φορτίον τῆς ἁμαρτίας, οὕτω ῥᾳδίας οὔσης τῆς ἀποθέσεως, ἀλλὰ τὸν σωρὸν τῶν κακῶν τούτων ἐφέλκεσθαι. Αἴ με! τὰς κηλῖδας μὴ ἀποπλύνασθαι, ἀλλ' ἐστιγμένον εἶναι ταῖς ἁμαρτίαις. Νῦν ἂν ἤμην μετὰ τῶν ἀγγέλων· νῦν ἂν τοῖς οὐρανίοις ἀγαθοῖς ἐνετρύφων. Ὦ τῶν πονηρῶν βουλευμάτων! διὰ πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, ἀθάνατα βασανίζομαι· δι' ἡδονὴν σαρκὸς, τῷ πυρὶ παραδίδομαι. Δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ. Ἐκαλούμην, καὶ οὐχ ὑπήκουον· ἐδιδασκόμην, καὶ οὐ προσεῖχον· διεμαρτύραντό μοι, ἐγὼ δὲ κατεγέλων. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐρεῖς ἀποκλαιόμενος σεαυτὸν, ἐὰν προαναρπασθῇς τῆς μετανοίας. Ἄνθρωπε, ἢ τὴν γέενναν φοβήθητι, ἢ τῆς βασιλείας ἀντιποιήθητι. Ἐμοὶ δακρύειν ἐπέρχεται, ὅταν ἐνθυμηθῶ, ὅτι τὰ ἔργα τῆς αἰσχύνης προτιμᾷς τῆς μεγάλης δόξης τοῦ Θεοῦ· καὶ διὰ τὸ τῆς ἀκολασίας ἡδὺ, δυσαποσπάστως ἔχων τῆς ἁμαρτίας, τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν σεαυτὸν ἀποκλείεις, ὡς μὴ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ τῆς ἐπουρανίου.

audis. Tempus præfinitum prorogabit : scilicet dato tempore probe usus es. (2) Nemo te seducat inanibus verbis [41]. Nam repentinus tibi imminebit interitus [42], et exitium procellæ simile aderit. Veniet angelus tristis, abducens violenter trahensque animam tuam peccatis vinctam, crebro se ad ea quæ hic sunt convertentem, ac sine voce gementem, occluso jam gemituum ac lamentorum organo. O quam dilaniabis te ipse! quantum ingemisces! sed te tuorum consiliorum frustra pœnitebit, cum videbis hinc hilaritatem justorum de egregia donorum distributione lætantium, illinc mœrorem peccatorum qui in altissimis tenebris jacebunt. Quæ tunc dicturus es in dolore cordis tui? Hei mihi! hoc grave peccati onus, cum id exuere ita facile esset, non abjeci : sed horum malorum acervum traxi. Hei mihi! maculas ac sordes non ablui : sed sum peccatorum notis compunctus. Nunc essem cum angelis : nunc cœlestium bonorum deliciis fruerer. O prava consilia! ob temporariam peccati delectationem æternum excrucior : ob carnis voluptatem igni trador. Justum est judicium Dei : vocabar, et non obediebam : docebar, et animum non attendebam : obtestabantur me, et ego deridebam. Hæc et alia ejusdem generis proferes, deflens temetipsum, si hinc ante pœnitentiam abripiaris. O homo, aut gehennam metue, aut enitere ut regnum adipiscare. Mihi quidem subit lacrymari, cum hoc mecum reputo, quod turpitudinis opera ingenti Dei gloriæ præfers, quodque peccato firmissime inhærens ob libidinis delectationem, a promissis bonis te ipse excludis, sic ut tibi cœlestis illius Jerusalem bona videre non liceat.

7. Βούλεταί σε ἐλεῆσαι, καὶ τῶν αὐτοῦ οἰκτιρμῶν μεταδοῦναι ὁ κριτὴς, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος.* Ἀλλ' ἐὰν μὲν εὕρῃ σε μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ταπεινὸν, συντετριμμένον, πολλὰ μετακλαύσαντα ἐπὶ τοῖς πονηροῖς ἔργοις, τὰ γενόμενα κρυφῇ ἀνεπαισχύντως δημοσιεύσαντα, ξενθέντα ἀδελφῶν συγκαμεῖν σοι πρὸς τὴν ἴασιν, ὅλως ἐλεεινόν σε γενόμενον ἐὰν ἴδῃ, ἄφθονόν σοι τὴν αὐτοῦ ἐλεημοσύνην ἐπιχορηγεῖ· ἐὰν δὲ καρδίαν ἀμετανόητον, φρόνημα ὑπερήφανον, ἀπιστίαν τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, ἀφοβίαν τῆς κρίσεως, τότε ἀγαπᾷ ἐπὶ σοὶ τὴν κρίσιν. Ὡς γὰρ ἰατρὸς ἐμμελὴς καὶ φιλάνθρωπος, καταντλήμασι πρότερον καὶ περιπλάσμασιν ἁπαλοῖς πειρᾶται καταστεῖλαι τὸ οἴδημα· ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ ἀνενδότως καὶ σκληρῶς ἀντιτυποῦντα τὸν ὄγκον, ῥίψας τὸ ἔλαιον (1) καὶ τὴν μαλακὴν ἀγωγὴν, αἱρεῖται λοιπὸν τὴν τοῦ σιδήρου χρῆσιν. Τοὺς γὰρ ἀπὸ πολλῶν πτωμάτων πολλάκις διαναστάντας ἐκ τῆς κατὰ φιλανθρωπίαν χειραγωγίας, εἶτα ὕστερον ὑπὸ τῶν ἀσθενειῶν κρατηθέντας, ἀπειλεῖ παντελῶς

7. (3) Vult tui misereri judex, teque miserationum suarum facere participem, ut ille ait, *Diligit misericordiam et judicium Dominus* [43]. Si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, **520** ac ea quæ clam facta sunt evulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam, uno verbo si commiseratione dignum viderit, abunde tibi suam impertietur misericordiam. Si vero cor pœnitere nescium, mentem superbam, animum futuro sæculo non credentem, ac nullum judicii timorem conspexerit, tunc in te judicium diligit. Ita enim bonus ac humanus medicus fomentis prius ac remediis mollibus tumorem sedare conatur : postquam vero viderit molem nihil remittere, atque induratam reniti ; tum demum rejectis oleo ac molliore curandi ratione, ferri usum adhibet. (4) Iis enim, qui ex multis casibus sæpe misericordiæ divinæ præsidio erecti sunt, ac deinde infirmitatibus succubuere, mina-

[41] Ephes. v, 6. [42] I Thess. v, 3. [43] Psal. xxxii, 5.

(1) *Τὸ ἔλαιον.* Sic contextus. Editi τὸν ἔλεον, *misericordiam.* Infra editi ἀρωγὴν δέ τινα.
(2) Ibid. 121.
(3) Ex hom. *in psal.* xxxii, 134.
(4) Uterque codex indicat commen.. *in Isa.*

Digitized by Google

tur omnino Deus se non remissurum. Ait enim, *Non amplius remittam vobis peccata vestra* [44], (1) indicans se jam sæpenumero similia prius condonasse : siquidem fieri nequit, ut quis sine venia quæ a Deo conceditur, vitæ secundum virtutem instituendæ sese dedat. (2) Vult enim, ut is qui in peccatis quibusdam versatus est, et deinde ad saniorem vitæ rationem pollicetur se recepturum, finem imponat præteritis, factoque post peccata initio quodam, quasi per pœnitentiam reviviscat. Contra, qui isthæc promittit sine ulla intermissione, et jugiter ab his excidit, illum velut penitus desperatum a sua clementia excludit. Non enim qui dicit, *Peccavi*, et postea in peccato perseverat, is confitetur : sed qui ubi juxta Psalmistam peccatum suum deprehendit, illud odit [45]. Quid enim emolumenti affert ægroto mediei cura, quando is qui adversa valetudine utitur, suæ vitæ exitialia conquirit ? Sic qui adhuc peccat, nihil ei utilitatis accedit ex peccatis condonatis : neque qui impurus est, quidquam percipit lucri ex remissis impudicitiæ vitiis.

8. (3) Desine itaque proximi tui vitia explorare ; cave cogitationibus otium dederis alienum morbum inquirendi ; sed ad teipsum perscrutandum converte oculos. Sunt enim nec pauci, qui festucam quidem animadvertunt in oculo fratris, trabem vero in suo ipsorum oculo non vident [46]. Ea quæ extrinsecus sunt ne circumspice, numcubi cujuspiam reprehendendi locum possis invenire, Pharisæum illum imitatus, qui stans se ipse justificabat, ac publicanum habebat despicatui. Imo vero ne intermittas teipsum percontari, nunquid deliqueris cogitatione, nunquid lingua labarit mentem præcurrens, nunquid in manuum operibus factum sit involuntarium. (4) Quemadmodum enim fieri non potest ut quis sanitatem recuperet, nisi depulsus morbus sit : velut ut quis caleſiat, nisi plane sedatum sit frigus ; neque enim hæc simul consistere possunt : similiter et qui bonam vitam agere cupit, eum par est ab omni mali consortio recedere. (5) Non enim temporis diuturnitate, sed animæ affectione pœnitentia dijudicatur. (6) Qui vero ab inani vita recesserunt, et ad diviniorem scipsos exercent, ne apud se, neque seorsim soli se ipsi exerceant ; testibus enim non carere decet vitam ejusmodi, ut extra pravam suspicionem sit posita **521**. (7) Quod si quispiam jam olim inescatus, aut divitiarum pulverem inique apud se coacervavit, earumque curis illigavit animum ; aut lasciviæ scelus quod vix elui potest, naturæ adjunxit ; aut criminibus aliis semet exsatiavit ; is,

A ὁ Θεὸς μὴ ἀφήσειν. *Οὐκέτι* γάρ, φησίν, *ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν*· ἔμφασιν ἡμῖν παρέχων τοῦ πολλάκις ἤδη πρότερον ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις συγκεχωρηκέναι. Χωρὶς γὰρ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀφέσεως, ἐπιδιδόναι τινὰ ἑαυτὸν τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ, ἀμήχανον. Τὸν γὰρ ἔν τισιν ἁμαρτίαις ἐξετασθέντα, εἶτα ἀνατρέχειν ἐπὶ τὸν ὑγιῆ βίον ἐπαγγελλόμενον, βούλεται πέρατι μὲν ὁρίζειν τὰ παρελθόντα, ἀρχὴν δέ τινα ποιεῖσθαι μετὰ τὰ ἡμαρτημένα, οἱονεὶ διὰ τῆς μετανοίας ἀναβιώσκοντα. Συνεχῶς δὲ ταῦτα ἐπαγγελλόμενον, καὶ συνεχῶς αὐτῶν ἀποπίπτοντα, ὡς παντελῶς αὐτὸν ἀπεγνωσμένον, τῆς φιλανθρωπίας ἐκκλείει. Οὐ γὰρ ὁ εἰπὼν, *Ἥμαρτον*, εἶτα ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ, οὗτος ἐξομολογεῖται· ἀλλ' ὁ κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν εὑρὼν τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ μισήσας.

B Τί γὰρ ὄφελος τῷ ἀῤῥωστοῦντι (8) ἡ παρὰ τοῦ ἰατροῦ ἐπιμέλεια, ὅταν τὰ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς ὁ κάμνων ἐπιτηδεύῃ ; Οὕτως οὐδὲν ὄφελος ἀδικημάτων συγχωρουμένων τῷ ἔτι ἀῤῥωστοῦντι, καὶ ἀκολασημάτων ἀφιεμένων τῷ ἔτι ἀκολασταίνοντι.

8. Παῦσαι τοιγαροῦν τὰ τοῦ πλησίον κακὰ περιεργαζόμενος· μὴ δίδου σχολὴν τοῖς λογισμοῖς ἀλλότριον ἐξετάζειν ἀῤῥώστημα· ἀλλ' ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἔρευναν στρέφε σου τὸ ὄμμα (9). Πολλοὶ γὰρ τὸ μὲν κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ κατανοοῦσι, τὴν δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐκ ἐμβλέπουσι. Μὴ τὰ ἔξω περισκόπει, εἶπου τινὸς μῶμον ἐξευρεῖν C δυνηθείης, κατὰ τὸν Φαρισαῖον ἐκεῖνον, ὃς εἱστήκει ἑαυτὸν δικαιῶν, καὶ τὸν τελώνην ἐξουτελίζων. Ἀλλὰ σεαυτὸν ἀνακρίνων μὴ διαλείπῃς, μή τι κατὰ τὰς ἐνθυμήσεις ἥμαρτες, μή τι ἡ γλῶσσα παρώλισθε τῆς διανοίας προεκδραμοῦσα, μὴ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν πέπρακταί τι τῶν ἀδουλήτων. Ὥσπερ γὰρ ἀμήχανον ὑγείαν ἀναλαβεῖν μὴ τῆς νόσου ἀπαλλαγέντα, ἢ ἐν θερμότητι γενέσθαι τὸν μὴ καθαρῶς πεπαυμένον τῆς καταψύξεως (ἀνεπίδεκτα γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις)· οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα ἐν ἀγαθῷ βίῳ γενέσθαι, πάσης προσήκει τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν συναφείας ἀπαλλαγῆναι· οὐ γὰρ χρόνου ποσότητι, διαθέσει δὲ ψυχῆς ἡ μετάνοια κρίνεται. Οἱ δὲ χωρισθέντες τοῦ κενοῦ βίου, καὶ πρὸς τὴν θειοτέραν ζωὴν ἑαυτοὺς ἀσκοῦντες, μὴ ἐφ' ἑαυτοὺς, μηδὲ καταμόνας D ἀσκείσθωσαν· ἐμμάρτυρον γὰρ εἶναι προσήκει τὸν τοιοῦτον βίον, ὡς ἂν ἐκτὸς εἶναι πονηρᾶς ὑποψίας. Καὶ εἴ τις πάλαι δελεασθεὶς, ἢ πλούτου κόνιν ἐξ ἀδικίας ἐφ' ἑαυτὸν συνεφόρησε, καὶ τὸν νοῦν ταῖς τούτων μερίμναις κατέδησεν· ἢ μύσος ἀσελγείας προσῆψε τῇ φύσει δυσέκνιπτον· ἢ τῶν ἄλλων ἐγκλημάτων ἐπλήρωσεν ἑαυτόν· οὗτος, ὡς ἔτι καιρὸς, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ἀποθέσθω τῶν φορτίων τὰ

[44] Isa. I, 14. [45] Psal. XXXI, 5. [46] Matth. VII, 3.

(1) Ex comment *in Isa.*, 407
(2) Ibid. 408.
(3) Ex hom. in illud : *Attende tibi ipsi*, 21.
(4) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 153
(5) Ex epist. CLXXXVIII, can. 2, et ep. CXVIII, can. 84.
(6) Uterque codex indicat comment. *in Isa.*
(7) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 168.
(8) Ἀῤῥωστοῦντι. Contextus ἀδικοῦντι.
(9) Τὸ ὄμμα. In contextu additur τῆς ψυχῆς.

Digitized by Google

πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων, ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε. Τὰ χρήματα ἐκβληθέντα καλῶς, οὔτε ἀπόλλυται τοῖς ἐκβάλοῦσι καὶ ῥίψασιν· ἀλλ' ὥσπερ εἰς ὁλκάδας ἄλλας ἀσφαλεστέρας τινὰς τὰς τῶν πενήτων μεταθέντα γαστέρας, διασώζεται, καὶ φθάνει πρὸς λιμένας ἐλθόντα, καὶ φυλάττεται τοῖς ἐκβαλοῦσι κόσμος.

dum adhuc tempus est, antequam ad integrum exitium perveniat, deponat majorem sarcinarum partem, et priusquam navis submergatur, mercium indecore congestarum ejectionem faciat. (4) Neque vero pecuniæ probe ejectæ pereunt effundentibus ac projicientibus; sed quasi in alias quasdam onerarias naves tutiores, pauperum videlicet ventres, exportatæ conservantur, et ad portus perveniunt, custodiunturque jacientibus, quibus ornamento sunt.

9. Τὰ γὰρ χρόνῳ κρατυνθέντα πάθη πρῶτον μὲν χρόνου δεῖται πρὸς τὴν διόρθωσιν· ἔπειτα ἰσχυρᾶς καὶ εὐτονωτέρας διαγωγῆς, εἰ μέλλοι τις τοῦ βάθους αὐτοῦ καθικνεῖσθαι, ὥστε πρόῤῥιζα ἐξελεῖν τὰ χρόνῳ μακρῷ ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥιζωθέντα. Τοιαύτη ἡ ἐμμελὴς τῶν Νηνευϊτῶν μετάνοια, καὶ ἡ σοφὴ καὶ πεπυκνωμένη θλῖψις ἐκείνη, ἥτις οὐδὲ τὰ ἄλογα ἀσυνετελῆ τῆς τιμωρίας ἀφῆκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὰ βοᾶν ἐξ ἀνάγκης ἐμηχανήσατο. Ἐχωρίσθη γὰρ τῆς βοὸς ὁ μόσχος, ἀπηλάθη τῆς μητρῴας θηλῆς ὁ ἀρνειός· παιδίον ἐπιμάζιον οὐκ ἦν ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἀγκάλαις ἐπιδεικνύναι· φωναὶ δὲ παρὰ πάντων οἰκτραὶ ἀλλήλαις ἀντιβοῶσαι καὶ ἀντηχοῦσαι. Τὰ τέκνα λιμώττοντα τὰς πηγὰς ἐζήτει τοῦ γάλακτος· αἱ μητέρες τῷ φυσικῷ πάθει διακοπτόμεναι, συμπαθέσι φωναῖς ἀνεκαλοῦντο τὰ ἔγγονα· τὰ βρέφη κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον λιμώττοντα, σφοδροτάτῳ κλαυθμῷ ἀνεῤῥήγνυντο καὶ ἀπέσπαιρον· αἱ τεκοῦσαι ταῖς φυσικαῖς ἀλγηδόσι κατεκεντοῦντο τὰ σπλάγχνα. Ὁ πρεσβύτης ἐπ' ἐκείνων ἐθρήνει, καὶ τὴν πολιὰν ἔτιλλε καὶ ἐσπάραττεν. Ὁ νεανίσκος καὶ ἀκμάζων, σφοδρότερον ἀπωδύρετο· ὁ πένης ἐστέναζεν· ὁ πλούσιος ἐπιλαθόμενος τῆς τρυφῆς, ἤσκει τὴν κακοπάθειαν ὡς σώφρονα. Ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν εἰς αἰσχύνην μετέβαλεν. Ἀπέθετο τὸν στέφανον, καὶ κόνιν τῆς κεφαλῆς (1) κατεχέετο· τὴν ἁλουργίδα ῥίψας, σάκκον μετημφιάσατο· τὸν θρόνον τὸν ὑψηλὸν ἀφεὶς καὶ μετέωρον, ἐλεεινῶς τῇ γῇ προσεσύρετο· τὴν ἰδιάζουσαν καὶ βασιλικὴν καταλιπὼν εὐστάθειαν (2), συνεθρήνει τῷ δήμῳ· εἷς ἐγένετο τῶν πολλῶν, ὅτε τὸν κοινὸν πάντων Δεσπότην ἔβλεπεν ὀργιζόμενον. Τοῦτο δούλων εὐαισθήτων φρόνημα. Τοιαύτη τῶν ἁμαρτίαις ἐνεχομένων ἡ μετάνοια· ἵνα διὰ πάσης ἡλικίας ἡ σκυθρωπότης κρατήσῃ, αἰσθομένης τε καὶ ἀναισθήτου, τῆς μὲν κατὰ προαίρεσιν, τῆς δὲ κατ' ἀνάγκην. Διὰ τοῦτο ἰδὼν αὐτοὺς ὁ Θεὸς οὕτω ταπεινωθέντας, ὡς ἐπὶ ὑπερβαίνουσαν ἑαυτῶν ταλαιπωρίαν παγγενῆ κατακρίναντας, καὶ τὸ πάθος ἠλέησε, καὶ τῆς τιμωρίας ἀνῆκε, καὶ τὸ χαίρειν ἐδωρήσατο τοῖς εὐαισθήτως πενθήσασιν. Ἴδιον γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τὸ μὴ σιωπῇ τὰς κολάσεις ἐπάγειν, ἀλλὰ προκηρύσσειν, διὰ τῶν ἀπειλῶν προκαλούμενος (3) εἰς μετάνοιαν τοὺς ἡμαρτηκότας· οὕτω γὰρ

9. (5) Tempore corroborata mala primum quidem tempore indigent ut sanentur; deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut radicitus evellantur quæ longo tempore in animis radices egerunt. (6) Haud absimilis fuit summa illa absolutaque Ninivitarum pœnitentia, atque prudens vehemensque eorum afflictatio, quæ ne bruta quidem animantia a pœnis immunia exemit: sed ea etiam necessario clamare artificio quodam adegit. Separatus namque est vitulus a vacca, semotus est a materno ubere agnus, puer lactens in maternis ulnis minime conspiciebatur; voces vero emittebantur ab omnibus miserabiles, vicissim clamantes, ac resonantes. Partus esurientes lactis fontes quærebant; matres naturali affectione discerptæ, vocibus commiserationem suam significantibus revocabant fetus. Eumdem ad modum infantes fame laborantes, ejulatu vehementissimo frangebantur, palpitabantque, et matrum viscera naturalibus doloribus compungebantur. Inter illos flebat senex, et canos vellebat, discerpebatque. Adolescens, et qui florenti ætate erat, vehementius lamentabatur; ingemiscebat pauper; dives, deliciarum oblitus, afflictationi ut bonæ se dedebat. Rex ipsorum splendorem gloriamque transmutavit in verecundiam. Deposita corona, caput cinere inspersit; purpura abjecta, induit saccum: throno alto et sublimi derelicto, miserabili habitu humi repebat: repudiata propria ac regia gravitate, lugebat cum populo, unus e multis factus et plebeius, quod communem Dominum omnium videret iratum. Hæc est servorum sensu præditorum prudentia: talis hominum peccatis implicitorum pœnitentia, ut tristitia occuparet ætatem omnem, tum sentientem, tum non sentientem, illam sponte, hanc præter voluntatem. Propterea cum vidisset Deus ipsos sic humiliatos, ut condemnarent seso ad gravissimas mulctas omnis generis, et doloris eorum misertus est, et pœnam remisit, et gaudium iis qui sano consilio luxerant, largitus est. (7) Proprium est enim Dei in homines amoris nequaquam silentio pœnas irrogare: sed eas prænuntiare, per minas peccatores provocando ad pœnitentiam: qua

(1) *Τῆς κεφαλῆς*. Editi, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Melius in contextu quem secuti sumus.

(2) *Εὐστάθειαν*. Haud paulo melior hæc scriptura, quam quod in ipso contextu εὐπάθειαν.

(3) *Προκαλούμενος*. Contextus προκαλουμένου. Uterque codex προσκαλούμενος.

(4) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 168.

(5) Ex epist. CLVI, 245.

(6) Ex hom. *in famem*, etc., 65.

(7) Ex comment. *in Isa.*, 480.

Digitized by Google

C et illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit? Verum nostra non fiunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri [77]. Quare si quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit [78]? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, neque id quod factum est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei judicium.
D Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius judicia exploremus. Nunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater [79] septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit: sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi, Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines. Afflictio magna, fateor et ego: sed et magna a Domino præmia patientibus

10. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον ἐμοὶ, καὶ μὴ καὶ πρὸς σὲ, τὴν ἐκείνου μητέρα, τὸν λόγον τρέψαι. Οἶδα γὰρ ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγχνα· καὶ λογίζομαι, πόσην εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι τὴν ἀλγηδόνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ηὔξαντο τοὺς ἑαυτῶν τοιούτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς τῇ ζῇ
C κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ τῆς πατρίδος ἐγένετο· ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὥσπερ ἐρείσματος ὑφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὦ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἴσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὦ γῆ τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἔφριξε τάχα καὶ ὁ ἥλιος, εἴ τις αἴσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει; Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει ἄνευ θελήματος τοῦ
D Πατρὸς ἡμῶν. Ὥστε εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ γενόμενον διορθούμεθα, καὶ ἑαυτοὺς προσαπόλλυμεν. Μὴ κατηγορήσωμεν τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀμαθεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰ ἄῤῥητα αὐτοῦ κρίματα δοκιμάζειν. Νῦν σου λαμβάνει τὴν δοκιμὴν ὁ Κύριος τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης· νῦν σοι πάρεστι καιρὸς διὰ τῆς ὑπομονῆς τὴν μερίδα τῶν μαρτύρων λαβεῖν. Ἡ τῶν Μακκαβαίων μήτηρ ἑπτὰ παίδων εἶδε θάνατον, καὶ οὐκ ἀνεστέναξεν, οὐδὲ ἀφῆκεν ἀγεννὲς δάκρυον· ἀλλ' εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, ὅτι ἔβλεπεν αὐτοὺς πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ ταῖς χαλεπωτάταις αἰκίαις τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς λυομένους, εὐδόκιμος μὲν παρὰ Θεῷ, ἀοίδιμος δὲ παρὰ ἀνθρώ-

[77] Matth. x, 29. [78] Rom. ix, 19. [79] II Machab. vii, 20.

(1) Ex epist. vi, 78.

Digitized by Google

ποις ἐκρίθη. Μέγα τὸ πάθος, φημὶ κἀγώ· ἀλλὰ μεγάλοι καὶ οἱ παρὰ τοῦ Κυρίου μισθοὶ τοῖς ὑπομένουσιν ἀποκείμενοι. Ὅτε ἐγένου μήτηρ, καὶ εἶδες τὸν παῖδα, καὶ ηὐχαρίστησας τῷ Θεῷ, ᾔδεις πάντως, ὅτι θνητὴ οὖσα θνητὸν ἐγέννησας. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Ἀλλὰ λυπεῖ ἡμᾶς τὸ παρὰ καιρόν. Ἄδηλον, εἰ μὴ εὔκαιρον τοῦτο· ἐπειδὴ ἡμεῖς, καὶ ἐκλέγεσθαι τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὁρίζειν προθεσμίαν ἀνθρωπίνης ζωῆς, οὐκ ἐπιστάμεθα. Περίβλεψαι τὸν κόσμον ἅπαντα, ἐν ᾧ κατοικεῖς· καὶ ἐννόησον, ὅτι πάντα θνητὰ τὰ ὁρώμενα· καὶ πάντα φθορᾷ ὑποκείμενα. Ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανόν, καὶ οὗτός ποτε λυθήσεται· πρὸς τὸν ἥλιον, οὐδὲ οὗτος διαμενεῖ· οἱ ἀστέρες σύμπαντες, ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, τὰ περὶ γῆν κάλλη, αὐτὴ ἡ γῆ, πάντα φθαρτὰ, καὶ πάντα μικρὸν ὕστερον οὐκ ἐσόμενα. Ἡ τούτων ἔννοια, παραμυθία ἔστω τοῦ συμβεβηκότος. Μὴ καθ' ἑαυτὸ μέτρει τὸ πάθος· ἀφόρητον γὰρ οὕτω φανεῖταί σοι· ἀλλὰ τοῖς ἀνθρωπίνοις πᾶσι συγκρίνουσα, ἐντεῦθεν εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἰσχυρὸν ἔχω· Φεῖσαι τοῦ ὁμοζύγου· ἀλλήλοις γένεσθε παραμυθία· μὴ ποιήσῃς αὐτῷ χαλεπωτέραν τὴν συμφορὰν, τῷ πάθει ἑαυτὴν καταναλίσκουσα.

11. Ὕποπτον γὰρ ἡμῖν ἐστι τὸ ἄγαν σου φιλότεκνον, μήποτε ἔκδοτον δῷς σαυτὴν τῷ πάθει, δι' ἀπαλότητα ἠθῶν βαθεῖαν τὴν πληγὴν δεξαμένη τῆς λύπης. Οὐδὲν γὰρ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ὡς λυπηρὸν ὑποδέχεσθαι χρὴ, κἂν πρὸς τὸ παρὸν ἅπτηται τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ τοὺς λόγους ἀγνοοῦμεν, καθ' οὓς ἕκαστον τῶν γινομένων ὡς καλὸν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἡμῖν ἐπάγεται· ἀλλ' ἐκεῖνο πεπεῖσθαι ὀφείλομεν, ὅτι πάντως συμφέρει τὸ γινόμενον, ἢ ἡμῖν διὰ τὸν τῆς ὑπομονῆς μισθὸν, ἢ τῇ παραληφθείσῃ ψυχῇ, ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον τῇ ζωῇ ταύτῃ ἐπιβραδύνασα, τῆς ἐμπολιτευομένης τῷ βίῳ κακίας ἀναπλησθῇ. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐλπὶς περιώριστο, εἰκότως χαλεπὸν ἂν ἐνομίσθη τὸ θᾶττον διαζευχθῆναι τοῦ σώματος· εἰ δὲ ἀρχὴ τοῦ ἀληθινοῦ βίου τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσίν ἐστι τὸ τῶν δεσμῶν τούτων τῶν σωματικῶν τὴν ψυχὴν ἐκλυθῆναι, τί λυπούμεθα, ὡς καὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; Ἀλλ' ἀνδρὸς φιλτάτου στέρησις ἀνυπομόνητόν σοι τὴν συμφορὰν ἐμποιεῖ. Κἀγὼ συντίθημι. Ὅτι μὲν γὰρ λυπηρὰ συμφορὰ τοῦ πάθους τοῦ κατὰ τὸν ἄριστον τῶν ἀνδρῶν ἐκεῖνον, ἅπαντες ἴσμεν. Πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐστὶ λιθίνην ἔχων τὴν καρδίαν, ὃς εἰς πεῖραν ἀφικόμενος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, εἶτ' ἀκούσας αὐτὸν ἀθρόον ἐξ ἀνθρώπων ἁναρπασθέντα, οὐχ ὡς κοινὴν ζημίαν τοῦ βίου τὴν τούτου στέρησιν ἐλογίσατο. Εἰ δὲ τοῖς πόρρω τῆς οἰκειότητος οὕτω βαρὺ καὶ δύσφορον τὸ συμβὰν, πῶς εἰκὸς ὑπὸ τοῦ πάθους τὴν σὴν διατεθῆναι ψυχὴν, οὕτως ὑποκειμένην τῷ πάθει, ὥστε οἱονεὶ διχοτομίας τινὸς αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ τοῦ φιλτάτου χωρισμῷ τελευτήσαντος; Καὶ γὰρ οὐχ ἧττόν ἐστιν ἀλγεινὴ ἡ τοιαύτη διάζευξις, ἢ εἰ τὸ ἥμισυ

A reposita. Mater cum effecta es **539**, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo, plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum: nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas, et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cœlum, et illud ipsum aliquando dissolvetur: ad solem, ne ille quidem permanebit; stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogita-
B tio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris: ita enim tibi videbitur intolerabilis: sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo: Parce marito: alter alteri solamen estote: ne facias ei graviorem calamitatem, dolore te ipsa conficiens.

11. (1) Sed tamen suspectus mihi est ingens tuus filii amor, ne forte mœrori te dedas, ob simplicitatem morum profundam plagam recipiens doloris. (2) Nihil eorum quæ nobis accidunt, ut molestum accipere oportet, etiamsi in præsentia infirmitatem nostram tangat. Etsi enim rationes ignoramus, ob
C quas unumquodque eorum quæ contingunt, veluti bonum a Domino nobis exhibetur: tamen hoc nobis persuasum esse debet, omnino utile esse quod evenit: sive nobis, ob patientiæ mercedem: sive animæ assumptæ, ne diutius in hac vita immorans, vigente in hoc mundo malitia repleretur. Si enim hac vita circumscriberetur Christianorum spes, non immerito sane molestum videretur citius a corpore disjungi: sin autem veræ vitæ initium est, iis qui secundum Deum vivunt, animæ e corporis vinculis solutio, quid tristitia afficimur, sicut et ii qui spem non habent? (3) At viri charissimi privatio intolerabilem tibi calamitatem facit. Et ego
D assentior. Tristem enim esse calamitatem, optimi illius viri casum, omnes scimus. Nam profecto nemo ita corde lapideo, ut virum illum expertus ac deinde audiens ex hominibus subito ereptum esse, non commune humanæ vitæ damnum illius jacturam existimaverit. Quod si his qui non sunt affinitate conjuncti, id quod accidit adeo grave et ad perferendum difficile: quomodo verisimile sit animam tuam in hoc casu affici, quæ ipsi ita est subjecta, ut veluti bipartitam quamdam sectionem in conjugis separatione senserit? (4) Ejusmodi enim separatio non minus habet doloris, quam si media nostri corporis pars discinderetur. Ac tri-

(1) Ex epist. CCLXIX, 415.
(2) Ex epist. CI, 197.
(3) Ex epist. CCCIII, 458.
(4) Ibid., 459.

Digitized by Google

stia quidem ejusmodi, et his majora; sed quæ in his quæ evenerunt consolatio? Primum quidem vigens illa ab initio lex Dei nostri, necesse omnino esse, ut quisquis natus fuerit, stato tempore de vita exeat. Si igitur sic res humanæ ab Adam ad nostra usque tempora constitutæ sunt, communes naturæ **540** casus animo iniquo ne feramus, sed Domini erga nos dispensationem amplectamur. (1) Ac semper quidem utilis Scripturarum doctrina, sed maxime ejusmodi temporibus. Memento igitur latæ a Creatore nostro sententiæ, per quam quotquot ex terra orti sumus, in terram reverstimur [80]: nec quisquam ita magnus, ut dissolutioni non sit obnoxius. Admirandus ille vir erat quidem eximius et magnus, et corporis robori parem habens animi virtutem, fateor et ego; nemini sane in utroque secundus, sed tamen homo erat, et mortuus est, ut Adam, ut Noe, ut Abraham, ut Moses, ut alius quivis, quem ejusdem naturæ participem nominaveris. (2) Unum enim revera exemplar naturæ humanæ virum illum Conditor noster creaverat; unde omnes in eum conjiciebantur oculi, et lingua omnis res illius prædicabat; pictores autem et statuarii formæ dignitatem assequi non poterant; historici vero, dum res præclare in bello gestas referunt, in fabularum incredibilium incommodum incidunt. Quare ne adduci quidem plerique poterant, ut famæ tristem illum nuntium circumferenti crederent, aut omnino mortuum esse talem virum faterentur. Sed tamen perpessus est, quæ et cœlo et soli et terræ accident. (3) Ita igitur dolori moderare, ut neque illum animo projicias, neque a tristitia absorbearis.

12. (4) Eos autem, qui dum vivunt, mutuo conjunguntur, ac deinde morte a se invicem divelluntur, viatoribus cogita non esse absimiles, unam et eamdem euntibus viam, et propter continuam inter se confabulationem necessitudine atque consuetudine devinctis. Hi post emensum iter commune, ubi sectam viam repererint, necessitate jam cogente ut alter ab altero separetur, nequaquam consuetudine detenti negligunt quod sibi proposuerant: sed causam quæ se initio compulit, in memoriam revocantes, ad suam quisque metam contendunt. Quemadmodum igitur his alius erat viæ scopus, intercessit autem ex consuetudine inter ipsos, cum iter facerent, necessitudo quædam ac familiaritas: sic etiam iis qui nuptiis aut alia quapiam vitæ societate conjuncti sunt, fuit procul dubio præstitutus proprius quidam vitæ terminus; sed tamen ipsos inter se conjunctos prædefinitus vitæ finis necessario separavit ac sejunxit. (5) Itaque grati animi fuerit non ægre ferre

A ἡμῶν τοῦ σώματος ἀπερρήγνυτο. Ἀλλὰ τὰ μὲν λυπηρὰ τοιαῦτα, καὶ μείζω τούτων· ἡ δὲ ἐπὶ τούτοις παραμυθία τίς; Ἡ ἐξ ἀρχῆς κεκρατηκυῖα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν νομοθεσία· τὸ χρῆναι πάντως τὸν εἰς γένεσιν παρελθόντα, τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἀπιέναι τοῦ βίου. Εἰ οὖν οὕτως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρις ἡμῶν τὰ ἀνθρώπινα διατέτακται, μὴ ἀγανακτῶμεν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως ἡμῶν παθήμασιν, ἀλλὰ καταδεχώμεθα τὴν ἐφ' ἡμῖν τοῦ Δεσπότου οἰκονομίαν. Πάντοτε μὲν γὰρ χρήσιμον τὸ τῶν Γραφῶν διδασκαλεῖον, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων καιρῶν. Μνήσθητι τοίνυν τῆς τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ἀποφάσεως, δι' ἧς πάντες οἱ ἐκ τῆς γῆς φύντες, πάλιν εἰς τὴν γῆν ὑποστρέφομεν· καὶ οὐδεὶς οὕτω μέγας, ὥστε βελτίω φανῆναι τῆς διαλύσεως. Καλὸς μὲν οὖν καὶ μέγας ὁ θαυμα-
B στὸς ἐκεῖνος, καὶ ἐφάμιλλος τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετήν, φημὶ κἀγώ· οὐμενοῦν ἔχων ὑπερβολὴν εἰς ἑκάτερα, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος, καὶ τέθνηκεν, ὡς Ἀδάμ, ὡς Νῶε, ὡς Ἀβραάμ, ὡς Μωϋσῆς, ὡς ὁντινα ἂν εἴπῃς τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως μετασχόντων. Ἐν τῷ ὄντι ὑπόδειγμα τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ὁ κτίσας ἡμᾶς ἐδημιούργησεν· ὥστε πάντες μὲν ὀφθαλμοὶ πρὸς αὐτὸν ἐφέροντο· πᾶσα δὲ γλῶσσα τὰ κατ' αὐτὸν διεξῄει· γραφεῖς δὲ καὶ πλάσται τῆς ἀξίας ἀπελιμπάνοντο· ἱστορικοὶ δὲ ἄνδρες, τὰ κατ' ἀρετὴν ἀνδραγαθήματα διηγούμενοι, πρὸς τὴν τῶν μύθων ἐκπίπτουσιν ἀπιστίαν. Ὅθεν οὐδὲ πιστεύειν ἠνείχοντο οἱ πολλοὶ τῇ φήμῃ τὴν σκυθρωπὴν ἀγγελίαν περιαγούσῃ, οὐδὲ
C καταδέχεσθαι ὅλως, ὅτι τέθνηκεν ὁ τοιοῦτος. Ἀλλ' ὅμως πέπονθεν ἃ καὶ οὐρανῷ καὶ ἡλίῳ καὶ γῇ συμβήσεται. Οὕτω τοίνυν τὸ πάθος μέτρησον, ὡς μήτε ἐκβαλεῖν τῆς καρδίας, μήτε καταποθῆναι ὑπὸ τῆς λύπης.

12. Τοὺς γὰρ κατὰ τὸν βίον συναφθέντας ἀλλήλοις, εἶτα θανάτῳ διισταμένους, ὁδοιπόροις λογίζου παραπλησίους, μίαν πορευομένοις ὁδὸν, καὶ διὰ τὴν συνεχῆ μετ' ἀλλήλων διατριβὴν ἐνωθεῖσιν ὑπὸ τῆς συνηθείας. Οἱ ἐπειδὰν τὴν κοινὴν ὁδὸν διεξελθόντες, καταλάβωσι λοιπὸν σχιζομένην αὐτὴν, τῆς χρείας ἤδη ἀναγκαίως μεριζούσης ἑκάτερον, οὐ τῇ συνηθείᾳ προσκαθεζόμενοι ἀμελοῦσι τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς κινησάσης αὐτοὺς αἰτίας ὑπομνησθέντες, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος ἀποτρέχουσι
D πέρας. Ὡς οὖν ἐκείνοις ἄλλος μὲν ἦν ὁ σκοπὸς τῆς ὁδοῦ, συνέβη δὲ αὐτοῖς ἡ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐκ τῆς συνηθείας οἰκείωσις· οὕτω καὶ τοῖς ἐν γάμῳ, ἢ ἄλλῃ τινὶ κοινωνίᾳ βίου συνημμένοις, ἴδιον προέκειτο δηλονότι τῆς ζωῆς τὸ πέρας· συναφθέντας δὲ ἀλλήλοις, ἀναγκαίως τὸ προδιατεταγμένον τῆς ζωῆς τέλος ἐχώρισε καὶ διέλυσε. Εὐγνώμονος δὲ διανοίας, οὐκ ἐπὶ τῷ χωρισμῷ δυσφόρως ἔχειν τοῦ συναφθέντος, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς συναφείᾳ χάριν ἔχειν τῷ συγκληρώσαντι. Σὺ δὲ, καὶ ὅτε περιῇν σοι

[80] Gen. III, 19.

(1) Ex epist. CCLXIX, 415.
(2) Ibid., 416.
(3) Ibid.
(4) Ex hom. *in mart. Julittam*, 38.
(5) Ibid.

Digitized by Google

ὁ ἀνὴρ ἢ τὸ παιδίον, ἢ ὁτιοῦν ὧν ὁδύρῃ νῦν, οὐχὶ χάριν εἶχες τῶν παρόντων τῷ δεδωκότι, ἀλλ' ἐνεκάλεις ὑπὲρ τῶν ἐλλειφθέντων. Εἰ μὲν ἀνδρὶ μόνῳ συνῴκεις, ὅτι μὴ παῖδες ἦσαν οἵους ἐβούλου· εἰ δὲ καὶ παῖδες παρῆσαν, ὅτι μὴ ὑπερεπλούτεις. Ὅρα τοίνυν, μήποτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀναγκαίας τῶν φιλτάτων τὰς στερήσεις κατασκευάζωμεν· παρόντων μὲν, οὐκ αἰσθανόμενοι, παρελθόντων δὲ, περιεχόμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ παρακειμένων τῶν ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν οὐκ εὐχαριστοῦμεν, ἀναγκαία ἡμῖν ἡ ἀφαίρεσις διὰ τὴν αἴσθησιν γίνεται. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ ἄγαν προκείμενον οὐχ ὁρῶσιν, ἀλλὰ δέονται συμμέτρου τινὸς ἀποστάσεως· οὕτω καὶ αἱ ἀχάριστοι ψυχαὶ ἐοίκασιν ἐν τῇ ἀλλοτριώσει τῶν ἀγαθῶν τῆς παρελθούσης χάριτος ἐπαισθάνεσθαι. Ὅτε γὰρ ἀπέλαυον τῶν χρηστοτέρων, οὐδεμίαν χάριν τῷ δεδωκότι γινώσκοντες· μετὰ τὴν στέρησιν, τὸ παρελθὸν μακαρίζουσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀφέντες τὰς ἐπὶ τοῖς ἀποῦσι λύπας, διδαχθῶμεν τὴν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εὐχαριστίαν ἀποδιδόναι. Εἴπωμεν, ἐν μὲν ταῖς σκυθρωποτέραις περιστάσεσι τῶν πραγμάτων, τῷ σοφῷ ἰατρῷ· *Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν.* Εἴπωμεν· *Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με.* Εἴπωμεν, ὅτι *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.* Εἴπωμεν, ὅτι *Ὀλίγα ὧν ἡμάρτομεν μεμαστιγώμεθα.* Παρακαλέσωμεν τὸν Κύριον, ὅτι *Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. Ἐλεγχόμενοι γὰρ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.* Ἐν δὲ τῇ φαιδροτέρᾳ τοῦ βίου διαγωγῇ ἐκείνην λέγωμεν τοῦ Δαβὶδ τὴν φωνήν· *Τί ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν;* καλῶς ἀποροῦντος τοῦ Προφήτου, καὶ περισκοποῦντος αὐτοῦ τὴν πενίαν, ὅτι οὐδὲν ἔχει πρὸς ἀντίδοσιν ἄξιον· ὅς ἐφ' οὕτω μεγάλαις καὶ λαμπραῖς εὐεργεσίαις, οὐμενοῦν ἐχούσαις ὑπερβολὴν, πολλαπλασίονα ἡμῖν τὰ εἰς ὕστερον ἐπαγγέλλεται ἀγαθὰ, *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.* Ὧν καὶ ἡμεῖς ἐπιτύχοιμεν, ἐκ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἑαυτοὺς ἐκκαθάραντες, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A separationem illius qui conjunctus fuerat: sed ei qui hujusce consortii auctor fuerat, gratiam ob primam conjunctionem habere. Tu quoque cum superstes esset vir tuus, aut infantulus, aut quodlibet eorum quæ nunc lamentaris, nullas grates rependebas bonorum præsentium largitori: imo de absentibus conquerebaris. Et quidem si absque prole cum viro degebas, querebare quod filii quales desiderasses, tibi non essent: sin autem habebas filios, dolebas quod non afflueres divitiis. Cave igitur, ne forte charissimorum privationem nobis ipsis reddamus necessarium, cum non afficiamur illorum præsentia, sed amissos desideremus. Quoniam enim pro præsentibus bonis a Deo collatis grates non persolvimus: ideo privari nos iis necesse est, ut affectus noster **541** commoveatur. Quemadmodum enim non vident oculi quod nimium propre admotum est, sed congruenti aliquo spatio indigent: ita et ingratæ animæ per bonorum abalienationem videntur de præterito beneficio affici. Nam cum fruerentur bonis, nullam tum gratiam habebant largitori; sed ubi sunt iis spoliatæ, id ipsum quod evanuit, laudant æstimantque. (1) Nos autem mœrorem ex iis quæ desunt emergentem amandantes, discamus ob præsentia gratias exsolvere. Dicamus sapienti medico in tristioribus rerum infortuniis, *In tribulatione parva, disciplina tua nobis*[81]. Dicamus: *Bonum mihi quia humiliasti me*[82]. Dicamus: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*[83]. Dicamus: *Pauca præ iis quæ peccavimus accepimus verbera*[84]. Obsecremus Dominum: *Castiga me, Domine, verumtamen in judicio, et non in furore*[85]. *Cum enim redarguimur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*[86]. At vero in lætiore vitæ statu emittamus illam Davidis vocem: *Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis*[87]? recte nimirum dubitante Propheta, ac inopiam suam circumspiciente, talem videlicet, ei ut nihil suppeteret dignum quod retribueret. Dominus enim post beneficia adeo magna splendidaque, et quibus nihil præstantius, nobis in posterum multo majora polliceatur, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se*[88]. Quæ utinam nos corporeis his affectibus repurgati consequi etiam valeamus, per gratiam ac humanitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΛΥΠΗΣ ΚΑΙ ΑΘΥΜΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

1. Ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν εὐοδούμενον, καὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν κεκμηκυῖαν καὶ ἀπαγορεύουσαν πρὸς τὸ συνεχὲς τῶν ἐπηρειῶν, ἀθυμίας πληροῦ-

DE TRISTITIA ET ANIMI DEJECTIONE.

SERMO XII.

1. (2) Cum video et malum ad optatos exitus perduci, et vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates, mœstitia

[81] Isa. xxvi, 16. [82] Psal. cxviii, 71. [83] Rom. viii, 18. [84] Job xv, 11. [85] Jerem. x, 24. [86] I Cor. xi, 22. [87] Psal. cxv, 12. [88] I Cor. ii, 9.

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 40.

(2) Ex epist. ccxlvi, 585.

Digitized by Google

repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum considero, eumque nosse et confractos erigere, et justos diligere, superbos vero conterere, et potentes de suis sedibus dejicere: rursus immutatus spe concepta allevor. (1) Novi et persuasum habeo, quod et vobis notum esse volo, celerem adfuturam opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passi sumus, ob peccata nostra passi sumus; sed opem suam, ob suum in servos suos amorem ac misericordiam, benignus ostendet. (2) Sive enim peccatorum solvimus pœnas, sufficiunt flagella ad evertendam deinceps Dei in nos iram [89]; sive ad sustinenda pro pietate certamina his tentationibus vocamur, justus est certaminum arbiter, ut non sinat tentari nos ultra quam ferre possumus: sed nobis reddat pro toleratis jam laboribus, patientiæ et spei in ipsum nostræ coronam. (3) Quis enim animo ita adamantino, quis ita commiserationis omnis ac mansuetudinis expers, ut audiens gemitum **542** undique auras nostras ferientem, velut ex tristi quodam choro communem quamdam ac consonam lamentationem edente, non animo doleat, non humi procumbat, et non penitus inextricabilibus his curis tabescat? Hæc autem dico, (4) non consolandi gratia: quis enim sermo inveniatur tantæ medicus calamitatis? sed cordis mei dolorem, quantum possumus, vobis hac voce significo.

μαι. Ὅταν δὲ πάλιν τὴν μεγάλην χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἐννοήσω, καὶ ὅτι οἶδεν ἀνορθοῦν τοὺς κατερραγμένους καὶ ἀγαπᾷν δικαίους, συντρίβειν τε ὑπερηφάνους, καὶ καθαιρεῖν ἀπὸ θρόνων δυνάστας· πάλιν μεταβαλὼν, κουφότερος γίνομαι ταῖς ἐλπίσι. Καὶ οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὃ καὶ ὑμᾶς γινώσκειν βούλομαι, ὅτι ταχεῖα ἔσται ἡ ἀντίληψις, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἔσται ἡ ἐγκατάλειψις. Ἃ μὲν γὰρ πεπόνθαμεν, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πεπόνθαμεν· τὴν δὲ αὐτοῦ βοήθειαν διὰ τὴν περὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ ἀγάπην καὶ εὐσπλαγχνίαν ὁ φιλάνθρωπος ἐπιδείξεται. Εἴτε γὰρ ἁμαρτημάτων ἀποτίνυμεν δίκας, ἱκαναὶ αἱ μάστιγες πρὸς παραίτησιν λοιπὸν τῆς ἐφ' ἡμῖν ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· εἴτε εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας διὰ τῶν πειρασμῶν τούτων κεκλήμεθα, δίκαιος ὁ ἀθλοθέτης μὴ ἐᾶσαι ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα ὑπενεγκεῖν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις ἀποδοῦναι ἡμῖν τὸν τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος στέφανον. Τίς γὰρ οὕτως ἀδαμάντινος τὴν ψυχὴν, τίς οὕτως παντελῶς ἀσυμπαθὴς καὶ ἀνήμερος, ὡς ἀκούων τοῦ πανταχόθεν ἡμᾶς (7) προσβάλλοντος στεναγμοῦ, οἷον ἀπό τινος χοροῦ κατηφοῦς, κοινόν τινα θρῆνον καὶ σύμφωνον προσηχοῦντος, μὴ οὐχὶ παθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ κατακαμρθῆναι εἰς γῆν, καὶ ταῖς ἀμηχάνοις ταύταις ἀνίαις παντελῶς ἐκτακῆναι; Ταῦτα δὲ λέγω, οὐ παρακλήσεως ἕνεκεν, (τίς γὰρ καὶ λόγος εὑρεθείη τοσαύτης συμφορᾶς ἰατρός;) ἀλλὰ τὴν ὀδύνην τῆς καρδίας μου, καθ' ὅσον δυνατὸν, ἐκ τῆς φωνῆς ταύτης ὑμῖν διασημαίνων.

2. (5) Perspeximus enim astutiam belli diabolici, qui, ubi vidit in hostium persecutionibus multiplicari in vobis virtutem, ac magis florere, mutavit suum ipsius consilium, nec jam aperte bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, obtegens callidam nocendi voluntatem nomine quod circumferunt hostes, ut et patiamur eadem quæ patres nostri, nec videamur pati pro Christo, eo quod Christianorum nomen habeant et ipsi persecutores. (6) Hæc nos perculserunt, et propemodum mente emoverunt. Ad has autem cogitationes illa etiam accessit: Num Dominus servos suos reliquit? num novissima hora est, et defectio per hæc ingreditur, ut reveletur tandem iniquus ille, filius perditionis, qui adversatur, et effertur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen [90]? Sed tamen sive temporaria est ista tentatio, ferte illam, ut boni Christi athletæ: sive etiam res summo interitui traditæ sunt, animo ne concidamus ob præsentia, sed exspectemus e cœlis revelationem, et adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Etenim si creatura omnis dissolvetur, et transmutabitur mundi hujus figura, quid mirum

2. Ἐλογισάμην γὰρ τὸ ἔντεχνον τοῦ διαβολικοῦ πολέμου· ὃς ἐπειδὴ εἶδεν ἐν ταῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπηρείαις πληθυνομένην τὴν ἀρετὴν ἐν ὑμῖν, καὶ μᾶλλον θάλλουσαν, μετέστρεψεν ἑαυτοῦ τὴν βουλὴν, καὶ οὐκ ἔτι ἐκ τοῦ προφανοῦς πολεμεῖ, ἀλλὰ κεκρυμμένας (8) ἡμῖν τὰς ἐνέδρας τίθησι, καλύπτων αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διὰ τοῦ ὀνόματος οὗ περιφέρουσιν οἱ πολέμιοι· ἵνα καὶ πάθωμεν τὰ αὐτὰ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, καὶ μὴ δόξωμεν πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα ἔχειν καὶ τοὺς διώκοντας. Ταῦτα ἡμᾶς ἐξέπληξε, καὶ μικροῦ δεῖν (9), ἔξω ἐποίησε τῶν λογισμῶν. Συνεισῆλθε δὲ τούτοις τοῖς διαλογισμοῖς κἀκείνη ἡ ἔννοια· Ἆρα μὴ ἐγκατέλιπεν ἑαυτοῦ τοὺς δούλους ὁ Κύριος; ἆρα μὴ ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἡ ἀποστασία διὰ τούτων λαμβάνει τὴν εἴσοδον, ἵνα λοιπὸν ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνομος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα; Πλὴν, εἴτε πρόσκαιρός ἐστιν ὁ πειρασμὸς, βαστάσατε αὐτὸν ὡς καλοὶ (10) τοῦ Χριστοῦ ἀγωνισταί· εἴτε καὶ τῇ παντελεῖ φθορᾷ τὰ πράγματα παραδέδοται, μὴ ἀκηδιάσωμεν πρὸς τὰ παρόντα· ἀλλ' ἀναμείνωμεν τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀποκάλυψιν καὶ ἐπ-

[89] I Cor. x, 13. [90] II Thess. II, 3.

(1) Ex epist. CCXLVII, 583.
(2) Ex epist. CXL, 252.
(3) Ibid.
(4) Ex epist. XXIX, 109.
(5) Ex epist. CXXXIX, 250.
(6) Ibid., 251.
(7) *Ἡμᾶς*. Sic Regius codex cum contextu. Editi ὑμᾶς.
(8) *Κεκρυμμένας*. Sic idem codex et contextus. Editi κεκρυμμένως.
(9) *Μικροῦ δεῖν*. Deest postrema vox in utroque codice Regio.
(10) *Ὡς καλοὶ*. Contextus οἱ καλοί.

Digitized by Google

φάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ πᾶσα ἡ κτίσις λυθήσεται, καὶ μεταποιηθήσεται τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, τί θαυμαστὸν καὶ ἡμᾶς, μέρος ὄντας τῆς κτίσεως, παθεῖν τὰ κοινὰ πάθη, καὶ παραδοθῆναι θλίψεσιν, ἃς κατὰ τὸ μέτρον τῆς δυνάμεως ἡμῶν ὥρισεν ὁ δίκαιος κριτὴς, οὐκ ἐῶν ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ διδοὺς σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν; Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν, ἀδελφοί· ἀναμένουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ τῶν μαρτύρων στέφανοι· ἕτοιμοί εἰσιν οἱ χοροὶ ὁμολογητῶν προτεῖναι ὑμῖν (1) τὰς χεῖρας, καὶ δέξασθαι ὑμᾶς εἰς τὸν ἴδιον ἀριθμόν. Μνήσθητε τῶν πάλαι ἁγίων, ὅτι οὐδεὶς τρυφῶν, οὐδὲ κολακευόμενος, τῶν στεφάνων τῆς ὑπομονῆς ἠξιώθη· ἀλλὰ πάντες διὰ μεγάλων θλίψεων πυρωθέντες, τὸ δοκίμιον ἐπεδείξαντο. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Μακαριώτερος δὲ ὁ πλεονάσας ἐν τοῖς παθήμασι· διότι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ὁ γὰρ μὴ ὑποπεσὼν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος, τῆς λύπης τὸ βάρος ὑπενεγκὼν, μεγάλην ἔχει παρὰ Θεῷ τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀντίδοσιν.

A est nos quoque, qui rerum creatarum pars sumus, communibus malis affici, ac tradi afflictionibus, quas pro virium nostrarum modulo infligit nobis justus judex, non tentari nos sinens supra id quod possumus, sed dans una cum tentatione exitum, ut perferre possimus [91]? Ne igitur deficiamus, fratres: exspectant enim nos martyrum coronæ: parati sunt confessorum chori manus vobis porrigere, inque suum numerum recipere. Memineritis veterum sanctorum, quorum nemo deliciis inserviens, aut adulationibus delinitus, coronas patientiæ consecutus est; sed omnes per magnas afflictiones quasi per ignem tentati, experimentum sui dederunt. (5) Beatus qui dignus habetur, qui patiatur pro Christo. Beatior qui majora B patitur, quandoquidem afflictiones temporis præsentis dignæ non sunt, quæ comparentur cum gloria, quæ deinceps revelabitur in nobis. (6) Qui enim non succumbit afflictionibus, sed per spem in Deum doloris pondus tolerat, is magnam habet apud Deum patientiæ mercedem.

3. Ὥσπερ οὖν οἱ σκώληκες τοῖς ἁπαλωτέροις τῶν ξύλων ἐντίκτονται μάλιστα, οὕτως αἱ λῦπαι τοῖς μαλακωτέροις ἤθεσι τῶν ἀνθρώπων ἐμφύονται. Οὔτε δὲ γυναιξὶν, οὔτε ἀνδράσιν ἐπιτέτραπται τὸ πολυπενθὲς καὶ πολύδακρυ· ἀλλ' ὅσον ἐπιστυγνάσαι τοῖς λυπηροῖς, καὶ μικρόν τι δάκρυον ἐπιστάξαι, καὶ τοῦτο ἡσυχῇ, μὴ ἀναβρυχόμενον, μηδὲ ὀλολύζοντα, μηδὲ καταῤῥηγνύντα χιτῶνα, ἢ κόνιν χεόμενον, μηδ' ἄλλο τι τοιοῦτον ἀσχημονοῦντα τῶν ἐπιτηδευομένων παρὰ τῶν ἀπαιδεύτως ἐχόντων πρὸς τὰ ἀνθρώπινα (2). Ἀνάνδρου γὰρ ψυχῆς, καὶ οὐδένα τόνον (3) ἐκ τῆς ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδος ἐχούσης, τὸ σφοδρῶς καταῤῥήγνυσθαι καὶ ὑποπίπτειν τοῖς λυπηροῖς. Τὸ μὲν γὰρ δάκρυον, ὥσπερ ἐκ πληγῆς (4) τινος, τῆς προσβολῆς τοῦ ἀβουλήτου τὴν ψυχὴν τύπτοντος καὶ συστέλλοντος, καταθλιβομένου τοῦ περικαρδίου πνεύματος, ἀποτίκτεσθαι πέφυκεν· ἡ δὲ χαρὰ οἷον σκίρτημά τί ἐστι τῆς ψυχῆς ἐπαγαλλομένης τοῖς κατὰ γνώμην. Ὅθεν καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα συμπτώματα διενήνοχε. Τοῖς μὲν γὰρ λυπουμένοις, ὑπωχρος καὶ πελιδνὸς καὶ κατεψυγμένος ὁ ὄγκος· τοῖς δὲ φαιδρυνομένοις, ἐξανθοῦσα καὶ ὑπέρυθρος ἡ τοῦ σώματος ἕξις, μονονουχὶ πηδώσης τῆς ψυχῆς, καὶ προωθουμένης ὑφ' ἡδονῆς εἰς τὸ ἔξω. Καὶ πολλοὺς ἔγνωμεν ἐν συμφοραῖς ἀνηκέστοις ἀποστάξαι δάκρυον βιαίως ἐγκαρτερήσαντας· εἶτα τοὺς μὲν εἰς ἀνήκεστα ἐκπεσόντας πάθη, ἀποπληξίας ἢ παραλύσεις· τοὺς δὲ καὶ παντελῶς ἀποψύ-

3. (7) Quemadmodum igitur in lignis teneroribus gignuntur vermes: sic tristitia in molliore hominum indole innascitur. **543** Nec vero mulieribus, neque viris effusior ille luctus fletusque permissus est: sed tantum, quantum fas est, afflictari de adversis, et parum lacrymari, idque tacite, sine fremitibus, sine ejulatibus, adeo ut nec C vestis scindatur, nec cinis inspergatur, nec aliud quidquam eorum indecore fiat, quæ studiose facere solent qui ad humanos casus nulla imbuti fuere disciplina. Etenim animi est ignavi, nullumque ex reposita in Deo spe robur habentis, frangi admodum, et adversis succumbere. (8) Nam lacrymæ velut ex quodam ictu, ex improviso casu percutiente animam, eamque contrahente, compresso circa cor spiritu, oriri consuevere: gaudium vero est animæ ob res ex sententia succedentes gestientis, quidam quasi saltus. Illinc differunt corporis symptomata. Tristes quidem subpallidam lividamque ac rigentem habent corporis molem: D inest vero efflorescens quædam et subrubra corporis habitudo lætis et hilaribus, anima tantum non prosiliente et prorumpente ad exteriora præ voluptate. (9) Ac novimus multos in gravissimis adversitatibus sibi per vim a lacrymis temperasse; quorum alii posthac in immedicabiles morbos inciderunt, in apoplexiam, paralysimque; alii vero omnino supremum diem obierunt, quod eorum vires,

[91] I Cor. x, 13.

(1) *Ὑμῖν*. Sic Regius codex 1992, cum contextu, et paulo post ὑμᾶς. Editi ἡμῖν et ἡμᾶς.

(2) *Πρὸς τὰ ἀνθρώπινα*. Haud scio an melior sit hæc scriptura, quam quod in contextu legitur, πρὸς τὰ οὐράνια.

(3) *Τόνον*. Sic contextus. Editi nostri τόπον.

(4) *Πληγῆς*. Sic etiam contextus, multo aptius quam editi nostri, πηγῆς.

(5) Ex epist. CXXXIX, 231.

(6) Ex epist. CCCII, 439.

(7) Ex hom. *De gratiarum actione*, 30.

(8) Ibid., 28.

(9) Ibid., 29.

Digitized by Google

quasi debile quoddam fulcrum, pondere tristitiæ frangerentur. Nam quod videre in flamma licet, quam fumus proprius, si non exeat, sed circumvolvatur, suffocat; id etiam in facultate, qua animal constituitur, fieri dicunt, nimirum extabescere illam et exstingui præ doloribus, si nullus ad exteriora aperiatur exitus. (1) Cur enim Lazari causa Christus flevit? certe ut querulorum ac luctus amantium ad flendum propensionem, animique eorum demissionem sanaret. Quod enim citra ullam animi commotionem, sed ad erudiendos nos lacrymatus est Dominus, perspectum est ac manifestum ex illo: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum* [93]. Quis nostrum deflet amicum dormientem, quem aliquanto post sperat expergefactum iri? *Lazare, veni foras* [93]. Mortuus revocabatur ad vitam; alligatus ambulabat. Inest miraculum in miraculo. Pedes ligabantur institis, nec tamen a motu prohibebatur. Etenim aderat vis quædam obice major. Quomodo igitur Dominus, qui erat talia facturus, casum illum lacrymis dignum judicasset? Annon palam est, ipsum infirmitatem nostram undique suffulcientem, eas affectiones quæ inevitabiles sunt et necessariæ, intra modos quosdam ac terminos continuisse? Apathiam quidem vitavit tanquam quiddam ferinum: noluit tamen mœrori ac tristitiæ deditus esse, ac multum lacrymari, quod hoc illiberale esset et ignavum. (2) At vero Job, quid? num illi adamantinum erat cor? num compacta ei erant ex saxo viscera? Ceciderunt ei decem liberi in brevi temporis momento, una plaga obtriti, in domo jucunditatis, in tempore deliciarum, decutiente in eos domum diabolo. Vidit mensam sanguine immistam, vidit liberos diverso quidem tempore natos, sed unum communemque sortitos vitæ exitum. Non ejulavit, **544** non comam evellit, non emisit vocem ullam degenerem, sed celebrem illam et ab omnibus decantatam gratiarum actionem protulit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita et factum est; sit nomen Domini benedictum* [94]. Num homo ille erat expers affectionum? At quomodo? cum ipse de se dicat: *Ego flevi super omni afflicto* [95]. Estne his dicendis mentitus? Imo vero præter cæteras virtutes veritas veracem eum quoque fuisse declarat, his verbis: *Homo inculpatus, justus, pius, verax* [96]. Verum hominum plerique cantilenis quibusdam ad mœstitiam compositis ad flendum abutuntur, studentque animum suum modulis lugubribus absumere; et quemadmodum peculiaria sunt tragœdis fictio et apparatus, quocum theatra conscendunt: ita et lugenti hanc existimant speciem convenire, vestem atram, comam

A ξαντας, ὥσπερ ἐρείσματος ἀσθενοῦς τῆς δυνάμεως αὐτῶν τῷ βάρει τῆς λύπης ἀποκλασθείσης. Ὁ γὰρ ἐπὶ τῆς φλογὸς ὁρᾷν ὑπάρχει, ὑπὸ τοῦ οἰκείου αὐτὴν καπνοῦ καταπνίγεσθαι, μὴ ὑπεξιόντος, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν εἱλουμένου· τοῦτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομούσης τὸ ζῶον δυνάμεως γίνεσθαι· ἀπομαραίνεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὀδυνηρῶν καὶ κατασβέννυσθαι, μηδεμιᾶς γενομένης ἐπὶ τὸ ἔξω διαπνοῆς. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐπὶ τῷ Λαζάρῳ ὁ Χριστὸς ἐδάκρυε; τῶν ὀδυρτικῶν πάντως καὶ φιλοθρήνων τὸ ἄγαν περιπαθὲς καὶ ταπεινὸν ἐπανορθούμενος. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐμπαθὲς ἦν τὸ δάκρυον τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικόν, ἐκεῖθεν δῆλον· *Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν.* Τίς δὲ ἡμῶν κοιμώμενον ὀδύρεται B φίλον, ὃν μικρὸν ὕστερον προσδοκᾷ διυπνίζειν; *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω·* καὶ ὁ νεκρὸς ἐζωοποιεῖτο, καὶ ὁ δεδεμένος περιεπάτει. Θαῦμα ἐν θαύματι· κειρίαις δεδέσθαι τοὺς πόδας, καὶ μὴ κωλύεσθαι πρὸς τὴν κίνησιν· μεῖζον γὰρ ἦν τὸ ἐνισχύον τοῦ ἐμποδίζοντος. Πῶς οὖν ὁ τὰ τοιαῦτα ἐνεργεῖν μέλλων, δακρύων ἄξιον τὸ συμβὰν ἔκρινεν; Ἢ δῆλον, ὅτι πανταχόθεν ἡμῶν τὸ ἀσθενὲς ὑπερείδων, μέτροις τισὶ καὶ ὅροις τὰ ἀναγκαῖα περιέλαβε πάθη· τὸ μὲν ἀσυμπαθὲς ὡς θηριῶδες ἐκκλίνων, τὸ δὲ φιλόλυπον καὶ πολύθρηνον ὡς ἀγεννὲς παραιτούμενος. Ὁ δὲ Ἰὼβ, τί; μὴ ἀδαμάντινος ἦν τὴν καρδίαν; μὴ ἐκ λίθου ἦν αὐτῷ πεποιημένα τὰ σπλάγχνα; Ἔπεσον αὐτῷ δέκα παῖδες ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, μιᾷ πληγῇ συντριβέντες, C καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς θυμηδίας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀπολαύσεως, ἐπικατασείσαντος αὐτοῖς τοῦ διαβόλου τὸ οἴκημα. Εἶδε τράπεζαν αἵματι μεμιγμένην· εἶδε παῖδας διαφόρως μὲν κατὰ τὸν χρόνον ἀποτεχθέντας, κοινῇ δὲ ὑπεξελθόντας τοῦ βίου (3) τὸ τέλος. Καὶ οὐκ ὤμωξεν, οὐ κατετίλατο κόμην, οὐκ ἀφῆκέ τινα φωνὴν ἀγεννῆ, ἀλλὰ τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνυμνουμένην εὐχαριστίαν ἀπεφθέγξατο· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.* Μὴ ἀσυμπαθὴς ὁ ἄνθρωπος; Καὶ πῶς; ὅς γε περὶ ἑαυτοῦ λέγει· *Ἐγὼ ἔκλαυσα ἐπὶ παντὶ θλιβομένῳ.* Ἀλλὰ ἄρα μὴ ἐψεύδετο ταῦτα λέγων; Καὶ μὴν μαρτυρεῖ αὐτῷ ἡ ἀλήθεια, ὅτι πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς καὶ ἀληθινὸς ἦν· *Ἄνθρωπος* γάρ, D φησιν, *ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, ἀληθινός.* Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ᾠδαῖς τισι πρὸς τὸ κατηφὲς πεποιημέναις καταθρηνοῦσι, καὶ μέλεσι γοεροῖς ἐκτήκειν ἑαυτῶν τὰς ψυχὰς ἐπιτηδεύουσι· καὶ ὥσπερ τῶν τραγῳδῶν ἴδιόν ἐστι τὸ ἀνάπλασμα καὶ ἡ σκευή, μεθ' ἧς τὰ θέατρα καταλαμβάνουσιν· οὕτως οἴονται προσήκειν καὶ τῷ πενθοῦντι πρέπον εἶναι σχῆμα, μέλαν ἱμάτιον, καὶ αὐχμηρὰν κόμην, καὶ σκότος ἐν οἰκίᾳ, καὶ ῥύπον, καὶ κόνιν, καὶ μέλος στυγνὸν, ἀεὶ νεαρὸν τῆς λύπης τὸ τραῦμα τῇ ψυχῇ

[93] Joan. xi, 11. [93] ibid. 43. [94] Job i, 21. [95] Job xxx, 25. [96] Job i, 1.

(1) Ex hom. *De gratiarum actione*, 29.
(2) Ibid., 30.

(3) *Βίου*. Addidimus hanc vocem ex codice Regio et contextu.

Digitized by Google

διασώζοντι (1)· οὐκ εἰδότες (2), ὅτι ψυχὴ ἡ ἄπαξ προσδεθεῖσα τῷ πόθῳ τοῦ κτίσαντος, καὶ τοῖς ἐκεῖ κάλλεσιν ἐνειθισμένη φαιδρύνεσθαι, τὸ περιχαρὲς αὐτῆς καὶ εὔθυμον ὑπὸ τῆς ποικίλης μεταπτώσεως τῶν σαρκικῶν παθημάτων οὐ μεταβαλεῖ, ἀλλὰ τὰ τοῖς ἄλλοις λυπηρὰ προσθήκην εὐφροσύνης ποιήσεται. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀσθενεῖς τὰ ὄμματα, τῶν ἄγαν λαμπρῶν τὰς ὄψεις ἀπάγοντες, ἄνθεσι καὶ πόαις προσαναπαύουσιν· οὕτω χρὴ καὶ τὴν ψυχὴν μὴ συνεχῶς καταβλέπειν τὸ λυπηρὸν, μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνιαροῖς προσκεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ὄντως ἀγαθῶν περιάγειν αὐτῆς τὰ ὄμματα.

A squalidam, tenebras in domo, sordes, pulverem, et lugubrem cantum, mœroris vulnus semper recens in animo servanti : nescientes animam quæ semel Conditoris sui capta est desiderio, earumque rerum quæ illic sunt pulchritudine exhilarari assuevit, summum illud gaudium et alacritatem, corporearum perturbationum vicissitudine non mutare, imo quæ cæteris sunt molesta, ad lætitiæ accessionem convertere. (5) Ut enim ii, quibus oculi infirmi sunt, obtutus suos a rebus nimis fulgidis deflectunt, eosque florum et herbarum recreant conspectu : ita quoque non debet anima semper sibi res tristes ponere ob oculos, nec jugiter in præsentibus ærumnis defigi, sed bona vera speculari.

4. Αἱ γὰρ λῦπαι τὴν ψυχὴν, ὡς τὸ πῦρ τὸν χρυσὸν, ἀπελέγχουσι· καὶ τῷ ὄντι τοῖς καλῶς παρεσκευασμένοις αἱ θλίψεις οἱονεὶ τροφαί τινές εἰσιν, ἀθλητικὰ (3) γυμνάσια, ἐπὶ τὴν πατρῴαν δόξαν τὸν ἀγωνιστὴν προβιβάζουσαι. Ἡ δὲ εἰς ἄγαν κατήφεια γίνεται τῆς ἁμαρτίας αἰτία, τῆς μὲν λύπης βαπτιζούσης τὸν νοῦν καὶ ἀμηχανίας ἐμποιούσης ἴλιγγον, τῆς δὲ ἀπορίας τῶν λογισμῶν τὴν ἀχαριστίαν ἀπογεννώσης. Αἰσχρὸν οὖν, εὐλογεῖν μὲν ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς χρηστοτέροις, σιωπᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς σκυθρωποτέροις καὶ ἐπιπόνοις πράγμασιν. Ἀλλὰ τότε καὶ πλέον εὐχαριστεῖν δεῖ, εἰδότας, ὅτι *Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.* Καὶ ῥύεται ἐκ θλίψεως τοὺς ἁγίους αὐτοῦ ὁ Θεὸς, οὐκ ἀδοκιμάστους αὐτοὺς καταλιμπάνων, ἀλλὰ τὴν ὑπομονὴν αὐτοῖς χαριζόμενος. Εἰ γὰρ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν· ὁ τὴν θλῖψιν ἀφαιρούμενος, τῆς δοκιμῆς ἑαυτὸν ἀπεστέρησεν. Ὡς οὖν οὐδεὶς στεφανοῦται ἄνευ ἀνταγωνιστοῦ, οὕτως οὐδὲ δόκιμος ἀποφανθῆναι δύναται εἰ μὴ (4) διὰ θλίψεων. Ἐκ πασῶν οὖν τῶν θλίψεων ῥύσεται αὐτοὺς, οὐχὶ μὴ ἐῶν αὐτοὺς θλίβεσθαι, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν χαριζόμενος. Ὁ δὲ λέγων μὴ πρέπειν τῷ δικαίῳ τὴν θλῖψιν, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ μὴ ἁρμόζειν τῷ ἀθλητῇ ἀνταγωνιστήν.

4. Molestiæ siquidem animum, ut ignis aurum probant : (6) atque reipsa afflictiones, quasi quædam alimenta ac athleticæ exercitationes, sunt bene præparatis atque instructis : quæ athletam ad paternam gloriam deducunt. (7) Nimia vero tristitia causa fit peccati, quod demergat mentem mœror, inducatque vertiginem desperatio, et vitium ingrati animi pariat consilii inopia. (8) Turpe est igitur nos benedicere in rebus secundis, silere vero in tristibus et adversis. Imo tunc etiam gratias uberiores agere oportet, cum noverimus, quod *Quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit*[97]. (9) Itaque liberat ex tribulatione sanctos suos Deus, non quod illos citra probationem relinquat, sed quod patientiam ipsis largiatur. Nam si tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem[98] : qui tribulationem detrectat, probatione se ipse privat. Quemadmodum ergo nemo coronatur sine adversario : sic neque probatus quisquam pronuntiari potest, nisi per tribulationes. Ex omnibus igitur tribulationibus ipsos eruet, non quod divexari eos non sinat, sed quod cum tentatione exitum etiam præbeat, adeo ut ferre valeant[99]. Qui vero afflictionem justo minime convenire asserit, nihil aliud dicit quam athletæ non congruere adversarium cum quo decertet.

5. Ἐπεὶ δὲ φέρει παραμυθίαν ὀδυρομένοις ἡ κοινωνία τῶν στεναγμῶν, ἐπιστυγνάζειν μὲν ταῖς συμφοραῖς τῶν πεπονθότων ἀκόλουθον. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν οἰκειώσῃ τοῖς πάσχουσι, μὴ καθιλαρευόμενος τῶν συμφορῶν, μηδὲ ἐναδιαφορῶν τοῖς ἀλλοτρίοις ἀλγήμασιν. Οὐ μὴν περαιτέρω γε συνεκφέρεσθαι τοῖς λυπουμένοις προσῆκεν, ὥστε ἢ συνεκβοᾷν, ἢ συνθρηνεῖν τῷ πεπονθότι, ἢ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις μιμεῖσθαι καὶ ζηλοῦν τὸν ἐσκοτωμένον ὑπὸ τοῦ πάθους, οἷον

545 5. (10) Quoniam vero societas gemituum affert solatium lugentibus, par fuerit de alienis calamitatibus ac ærumnis afflictari. (11) Nam hoc pacto afflictorum conciliaturus tibi es benevolentiam, neque hilarem te ostendens ob eorum adversitates, neque alienam afflictionem indifferenter perferens. Minime tamen convenit dolentium miseriis plus æquo commoveri, sic ut aut conclames, aut lugeas cum afflictato, aut alienis in rebus hominem

[97] Hebr. XII, 6. [98] Rom. V, 3. [99] I Cor. X, 13.

(1) *Διασώζοντι.* Sic uterque codex. Editi διασῶζόν τι. Minus commode contextus, διασῶζον referendo ad μέλος.

(2) *Οὐκ εἰδότες.* Hæc verba usque ad ποιήσεται non reperta in contextu.

(3) *Ἀθλητικά.* Legitur in contextu, ἀθλητικαὶ καὶ γυμνάσια.

(4) *Εἰ μή.* Prima vocula addita ex contextu et Regio codice. Paulo post idem codex, ῥύεται.

(5) Ex hom. *De gratiarum actione*, 32.

(6) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 143.

(7) Ex hom. *In famem et siccitatem*, 68.

(8) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 144.

(9) Ibid., 146.

(10) Ex hom. *Adversus calumn. S. Trinitatis*, 609.

(11) Ex hom. *in mart. Julittam*, 41.

Digitized by Google

a tristitia obcæcatum imiteris æmulerisque : exempli causa, si una cum ipso te ipse includas, et induaris veste atra, si pariter jaceas humi, comamque negligas. Ex iis enim magis crescit quam elevatur calamitas. (1) Attamen abs re non fuerit, iis quæ accidunt angi, et tacite de adversis afflictari, ita ut ex vultu, qui cogitatione defixus sit, exque modestia, quæ gravitatem adjunctam habeat, animi affectum significes. Ubi autem ad colloquium ventum est, non statim ad objurgationes devenire decet, velut jacentibus insultantem ac illudentem. Nam objurgationes iis quorum animus præ tristitia cruciatur, molestæ sunt et graves : simulque sermones eorum qui nullo prorsus doloris sensu afficiuntur, ægre audiuntur a mœrentibus, et ad eos consolandos vim non habent persuadendi. (2) Quemadmodum enim oculo inflammato lenimentum vel tenerrimum dolorem affert ; ita animæ gravi mœrore afflictæ, etiamsi multum solatii ferat oratio, molesta tamen quodammodo videtur, in ipso doloris articulo adhibita. (3) Quando autem videris fratrem lugentem ob peccatorum pœnitentiam, lacrymare cum viro ejusmodi, ac illius commiserescere ; tunc etenim tibi licebit ex malis alienis tuum corrigere. Nam qui fervidas lacrymas pro peccato proximi effundit, dum fratrem deflet, medetur sibimetipsi. Luge peccati causa. Animæ ægritudo est peccatum, mors est animæ immortalis, peccatum luctu atque irrequietis lamentis dignum est. Ob hoc fluant lacrymæ omnes, nec cessent duci ex pectore imo suspiria. Sic Jeremias deflebat qui ex populo peribant ; idemque cum sibi naturales lacrymæ non satis essent, lacrymarum fontem inquirebat et extremam mansionem [1]. Pro omnibus autem his gratias agemus Christo Deo nostro, cui debetur omnis gloria, honor et adoratio, simul et principio carenti ejus Patri, et sanctissimo vivificantique Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE PATIENTIA ET LONGANIMITATE.

SERMO XIII.

1. (4) Nemo ex malis quæ passus est, adducatur ut cogitet ac dicat res nostras providentia nulla gubernari, neque Domini administrationem ac judicium incuset : sed in athletam Job intueatur, ipsumque sibi cogitationum meliorum consiliarium adhibeat. Reputet omnia ex ordine certamina, in quibus ille victor exstitit, et quot jaculis a diabolo petitus lethalem nullam plagam acceperit. **546** Evertit quidem illius domesticam prosperitatem, eumdemque alternis adversitatum nuntiis obruere statuerat. Cum enim prior cladem aliquam adhuc annuntiaret, nuntius alter rerum deteriorum tristitiam afferens veniebat : malaque connectebantur

[1] Jerem. XI, 1.

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 42.
(2) Ex epist. VI, 78.
(3) Ex hom. *in mart. Julittam*, 42.
(4) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 171.

A συγκαθειργνῦναι ἑαυτὸν καὶ συμμελανειμονεῖν, καὶ χαμαὶ συγκαθῆσθαι, καὶ κουρᾶς ἀμελεῖν. Ἐκ τούτων γὰρ ἐπιτείνειν μᾶλλον ἔστι τὴν συμφοράν, ἢ καταπραῦνειν. Ἀλλὰ δάκνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν γινομένων, καὶ ἠσυχῇ τοῖς λυπηροῖς ἐπιστυγνάζειν προσῆκεν ἐν συννοίᾳ προσώπου, καὶ σεμνότητι βάρος ἐχούσῃ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος διασημαίνοντα. Φθεγγόμενον δὲ, οὐκ εὐθὺς ἐπιπηδᾷν ταῖς ἐπιτιμήσεσι προσῆκεν, ὥσπερ ἐναλλόμενον καὶ ἐπεμβαίνοντα τοῖς κειμένοις. Φορτικὸν γὰρ τοῖς ὑπὸ λύπης τὴν ψυχὴν κεκακωμένοις ἡ ἐπιτίμησις, καὶ ἅμα δυσπαράδεκτοί εἰσι τοῖς κάμνουσι, καὶ πρὸς παρηγορίαν ἀπίθανοι τῶν ἀπαθῶς παντάπασι διακειμένων οἱ λόγοι. Ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμῷ φλεγμαίνοντι καὶ τὸ ἁπαλώτατον τῶν παρηγορημάτων ἀνίαν ἐμποιεῖ· οὕτω καὶ ψυχῇ ὑπὸ θλίψεως βαρείας κεκακωμένῃ, κἂν πολλὴν παράκλησιν
B φέρῃ ὁ λόγος, ὀχληρός πως εἶναι δοκεῖ ἐν τῇ περιωδυνίᾳ προσφερόμενος. Ὅταν δὲ ἴδῃς ἐπὶ μετανοίᾳ τῶν ἡμαρτημένων τὸν ἀδελφὸν ὀδυρόμενον, σύγκλαυσον τῷ τοιούτῳ, καὶ σύμπαθε (5)· καὶ γάρ σοι ὑπάρξει ἐν ἀλλοτρίοις πάθεσι τὸ οἰκεῖον ἐπανορθοῦσθαι. Ὁ γὰρ ὑπὲρ τῆς τοῦ πλησίον ἁμαρτίας θερμὸν ἀποστάξας δάκρυον, ἑαυτὸν ἐξιάσατο, δι' ὧν τὸν ἀδελφὸν ἀπωδύρατο. Ὑπὲρ ἁμαρτίας κλαῖε. Αὕτη ἀρρωστία ψυχῆς, αὕτη θάνατός ἐστι τῆς ἀθανάτου, αὕτη πένθους ἀξία καὶ ὀδυρμῶν ἀσιγήτων. Ἐπὶ ταύτῃ πᾶν δάκρυον ῥέοι, καὶ μὴ διαλείποι στεναγμὸς ἐκ μέσης
C καρδίας ἀναπεμπόμενος. Οὕτως ἔκλαιεν Ἱερεμίας ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις τοῦ λαοῦ· ᾧ γε ἐπειδὴ οὐκ ἤρκει τὸ ἐκ φύσεως δάκρυον, πηγὴν ἐπεζήτει δακρύων καὶ σταθμὸν ἔσχατον. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΘΥΜΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

1. Μηδεὶς ἐξ ὧν ἔπαθε λυπηρῶν ἀναπεισθῇ λογίσασθαί τι καὶ λέγειν, ὡς ἄρα οὐδεμία πρόνοια τάττει τὰ καθ' ἡμᾶς, μηδὲ κατηγορείτω τῆς οἰκονομίας τοῦ
D Δεσπότου καὶ κρίσεως· ἀλλ' εἰς τὸν ἀθλητὴν Ἰὼβ ὁράτω, κἀκεῖνον σύμβουλον ποιείσθω τοῦ κρείττονος. Ἀναλογιζέσθω τοὺς ἀγῶνας ἅπαντας ἐφεξῆς, ἐν οἷς ἐκεῖνος ἠρίστευσε· καὶ πόσοις βέλεσιν ὑπὸ τοῦ διαβόλου βληθεὶς, οὐκ ἐδέξατο καιρίαν πληγήν. Περιεῖδε μὲν γὰρ αὐτοῦ τὴν εὐπραγίαν τῶν οἰκείων, καταχῶσαι δὲ αὐτὸν ταῖς ἐπαλλήλοις τῶν κακῶν ἐβουλεύσατο φήμαις. Ἔτι γὰρ τοῦ προτέρου τὴν τοιάνδε συμφορὰν ἐξαγγέλλοντος, ἕτερος ἄγγελος ἤρχετο, χειρόνων πραγμάτων φέρων κατήφειαν· ἀλλήλοις τε ἐπι-

(5) *Καὶ σύμπαθε.* Hæc addidimus ex codice Regio. Legitur in contextu hujus editionis συμπαθεῖ [f. συμπάθει].

Digitized by Google

συνήπτετο τὰ δεινὰ, καὶ τὴν τῶν κυμάτων ἐπιδρομὴν ἐζήλουν αἱ συμφοραὶ, καὶ πρὶν ἢ παυθῆναι τὸ πρότερον δάκρυον, ἑτέρου προσήγετο πρόφασις. Ὁ δὲ ὥσπερ τις πρόβολος εἱστήκει, τὰς τοῦ χειμῶνος ὑποδεχόμενος προσβολὰς, καὶ ἀλλοιῶν εἰς ἀφρὸν τῶν κυμάτων τὴν βίαν, καὶ τὴν εὐγνώμονα πρὸς τὸν Δεσπότην ἠφίει φωνὴν, καὶ οὐδὲν τῶν συμβαινόντων δακρύων ἠξίωσεν. Ἐπειδὴ δὲ ἦκέ τις ἀγγέλλων, ὡς τοῖς παισὶ καὶ ταῖς θυγατράσιν εὐωχουμένοις ἐπετίναξε πνεῦμά τι βίαιον τὸ τῆς εὐφροσύνης δωμάτιον, τότε μόνον τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξε, τὸ τῆς φύσεως ἐπιδεικνύμενος συμπαθὲς, καὶ ὅτι πατὴρ εἴη φιλόστοργος οἷς ἔπραττε μαρτυρούμενος· καὶ ταῖς εὐσεβέσιν ἐκείναις φωναῖς κοσμῶν τὸ γινόμενον, ἔλεγεν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο·* μονονουχὶ τοιαῦτα βοῶν· Ἐκλήθην πατὴρ, ἐφ' ὅσον ὁ τοῦτό με ποιήσας ἐβούλετο χρόνον. Περιελεῖν μου τὸν ἐκ τῆς γονῆς στέφανον ἐβουλεύσατο πάλιν, οὐ διαμάχομαι περὶ τῶν ἰδίων αὐτῷ. Κρατείτω τὸ τῷ Δεσπότῃ δοκοῦν· αὐτός ἐστιν ὁ πλάστης τοῦ γένους, ἐγὼ δὲ ὄργανον· τί με χρὴ δοῦλον ὄντα δυσχεραίνειν ἀνόνητα (1), καὶ μέμφεσθαι ψῆφον ἣν οὐ δύναμαι λύειν Τοιούτοις τὸν διάβολον ὁ δίκαιος κατηκόντιζε ῥήμασιν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν νικῶντα εἶδε πάλιν ὁ δυσμενὴς, καὶ οὐδενὶ τούτων τιναχθῆναι δυνάμενον, αὐτῇ τῇ σαρκὶ τὸ τῆς πείρας προσῆγε μηχάνημα, καὶ τὸ σῶμα μαστίξας ἀῤῥήτοις πληγαῖς, σκωλήκων ἀναδίδοσθαι πηγὰς ἐξ αὐτοῦ παρεσκεύασε· καὶ τῶν τῆς βασιλείας θρόνων τὸν ἄνδρα καταγαγὼν, ἐπὶ κοπρίας ἐκάθισεν (2). Ὁ δὲ καὶ τοιούτοις βαλλόμενος πάθεσιν, ἀκίνητος ἔμενε· καὶ σπαραττομένου τοῦ σώματος, ἄσπιλον (3) ἐφύλαττε τὸν τῆς εὐσεβείας θησαυρὸν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ψυχῆς.

2. Οὐκ ἔχων τοίνυν ὅ τι ποιήσει λοιπὸν ὁ πολέμιος, ἐπὶ τὴν τῆς ἀρχαίας ἐπιβουλῆς ἔρχεται μνήμην, καὶ τὴν τοῦ γυναίου διάνοιαν ὑποσύρας εἰς ἀσεβῆ γνώμην καὶ βλάσφημον, δι' ἐκείνης σαλεύειν ἐπειρᾶτο τὸν ἀθλητήν. Καὶ ἡ μὲν πρὸς τὸν μακρὸν πόνον (4) ἀπαγορεύσασα, τῷ δικαίῳ παρίστατο, κάτω νενευκυῖα, καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις συγκρούουσα, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας αὐτῷ καρποὺς ὀνειδίζουσα, καὶ καταλέγουσα μὲν τὴν παλαιὰν εὐθηνίαν τῶν οἰκείων, ὑποδεικνῦσα δὲ τὰ παρόντα κακὰ, καὶ οἷον ἐξ οἵων ἔλαχε βίον, καὶ τίνα τῶν πολλῶν θυσιῶν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Δεσπότου μισθόν. Ἔλεγέ τε ἀεὶ τῆς μὲν τῶν γυναικῶν ὀλιγοψυχίας ἄξια ῥήματα, ταράξαι δὲ πάντα ἄνδρα δυνάμενα, καὶ περιτρέψαι καὶ γενναίαν διάνοιαν. Πλανῆτις γὰρ καὶ λάτρις περιέρχομαι (5), ἡ βασιλὶς δουλεύω, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐμῶν οἰκετῶν χεῖρας ἠνάγκασμαι βλέπειν, καὶ τρέφουσα πάλαι πολλοὺς, ἀγαπητῶς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων παρατρέφομαι νῦν. Καὶ ὅτι καλὸν

A inter se, et calamitates fluctuum incursum imitabantur, atque priusquam priores lacrymæ sedarentur, aliarum afferebatur occasio. Sed ille tempestatis excepto impetu, et undarum vi in spumam commutata, velut scopulus stabat, emittebatque ad Dominum gratam illam vocem, nec quidquam eorum quæ accidebant, lacrymis dignum duxit. Ubi vero advenit qui narraret quemadmodum filiis et filiabus convivantibus violentus quidam ventus oblectationis domum conquassasset, tunc solum scidit vestem, ostendens condolentem naturam, atque iis agendis declarans patrem esse se liberorum amantem, piisque illis vocibus quod evenerat ornans dicebat : *Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita et factum est*[a] : tantum B non clamans in hunc modum : Pater vocatus sum dum voluit qui me patrem effecit. Statuit rursus sobolis mihi coronam auferre, haud repugno quominus sua auferat. Obtineat quod Domino visum est; ipse est generis conditor, ego organum; quid necesse est, servus eum sim, dolere me frustra, ac de sententia quam nequeo irritam facere, conqueri? Verbis ejusmodi quasi jaculis justus ille diabolum confodit. Postquam autem iterum inimicus eum vidit esse victorem, nec ulla harum ærumnarum concuti posse, tentationis admovit machinamentum carni ipsi, et corpore infandis vulneribus percusso effecit, ut ex eo vermium fontes scaturirent; virumque ex regio throno deturbatum, in sterquilinio collocavit. Ille vero vel C talibus angustiis lacessitus, permansit immotus; et lacerato corpore, pietatis thesaurum in recondito animæ recessu intaminatum servabat.

2. Cum igitur non haberet quod jam faceret hostis, insidiarum veterum recordatur; atque ad impiam ac blasphemam sententiam uxoris animum pertrahens, opera illius aggrediebatur athletam concutere. Ac illa quidem laboris diuturnitati cedens, justo astitit, humi prona, manus super iis quæ videbat complodens, pietatis ei fructus exprobrans, hinc veterem rei familiaris opulentiam recensens, illinc mala præsentia commonstrans, et qualem ex qualibus sortitus esset vitam, et D quam pro multis sacrificiis mercedem a Domino recepisset. Et semper verba pusillo quidem muliebrum animo digna proferebat, sed talia tamen, quæ virum omnem perturbare, et animum vel fortem subvertere possent. Vaga, inquiebat, et ancilla oberro, regina servio, et ad meorum famulorum manus respicere coacta sum, et quæ multos olim nutrivi, bene nunc mecum agi existimo si enutriar ex alienis. Addebat melius esse ac utilius si

[a] Job I, 21.

Cap. 29, p. 62, ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, *tanquam aliquod amuletum*. Placuerat mihi hæc scriptura primi codicis Regii propter eas rationes quas in annotatione exposui. Sed tamen legendum videtur, ut in quatuor codicibus mss., ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον, *tanquam aliud aliquod valedictionis donum*. Sic enim apud Gregorium Nazianzenum or. 14, p. 223, *Christus hinc discedens pacem reliquit nobis*, ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον.

Epist. 2, p. 70, τὴν τοῦ τόπου κατασκευήν, *loci structuram*, id est formam ac situm.

Epist. 3, p. 76, εἰ τῷ σῷ δραστηρίῳ συντεταγμένοι εἴημεν, ad verbum, *si cum strenuo tuo præsidio conjuncti simus*. Vide epist. 225, pag. 336, not.

Epist. 8, p. 89, καὶ εἰ καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς ὀνομάζεται, *quod si etiam nominatur Patris dextera*, id est, Si dexteræ Patris vocabulum usurpatur in Scripturis, hujusque dexteræ digitus est Spiritus sanctus. Quare parenthesis claudenda post has voces, ἔθραυσεν ἐχθρούς, ac totus hic locus sic reddi ac scribi debet : *Quod si etiam de Patris dextra fit mentio* (« *dextera enim Domini fecit virtutem, et dextera tua percussit inimicos* »), *Dei autem digitus Spiritus sanctus est, secundum illud, « Si ego in digito Dei ejicio dæmonia : » id quod in alio Evangelio scriptum est, « Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia ; » Spiritus sanctus ejusdem naturæ ac Pater et Filius.*

Ibidem, οὐ γὰρ νῦν δυνατὸν πλατύτερον ἐξετάσαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον. Verte : *Non enim nunc latius exquirere possumus quæ ad eam* (Trinitatem) *pertinent.*

Epist. 22, p. 100, μετὰ λόγου καὶ πληροφορίας, *cum ratione et animi persuasione*. Vertere malim, *cum ratione et æquanimitate*, id est, animo libenter submisso. Sic etiam infra n. 3 : *Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, privatim coarguentem interrogare debet ac persuadere aut persuaderi*, καὶ ἢ πληροφορεῖν ἢ πληροφορεῖσθαι. Satius videtur sic reddere has ultimas voces, *ac vel satisfacere vel acquiescere*. Et pag. 101 : *Det autem Dominus ut quæ diximus cum omni animi persuasione*, μετὰ πάσης πληροφορίας, *suscipientes*, etc. Hic etiam malim, *cum omni æquanimitate*. Sæpissime apud Basilium occurrit illa vox πληροφορία, ac interdum quidem significat firmam animi persuasionem, ut in *Regula morali* 8, p. 240, et in *Reg. brev.* 172, ubi agitur de animi persuasione ac fide ad Eucharistiam percipiendam necessaria. At interdum idem valet ac æquanimitas, sive animus libenter acquiescens iis quæ jubentur aut docentur, ut in locis supra allatis, et in *Regulis longioribus*, interrog. 10, pag. 333, ubi declarat Basilius, *ei, qui ab illustriore quodam vitæ genere juxta Domini nostri Jesu Christi exemplum ad humilitatem festinat, aliqua quæ apud externos probrosa esse videantur, præscribenda esse, ac observandum utrum cum omni æquanimitate*, μετὰ πάσης πληροφορίας, *operarium sese Deo non prave pudentem exhibeat.* Hinc etiam πληροφορεῖν καρδίαν idem valet ac animo obsequi, in homilia *in divites* p. 59, ubi Basilius sic eos alloquitur qui liberos suos prætexebant, ut eleemosynæ præceptum eluderent : Τοὺς γὰρ παῖδας προβάλλεσθε, τὴν δὲ καρδίαν πληροφορεῖτε. *Liberos enim prætenditis : at vestro animo satisfacitis.*

Ep. 30, p. 110 : *Interim Neocæsarea et Ancyræ visæ sunt habere successores eorum qui obierunt, et huc usque conquiescunt.* Videtur mihi Basilius sic loquendo nihil boni ab his duobus episcopis exspectasse. Non enim honorifica est hæc loquendi ratio. Similiter de Nestorio S. Cyrillus : Οὗτος ὅστις δοκεῖ κατέχειν τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, *Iste qui videtur Constantinopolitanam obtinere Ecclesiam*, Ep. ad Joan. Antioch. Concil. Eph. p. 575. Non falsas fuisse S. Basilii de utroque illo episcopo suspiciones comprobavit eventus. Ac Neocæsariensis quidem, qualis vir exstiterit, perspici potest ex his quæ diximus in *Vita S. Basilii.* Ancyranus videtur insignis hæreticus fuisse. Galatiam non recenset Basilius inter provincias suæ communionis in ep. 204, n. 7. A Galatis orta sunt quæcunque nefarie anno 375 et 376 sub Vicario Demosthene gesta sunt, ut patet ex epistolis 237 et

Digitized by Google

239; vixque dubium quin magnam partem earum rerum sustinuerit Ancyranus episcopus, ac numerari debeat inter illos Arianos, qui suam communionem Ancyræ in domibus privatis Eustathio concesserunt, ac perhonorifice ab eo e Galatia accersiti, multa mala toti regioni dederunt.

Epist. 55, p. 149: Ἀγαμίᾳ δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ κεχωρίσθαι τῆς μετὰ γυναικὸς διαγωγῆς. *Vita autem cœlebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separetur.* Videntur postrema verba sic etiam reddi posse: *ut quis a convictu mulieris separetur.*

Epist. 69, pag. 163: *Igitur et illius* (Marcelli), *ut par est, fieri mentionem res præsentes postulant, ut qui occasionem quærunt, occasionem non habeant, dum sani ad tuam se sanctitatem adjungunt, et qui circa veram fidem claudicant, manifesti omnibus fiunt.* Hujus loci videtur ea esse sententia: Si Marcellus damnetur, nullam occasionem relictum iri his qui occasionem quærunt: quippe cum futurum sit, ut sani omnes, hoc scrupulo evulso, libenter se cum Athanasio conjungant: qui autem claudicant in fide, nudent se et malam mentem aperiant, si post damnatum Marcellum recusent conjunctionem, cujus hactenus recusandæ ansam ex Marcello arripuerant.

Ibidem: Τὰ τῆς καταστάσεως τῶν Ἐκκλησιῶν, verte, *quæ ad constituendam pacem Ecclesiarum pertinent.*

Epist. 76, p. 171: Ἐπιλέλοιπε δὲ λοιπὸν καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων διάθεσις. *Jam defecit rerum necessariarum administratio.*

Epist. 87, p. 179: *Sin minus, saltem contra presbyteros, eosque quotquot idem ac nos sentiunt,* id est, saltem contra presbyteros, præsertim si presbyteri illi idem ac nos sentiant.

Epist. 90, p. 182: Οἶκοι εὐκτήριοι, ἔρημοι τῶν ἐκκλησιαζόντων. Verte, *Desertæ domus orationis, nec quisquam in eis congregatur.* Confirmatur hæc interpretatio ex his verbis epist. 92, p. 185: *Fugiunt precationis domos populi saniores, ut impietatis scholas, ac in solitudinibus ad Dominum in cœlis inhabitantem cum gemitibus et lacrymis manus attollunt.*

In hac epistola 92, p. 184: *Neque aliud quidquam humanum cogitetis*, id est, formidetis. Id enim sonat illud verbum ὑπολογίσασθαι, ut perspici potest in epist. 97 ad senatum Tyanensem.

Epist. 94, p. 188: Τοὺς παραπέμποντας, *deductores.* Intelligi possunt jumentorum deductores, sicque intellexit Combefisius.

Epist. 98, p. 191: Hellenius ille Nazianzi peræquator idem esse videtur, ac is de quo Basilius initio epistolæ 71.

Epist. 98, p. 192: Hic locus scrupendus et interpretandus videtur: Προσεδοκᾶτο δὲ καὶ ἑτέρα συντυχία, τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Εὐσταθίου, ἡ καὶ γενομένη ἡμῖν. *Expectabatur autem et alius congressus, nempe cum reverendissimo episcopo Eustathio, quem quidem congressum consecuti sumus.* Illud, *exspectabatur*, et quæ præcedunt, *Eramus etiam cum episcopis secundæ Cappadociæ congressuri*, referuntur ad initium epistolæ, *Cum Nicopolim mente animoque ferrer.* Alium dicit hunc congressum, quia jam de congressu cum episcopis locutus est.

Epist. 99, p. 193: Quod ait hoc loco Basilius se cum Eustathio iterum disseruisse, et Pœmenium presbyterum doctrinæ suæ vehementer adversatum esse; id ita accipi non debet, quasi Pœmenius Arianam sententiam aperte defendisset. Nam si impietatem præ se tulisset Eustathius, statim illum Basilius missum fecisset. Sed cum ab eo Basilius claram et perspicuam fidei confessionem peteret, Eustathius qui medius esse volebat, ac nec Arianus Catholicis, nec Arianis Catholicus videri, declinare et eludere tentabat quæ a Basilio proponebantur: in quo Pœmenius operam Eustathio navabat et adversabatur Basilio.

Epist. 104, p. 199: Τοῖς ἀεὶ καταπονουμένοις, *iis qui quovis tempore affliguntur.* Verti posset, *iis qui quovis tempore pauperes sunt.* Hoc enim verbum sic accipitur in epist. 142, et pluribus aliis in locis.

Epist. 117, pag. 209: *Ejusmodi ministeriis*, id est, gratiarum agendarum officiis.

Epist. 130, p. 222: Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν ἐλθὼν, καὶ συντυχὼν Γελασίῳ τινὶ, πίστιν αὐτῷ ἐξέθετο, ἣν μόνου ἦν Ἀρείου συγγράψαι, καὶ εἴ τις αὐτοῦ γνήσιος μαθητής, etc. *Postquam vero et in Ciliciam venit, atque Gelasium quemdam conveniens, eidem fidem exposuit, quam conscribere erat Arii solius, et si quis germanus illius discipulus,* etc. Loquitur Basilius sub finem epistolæ 124 de eadem fide, quam Gelasio Eustathium ait tradidisse. Patet hanc fidei confessionem ab ipso Eustathio compositam fuisse. Hanc enim componere Basilius solo Ario dignum judicat, et si quis Arii germanus discipulus, qualis erat Eustathius. Idem probat verbum ἐξέθετο, *exposuit.* Sic enim Basilius de variis formulis, quas Eustathius ad episcopatum evectus ediderat: ὅσας ἐξέθεντο πίστεις; *quot fidei formulas ediderunt?* Sed quo consilio hanc fidei confessionem petierit Gelasius; utrum ab Eustathio edoceri voluerit, an ab eo recantari subscriptam petitu Basilii formulam, id videtur incertum.

Epist. 138, p. 230: Πρεσβείαν τινὰ δι' ἀνδρῶν ἀξιολόγων, *legationem aliquam per viros fide dignos.* Melius, *per viros auctoritate præditos.*

Epistolæ 155, p. 244, titulus sic habet: Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἀλείπτῃ. *Sine inscriptione, causa aliptæ.* Credo librarios hunc titulum idcirco apposuisse huic epistolæ, quia is ad quem scripta est, hortator erat et alipta eorum qui pro Christi nomine persecutionem patiebantur. Simili sensu Basilius S. Ascholium ἀλείπτην S. Sabæ martyris vocat in epist. 164, p. 255.

Epist. 189, p. 276: *Neque contradicere hominibus mendacio armatis, malo illo jaculo, quod et per*

Digitized by Google

ipsam veritatem non raro cuspidem adigit. Videntur hæc illustrari posse ex his verbis epist. 92, num. 2, pag. 185 : *Jam quoque et illud mutui belli telum a quibusdam, defensio videlicet sanæ doctrinæ, excogitatum est : et dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant.*

In eadem epistola, p. 277 : Totus hic locus sic etiam videtur scribi et reddi posse : Ἀλλὰ καινοτομίαν ἡμῖν προφέρουσιν, οὐτωσὶ τὸ ἔγκλημα καθ' ἡμῶν συντιθέντες· τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογούντων (forte ut in uno codice ὁμολογοῦντας), μίαν ἀγαθότητα, καὶ μίαν δύναμιν, καὶ μίαν θεότητα λέγειν ἡμᾶς αἰτιῶνται. *Sed novitatem nobis objiciunt, sic accusationem contra nos instituentes : queruntur quod, cum tres hypostases confiteamur, unam bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem dicamus.*

Et pag. 278 : Τίς οὖν ὁ ἡμέτερος λόγος; Malim reddere : *Quæ est igitur nostra doctrina?*

In eadem epistola, p. 280 : Οὔτε ψύχει τὸ πῦρ, verte, *Nec ignis frigefacit.*

Epist. 190, p. 282 : Ταῖς μικροπολιτείαις, ἤτοι μικροκωμίαις, *Parvis civitatibus, sive parvis pagis.* Satius videtur interpretari, *sive parvis oppidis.*

In eadem epist., p. 283 : *Inde exspectantes rumorem ;* clarius et accuratius, *Venturum illinc exspectantes rumorem.*

Ep. 205, p. 308 : Presbyter ille Meletius, qui hanc pertulit epistolam, idem ministerium exhibuit in perferenda epistola 226.

Ep. 212, p. 318 : Ἔμαθον δὲ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις, etc. Ambiguum est et in Græca oratione et in interpretatione Latina, utrum Basilius paucis post adventum suum diebus didicerit Hilarium Dazimone abiisse, an paucis post adventum Basilii diebus Hilarius abierit. Magis arridet hic posterior sensus, magisque videtur consentire cum dolore quem significat Basilius, quod Hilarium non viderit, cum videre potuisset. Itaque clarius reddi posset : *Quid passum me esse putas, aut quo animo fuisse, cum Dazimona veni, ac didici facundiam tuam paucis post adventum meum diebus exiisse?*

Epist. 214, p. 321 : Πρὸς πάντας δὲ ἔχειν εὐχόμεθα τὴν ἀγάπην, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Verte : *Charitatem cum omnibus habere cupimus, et maxime cum domesticis fidei.* Vide epist. 203, p. 300, not.

Epist. 217, quæ est canonica tertia, can. 80, p. 329, not. Quæ ad explicandam sancti Basilii de trigamis sententiam disseruimus, hoc argumento confirmari possunt, quod Basilius polygamiæ totidem annos pœnitentiæ imponat, quot impositi trigamis fuerant in canone quarto. Probabile autem non videtur eum dissimili facto parem irrogasse pœnam, et severiorem non fuisse in quartas nuptias, quam in tertias; cum præsertim statuat in his rebus servandam esse proportionem, et prout agitur cum digamis, ita cum trigamis agendum esse, canone quarto.

Ep. 237, p. 365 : Ἀσχοληθεὶς περὶ τὸ στρατόπεδον, *Paulisper occupatus circa res militares.* Cum vox illa, στρατόπεδον, in pluribus aliis sancti Basilii locis aulam imperatoris designet, hoc etiam loco eumdem in sensum accipitur a doctissimo Cangio. Sed tamen probabilius est Basilium de exercitu loqui. Nam cum in epistola 215, quæ sub hiemem anni 375 scripta est, Dorotheo nuntiet omnia a Constantinopoli usque ad Cappadociam referta esse hostibus ; dubium non est quin aliquis exercitus adversus illos hostes missus fuerit, isque Demostheni eas occupationes attulerit, quales par erat a præfecti vicario sustineri.

Epist. 244, p. 382 : Μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης, vertendum, *Deinde eam, quæ Nice in Thracia edita est.* Paulo post illud, τὸ ὁμοούσιον καταιγάσαντες, sic reddi debet, *silentio indicto Consubstantiali.* Significat enim illa vox Eustathium in Cyzicena formula, quæ omnium postrema fuit, decrevisse ut Consubstantiale silentio premeretur. Unde Basilius in hac ipsa epistola n. 5, p. 380, declarat *condemnatam ab illis esse fidem Nicænam.*

Epist. 252, p. 388, not. Hanc epistolam Ponti episcopis scriptam fuisse persuasit titulus, *Episcopis Ponticæ diœcesis.* Hoc tamen titulo non magis Ponti, quam aliarum provinciarum, quæ Cæsareæ parebant, episcopi designantur. Plures enim provincias complectebatur Pontica diœcesis, ut probavimus in *Vita sancti Basilii*, cap. 14. Eumdem sensum confirmat titulus codicis Harlæani, ἐπισκόποις τῆς διοικήσεως, *episcopis diœcesis.* Quare verisimile est librarios, cum episcopos, qui aliquandiu consuetudinem veniendi Cæsaream ad diem festum S. Eupsychii intermiserant, hac epistola ad festum illum diem invitari viderent, id de episcopis Cæsareæ subjectis intellexisse, et idcirco hunc titulum apposuisse. Sed tamen cum certo sciamus sanctum Basilium communione et amicitia episcoporum Ponti caruisse, hanc ad eos scriptam esse epistolam, si minus ex titulo, saltem ex dissensione, quam cum S. Basilio habuere, colligere possumus.

Digitized by Google

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

IN LIBRUM DE SPIRITU SANCTO.

(Paginæ sunt editionis Garnerianæ, typis grandioribus expressæ.)

Præfixerat hujus libri interpretationi Des. Erasmus epistolam, suspiciones suas sinistras et temerarias exponens conjecturas, quibus partem hujus operis tanquam ab ejus stylo alienam illi abjudicabat : sed quam iniqua sit et insulsa hominis illius censura, pluribus verbis luculentissime ostendit vir clarissimus Jacobus Billius, S. Michaelis in eremo cœnobiarcha, lib. I, cap. 9, *Sacrarum observationum*, ac leves planeque stuppeas ratiunculas refutat. Primum enim vitio vertit auctori Erasmus, quod interdum ad tragicum cothurnum ejus oratio intumescat, nunc rursus ad vulgarem sermonem subsidat. Quasi vero non omnibus auctoribus hoc familiare sit, ut cum materia hoc poscit, altius stylum attollant, grandiorique genere dicendi utantur. Nam ut idem Basilius inquit in tractatu *De vera fide*, pag. 251 : Ἄλλο εἶδος λόγου ἐλεγκτικοῦ, καὶ ἄλλο εἶδος λόγου παρακλητικοῦ. Ἄλλη ἀπλότης τῶν ἐν εἰρήνῃ τὴν εὐσέβειαν ὁμολογούντων, καὶ ἄλλοι ἱδρῶτες τῶν πρὸς τὰς ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἱσταμένων. Deinde quod subinane quiddam habere videatur auctor, velutque ostentet se didicisse, quæ Aristoteles in *Prædicamentis*, et Porphyrius in libello *De quinque vocibus* tradiderunt, idcirco indignum Basilio censet librum, quasi vero cum totius disputationis cardo in exiguarum præpositionum explicatione verteretur, fideique adversarii externæ disciplinæ præsidiis abuterentur, eruditissimum virum non decuerit, quo gladio illi per ipsius latus Ecclesiam petebant, eodem ipsos trucidare. Nam de phrasis dissimilitudine, quam causatur in eo, quemadmodum et in secunda Homilia *De jejunio*, perspicue fallitur : neque enim ullum ejus discrimen agnosci potest. Opponit deinde idem Billius Euthymii Græci auctoritatem, qui Alexii imperatoris ætate floruit, qui in sua Panoplia sæpe librum illum triginta capitum citat. Addit multo plures multoque antiquiores testes illustrissimus cardinalis Perronius in aureo suo et eximia doctrina referto Examine libri Philippi Mornæi adversus Eucharistiæ sacramentum, nimirum sanctum Hieronymum, in *Catalogo scriptor.*, Theodoretum, dialogo 1, et in *Anathematismorum Cyrilli refutatione*, cap. 5, Damascenum orat. 3 *De imaginibus*, concilium Nicænum II, actione 4, Photium, in *Nomocanone*, Burchardum, in *Decreto*, Zonaram, in *Nomocanonem*, Anastasium Nicænum, quæst. 84, Theodorum Balsamonem, in *Nomocan.*, et Nicephorum, lib. XII, c. 20. Postremo inter Ecclesiæ catholicæ adversarios IS, qui solitus est Erasmum adversus aliorum censuras tueri, in hoc ei ne non assentiri testatur in suis adversus illustrissimum cardinalem Baronium, *Exercitationibus* XVI, num. 33; et in eadem, numero 43, eos planissime falli asserit, qui eam partem libri suspectam habent, et Basilii esse negant, in qua de dogmatibus silentio premendis agitur et de arcanis minime divulgandis.

Pag. 2, num. 2 : *Quod si stulto.* Hinc subodorari potest lector, quam in Scriptura sacra hospes esset interpres Batavus, cum hæc duo loca minus fideliter verterit. Prior est Proverbior. XVII, 29 : Ἀνοήτῳ ἐρωτήσαντι σοφίαν, *Dementi, vel stulto, interroganti sapientiam, sapientia imputabitur :* posterior Isaiæ III, 1, 2 : Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ὑπὸ Ἰερουσαλὴμ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν, *Dominus exercituum auferet de Hierusalem admirabilem consiliarium, et sapientem architectum, et prudentem auditorem.* At Erasmus verterat : *Sapientem ausculatorem, quem propheta admirando consultori comparat.* Non igitur auditorem æquat consiliario, vel cum eo confert, sed in oratione sua simul enumerat inter eos viros eximios, quos ab Hierusalem Deus auferet.

Pag. 9, num. 12 : *Carnem Dei.* Insignem hunc locum dum verteret Erasmus, insignem oscitantiam suam ostendit, seque tenuiter admodum in Patrum lectione versatum esse, ut qui non didicisset olim Theodoretum in *Reprehensione anathematismorum Cyrilli*, qui tam celebres in concilio Ephesino fuerunt, hoc loco abusum esse. Vertit igitur : *Ut ostenderet carnem in Christo divinæ naturæ unitam ex humano liquore concretam fuisse?* Atqui φύραμα hic non liquorem, sed massam vel conspersionem significat, ut Roman. IX, 21 : Ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, *Ex eadem massa;* et Rom. XI, 16 : Εἰ δὲ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα : ubi Erasmus ipse vertit, *Quod si primitiæ sanctæ, sancta est conspersio.* At θεοφόρος σάρξ dicitur Christi corpus, ut antea in psalmum XXXIX, p. 296 : ὑπόδημα δὲ τῆς θεότητος ἡ θεοφόρος σάρξ, *Divinitatis autem calceamentum est caro Deum ferens;* et in II cap. Isaiæ, pag. 873 : Ἀπὸ τοῦ σκοπευτηρίου γενομένην, ἀπὸ τῆς σαρκὸς θεοφόρου, *A specula exortam, a carne quæ gestavit Deum.* Carnem Christi θεοφόρον appellat, non hominem Christum, ut falso citavit Theodoretus in Reprehensione anathematismi quinti pag. 558 edit. Romanæ, parte III concilii Ephesini : Τῶν δὲ φύσεων τὴν διαφορὰν γνωρίζομεν, καὶ

Digitized by Google

τὸν θεοφόρον δὲ ἄνθρωπον ὡς πολλοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων εἰρημένον οὐ παραιτούμεθα· ὧν εἷς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ τούτῳ χρησάμενος τῷ ὀνόματι, καὶ ἐν τῇ πεντηκοστοῦ ἐννάτου ψαλμοῦ ἑρμηνείᾳ. *Naturarum autem differentiam agnoscimus, et deiferum hominem, sicut a multis sanctis Patribus dictus est, non devitamus : quorum unus magnus ille Basilius in sermone de sancto Spiritu ad Amphilochium hoc usus est nomine, et in Explanatione quinquagesimi noni psalmi.* Atqui non parvum est discrimen inter hominem et carnem. Nam, ut inquit illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. III *De Christo*, cap. 8, homo personam significat, ut etiam Deus ; caro autem non personam, sed naturam, vel potius partem naturæ humanæ significat. Quare homo deifer non recte dicitur de Christo, quasi duæ sint in eo personæ, homo et Deus, sed caro deifera dicitur a Basilio, quia sunt duæ naturæ, caro et deitas. At sanctus Ignatius dicitur θεοφόρος, quemadmodum et sanctus Cyrillus ait prophetas dici posse θεοφόρους, quod templum sint Spiritus sancti, et Clemens Alexandrinus, I *Strom.*, p. 318 : Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς, καὶ ἤδη ἅγιος, θεοφορῶν καὶ θεοφορούμενος. *Divinus ergo est, qui cognitione præditus, et jam sanctus, qui Deum fert, et fertur a Deo.* Ita malim vertere, quam *Qui Deo afflat, et afflatur.* Et Gregorius Nazianz., or. XXXVII, pag. 609 : Ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. *Ut quispiam divino numine afflatus non ita pridem philosophatus est.*

Pag. 21, num. 25 : *Adversariis et inimicis.* Hæc adjecimus Erasmianæ versioni, quod et Regius H et Angl. adderent Basiliensi, Τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας. Paulo post immutavimus illud, *Sicut solent æris alieni debitores, qui sane cordati sunt.* Nam εὐγνώμονες sunt bonæ fidei debitores, non qui cordati sunt, id est, qui bona fide agnoscunt se debere persolvere. Joan. Chrysostomus, homil. 5 *De pœnitentia*, p. 686 : Πρόσεχε πῶς ὁ χρεώστης εὐγνώμων περὶ τὸν δανείσαντα. *Attende quam sit bonæ fidei debitor feneratori;* et tractatu *De Susanna* pridem a nobis vulgato : Ἤκομεν ὑμῖν εὐγνώμονες ὀφειλέται τοῦ λόγου, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν πληροῦντες, ἀλλ' ὅσον ἔχομεν ἀποδιδόντες. *Bonæ fidei vobis debitores sermonis advenimus, non ut quantum debemus exsolvamus : sed ut quantum in nostra situm est potestate, reddamus.* Cæterum, ut ait doctissimus Billius, hæc ironice legi debent : neque enim debitores illi bonæ fidei sunt, qui nisi syngraphis suis urgeantur, debita non agnoscunt. In fine capitis additum est verbum κρατῆσαι post vocem βαπτίσματος, quamobrem ita in versione scribendum, *In baptismate receperunt, retineant.* Ibidem pro τῆς δόξης ἀποπληρώσει in Anglic. legebatur τῆς δοξολογίας ἀποπληρ. At Regius H receptam lectionem retinebat.

Pag. 27, n. 33 : *Nam Dei et hominum mediatorem.* Cornarii versionem hic malim amplecti, sic ad verbum Græca referentem : *Mediatorem enim Dei et hominum per seipsum tum præfigurabat in ministerio legis.* Paulo post scripsimus, *in manu mediatoris*, ut est in Vulgata, ad Galatas III, 19, non ut Erasmus ediderat : *In manu sequestri videlicet Mosi juxta provocationem populi;* sed in ipsa Novi Testamenti versione magis ei placuerat vox intercessoris, quam tamen reprehendit Beza, quod Latinis dicatur intercessor, qui se medium velut injiciens obstat iis, quæ geruntur. Tum addit Castellionem maluisse sequestrem interpretari, quo vocabulo usus est interdum Tertullianus, sed cum de Christo agitur, quod et ipsum nollet sine commoda expositione imitari : at ipsi vocem internuntii cæteris prætulit, non ut innovaret vocabulum theologorum auribus familiare, sed ut Mosem a Christo distingueret. Inepta plane ratio, quasi sapientior velit Apostolo videri, qui cum de Mose et de Christo loquitur, ἀδιαφόρως utitur voce μεσίτου, *Mediatoris;* cur igitur, cum de Mose agitur, μεσίτου, *internuntii*, et cum de Christo, μεσίτου, *Mediatoris*, vocem usurpabit ? Sane quidem Hilarius, Ambrosius, Hieronymus et Augustinus passim non verentur apostolorum loca, in quibus voce μεσίτου utuntur, Mediatoris voce exprimere, sive de Christo fiat mentio, sive de aliis. Et Tertullianus cum sequestrum dixisset de Christo loquens in libro *De resurrectione carnis*, *Sequester Dei et hominum appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi*, visus non est dictionem illam soli Christo reservare, cum sequestri notio tam honorifica non sit, et apud gentiles jureconsultos pro eo sumatur, apud quem plures rem eam, de qua controversia est, deponunt : idem etiam Tertullianus, lib. *De patientia*, cap. 15 : *Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus :* ubi de Redemptore non agitur. Denique πρόσκλησιν habuit Basiliensis editio et ms. H, non πρόκλησιν, ideo delevi *provocationem*. Sub finem capitis hujus immutavimus illam clausulam, Τί οὖν πρὸς τούτοις ἔτι ; *Quid igitur attinet his aliquid addere, in quibus abunde multæ sunt objectionum dissolutiones ?* Nec aliter Cornarius, quasi hoc vellet Basilius, superioribus nihil addi posse, quæ rationem indicent multas hæreticorum objectiones dissolvendi : at in Regio H hæc inchoabant cap. 15, quasi dicat auctor : Quas alias responsiones afferunt hæretici, quibus Catholicorum firmamenta destruant ? Admodum enim abundant solutionibus : tum novas subjicit.

Pag. 54, n. 66 : *Cum conficitur.* Erasmus ediderat, *cum ostenditur panis;* unde occasionem arripuerunt novatores, ut istum locum objicerent, dum contendunt Eucharistiam, dum populo ostenditur, esse panem, et consecrationem verbis Christi non fieri, cum invocatio fiat post Christi verborum pronuntiationem. Sed omnino certum est hic ἀνάδειξιν non significare ostensionem, quæ populo fiat, cum dicantur, dum ea fit, pronuntiari verba μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον ἰσχύν, *Quæ*

Digitized by Google

multum momenti habent ad mysterium : at in Ecclesia Græca non ostenditur, neque attollitur adorandum Christi corpus nisi post consecrationem, cum dicitur paulo ante communionem, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *Sancta sanctis*. Significat ergo consecrationem et oblationem Eucharistiæ, quasi ἐπὶ ἀναδείξει idem valeat, quod *cum conficitur* vel *consecratur panis Eucharistiæ*. Nam ἀναδεικνύειν sonat idem quod *efficere*, ut pluribus exemplis confirmat Budæus ex Grægorio Nazianzeno citans orat. *in nonam Dominicam*, pag. 699 : Τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, *Postremus homo creatus est*. Et in Annotationibus in Pandectas idem verbo Latino, *Designo*, tribuit, ut ostendere valeat et patrare, quemadmodum et II ad Tim. IV, 14 : Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο, *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit*. Sic et ipsa Basilii Liturgia, dum orat sacerdos, petit a Deo, Ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου, *Ut sanctificet et efficiat hunc quidem panem ipsum pretiosum corpus Domini*. Nam et ita e Syriaco vertit Andreas Mazius in eadem Liturgia Basilii, *Et efficiat panem istum corpus gloriosum Domini*. Et in Liturgia S. Jacobi, Ἵνα ἁγιάσῃ, καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Et in ea Chrysostomi ποίησον τὸν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Postremo apud Clementem, lib. VIII, c. 17, *Constitutionum apost.*, in eadem formula consecrationis, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, *Ut efficiat panem hunc corpus Christi*. In veteri etiam interpretatione apud Burchardum, in *Decreto*, libro *De universa Ecclesia*, cap. 223, hic Basilii locus ita vertitur : *Quæ enim Scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri ? Quæ multifariam digesta super panem et calicem prolixa orationis et consecrationis verba commendavit ?* Apud Gratianum autem sic legitur : *Verba invocationis, cum panis Eucharistiæ et calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit ?* Hæc et alia ejusmodi colligebamus ad tuendam versionis hujus emendationem in Elencho errorum Philippi Mornæi, cap. 1, lib. V, a nobis vernacula lingua edito ante annos XVIII ; quod idcirco moneo, ne quis forte existimet hæc a nobis fuisse decerpta e novis *Exercitationibus* Isaaci Casauboni, exercitat. 16, num. 33, cui cum talia multa illustrissimus cardinalis Perronius loca Patrum indicasset, cum illi, tum nobis sæpe professus erat, se de sanctissimi Eucharistiæ sacramenti veritate cum Ecclesia Romana sentire, ac fidem dederat se Calvinianis erroribus nuntium proximis feriis Pentecostes remissurum ; sed nimirum aliquando et cœlum et animum mutant, qui trans mare currunt : utinam non cœlos et animas sæpenumero perdant. Hic ego tamen facere non possum, quin mirari me tester ac miserari hominis cæcitatem et inconstantiam, qui cum ad hujus illustrationem loci tam multa Patrum testimonia congessisset, ex quibus constat illos existimasse Christi verba ex evangelistarum libris deprompta pronuntiari debere cum Eucharistia consecratur, Spiritum sanctum invocari, et alias sacræ formulæ voces proferri, quas Liturgiæ Græcæ Latinæque præscribunt : tamen in templum a museo discedens in verba Calvini juraret, ordinem administrationis sacramentorum ab eo traditum observaret, qui omnia illa pro magicis incantationibus habet, nec ullas evangelistarum voces proferri sinit, sed una cum pane et calice promissiones fidelibus offerri, non ulla demurmurari verba præter vivam prædicationem, quæ auditores ædificet, nec aliud præscribit lib. IV *Institut.*, c. 17, num. 39.

Plures Ducæi notas omisimus, quia minus necessariæ videbantur.

Digitized by Google

S. BASILII MAGNI

EPISTOLARUM

ORDO NOVUS CUM ANTEA VULGATO COMPARATUS.

Ordo novus.	*Ordo vetus.*	
I	165.	Eustathio philosopho.
II	1.	Basilius Gregorio.
III	173.	Candidiano.
IV	169.	Olympio.
V	188.	Ad Nectarium consolatoria.
VI	189.	Nectarii conjugi consolatoria.
VII	2.	Gregorio sodali.
VIII	141.	Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio.
IX	41.	Maximo philosopho.
X	175.	Ad viduam.
XI	239.	Sine inscriptione, amicitiæ ergo.
XII	171.	Olympio.
XIII	172.	Olympio.
XIV	19.	Gregorio sodali.
XV	415.	Arcadio comiti Privatarum.
XVI	168.	Adversus Eunomium hæreticum.
XVII	384.	Origeni.
XVIII	211.	Macario et Joanni.
XIX	3.	Gregorio sodali.
XX	83.	Leontio sophistæ.
XXI	375.	Leontio sophistæ.
XXII	411.	De perfectione vitæ monasticæ.
XXIII	383.	Commendatitia ad monachum.
XXIV	54.	Athanasio Athanasii episcopi Ancyræ patri.
XXV	53.	Athanasio episcopo Ancyræ.
XXVI	562.	Cæsario Gregorii fratri.
XXVII	6.	Eusebio episc. Samosatorum.
XXVIII	62.	Ecclesiæ Neocæsariensi consolatoria.
XXIX	67.	Ecclesiæ Ancyræ consolatoria.
XXX	7.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXI	267.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXII	84.	Sophronio Magistro.
XXXIII	358.	Aburgio.
XXXIV	5.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXV	236.	Sine inscriptione, pro Leontio.
XXXVI	228.	Sine inscriptione, auxilii causa.
XXXVII	248.	Sine inscriptione, causa illius qui secum fuerat enutritus.
XXXVIII	43.	Gregorio fratri de discrimine essentiæ et hypostasis.
XXXIX	206.	*Julianus Basilio.*
XL	207.	*Julianus Basilio.*
XLI	208 et 209.	Basilius Juliano.
XLII	1.	Ad Chilonem discipulum suum.
XLIII	2.	Admonitio ad juniores.
XLIV	3.	Ad monachum lapsum.
XLV	4.	Ad monachum lapsum.
XLVI	5.	In virginem lapsam.
XLVII	4.	Gregorio sodali.
XLVIII	254.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XLIX	408.	Arcadio episcopo.
L	409.	Innocentio episcopo.
LI	86.	Bosporio episcopo.
LII	300.	Ad canonicas.
LIII	76.	Chorepiscopis.
LIV	181.	Chorepiscopis.
LV	198.	Paregorio presbytero.
LVI	354.	Pergamio.
LVII	56.	Meletio episcopo Antiochiæ.
LVIII	44.	Gregorio fratri.
LIX	46.	Gregorio patruo.
LX	45.	Gregorio patruo.
LXI	47.	Athanasio Alexandriæ episcopo.
LXII	185.	Ecclesiæ Parnassi consolatoria.
LXIII	371.	Principali Neocæsareæ,
LXIV	350.	Hesychio.
LXV	363.	Atarbio.
LXVI	48.	Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXVII	50.	Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXVIII	57.	Meletio episcopo Antiochiæ.
LXIX	52.	Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXX	220.	Sine inscriptione, de synodo.
LXXI	33.	Gregorio Basilius.
LXXII	351.	Hesychio.
LXXIII	388.	Callistheni.
LXXIV	379.	Martiniano.
LXXV	361.	Aburgio.
LXXVI	331.	Sophronio Magistro.
LXXVII	226.	Sine inscriptione, de Therasio.
LXXVIII	215.	Sine inscriptione, pro Elpidio.
LXXIX	308.	Eustathio episcopo Sebastiæ.
LXXX	49.	Athanasio Alexandriæ episcopo.
LXXXI	319.	Innocentio episcopo.
LXXXII	51.	Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXXXIII	427.	Censitori.
LXXXIV	389.	Præsidi.
LXXXV	305.	De cavendo jurejurando.
LXXXVI	179.	Præposito.
LXXXVII	340.	Sine inscriptione, de iisdem rebus.
LXXXVIII	243.	Sine inscriptione, causa exactoris pecuniarum.
LXXXIX	273.	Meletio episcopo Antiochiæ.
XC	61.	Sanctissimis fratribus ac episcopis occidentalibus.
XCI	324.	Valeriano Illyricorum episcopo.
XCII	69.	Ad Italos et Gallos.
XCIII	289.	Ad Cæsariam patriciam de communione.
XCIV	372.	Heliæ rectori provinciæ.
XCV	261.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XCVI	332.	Sophronio Magistro.

Digitized by Google

Ordo novus.	*Ordo vetus.*	
XCVII	68.	Senatui Tyanorum.
XCVIII	259.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XCIX	187.	Terentio comiti.
C	256.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CI	202.	Consolatoria.
CII	183.	Civibus Satalenis.
CIII	296.	Satalensibus.
CIV	279.	Modesto præfecto.
CV	301.	Diaconissis Terentii comitis filiabus.
CVI	407.	Militi.
CVII	287.	Julittæ viduæ.
CVIII	288.	Tutori hæredum Julittæ.
CIX	422.	Helladio comiti.
CX	277.	Modesto præfecto.
CXI	276.	Modesto præfecto.
CXII	164.	Andronico duci.
CXIII	203.	Presbyteris Tarsensibus.
CXIV	204.	Cyriaco Tarsi commoranti.
CXV	87.	Ad Simpliciam hæreticam.
CXVI	174.	Firmino.
CXVII	234.	Sine inscriptione, piæ ac religiosæ excercitationis causa.
CXVIII	318.	Jovino episcopo Perrhes.
CXIX	307.	Eustathio episcopo Sebastiæ.
CXX	58.	Meletio episcopo Antiochiæ.
CXXI	195.	Theodoto episcopo Nicopolitano.
CXXII	313.	Pœmenio episcopo Satalorum.
CXXIII	343.	Urbicio monacho.
CXXIV	328.	Theodoro.
CXXV	78.	Exemplar fidei a sanctissimo Basilio dictatæ, cui subscripsit Eustathius Sebastiæ episcopus.
CXXVI	364.	Atarbio.
CXXVII	253.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXXVIII	265.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXXIX	59.	Meletio episcopo Antiochiæ.
CXXX	196.	Theodoto episcopo Nicopolitano.
CXXXI	382.	Olympio.
CXXXII	315.	Abramio episcopo Batnorum.
CXXXIII	320.	Petro episcopo Alexandriæ.
CXXXIV	341.	Pæonio presbytero.
CXXXV	167.	Diodoro Antiochiæ presbytero.
CXXXVI	257.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXXXVII	366.	Antipatro.
CXXXVIII	8.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXXXIX	71.	Alexandrinis.
CXL	60.	Ecclesiæ Antiochenæ.
CXLI	262.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXLII	418.	Numerario Præsidum.
CXLIII	419.	Alteri Numerario.
CXLIV	420.	Tractatori Præsidum.
CXLV	255.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXLVI	268.	Antiocho.
CXLVII	356.	Aburgio.
CXLVIII	376.	Trajano.
CXLIX	377.	Trajano.
CL	392.	Amphilochio Heraclidæ nomine.
CLI	81.	Eustathio Archiatro.
CLII	374.	Victori exercitus duci.
CLIII	428.	Victori ex-consuli.
CLIV	337.	Ascholio episcopo Thessalonicensi.
CLV	241.	Sine inscriptione, causa aliptæ.
CLVI	342.	Evagrio presbytero.
CLVII	270.	Antiocho.
CLVIII	271.	Antiocho.
CLIX	387.	Eupaterio et filiæ.
CLX	197.	Diodoro.
CLXI	393.	Amphilochio ordinato episcopo.
CLXII	258.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CLXIII	378.	Jovino comiti.
CLXIV	338.	Ascholio episcopo Thessalonicæ.
CLXV	339.	Ascholio episcopo Thessalonicæ.
CLXVI	251.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CLXVII	252.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CLXVIII	269.	Antiocho presbytero fratris Eusebii filio, qui cum patruo exsulante versabatur.
CLXIX	412.	Gregorio Basilius.
CLXX	414.	Glycerio.
CLXXI	413.	Gregorio sodali.
CLXXII	335.	Sophronio episcopo.
CLXXIII	302.	Theodoræ canonicæ.
CLXXIV	283.	Ad viduam.
CLXXV	410.	Magneniano comiti.
CLXXVI	394.	Amphilochio episcopo Iconii.
CLXXVII	334.	Sophronio Magistro.
CLXXVIII	360.	Aburgio.
CLXXIX	380.	Arinthæo.
CLXXX	333.	Sophronio Magistro, in Eumathii gratiam.
CLXXXI	316.	Otreio Meletines.
CLXXXII	266.	Presbyteris Samosatensibus.
CLXXXIII	294.	Samosatorum Senatui.
CLXXXIV	306.	Eustathio Himmeriæ episcopo.
CLXXXV	310.	Theodoto episcopo Beroeæ.
CLXXXVI	213.	Antipatro Præsidi.
CLXXXVII	214.	*Antipater Basilio.*
CLXXXVIII	1.	Amphilochio de canonibus.
CLXXXIX	80.	Eustathio medico.
CXC	406.	Amphilochio episcopo Iconii.
CXCI	398.	Amphilochio episcopo Iconii.
CXCII	329.	Sophronio Magistro.
CXCIII	369.	Meletio Archiatro.
CXCIV	368.	Zoilo.
CXCV	312.	Euphronio episcopo Coloniæ Armeniæ.
CXCVI	359.	Aburgio.
CXCVII	55.	Ambrosio episcopo Mediolanensi.
CXCVIII	263.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CXCIX	2.	Amphilochio de canonibus.
CC	397.	Amphilochio Iconii episcopo.
CCI	402.	Amphilochio Iconii episcopo.
CCII	396.	Amphilochio Iconii episcopo.
CCIII	77.	Maritimis episcopis.
CCIV	75.	Ad Neocæsarienses.
CCV	322.	Elpidio episcopo.
CCVI	348.	Elpidio episcopo consolatoria.
CCVII	63.	Ad clericos Neocæsarienses.
CCVIII	281.	Eulancio.
CCIX	227.	Sine inscriptione, defensionis causa.
CCX	64.	Ad Primores Neocæsareæ.
CCXI	170.	Olympio.

Digitized by Google

Ordo novus.	*Ordo vetus.*
CCXII	370. Hilario.
CCXIII	242. Sine inscriptione, viri pii causa.
CCXIV	319. Terentio comiti.
CCXV	250. Dorotheo presbytero.
CCXVI	272. Meletio Antiochiæ episcopo.
CCXVII	3. Amphilochio de canonibus.
CCXVIII	403. Amphilochio Iconii episcopo.
CCXIX	280. Clero Samosatensi.
CCXX	299. Berœæis.
CCXXI	298. Berœæis.
CCXXII	297. Ad Chalcidenses.
CCXXIII	79. Adversus Eustathium Sebastenum.
CCXXIV	345. Genethlio presbytero.
CCXXV	385. Demostheni, aliorum episcoporum nomine.
CCXXVI	73. Monachis suis.
CCXXVII	292. Clericis Coloniensibus consolatoria.
CCXXVIII	290. Coloniæ Magistratibus.
CCXXIX	193. Clericis Nicopolitanis.
CCXXX	194. Magistratibus Nicopolitanis.
CCXXXI	395. Amphilochio Iconii episcopo.
CCXXXII	404. Amphilochio Iconii episcopo.
CCXXXIII	399. Amphilochio qui eum consuluerat.
CCXXXIV	400. Eidem ad aliam quæstionem responsio.
CCXXXV	401. Eidem ad aliam quæstionem responsio.
CCXXXVI	391. Eidem Amphilochio.
CCXXXVII	264. Eusebio episcopo Samosatorum.
CCXXXVIII	191. Nicopolitanis presbyteris.
CCXXXIX	10. Eusebio episcopo Samosatorum.
CCXL	192. Nicopolitanis presbyteris.
CCXLI	260. Eusebio episcopo Samosatorum.
CCXLII	182. Occidentalibus.
CCXLIII	70. Ad episcopos Italos et Gallos, de perturbatione ac confusione Ecclesiarum.
CCXLIV	82. Patrophilo Ægeensis Ecclesiæ episcopo.
CCXLV	309. Theophilo episcopo.
CCXLVI	66. Nicopolitanis.
CCXLVII	190. Nicopolitanis.
CCXLVIII	405. Amphilochio Iconii episcopo.
CCXLIX	238. Sine inscriptione, viri pii causa.
CCL	85. Patrophilo Ægeensis Ecclesiæ episcopo.
CCLI	72. Evæsenis.
CCLII	291. Ponticæ diœcesis episcopis.
CCLIII	199. Presbyteris Antiochiæ.
CCLIV	311. Pelagio episcopo Laodiceæ Syriæ.
CCLV	314. Vito Carrhorum episcopo.
CCLVI	200. Desideratissimis et religiosissimis fratribus compresbyteris Acacio, Aetio, Paulo, et Silvano, et Silvino et Lucio diaconis et cæteris fratribus monachis, Basilius episcopus.
CCLVII	303. Ad monachos ab Arianis vexatos.
CCLVIII	325. Epiphanio episcopo.
CCLIX	184. Palladio et Innocentio monachis.
CCLX	317. Optimo episcopo.
CCLXI	65. Sozopolitanis.
CCLXII	344. Urbicio monacho.
CCLXIII	74. Occidentalibus.
CCLXIV	526. Barsæ Edessæ episcopo exsulanti.
CCLXV	293. Eulogio, Alexandro et Harpocrationi Ægypti episcopis exsulibus.
CCLXVI	321. Petro episcopo Alexandriæ.
CCLXVII	327. Barsæ Edessæ episcopo exsulanti.
CCLXVIII	9. Eusebio exsuli.
CCLXIX	186. Ad conjugem Arinthæi ducis consolatoria.
CCLXX	244. Sine inscriptione, de raptu.
CCLXXI	11. Eusebio sodali commendatitia pro Cyriaco presbytero.
CCLXXII	530. Sophronio Magistro.
CCLXXIII	216. Sine inscriptione, pro Hera.
CCLXXIV	416. Himerio Magistro.
CCLXXV	217. Sine inscriptione, pro Hera.
CCLXXVI	365. Harmatio magno.
CCLXXVII	42. Maximo Scholastico.
CCLXXVIII	425. Valeriano.
CCLXXIX	274. Modesto præfecto.
CCLXXX	275. Modesto præfecto.
CCLXXXI	278. Modesto præfecto.
CCLXXXII	536. Ad episcopum.
CCLXXXIII	284. Ad viduam.
CCLXXXIV	504. Ad Censitorem, causa monachorum.
CCLXXXV	229. Sine inscriptione, ut patrocinium ecclesiæ conciliet.
CCLXXXVI	417. Commentariensi.
CCLXXXVII	245. Sine inscriptione, contra ultores.
CCLXXXVIII	246. Sine inscriptione, contra ultores.
CCLXXXIX	249. Sine inscriptione, de muliere afflicta.
CCXC	523. Nectario.
CCXCI	540. Timotheo chorepiscopo.
CCXCII	586. Palladio.
CCXCIII	166. Juliano.
CCXCIV	210. Festo et Magno.
CCXCV	295. Monachis.
CCXCVI	285. Viduæ.
CCXCVII	286. Viduæ.
CCXCVIII	233. Sine inscriptione, causa pii viri.
CCXCIX	352. Censitori.
CCC	201. Patri scholastici cujusdam fato functi consolatoria.
CCCI	546. Maximo consolatoria.
CCCII	547. Uxori Brisonis consolatoria.
CCCIII	423. Comiti Privatarum.
CCCIV	557. Aburgio.
CCCV	232. Sine inscriptione, causa virorum quorumdam virtute clarorum.
CCCVI	424. Principali Sebastiæ.
CCCVII	247. Sine inscriptione.
CCCVIII	235. Sine inscriptione, patrocinii causa.
CCCIX	250. Sine inscriptione, pro egeno.
CCCX	237. Sine inscriptione, pro cognatis.
CCCXI	421. Principali.
CCCXII	426. Censitori.
CCCXIII	353. Censitori.
CCCXIV	231. Sine inscriptione, pro famulo.
CCCXV	218. Sine inscriptione, pro propinqua.
CCCXVI	219. Sine inscriptione, pro divexato.
CCCXVII	222. Sine inscriptione, pro egeno. Basilii, carens titulo, pro conterraneo.
CCCXVIII	

Digitized by Google

Ordo novus.	*Ordo vetus.*	
CCCXIX		Similiter pro hospite.
CCCXX	221.	Sine inscriptione, salutandi gratia.
CCCXXI	212.	Theclæ.
CCCXXII	223.	Sine inscriptione, ut cum amico Pascha celebret.
CCCXXIII	355.	Philagrio Arceno.
CCCXXIV	375.	Pasinico medico.
CCCXXV	381.	Magniniano.
CCCXXVI	224.	Sine inscriptione, admonitionis causa.
CCCXXVII	225.	Sine inscriptione, exhortatoria.
CCCXXVIII	367.	Hyperechio.
CCCXXIX	282.	Phalerio.
CCCXXX	176.	Sine inscriptione.
CCCXXXI	240.	Sine inscriptione.
CCCXXXII	177.	Alia sine inscriptione.
CCCXXXIII	178.	Notario.
CCCXXXIV	180.	Librario
CCCXXXV	142.	Basilius Libanio.
CCCXXXVI	143.	*Libanius Basilio.*
CCCXXXVII	144.	Basilius Libanio.
CCCXXXVIII	145.	*Libanius Basilio.*
CCCXXXIX	146.	Basilius Libanio.
CCCXL	147.	*Libanius Basilio.*
CCCXLI	148.	*Libanius Basilio.*
CCCXLII	149.	Basilius Libanio.
CCCXLIII	150.	*Libanius Basilio.*
CCCXLIV	151.	Basilius Libanio.
CCCXLV	152.	*Libanius Basilio.*
CCCXLVI	153.	*Libanius Basilio.*
CCCXLVII	154.	*Libanius Basilio.*
CCCXLVIII	155.	Basilius Libanio.
CCCXLIX	156.	*Libanius Basilio.*
CCCL	157.	Basilius Libanio.
CCCLI	158.	Basilius Libanio.
CCCLII	159.	*Libanius Basilio.*
CCCLIII	160.	Basilius Libanio.
CCCLIV	161.	*Libanius Basilio.*
CCCLV	162.	*Libanius Basilio.*
CCCLVI	163.	Basilius Libanio.
CCCLVII		*Libanius Basilio.*
CCCLVIII		*Libanius Basilio.*
CCCLIX		Basilius Libanio.
CCCLX	205.	Ex epistola ad Julianum Apostatam.
CCCLXI		Apolinario.
CCCLXII		*Basilio Apolinarius.*
CCCLXIII		Apolinario.
CCCLXIV		*Basilio Apolinarius.*
CCCLXV		Basilius magno imperatori Theodosio.
CCCLXVI		Urbicio monacho.

S. BASILII MAGNI

EPISTOLARUM

ORDO ANTEA VULGATUS AD NOVUM REDUCTUS.

Ordo vetus.	*Ordo novus.*	
1.	XLII	Ad Chilonem discipulum suum.
2.	XLIII	Admonitio ad juniores.
3.	XLIV	Ad monachum lapsum.
4.	XLV	Ad monachum lapsum.
5.	XLVI	In virginem lapsam.
1.	CLXXXVIII	Amphilochio de canonibus.
2.	CXCIX	Amphilochio de canonibus.
3.	CCXVII	Amphilochio de canonibus.

Ejusdem ex alia epistola ad Amphilochium de differentia ciborum CCXXXVI.

1.	II	Basilius Gregorio.
2.	VII	Gregorio sodali.
3.	XIX	Gregorio sodali.
4.	XLVII	Gregorio sodali.
5.	XXXIV	Eusebio episcopo Samosatorum.
6.	XXVII	Eusebio episcopo Samosatorum.
7.	XXX	Eusebio episcopo Samosatorum.
8.	CXXXVIII	Eusebio episcopo Samosatorum.
9.	CCLXVIII	Eusebio exsuli.
10.	CCXXXIX	Eusebio episcopo Samosatorum.
11.	CCLXXI	Eusebio sodali commendatitia pro Cyriaco presbytero.
19.	XIV	Gregorio sodali.
33.	LXXI	Gregorio Basilius.
41.	IX	Maximo Philosopho.
42.	CCLXXVII	Maximo Scholastico.
43.	XXXVIII	Gregorio fratri de discrimine essentiæ et hypostasis.
44.	LVIII	Gregorio fratri.
45.	LX	Gregorio patruo.
46.	LIX	Gregorio patruo.
47.	LXI	Athanasio Alexandriæ episcopo.
48.	LXVI	Athanasio episcopo Alexandriæ.
49.	LXXX	Athanasio Alexandriæ episcopo.
50.	LXVII	Athanasio episcopo Alexandriæ.
51.	LXXXII	Athanasio episcopo Alexandriæ.
52.	LXIX	Athanasio episcopo Alexandriæ.
53.	XXV	Athanasio episcopo Ancyræ.
54.	XXIV	Athanasio Athanasii Ancyræ patri.
55.	CXCVII	Ambrosio episcopo Mediolanensi.
56.	LVII	Meletio episcopo Antiochiæ.
57.	LXVIII	Meletio episcopo Antiochiæ.
58.	CXX	Meletio episcopo Antiochiæ.
59.	CXXIX	Meletio episcopo Antiochiæ.
60.	CXL	Ecclesiæ Antiochenæ.

Digitized by Google

Ordo vetus.	Ordo novus.	
61.	XC	Sanctissimis fratribus ac episcopis occidentalibus.
62.	XXVIII	Ecclesiæ Neocæsariensi consolatoria.
63.	CCVII	Ad clericos Neocæsarienses.
64.	CCX	Ad primores Neocæsareæ.
65.	CCLXI	Sozopolitanis.
66.	CCXLVI	Nicopolitanis.
67.	XXIX	Ecclesiæ Ancyræ consolatoria.
68.	XCVII	Senatui Tyanorum.
69.	XCII.	Ad Italos et Gallos.
70.	CCXLIII	Ad episcopos Italos et Gallos, de perturbatione ac confusione Ecclesiarum.
71.	CXXXIX	Alexandrinis.
72.	CCLI	Evæsenis.
73.	CCXXVI	Monachis suis.
74.	CCLXIII	Occidentalibus.
75.	CCIV	Ad Neocæsarienses.
76.	LIII	Chorepiscopis.
77.	CCIII	Maritimis episcopis.
78.	CXXV	Exemplar fidei a sanctissimo Basilio dictatæ, cui subscripsit Eustathius Sebastiæ episcopus.
79.	CCXXIII	Adversus Eustathium Sebastenum.
80.	CLXXXIX	Eustathio medico.
81.	CLI	Eustathio Archiatro.
82.	CCXLIV	Patrophilo Ægeensis Ecclesiæ episcopo.
83.	XX	Leontio sophistæ.
84.	XXXII	Sophronio Magistro.
85.	CCL	Patrophilo Ægeensis Ecclesiæ episcopo.
86.	LI	Bosporio episcopo.
87.	CXV	Ad Simpliciam hæreticam.
141.	VIII	Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio.
142.	CCCXXXV	Basilius Libanio.
143.	CCCXXXVI	*Libanius Basilio.*
144.	CCCXXXVII	Basilius Libanio.
145.	CCCXXXVIII	*Libanius Basilio.*
146.	CCCXXXIX	Basilius Libanio.
147.	CCCXL	*Libanius Basilio.*
148.	CCCXLI	*Libanius Basilio.*
149.	CCCXLII	Basilius Libanio.
150.	CCCXLIII	*Libanius Basilio.*
151.	CCCXLIV	Basilius Libanio.
152.	CCCXLV	*Libanius Basilio.*
153.	CCCXLVI	*Libanius Basilio.*
154.	CCCXLVII	*Libanius Basilio.*
155.	CCCXLVIII	Basilius Libanio.
156.	CCCXLIX	*Libanius Basilio.*
157.	CCCL	Basilius Libanio.
158.	CCCLI	Basilius Libanio.
159.	CCCLII	*Libanius Basilio.*
160.	CCCLIII	Basilius Libanio.
161.	CCCLIV	*Libanius Basilio.*
162.	CCCLV	*Libanius Basilio.*
163.	CCCLVI	Basilius Libanio.
164.	CXII	Andronico duci.
165.	I	Eustathio Philosopho.
166.	CCXCIII	Juliano.
167.	CXXXV	Diodoro Antiochiæ presbytero.
168.	XVI	Adversus Eunomium hæreticum.
169.	IV	Olympio.
170.	CCXI	Olympio.
171.	XII	Olympio.
172.	XIII	Olympio.
173.	III	Candidiano
174.	CXVI	Firmino.
175.	I	Ad viduam.
176.	CCCXXX	Sine inscriptione.
177.	CCCXXXII	Alia sine inscriptione.
178.	CCCXXXIII	Notario.
179.	LXXXVI	Præposito.
180.	CCCXXXIV	Librario.
181.	LIV	Chorepiscopis.
182.	CCXLII	Occidentalibus.
183.	CII	Civibus Satalenis.
184.	CCLIX	Palladio et Innocentio monachis.
185.	LXII	Ecclesiæ Parnassi consolatoria.
186.	CCLXIX	Ad conjugem Arinthæi ducis consolatoria.
187.	XCIX	Terentio comiti.
188.	V	Ad Nectarium consolatoria.
189.	VI	Nectarii conjugi consolatoria.
190.	CCXLVII	Nicopolitanis.
191.	CCXXXVIII	Nicopolitanis presbyteris.
192.	CCXL	Nicopolitanis presbyteris.
193.	CCXXIX	Clericis Nicopolitanis.
194.	CCXXX	Magistratibus Nicopolitanis.
195.	CXXI	Theodoto episcopo Nicopolitano.
196.	CXXX	Theodoto episcopo Nicopolitano.
197.	CLX	Diodoro.
198.	LV	Paregorio presbytero.
199.	CCLIII	Presbyteris Antiochiæ.
200.	CCLVI	Desideratissimis et religiosissimis fratribus compresbyteris Acacio, Aetio, Paulo, et Silvano, et Silvino et Lucio diaconis et cæteris fratribus monachis, Basilius episcopus.
201.	CCC	Patri scholastici cujusdam fato functi consolatoria.
202.	CI	Consolatoria.
203.	CXIII	Presbyteris Tarsensibus.
204.	CXIV	Cyriaco Tarsi commoranti.
205.	CCCLX	Ex epistola ad Julianum Apostatam.
206.	XXXIX	*Julianus Basilio.*
207.	XL	*Julianus Basilio.*
208-209.	XLI	Basilius Juliano.
210.	CCXCIV	Festo et Magno.
211.	XVIII	Macario et Joanni.
212.	CCCXXI	Theclæ.
213.	CLXXXVI	Antipatro Præsidi.
214.	CLXXXVII	*Antipater Basilio.*
215.	LXXVIII	Sine inscriptione, pro Elpidio.
216.	CCLXXIII	Sine inscriptione, pro Hera.
217.	CCLXXV	Sine inscriptione, pro Hera.
218.	CCCXV	Sine inscriptione, pro propinqua.
219.	CCCXVI	Sine inscriptione, pro divexato.
220.	LXX	Sine inscriptione, de synodo.
221.	CCCXX	Sine inscriptione, salutandi gratia.
222.	CCCXVII	Sine inscriptione, pro egeno.
223.	CCCXXII	Sine inscriptione, ut cum amico Pascha celebret.
224.	CCCXXVI	Sine inscriptione, admonitionis causa.
225.	CCCXXVII	Sine inscriptione, exhortatoria.
226.	LXXVII	Sine inscriptione, de Therasio.
227.	CCIX	Sine inscriptione, defensionis causa.
228.	XXXVI	Sine inscriptione, auxilii causa.

Digitized by Google

Ordo vetus.	Ordo novus.	
229.	CCLXXXV	Sine inscriptione, ut patrocinium ecclesiæ conciliet.
230.	CCCIX	Sine inscriptione, pro egeno.
231.	CCCXIV	Sine inscriptione, pro famulo.
232.	CCCV	Sine inscriptione, causa virorum quorumdam virtute clarorum.
233.	CCCVIII	Sine inscriptione, patrocinii causa.
234.	CXVII	Sine inscriptione, piæ ac religiosæ exercitationis causa.
235.	CCXCVIII	Sine inscriptione, causa pii viri.
236.	XXXV	Sine inscriptione, pro Leontio.
237.	CCCX	Sine inscriptione, pro cognatis.
238.	CCXLIX	Sine inscriptione, viri pii causa.
239.	XI	Sine inscriptione, amicitiæ ergo.
240.	CCCXXXI	Sine inscriptione.
241.	CLV	Sine inscriptione, causa alipiæ.
242.	CCXIII	Sine inscriptione, viri pii causa.
243.	LXXXVIII	Sine inscriptione, causa exactoris pecuniarum.
244.	CCLXX	Sine inscriptione, de raptu.
245.	CCLXXXVII	Sine inscriptione, contra ultores.
246.	CCLXXXVIII	Sine inscriptione, contra ultores.
247.	CCCVII	Sine inscriptione.
248.	XXXVII	Sine inscriptione, causa illius qui secum fuerat enutritus.
249.	CCLXXXIX	Sine inscriptione, de muliere afflicta.
250.	CCXV	Dorotheo presbytero.
251.	CLXVI	Eusebio episcopo Samosatorum.
252.	CLXVII	Eusebio episcopo Samosatorum.
253.	CXXVII	Eusebio episcopo Samosatorum.
254.	XLVIII	Eusebio episcopo Samosatorum.
255.	CXLV	Eusebio episcopo Samosatorum.
256.	C	Eusebio episcopo Samosatorum.
257.	CXXXV	Eusebio episcopo Samosatorum.
258.	CLXII	Eusebio episcopo Samosatorum.
259.	XCVIII	Eusebio episcopo Samosatorum.
260.	CCXLI	Eusebio episcopo Samosatorum.
261.	XCV	Eusebio episcopo Samosatorum.
262.	CXLI	Eusebio episcopo Samosatorum.
263.	CXCVIII	Eusebio episcopo Samosatorum.
264.	CCXXXVII	Eusebio episcopo Samosatorum.
265.	CXXVIII	Eusebio episcopo Samosatorum.
266.	CLXXXII	Presbyteris Samosatensibus.
267.	XXXI	Eusebio episcopo Samosatorum.
268.	CXLVI	Antiocho.
269.	CLXVIII	Antiocho presbytero fratris Eusebii filio, qui cum patruo exsulante versabatur.
270.	CLVII	Antiocho.
271.	CLXVIII	Antiocho.
272.	CCXVI	Meletio Antiochiæ episcopo.
273.	LXXIX	Meletio episcopo Antiochiæ.
274.	CCLXXIX	Modesto præfecto.
275.	CCLXXX	Modesto præfecto.
276.	CXI	Modesto præfecto.
277.	CX	Modesto præfecto.
278.	CCLXXXI	Modesto præfecto.
279.	CIV	Modesto præfecto.
280.	CCXIX	Clero Samosatensi.
281.	CCVIII	Eulancio.
282.	CCCXXIX	Phalerio.
283.	CLXXIV	Ad viduam.
284.	CCLXXXIII	Ad viduam.
285.	CCXCVI	Viduæ.
286.	CCXCVII	Viduæ.
287.	CVII	Julittæ viduæ.
288.	CVIII	Tutori hæredum Julittæ.
Bruta animantia inter se consociantur: homines bellum cum necessariis et domesticis gerunt, 67. Futuris providunt, homines non item, 582. Bruta animantia naturalem amorem fetibus suis exhibent, 103. Bovem amisso socio illacrymantem vidit Basilius, 538. In animantibus elucet Dei providentia, 581, 582, 583. Cur nonnulla venenata, 563.

C

Cædis voluntariæ et involuntariæ discrimina, 272, 275. Cædes involuntaria undecim annorum spatio abunde punita, 275. Moysis præcepta observanda in dignoscenda cæde involuntaria, 275.

Cæsarea de eruditis viris et omnibus bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur, 171. Non deerant cœtus eruditorum virorum et in foro colloquia, 169. At his omnibus eam spoliavit divisio Cappadociæ, 169. Introducta Scytharum et Massagetarum insicitia, 169. Una vox eorum qui exigunt et a quibus exigitur, 169. Occlusa gymnasia, noctes non illustratæ, 169. Senatorum alii fugiunt, alii Podandum abducti, tertia pars relicta ing emiscit, 170, 171. Ipse civilis cœtus animo concidens per agros divagatur. 171. Cæsarienses magistratus pleriq ue in agris, 180. Cæsarea metropolis, 94. Cæsariensis Ecclesia sana est, ejusque percelebris pietas, 141. In Cæsariensi Ecclesia semper viguit fides Nicæna, 235. Cæsareæ

Digitized by Google

metropoli insidiati sunt Ariani, eamque tizaniis hæreticis complere voluerunt, 140. Iterum metuuntur illorum insidiæ mortuo Eusebio episcopo, 140. Multi insidiantur lupi, 232. Cæsariensis Ecclesia, scopulus in mari prominens, 300. Circa illam franguntur hæretici fluctus, nec ea quæ retro sunt, alluunt, 300. Cæsariensi episcopo Armenia subjecta, 193. Cæsariensis episcopus Armeniæ episcopos ordinare solet, 212, 213. Cæsariensi Ecclesiæ traditæ sunt a sanctis regulæ, 249. Cæsariensis Ecclesiæ more prohibentur nuptiæ cum sorore uxoris mortuæ, 249. In Cæsariensi Ecclesia asservabantur litteræ Dionysii Romani, 165. Cæsariensis clerus ingens numero, 289. Clerici sedentarias artes exercent, non vero mercaturam, 290. Hinc non libenter peregre eunt, 290. Cæsareæ omnes clerici una vicarii voce curiæ traditi, 365. Cæsariensis episcopi auditu morte statim episcopi in urbem conveniunt, 234. In Cæsariensi Ecclesia non humanis verbis; sed oraculis Spiritus sancti placatur Deus, 311. Ejusdem Ecclesiæ mos psallendi et vigilandi, 311. Cæsareæ dies festus in honorem sancti Eupsychii, 265. Cæsareæ quotannis celebratur a tota vicinia festum sanctorum Eupsychii et Damæ et eorum chori, 263, 388. Cæsariensis Ecclesia Eusebii Samosatensis videndi et audiendi cupida, 142. Cæsariensi Ecclesiæ omnium bonorum antiquissimum videre Eusebium et audire, 236. Eam Basilius magna spe suspendit, promissa narrans Eusebii, 236. Cæsariensis populus, cum multos expertus sit, nullius vocem magis desiderat, quam Amphilochii, 263. Cæsariensis Ecclesia et Neocæsariensis olim inter se unum erant, 307. Frequentissime populus miscebatur, et e clero alii ad alios veniebant, 307. Pastores alter altero duce et magistro utebantur, 307. Prope Cæsaream insigne Ptochotrophium, 240. Cæsareæ mœnia vetustate collapsa, 500.

Cæsaria patritia, 186.

Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, 105 Basilii monita æquo animo solebat accipere, 105. Mirabiliter a Deo ereptus e periculo, 105. Moriens dixit: *Mea omnia volo esse pauperum*, 111. Mortui bona a servis compilata, 111.

Caini peccatum et pœna, 396, 397, 398. Cain immerito occisus putatur a Lamech, 399.

Calamitates cur eveniunt, 509.

Calcearium pretio vili sit, sed tamen aptum ad usum explendum, 74.

Calidis mortui non juvantur, 229.

Callisthenes, 166. De ejus lenitate et animi moderatione consentiebant omnium testimonia, 168. Is læsus a servis Eustochii, militem immisit, 168. Cum ad Basilium servi confugissent, scripsit eorum causa Basilius, 167. Callisthenes Basilium totius rei arbitrum ac dominum fecit, 167. Sed tamen cum jussisset servos eo abduci, ubi tumultum excitaverant; Basilius rogat, ut sibi vindicta permittatur, et miles revocetur, 167, 168.

Calumniator sibi ex ipso opere diaboli nomen accersit, 501. Nemo diabolus sit, sed accusator; imo nec accusator, sed frater in charitate arguens, 301. Ex calumnia maxime diabolus dignoscitur, 303. Nomen illi factum est peccatum, 303. Calumniator tres simul personas lædit, 301. Non videtur metuere judicium Dei, 143, 144. Res terribilis calumniis abduci sine argumentis, 104. Calumniæ vulnerant eos, qui aurem integram absenti non servant, 377. A calumniis aures custodire perfacile est, 349. Eorum qui calumnias in mentientium capita rejiciunt, magna merces in cœlis, 386. Noxiam opinionem ex hominum calumnia susceptam deponit Basilius, statim atque rem cognovit, 144. Calumniæ perferendæ ut ultio Domino permittenda, 143. Quæ a calumniatoribus proficiscuntur, nugæ interdum existimandæ, 165. Calumniæ silentio non prætermittendæ, 309, 371. Non ut nos ipsi ulciscamur, 309, 371. Sed ne deceptos lædi patiamur, 309. Calumnias effugere difficillimum, 102. Nullam ansam dare hominum est prudentum et piorum, 102. Qui calumniis appetuntur, non idcirco indigni sacerdotio, 417. Domini hostes magis confirmant eorum gradus quos impugnant, 418. Calumniæ quandiu ob dissensionem locum habent, necesse est suspiciones semper augeri, 154. Calumniam abominabatur Gregorius Magnus, 312.

Calypsus insula, 93.

Camelis præpositus, 247.

Campano numero aurum ponderatum, 124.

Campus in quem secessit Esdras, 129.

Cancri astutia in capienda ostrea, 370.

Candidianus annonam militarem administrabat in Cappadocia, 75. Is Basilio non pro sua dignitate scribebat, inter negotia litterarum studiis deditus erat, 75.

Canis. A cane rabido qui morsus est, videt canem in phiala, 357.

Canon. Cum canones Patrum negliguntur, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabuntur, 148. Canones Patrum pene obliteratos renovat Basilius, 148. Canonibus subjicere, idem ac penitus excommunicare, 426. Canones vulgati a Basilio, 417.

Canonica, 260, 646. Canonicæ, 144. Canonicæ non possunt matrimonium inire, 272. Stuprum est earum conjunctio, 272.

Canonicæ litteræ, 313.

Cantilenæ spirituales, 136. Molles fugiendæ, 371.

Cappadocia Scythiæ semina tribuit religionis, 255, 256. In Cappadocia frigus vitium gemmas succidit, 474. Cappadoces hiemem ita exhorrescunt, ut ex ædibus prospicere nolint, 141. Cappadocum animi timiditas et corporum torpor, 141. Pauci viarum periti, 290. Griten nivemque redolent, 459. Semper occinunt κρούματα σε, 459. Cappadocum lingua vernacula, 63. Glorificant Deum cum sancto Spiritu, 63. Sic ex patrio more loquuntur, 63. Episcopi schisma conflant adversus Basilium, 142. Omnia doloris plena ob episcoporum in Basilium injuriam, 151. Inde læduntur Ecclesiæ, ac civitates et populi, 154. Cappadociæ divisio non minus noxia, quam si quis equum aut bovem in duas partes dividat, 169. Cappadociam, veluti Pentheum, Mænades quidam discerpunt, 168. Cappadocia solo æquata ob divisionem, 176, 198. Modestus præfertus humanum se præbet, 172. Perpauci qui civiles dignitates assequi possint, 209. Cappadocum paupertas, 179, 227. Cappadociæ præsides: anno 371 Therasius, 172. Anno 372 Elias, 187. Eodem Maximus, 192. Antipater anno 373, 228 Cappadocia per somnium ditata, cito spoliata præstantissimo præside Elia, 190. Cappadociæ secundæ episcopi Basilium prorsus negligunt, 192. Cum his Basilius congressurus, 192. Cappadocia casui proxima, ad quam sustentandam Basilius invitat Eusebium, 192. Cappadociæ episcopi Basilium non adjuvant, 234. Monere eos et per litteras et coram non desinit, 234. Præsentem reverentur, ubi discesserе ad ingenium redeunt, 234. In Cappadocia veram charitatem desiderat Basilius, 229. Cappadox quidam Libyæ dux a sancto Athanasio excommunicatur, 155. Cappadociæ episcoporum nomine scribit Basilius ad Ponti episcopos, 302. Prædicit Basilius persecutionem aliquando in Cappadociam perventuram, 158. In Cappadociam serpit persecutio iis quæ circa illam sunt jam eversis, 335. Antea fumus tantum e vicinis ecclesiis lacrymas movebat, 335. Cappadociam et vicinas regiones persecutionis vastat incendium, 384.

Capralis incolas, ut omnino afflictos et pauperes commendat Basilius, 442.

Carmelus, 129.

Carnis cura gerenda, sed ita ut non insolescat, 359.

Carrhi, 390.

Castitatis amator a Josepho actiones temperantiæ plenas ediscit, 73. Castitatis gloriatio, 154.

Catalogus ministrorum in pagis, 148, 149.

Cathari vocantur Novatiani, 268, 270.

Causæ multiplex divisio apud philosophos, 5. Causa omnium rerum causæ Deus Pater, 117.

Ceades Laconicus, 169.

Censitor, 424. Nec potentiam formidare debet, nec paupertatem contemnere, 435. Ad censitoris munus gerendum hortatur Basilius amicum, 435. Censitorem rogat ut tributis monachos eximat, 425. Censitor Galatiæ, invitus ad hoc munus adductus, 443, 444. Censuum recognitio diu servatur, 444. Censitoris munus aptum ad morum probitatem demonstrandam, 444. Idoneum exhibendæ humanitati, 176. Ex censibus magna hominibus lucra et detrimenta, 443.

Cephallenii, 237.

Cereæ, Ponti munuscula, 430. In cera scribere, 72.

Cerebellorum involucra temulenta, 317.

Chalcedone, 340.

Chalcidensis Ecclesia persecutionem constanter sustinet, 335. Omnes unus sunt in Domino, 335. Hinc adversariis facti superiores, 335

Chamanene, 176.

Chanaan servit fratribus, quia indocilis erat ad virtutem, imprudentem habens patrem, 43.

Charitas primus fructus Spiritus, 158, 260. Nota et character Christianorum, 150, 153, 243, 299, 305. Pretiosissima omnium rerum, 300. Qui charitatem habet, Deum habet, 483. Donum est Spiritus sancti, 223. Dei dilectio quomodo comparanda et servanda, 483. Primaria ac maxima bona, dilectio Dei et proximi, 90. Deus ob beneficia diligendus, 483. Sine charitate manca est cujusvis præcepti observatio, 308. Charitas legis complementum, 303, 349, 483. Sine charitate perfici non possunt singula quæ enumerantur a Paulo, 303. Sed hyperbulæ figura utitur, 303. Charitatem Paulus omnibus bonis præfert, 303. Antiqua dilectionis forma in Ecclesiis, 284. Charitatis antiquæ leges, 163. Nihil jucundius quam homines ma

Digitized by Google

gno intervallo sejunctos videre charitatis vinculo in unam membrorum harmoniam in corpore Christi colligari, 165. Non locorum vicinitas, sed animorum conjunctio necessitudinem facit, 371. Charitas remotissima quæque conjungit, 301. Licet iis qui longe distant vicinis esse spiritu, 288. Non locorum intervalla disjungere debent, sed Spiritus communio in unius corporis concentum conjungere, 181. Uniuscujusque fratrum auxilio magis indigemus, quam manus altera alterius ope, 191. Ex ipsa corporis constitutione docet Dominus societatem esse necessariam, 191, 484, 485. Dispensationem Dominus suscepit, ut per sanguinem sive terrestria, sive cœlestia pacificaret, 191, 484, 485. Bonus thesaurus repositus iis, qui omnibus egentibus operam suam præbent, 205. Charitatem amicis mutuo dat Basilius, eamque cum fenore recipere vult, 210. Charitatis debitores sumus, 419. Qui charitate carent, supra humanam mensuram afferuntur, et inaudita facinora committunt, 223. Cavendum ne sol occidat in fratris iracundia, 101. Proditionis periculum est, si non libenter de Deo dentur responsa his qui Dominum diligunt, 80. In charitate gaudendum ob fratris recte facta, dolendum ob vitia, 100. Charitas nunquam excidit, nam dejici non potest, qui se per charitatem proximo submittit, 138. Oportet unumquemque ei, qui adversum se aliquid habet, mederi, 100. Charitatis indicium scribere et per fratres invisere, 392. Nemo ex minimis contemnendus, 154. Nec species adhibenda nec membri motus qui tristitiam afferat fratri, aut contemptum indicet, 100. Patiente uno membro patiuntur omnia, 371. Charitatis summa fames in Oriente, 182. Orientales proprium bonum existimant concordiam Occidentalium, 181, 372. Omnes ex æquo diligendi, 484, 485. Nefas in monasterio alium præ alio diligere, 485. Etiamsi frater aut filius aut filia, 485. Basilius non indignatur solum ob acceptam injuriam, sed etiam futuræ securitati consulit, 76.

Charonia, 169.

Chilo, 125.

Chorea circa Deum angelica, 136.

Chorepiscopi nomen episcopis Basilio subditis datur, 147. Choropiscopos omnes convocat Basilius ad festum S. Eupsychii, 235. Chorepiscopus plures pagos regit, 235. Ptochotrophium in horum pagorum aliquo gubernatur a chorepiscopo, 235. Chorepiscopos Basilius revocat ad antiquam ministrorum eligendorum formam, 148. Chorepiscopi quomodo eligendi, 428, 429. Basilius caupo sibi esse videretur, non dispensator, si in illis eligendis gratiæ aut timori aut precibus cederet, 428. Unusquisque dicto testimonio debet a contentione abstinere, 429.

Chosroes episcopus, 183.

Christianus non ex vestimenti forma, sed ex animi habitu dignoscitur, 200. Christianis propositum est ut Deo similes efficiantur, 2. Christiani nomen non prodest iis qui Christum ignominia afficiunt, 296. Non Christiani nomen nos salvos facit, sed propositum et vera dilectio, 392. Christiani sumus per fidem, 21. Christianorum nota et character charitas, 150. Christianæ victoriæ lex, ut qui minus habere non recusat, coronetur, 284. Christiani ad Orientem versi precantur, 54. Christiani proposito convenit simplex ac minime elaboratum scribendi genus, 226. Christiana libertas non emancipata est exilibus profanorum observationibus, 5. Christiani illud *ex quo*, non, ut philosophi, materiæ proprium attribuunt, sed sæpe ad principem causam referunt, 5. Christianus idem sonat ac monachus, 99.

Christus variis nominibus vocatur pro varia considerandi ratione, 14, 86. Christi appellatio, totius est professio, 23. Christus ipsa justitia et a materia secretus, 87. Christi divinam naturam exprimit nomen Filii quod est super omne nomen, 14. Item cum dicitur verus Filius, unigenitus Deus, virtus Dei et sapientia et Verbum, 14. Christum, qui est vera sapientia, nihil latet, 84. Omnia enim fecit, nec ipsi homines ignorant quæ fecerunt, 84. Quod hic est per imitationem imago, hoc illic natura filius, 38. Omnia quæcunque voluit in cœlo et in terra, 87. Si Christus creatura non est, Patri consubstantialis est, 87. Christi nomen, quod est super omne nomen, hoc ipsum est quod Filius Dei dicitur, 315. Blasphemia episcopi Neocæsariensis dicentis nomen Unigeniti traditum non esse, sed adversarii, 315. Christus in generatione septuagesima septima ab Adam, 399. Fabri filius, 84. Dispensationem suscepit, ut per sanguinem suum, sive terrestria sive cœlestia pacificaret, 191. Caro Deifera ex Adami massa, 402. Quæ circa Christi in carne adventum dispensata sunt, per Spiritum sanctum facta sunt, 33. Christi carni adfuit Spiritus sanctus, factus unctio et inseparabiliter conjunctus, 53. Indivulse adfuit in omni actione, miracula edenti, tentato, resurgenti, 33. Christus ab Apostolo nunc quidem consideratur ut a Patre gratiam in nos transfundens, nunc autem ut nos per seipsum concilians Patri, 14. Qui sensu lumen et judex et resurrectio, 16. Quo sensu pastor, rex, ostium, via, etc., 14. Quo sensu sponsus et medicus, 15. Christus rex et sacerdos, 362. Non sedit in throno corporeo, 363. Sed thronus Davidis, in quo sedit, regnum est eversioni nulli obnoxium, 363. Omnia ad humani generis medelam spectantia percurrerat, 401. Deinde suum nobis adventum largitus est, 401. Si Christi caro cœlestis, nihil opus fuit sancta Virgine, 402. Si Christi adventus in carne non fuit, redempti non sumus, 402. Naturales affectus suscepit, vitiosos non item, 403. Christo exprobrant hæretici, quod ipsorum causa factus est mortuus, ut eos a morte liberaret, 84. Perabsurdum est de Christo exiliter sentire ob ejus in nos beneficia, 15. Magis admiranda ejus potentia et humanitas, quod se ad nos dimittere potuerit, 15. Illius potentiam magis commendat incarnatio et mors quam totius mundi creatio, 15. Illius incarnatio non est servile ministerium, sed voluntaria sollicitudo erga figmentum suum, 15. Per Christi præsepe, cum essemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 84. Christus Patre minor quia incarnatus, 84. Christi regnum esse ferunt omnem materialem cognitionem : Dei vero et Patris immaterialem, 85. Christus est extrema beatitudo secundum Verbi considerationem, 85. Sed secundum crassiorem doctrinam et Incarnationem non est extremum bonum desiderabile, 85. Hinc ignorare dicitur diem et horam, 85. Eodem sensu dicit : *Pater major me est, et non est meum dare*, etc., 86. Hinc etiam dicitur regnum tradere Deo et Patri, 86. Est enim primitiæ non finis secundum rudiorem doctrinam, 86. Non ignoravit diem et horam, 360, 361. Futurorum cognitionem ad Patrem refert, 361. In omnibus primam causam hominibus demonstrat, 361. Si quis tamen ignorantiam illam referat ad eum qui omnia per dispensationem suscepit, non impius erit, 361. Admirationem eorum quæ gerit, refert ad Patrem, ut nos perducat ad Patrem, 17. Horæ et diei ignorationem præ se fert ob nostram infirmitatem, 84, 85. In Actis apostolorum excipit semetipsum ex numero eorum qui diem et horam ignorant, 85. Multa disserit ex humana parte, 361. Velut cum ait : *Da mihi bibere*, 361. Is enim qui petebat, non erat caro inanimata, sed divinitas carne animata utens, 361. Quod ait Christus nihil se posse facere a semetipso, id probat eum esse consubstantialem Patri, 87. Nulla enim creatura rationalis quæ non possit facere aliquid a semetipsa. 87. Res adversas quæ nobis accidunt, suas proprias facit ob suam nobiscum societatem, 87. Christus non secundum essentiam creatura, sed secundum dispensationem factus via, 86. Christus petra figurate, 26. Christi sanguinis figura sanguis pecudis, 26. Christi figura Adam, 26. Christi patientis figura serpens super vexillo positus, 26. Christi precationem oportet ad finem perduci ac impleri, 86. Christus verus ac magnus episcopus, qui totum orbem miraculis suis implevit, 143. Reddidit gratiam, quam ex Dei afflatu acceptam amiseramus, 34. Multiplicem beneficentiam ob divitias bonitatis egentibus præstat, 14. Varia auxilia unicuique creaturæ dimetitur, pro varietate eorum qui juvantur, 16. Per Christum omne animarum auxilium est, 15. Christi potentiæ vivificæ figura aqua manans e petra, 26. Christus omnia facit, contactu virtutis ac voluntate bonitatis operans, 16. Ad Deum nos adduxit, nosque Deo asseruit, 13. Bona est via, exorbitationis errorisque nescia ad Patrem perducens, 16. Per Christum et in Christo gratia efficitur, 15. Christi tota dispensatio, revocatio est a lapsu, et reditus ad familiaritatem Dei, 28. Christus quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat, 16. Magnus animarum medicus, et omnium peccatis servientium promptus liberator, 139. Quavis arce firmius propugnaculum fidelibus, 15. In ruinam et resurrectionem, non quod causas cadendi aliis præbeat, aliis resurgendi, 400. Pro Christo pati dulce et mori lucrum, 96.

Cibus. In cibo et potu voluptas non quærenda, 99. Ventris satietate decipi non oportet, 101.

Ciconia docet parentes fovere, 586. Ciconiæ eodem tempore omnes ædificant, et sub uno signo omnes discedunt, 581. Cornices ipsas stipant, 581.

Cilicia. In Cilicia multi Ariani, 161.

Cilicio corpus lancinatum, 153.

Cingulum tunicam ita astringat, ut nec ilia exsuperet, nec nimis laxum sit, 74.

Circumscriptum est non solum quidquid loco continetur, sed etiam quidquid scientia comprehendi potest, 282.

Civis. Ut civis status integer retineatur, liberi homines nihil intentatum relinquunt, 258.

Civitas. In civitatibus magnis noctes illustrari solitæ, 169. Civitas in solitudinem mutata, 170.

Cleanthes aquam mercede hauriebat e puteo, unde et ipse victitabat, et magistris æra solvebat, 76.

Digitized by Google

Clemens Romanus, 61. Ejus testimonium de Trinitate, 61.
Clementia et magnanimitas quomodo conjungendæ, 75. Satis est supplicii viris potentibus, cum iis qui læsere metum incutiunt, 204. Sic et in ulciscendo et in servando magnanimitatem ostendunt, 294. Quidquid ultra adjiciunt, iram explent, 205.
Clerus urbis et paræciæ, 370. Clerus tanquam caput in summitate positum subjectis membris providet, 333. In clerum multi militiæ metu semetipsos conjiciunt, 148. Clerum Neocæsariensem hortatur Basilius, ne populum Dei ab episcopo in errorem induci patiatur, 310 Clerus mortuo episcopo scribit ad episcopos provinciæ, 141. Clericorum alii in gradu, 325. Alii permanent in ministerio, quod manuum impositione non datur, 325. Clerici episcopo ministrantes, 110. In pagis ministri omni diligentia probari solebant, 148. Presbyteri et diaconi eos examinabant, et ad chorepiscopum referebant, qui testibus auditis et admonito episcopo eos recipiebat, 148. Coeperunt chorepiscopi totam rem sibi attribuere, postea presbyteris reliquerunt, 148. Basilius hunc abusum abrogat, laicum fore declarat, si quis sine suo judicio recipiatur, 149. Inter laicos rejicit eos qui a presbyteris post primam indictionem recepti eorumque denuo examen fieri jubet, 149. Ministrorum catalogum in singulis pagis ad se mitti jubet Basilius, 149. Ac ipsos etiam chorepiscopos eumdem catalogum habere, ne quis seipsum, cum voluerit, inscribat, 149. Antequam ministri sive subdiaconi reciperentur in pagis, sedulo inquirebatur, an juventutem suam ita frenarent, ut sanctimoniam exercere possent, 148. Basilius canonem Nicænum exsequitur : vetat ne cum viris habitent mulieres, 149. Presbytero septuagenario edicit, ut mulierem ejiciat ex ædibus, secus depositionem minatur, atque ipsam excommunicationem, si citra emendationem sacerdotium sibi vindicet, 149, 150. Etiamsi nihil libidinose fiat, offendiculum fratri ponendum non est, 149. Tanto magis huic legi parendum, quanto quis liberior est a libidine, 149. Clerici Cæsarienses exercent sedentarias artes, 290. Non facile reperit Basilius, qui suas litteras perferat, 290. Presbyter in Ecclesia Cæsariensi labore manuum vivens, 174. Glycerius ad manuum opera habilis, ordinatur a Basilio diaconus, ut presbytero ministret et opus ecclesiæ curet, 258. Clericis concessa immunitas præcatores multos imperatoris familiæ conciliat, ac ipsis rebus publicis prodest, 199. Clericos vetus census immunes reliquerat, 198. Censitores, ut nullo accepto mandato a præfecto, eos recensuere, 199. Petit Basilius a præfecto ut antiqua consuetudo servetur, 199. Sic tamen ut remissio in personas clericorum non conferatur, sed judicio episcopi dispensanda committatur, 199. Clerici Cæsarienses, et qui Sebastiæ communicabant cum Basilio addicuntur curiæ, 365.
Clinias, 349.
Cœlum divinitatis velum extendit Deus ne pereamus, 333. Cœlorum regnum nihil aliud quam eorum quæ sunt contemplatio, 89.
Cogitatione prima cohibendus ad malum impetus, 303. Cogitatio Dei semper animo observari debet, 323. Nemo malum cogitabit aut perficiet, si Deum ubique præsentem adesse credat, 324.
Cognitio multis modis intelligitur, 337. Cognitio multiplicis generis, 339, 360. Cognoscere seipsum difficile, 376. Cognitio omnis materialis Christi regnum esse dicitur : Dei autem et Patris, cognitio immaterialis et contemplatio divinitatis, 85. Cognitionis intervalla a sole intelligibili facta, 86.
Colloquium cum unanimis solatium est omnis mœroris, 266.
Colonia in Armenia a viis publicis dissita, 286, 331. Coloniensis Ecclesia mœret discessu Euphronii episcopi sui, 330, 331. Quidam minantur se abituros ad publica subsellia, 331. Et res commissuros inimicis Ecclesiæ, 331. Magistratus Colonienses de rebus ecclesiasticis ut de proprio negotio solliciti, 331.
Colonia locus ubi constitutus cum Eustathio congressus, 218. Hujus loci dominus Basilius, 377. Ibi conventus episcoporum designatus, ut pax cum Eustathio fieret, 377.
Colores cærulei ac virides recreant oculos, 113.
Columbæ quanam arte capiuntur. 92.
Comanici fines, 309.
Comes Ponticæ, 426. Consentit Basilius ut Commentariensis ad eum referat de quodam negotio, 426. Comes rei privatæ, 440. Comes thesaurorum, 111, 112.
Commendans amicum Basilius postulat, ut, si nihil peccavit, veritatis beneficio salvus sit : si quid peccavit, id sua supplicantis causa remittatur, 203.
Commentariensis, 425. Contendit forum in ecclesia comprehensorum receptionem ad se pertinere, 425. Negat Basilius, 425.
Communibus rebus cadentibus, privatæ simul pereunt, 227.
Communio. *Vide* Eucharistia. Communio perutilis in precibus, 240. Quidam sibi videntur aliorum communione non indigere, 301. Abscindunt se ab orbe terrarum, nec eos pudet solitudinis, 301. Prava opinio, aliorum communione sibi videri non indigere, 138. Queritur Basilius quod persecutio ad charitatem non commoveat, 393. Lapsibus insultatur, 393. Qui idem inter se sentiunt acceptas ab hæreticis injurias intendunt, 393. Omnes omnibus suspecti, 392. Plerique inceptores esse nolunt amici colloquii ad restituendam communionem, 284. Communio duplex, coram et per litteras, 221. Theodotus Basilium nec ad matutinas nec ad vespertinas preces assumit, 193. Litteræ, in quibus aliquis episcopus appellatur, signum communionis, 378. Nec scribere nec mittere qui afflictos consolentur, signum subtractæ communionis, 300. Communionis signa brevibus notis ad orbis terminos circumferebantur, 301. Communionis signum, si quis scribat canonicas litteras, 343. Si mittat clericos, aut ab alio missos admittat ad preces, 343. Communionis litteræ breves tesseræ et veluti quoddam viaticum, 284. Olim ab orbis termino ad terminum mittebantur, et ubique fratres ac patres inveniebant, 284. Queritur Basilius quod id cum aliis prædatus sit hostis Ecclesiarum. 284. Ac episcopi singulis civitatibus circumscribantur, 284. Communicantes cum Basilio Ecclesiæ, et litteras mittentes et accipientes recensentur, 307. Ex his litteris discere licet omnes esse unanimes idemque sentire, 307.
Communio fugienda et colloquium eorum, qui Spiritum creaturam dicunt, 200, 206, 207, 216, 219, 248. Populi relictis ecclesiis malunt in desertis locis vagari, quam cum Arianis communicare, 371, 372. Sub dio precari malunt, quam cum Arianis communicare, 255. Communicare cum Arianis est Arii fermenti participem fieri, 372. Fermenti heterodoxorum participes sunt qui communicant cum eorum communicatoribus, 385. Basilius, etiamsi quis ostendat epistolam e cœlis missam, non idcirco cum illo communicabit, nisi sanam fidem profiteatur, 321. Communicat cum nonnullis presbyteris, minime vero cum eorum episcopis, 205, 206, 207, 331. Non improbat eos qui ab episcopi hæretici communione recedere cogantur, 242. Comparat eos cum medico urente, vel navigante merces ejiciente, 242. Qui redeuntes ab hæresi ad communionem admittit, eos per se cum aliis Catholicis conjungit, 410. Quare sic eos debet admittere, ut ab omni recipiantur fraternitate, 410. Ad communionem Dianii Basilius accessit, postquam is declaravit se subscribendo formulæ Constantinopoli allatæ, nihil contra Nicænam fidem facere voluisse, 144. Communicandum negat Basilius cum iis qui medios se esse volunt, ac fidem nec confiteri aperte, nec aperte negare, 219, 220. Non vult cum hæreticis per Eustathium conjungi, 219. Non tamen deserendos putat qui fidem Patrum non recipiunt, sed communiter iis scribendum esse, 220. Ac recipiendos quidem, si assentiantur, secus vero, si resistant, 220. Si pacis bonum in solo nomine positum est, pax omnibus concedenda, 383. Sed si quidam fugiendi ; non communicandum cum heterodoxorum communicatoribus, 383. Eustathius a sua communione removebat eos qui cum hæreticis communicabant, 387. Eustathius altaria Basilidis evertit et suam mensam ponit, 347. Communionem suam Basilius Fausto cuidam non canonice ordinato episcopo denegat, 213. Seque apud unanimes suos perfecturum declarat, ut idem de illo sentiant, 213. Magni interest, ut sciant Romani episcopi quibuscum in Oriente communicare debeant, 161. Communionem suam Occidentales facile concedunt iis qui ex Oriente veniunt, 221. Non cuilibet rectam fidei formulam offerenti concedenda communio, 221. Sic enim sæpe cum hominibus inter se pugnantibus et eadem verba proferentibus communicabitur, 221. Declarat Basilius Neocæsariensibus, eos a tota Ecclesia discessuros, si a sua discedant communione, 307. Rogat ne se cogant apud omnes communicatores conqueri, 307. Rogat Basilius maritimos episcopos, ne se cogant apud remotissimos communicatores conqueri, 302.
Comparationes proprie inter ea, quæ ejusdem sunt naturæ, instituuntur, 84.
Concilium. In concilio Nicæno Patres non sine afflatu sancti Spiritus locuti sunt, 207. In conciliis Musonius primo loco non secundum ætatem sedebat, 106, 107. In concilio Amphilochii postulat Basilius ut tanquam præsens numeretur, et socius eorum quæ gerentur, 299. Concilium Melitinense, 406. Ancyranum, 406. Tyanense, 406. Constantinopolitanum, 406, 386. In hoc concilio non additerunt, *citra ullam differentium*, 91. Duces factionis Eudoxius, Euippius. Georgius, et Acacius. 386. Concilium

Digitized by Google

Impiorum in Galatia, 365. Concilium Nyssenum, quo conveniunt ad nutum Demosthenis Galatæ et Pontici, 365, 566.

Confessio peccatorum, 272, 295, 327, 646.

Confessores exsules columnæ veritatis et Ecclesiæ, 323. Eo magis venerabiles quo longius allegati, 323. Nihil de rebus ecclesiasticis statuendum ante eorum reditum, 323. Episcopi exsules pœnas pro pietate pendentes, 287. Mercedem sibi nec opinantes comparant, dum alios exemplo suo accendunt, 334. Per confessores Deus manifesta omnibus ad salutem exempla largitur, 408. Qui confessorum sudorem excipiunt, participes sunt eorum præmii, 390. Dionysio Mediolanensi, qui in exsilio mortuus est, honor martyris delatus, 289. Confessores fiduciam habent loquendi apud Deum, 391. Lætitia populi ab exsilio redeuntem episcopum circumstantis, 266.

Conjugium mortis solatium est, 438. Successione generis perpetuitatem vitæ creator conciliavit, 438.

Consilia utilia repellunt contentiosæ indoles, 441. Consilium a sapienti petendum, 580. Non qui cito aliquid statuit laudandus, sed qui firma et stabili norma omnia constituit, 411. Consilia adversus justos instructa redundant in auctores, 580.

Consolatio molesta in ipso doloris articulo adhibita, 78. Consolationes Deus novit per ipsas impiere molestias, 448. Consolationi afflictorum merces a Deo reposita, 151.

Constantinopolitana fides, 144.

Consubstantiale usurparunt Nicæni Patres, ut indicarent luminis in Patre rationem, eamdem ac in Filio, 145. Et naturæ æqualem dignitatem demonstrarent, 145. Consubstantiale ex eo consequitur, quod Filius sit *lumen de lumine et Deus verus de Deo vero*, 91. Consubstantialis hæc notio est, quod is, qui secundum essentiam Deus et Pater est, Deum secundum essentiam ac Filium genuit, 82. Consubstantiale non differt a simili secundum essentiam, si addatur *citra ullam differentiam*, 91. Minus fraudi obnoxium, quam simile secundum essentiam, 91. Consubstantiales sunt inter se homines, 116. Consubstantiale Sabellii pravitatem corrigit, 146. Tollit enim hypostasis identitatem, et perfectam personarum notionem inducit, 146. Consubstantialem esse Patri Filium ex eo sequitur, quod Pater major dicatur, 84. Ex consubstantialis mala notione Marcellus hypostasim Christi evertit, 215. Consubstantiale prave exponunt Ariani, 322. Fingunt a Catholicis Filium Dei consubstantialem secundum hypostasim, 322. Falso existimant nonnulli ea dici consubstantialia quæ fratrum inter se rationem habent, 145. Cum causa et id quod ex causa est, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia merito dicuntur, 145. Consubstantiale a Patribus Antiochenis culpatum putabat Basilius ut vocem male sonantem, 145. Dixisse eos existimabat consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ et eorum quæ ex substantia, 145. Consubstantiale nonnulli nondum acceperunt, 145. Jure reprehendi possint, sed tamen venia digni sunt, 145. Consubstantiali silentium indictum Cyzici, 382.

Consuetudo ad amicitiam multum valet, 418. Satis est ad boni custodiam, 249. Consuetudines ecclesiasticæ ex traditione ortæ in mysteriis celebrandis et precibus, 54, 55, 56. Consuetudinem suam objicientibus adversariis Basilius suam vicissim opponit, 277. Ex consuetudine plerique vivunt, 309. At vivendi regula, Domini præceptum, 309. Consuetudine mala res vetitæ indifferentes fiunt, 178.

Contentio. Ex contentionis studio nihil faciendum, 100.

Continentiæ votum, 134.

Controversiarum judices Scripturæ et traditio, 66.

Conventus spirituales, 128. Utilitas quæ ex illis percipitur, 128.

Convicium intra dentes prolatum ferri non debet, 305. Sic conviciari facile est vel ancillæ e pistrino, 505. Fraterna admonitio adhibenda, non convicium, 305.

Convictus cum hominibus Deum timentibus, bonum est viaticum ad futuram vitam, 584.

Convivia publica, 514. Conviviorum ordo, apparatus et certamina, 560. Convivio spirituali cum amici et fratres excipiuntur, pulsandæ fores scientiæ et excitandus paterfamilias qui panes largitur, 85.

Cordis præparatio in quo posita, 72 Cordis profundum a nemine comprehensum, 107.

Cornices stipant ciconias, 581. Cornici amor in pullos, 586.

Coronis illustrior imponenda amplo fundamento, 266.

Corporis venustas aut morbo aut tempore flaccessit, 422.

Corruptelæ suspicio forte esse posset in aliqua vocula, non autem in prolixis testimoniis, 62.

Corsagæna, 422.

Corydala, 331.

Crambe eximia juventutis nutrix. Bis Crambe mors est, 267.

Crastina. De crastina non constat, 101.

Creationis tria genera in Scripturis, productio ex nihilo in melius ex pejore commutatio, resurrectio mortuorum, 88.

Creatura omnis serva est Creatoris, 87. Creatura nulla quodcunque vult facere potest, 87. Creaturarum rationalium unaquæque aliquid a seipsa facere potest, 87. Creaturæ omnes aut constant ex contrariis, aut contrariorum sunt capaces, 87. Creatura sanctitatis particeps non natura sed per electionem, 48. Si creatura non est Christus, Patri consubstantialis est, 87. Si creatura non est Spiritus sanctus, consubstantialis est Deo, 87. Creaturæ discrimen a Spiritu sancto, 248.

Crœsus filii interfectori iram remisit, seipsum ad supplicium offerenti, 205. Crœso post victoriam amicus factus Cyrus, 205.

Crux in Scripturis vocatur signum, 400. Crucis signo signantur qui sperant in Christum, 54.

Cum. *Cum* præpositio invisa Pneumatomachis, 49. Idem sonat ac *et*, ideoque appetior ad obturandum os hæreticorum, 449.

Curia exemerat senem quemdam diploma regium, et ætas, 177. Regis beneficium confirmat præses, sed senis nepotem, orbum parentibus, nondum annos quatuor natum curiæ addicit, 177. Demonstrat Basilius senem in nepote ad munera pertrahi, ac præsidem rogat, ut utriusque misereatur, 177. Curiæ addicuntur clerici Cæsarienses, et qui Sebastiæ communicabant cum Basilio, 365. Curiales tributa colligunt, militibus annonam suppeditant, 177.

Currus duos sessores habere solebant, 283. Tres habebant sessores Pharaonis currus, 283.

Cursus equestris, 318. In cursu publico regendo nonnullæ partes principalis, 441.

Cypriani sententia de baptismo, 270.

Cyriacus presbyter Tarsensis, 207.

Cyriacus presbyter, 274.

Cyriacus presbyter calumniæ expers, 418. Nulla ei structa calumnia ab his qui manus in omnes injiciunt, 417. Hunc Eusebio commendat Basilius, 417.

Cyriacus, 448.

Cyrillus in Armenia episcopus, 195. Calumnias ab eo propulsat Basilius, eique placat Satalenses, 195. Ejus loco Faustus quidam in Armenia episcopus ordinatur, 212, 213.

Cyrus Crœso amicus factus post victoriam, 205.

Cyzici formula edita, in qua silentium indictum consubstantiali, 382.

D

Dædali ars, 462.

Dæmon potentia adversa quæ e cœlo cecidit, 87. Illius insidiæ in divitiis et voluptatibus latent, 470. Dæmonis mali incursum deplorat Basilius in morte filii Nectarii, 79. Dæmon vanæ gloriæ, 129.

Damas celeberrimus martyr, 388.

Damasus reverendissimus episcopus, 163, 323, 368, 412.

Danieli oblata visio judicium nobis ob oculos ponit, 139.

Daphnus episcopus, 183.

Dardania, 347.

David generosus in bellicis facinoribus, clemens in ulciscendo, 73. Ejus lenitas, 365. Davidem sic objurgavit propheta, ut succensere non posset arguenti, 74, 480. Davidis lapsus, 126. Magna de se senserat, 511. Ex ovium grege princeps populo suscitatus a Deo, 287. Davidis thronus, in quo Christus sedit, regnum nulli eversioni obnoxium, 363. Davidi vectigalis fuit Judæa omnis, Idumæa, Moabitarum regio, Syriæ partes usque ad Mesopotamiam, et ex altera parte usque ad flumen Ægypti, 363.

Dazimone, 318. Dazimonem perturbavit Eustathius, et multos a Basilii communione abstraxit, 324.

Dazina ad quem Eustathius contra Basilium scripsit, 223. Daziza vocatur, 379.

Deductiones proficiscentium, 375. Deductores, 188.

Defectio fidei, quam minatus est Dominus, 59. Hujus præmia videtur sibi perspicere Basilius in blasphemis Pneumatomachorum, 59, 408. Eo quod facta sint ambigua, quibus contradicere nefas erat, 59, 408. Hostis perficere conatur ut defectionis semina ab Oriente initio capto in totum orbem diffundantur, 374. Quorum definitio diversa, eorum etiam natura diversa, 281.

Demophilus Constantinopolis episcopus, 141. Simulacro rectæ fidei et pietatis partes civitatis dissidentes in unum conjungit, 142. Nonnulli ex vicinis episcopis conjunctionem amplectuntur, 142.

Digitized by Google

Demosthenes Choragus vocari voluit, 75.

Demosthenes vicarius Ponticæ, 345, 365. Primum et maximum Cappadociæ malorum, 345, 365. Synodum cogit in Galatia, et ejicit Hypsinum, ac Ecdicium ejus loco constituit, 345, 365. Gregorium Nyssenum abduci jussit, 345, 365. Cæsareæ omnes clericos curiæ tradit, 345, 365. Idem facit Sebastiæ communicatoribus Basilii, 345, 365. Postea Nyssæ concilium Galatarum et Ponticorum, 345, 365. Ibi immissus ad Ecclesias homo indignissimus, 366. Eustathium cum Arianorum agmine Nicopolim mittit Demosthenes, ut ab Eustathio accipiant episcopum Nicopolitani, 366. Ubi videt eos resistere, per vim conatur datum illis episcopum constituere, 366. Doara perturbat, 354. Demosthenes, cete obesum, 354. Angelus Satanæ, 384. Ne sanguini quidem parcit, 384.

Desiderium res violenta, 236.

Desponsata. Si quis desponsam alteri rapuerit, restituenda ei cui ablata, 295. Si quis vacantem rapuerit, debet illa parentibus restitui, 295. Ita tamen ut matrimonium fieri possit, si illi consentiant, 295.

Detrahentem de fratre aversari oportet, 99.

Deus expers qualitatis, 82. Dei nomen ineffabile, 37. Dei appellatio potentiam operatricem sive inspectricem significat, 281. Dei nomen Hebræorum gens propriis ac peculiaribus notis exarabat, 37. Sic dicitur quod omnia posuerit vel spectet omnia, 88. Dei nomen nihil amplius significat, quam justi et recti, 279. Nam istud rebus indignis tribuitur, ista vero nequaquam, 279. Contendunt hæretici hoc nomine naturam designari, 281. At si ita esset quomodo Moyses institutus esset Deus Ægyptiorum? 281. Dei essentiam nullum hactenus nomen exprimere potuit, 281. Nomina ex operatione aliqua aut dignitate ducuntur, 281. Ex omnibus vocibus quæ de Deo usurpantur, nulla citra examen relinquenda, 1. Dicunt Eunomiani, *Quod nosti colis an quod ignoras*, 357. Item : *Si essentiam ignoras, ipsum ignoras*. 357. Dei naturam sibi comprehensam esse gloriatur Eunomius, sed ne minutissimi quidem animalis naturam explicare potest, 95. Vid. 555, 556. Deum cognoscimus, si conditorem illum scimus, si mirabilia ejus novimus, si mandata servamus, 360. Eunomiani cognitionem esse volunt contemplationem essentiæ, 360. Si dicamus Deum a nobis cognosci, essentiam requirunt, 359. Si timidi simus in affirmando, impietatis accusant, 359. Deum cognoscere primarium mentis bonum, 356. Non tamen cognoscit nisi ex parte, 356, 557. Etsi oculus ad videndum constitutus, non tamen visibilia omnia, 356. Deus etsi non comprehenditur, non tamen ignotus, 356. Quemadmodum cœlum non invisibile, etsi non omnia in eo cernuntur, 356. Deus paria molestiis solatia innectit, 181, 218. Deus bonus et justus, 512. Nec judicat sine misericordia, nec sine judicio misericors, 513. Nostra moderatur melius, quam nos ipsi eligere possimus, 70. Bona largienti gratiæ agendæ, procrastinanti non succensendum, 70. Par merces a justo judice paribus præclare factis, 78. *Vide* Providentia. Deus locuples remunerator, 334. A Deo separari gravissimum supplicium, 398. Dei donorum nec magnitudinem metiri, nec multitudinem fas est numerare, 287. Dei inhabitatio quomodo in nobis sit, 73. Dei gravioribus debitis obstricti sumus, quam parentibus, 421. A Dei recordatione Christianus nulla re abduci debet, 99. Dei cogitatio in animo nostro, tanquam in templo, consecranda, 237. Ad Dei gloriam referenda omnia, usque ad ipsum etiam esum et potum, 100. Deus proprius noster naturalisque finis, 19.

Diabolus ex calumnia maxime dignoscitur, 303. Nomen ei factum est peccatum, 303. Diaboli nomen a calumnia ortum, 301. Sic dictus ex moribus, postquam angelicam accepit dignitatem, ac priore habitu exstincto, excitata est adversa potentia, 88. Diabolici belli astutia, 230. Diaboli astutia comparatur cum avis cujusdam calliditate, 518. Insidiatur nobis ut prædones viatoribus, 505. Cupiditates nostras jacula contra nos efficit, 505. Sibi semper hodiernum tempus, Domino crastinum poscit, 518. Dei imaginem lædit, cum Deum ipsum lædere non possit, 518. Diaboli sinuosa retia, 134. Diaboli vasa dicuntur ii, quibus ad mala opera abutitur, 15.

Diaconissæ corpus, utpote consecratum, non amplius permittitur in usu esse carnali, 296. Diaconissa cum Græco fornicata, ad oblationem anno septimo admittitur, 296.

Diaconus post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicitur, 271. Sed tamen a communione laica non arcetur, 271. Modo specimen det suæ curationis, 271. Diacono qui labiis tenus peccavit, communio cum diaconis relinquitur, 327.

Dialecticis quæstionibus omissis pie expendenda veritas, 356.

Dialogi. In dialogis intertextæ vituperationes adversariorum detinent et morantur, ac orationis vim relaxant, 226. Solus Plato scit impugnare dogmata et personas comico more describere, 226. At Theophrastus et Aristoteles statim res ipsas attingunt, 226. Idem facit Plato in legibus, ubi indefinitæ sunt personæ, 226. Si qua persona decantata inducitur, licet ex ejus indole aliquid attexere, 226. Secus si persona sit indefinita, 227.

Dianius episcopus Cæsariensis, vir aspectu venerabilis, 143. Multis ornatus virtutibus, 143, 144. Basilius educatus in illius amore, ejusque usus consuetudine vir factus, 143, 144. Is summa lenitate non gravabatur omnibus satisfacere, 144. Subscripsit fidei Constantinopoli allatæ, 144. Doluit id Basilio : sed tamen illius ægrotantis communionem amplexus est, ubi declaravit se contra Nicænam fidem nihil facere voluisse, 141. Negat Basilius eum a se unquam anathematizatum, 143, 144. Beatissimum illum vocat, 143. Ab eo baptizatus est et lector factus, 60.

Diatimus Limyræ episcopus, 331.

Dies primus, non vocatur a Mose primus, sed unus, 56. Idem primus est et octavus, 56. Dies octavus, de quo in inscriptionibus quibusdam psalmorum, futurum post hanc vitam statum significat, 56. Dies novissimus dicitur ea cognitio postquam non est alia, 86. Diem appellat Christus accuratam eorum, quæ de Deo cogitantur, comprehensionem, 86.

Digami uno anno pœnitentiam agunt, 271. Digamos a ministerio excludit canon, 275.

Dignitas codicillaria, 283.

Dii plures per symbola corporea coluntur ab ethnicis, 421. Interdum homines ex dono dii vocantur, dæmones ex mendacio, 82.

Diodorus Antiochiæ presbyter, 226. Silvani alumnus, 378. Favet Basilio in causa Eustathii, 194. Illius communionem Eustathius crimini vertit Basilio, 378. In scribendo facultate et diligentia valet, 227. Illius sermone meliores fiunt, qui audiunt, 378. Judicio Basilii duos libros contra hæresim scriptos committit, 226. Secundum valde probat Basilius, 226. Primum eamdem vim fatetur habere, sed figurarum varietatem et exquisita ornamenta reprehendit, 226. Sub Diodori nomine litteræ quibus defenditur matrimonium cum sorore uxoris mortuæ, 249.

Diogenes poculum projecit, postquam a puero didicit cavis manibus bibere, 76. Diogenis dictum ad Alexandrum, 91.

Dionysius Romanus (S.) recta fide et reliquis virtutibus enituit, 164. Is misit in Cappadociam qui captivos redimerent, 164. Hujus beneficii memoria asservata in Ecclesia Cæsariensi, 164.

Dionysius Alexandrinus (S.), 60. Citatur illius de Trinitate testimonium ex secunda ad cognominem epistola, 60. Miratur Basilius quod accurate locutus sit, 60. Anomœis primum semina impietatis præbuisse existimat Basilius, 90. Causa autem, non pravitas sententiæ, sed vehemens studium adversandi Sabellio, 90. Dionysii scripta valde multa, 90. Dionysius canonum peritus, 268. Montanistarum baptisma probavit, 268. Dionysius magnus, 269.

Dionysius Mediolanensis (S.) in Cappadocia mortuus, 288, 289. Christiani qui illum hospitio exceperant, manibus suis deposuere, 289. Insigne erat sepulcrum, nemo prope illum jacuit, 289. Fideles illius loci hoc corpus vitæ suæ præsidium esse ducebant, 288. Nunquam principatus aut potestates hominum vim illis afferre potuissent, 288. Flectunt illos missi ab Ambrosio clerici, 288. His adjungit Basilius Therasium presbyterum, qui impetum fidelium comprimit, 288. Tolluntur cum debita reverentia reliquiæ, quas custodes cum mœrore prosequuntur, 288. Asseverat Basilius S. Ambrosio verum esse beati Dionysii corpus, 289.

Dionysius viduæ filius, alias Diomedes Basilii discipulus, 92.

Discere oportet sine verecundia, docere liberaliter, 73.

Disciplinam omnem Ecclesiis subactam queritur Basilius, 148. Prisca Ecclesiæ species, 106. Vetus Ecclesiæ status, veluti sacra imago, ad quam Musonius Neocæsariensis Ecclesiam suam effingebat, 106. Nihil de suo addebat, 106. In disciplinis fides præit cognitioni, 358. Delectus habendus est, 478. Parvum parvo addendum, 478.

Dispensatio Filii, id est, incarnatio, 15, 401.

Dissensiones domesticæ eos, qui inter se digladiantur, magis quam belluas, ratione destitui arguunt, 67. Mutui belli telum a nonnullis excogitatur sanæ doctrinæ defensio, 185. Dum privata odia occultant, pro veritate odisse se simulant, 185. Discordias fovent nonnulli, ut propria dedecora occultent, et populis furorem inspirant, 185. In dissensionibus ecclesiasticis alii supplantant, alii insultant lapso, alii applaudunt, 66. Nemo infirmum in fide suscipit : nullæ admonitiones : sedent erratorum amari examinatores, iniqui recte factorum judices, 67. Velut in pestilentiæ morbo contagium mali omnes pervadit, 67. Dissen-

Digitized by Google

siones ecclesiasticæ comparantur cum equestri cursu, 518. Dissidia initio sanabilia, 332. Temporis progressu aucta in malum vergunt insanabile, 332. In dissensionibus Ecclesiæ rident increduli, fluctuant infirmi, 185. Fides est ambigua, eo quod veritatem imitentur hæretici, 185. Dissensiones episcoporum lædunt populos, 154. Vulnerant animas hominum piorum, 187. In dissensionibus quam utilis sit congressus ad pacificationem, 154, 155, 301, 302.

Dissimile et simile rejicit Basilius in Trinitate, 82. Qualitatem enim designant, quæ in Deo admitti non debet, 82.

Divinatio per manum, 279.

Divitiæ inter bona non sunt numerandæ, 472, 497. Divitiæ infidæ, 422. Non sunt nostra possessio, 492, 497. Divitiis justus non fruitur, sed earum administrator est, 364. Hinc absentes illas non desiderat, 364. Non enim vir prudens negotium ambiat in alienis rebus distribuendis, 364. Fures qui alios non juvant, 488. Divitiæ dantur justis ad distribuendum, 364, 486, 495. Malis provocatio sunt, ut se emendent, 364. In divites avaros, 492, 495.

Doara, oppidum in quod Ariani mittunt hominem pestilentem, 367. Doara perturbantur a ceto obeso, 351. Mulionem antiquum receperunt, 351.

Docere liberaliter oportet, discere sine verecundia, 73. Qui alios docent, exemplo et opere debent confirmare quæ docent, 385. Aliquo opus est qui deducat ad supernam philosophiam, 81. Cum sanctis versari longe utilissimum, 81.

Doctrina Christiana non servit profanis disciplinis, 5. Non tam indiget sermone quam exemplo, 241. Ut mel, gustu magis quam ratione percipitur, 478. Doctrina ex practica et naturali et theologica notione constans, 84. Doctrina absentibus et sero nasciturisi transmittitur, 452, 453. Id ut fieri possit Deus sapientia sua perfecit, 452. Doctrinæ pravæ pharmaca lethalia, 317.

Dogma aliud est ac prædicatio, 55. Dogmata silentur, prædicationes publicantur, 55. Philosophia quæ circa dogmata versatur, 81. De dogmatibus divinis dum dicitur auditurque frequentius, plurimum proficit animus, 81. Docet nos ratio ipsa per creaturas, ut non turbemur, si quando in quæstionibus difficilibus quasi vertigine laboremus, 120. Quemadmodum in iis quæ apparent, ratione potior experientia; ita in dogmatibus ratiocinatione potior fides, 120.

Dolores magnos parvis remediis sanare non decet, 125. In doloribus magnis medici stuporem conciliant, 115. Dolentibus solatio est ipsa narratio, 318. Dolorem intimum dissolvunt gemitus erumpentes, 370. In doloris articulo molesta oratio consolandi causa adhibita, 78. Dolorem abigens blanda animorum contrectatio, 115. Dolori non succumbendum, sed adversus plagæ magnitudinem obnitendum, 78.

Dolosi homines, voce tenus simplices et inepti, 449. Jamdudum obtinuit illa species, 449.

Dometianus Basilii necessarius, 204. Ob læsum Andronicum ducem multa passus est, 204. In ignominia et metu degebat, ejusque salus in Andronici voluntate sita, 204. Cappadoces omnes rei eventum exspectabant, 205.

Dominica dies imago venturi sæculi, 56. Vocatur a Mose unus dies, non vero primus, idem unus et octavus, 56. Dominica dies vocatur una Sabbati, 35. Erecti precamur hac die, 55.

Dominus magna per eos qui se digni sunt, efficit, 160. Dominus res viduarum et orphanorum suas facit, 202.

Domninus, 407.

Domus cura in Dominum projiciendæ, 283.

Dona sanationis, 111.

Dorotheus presbyter Romam cogitat, 323. Demonstrat ei Basilius hoc iter nisi mari confici non posse, 323. Sanctissimo in Occidentem cogitanti socius fore putatur, 368. Mittitur unus vice multorum in Occidentem, 376. Narravit Basilio, quos Petrus coram Damaso sermones habuisset, 413. Dicebat numeratos fuisse in hæreticis Meletium et Eusebium, 413. Ob hoc ipse non leniter et mansuete allocutus Petrum, coram Damaso, 412.

Neocæsarea visa est habere successorem Musonii et conquiescit, 110. Cum Neocæsariensibus Basilio multæ necessitudines, 303. Charitatis præceptum, iidem magistri Gregorius ejusque successores, corporeæ conjunctiones, 305. Neocæsarienses tamen videntur ei esse irati, 305. Aures utrasque calumniantibus aperiunt, 304. Vita Basilii et fides calumniis petuntur, 304. De Basilio non honorifice loquuntur, 312. Pro Basilio amici nonnulli prælia sustinent, 312, 313. Episcopus Basilii consanguineus, 313. Unus præcipue Basilio calumnias struit, 304, 305. Ait scripta Basilii hujus mundi sapientia niti, 306. Neocæsariensis Ecclesia navigium gubernatore destitutum, 314. Tempestatem excitant qui ad clavum sedent, 314. Valde indoctus is qui Basilio calumnias struebat, 305, 310. Neocæsariense presbyterium non respondet litteris Basilii, 309. Consentiunt omnes in ejus odio, 309. Urbis episcopus fanda et nefanda in Basilium concionatur, 309. Illius congressum fugit, et doctrinam ut perniciosam calumniatur, 309. Somnia etiam comminiscitur, 309. Odii causa prætexitur, Psalmorum consuetudo apud Cæsaream, 309. Monachorum et virginum cœtus, 309. Dicunt hæc tempore Gregorii non fuisse, 311. Neque etiam litaniæ illius erant tempore, 311. Postulat Basilius ut scripta sua examinentur, 305. Consentit ut ea examinent per se ipsi Neocæsarienses, 306. Neocæsarea perturbata, cum prope accessisset Basilius, 313, 314. Rumor illuc venire Basilium, 313, 314. Plurimi fugiunt, 313, 314. Arioli terrorem spargunt mercede conducti, 313, 314. Basilium fabulam faciunt in conviviis publicis, 314. Basilii doctrinam cum pharmacis exitiosis comparant, 317. Venenum contra illum circumferunt, 318. Ferina et rationis expers populi socordia, 320. Episcopi inveterata mali consuetudo, 320. Is auctor omnium injuriarum, quæ Basilio factæ sunt, 313, 314. Odii causa invidia, 314. Fugiebat congressum Basilii, ne ab eo argueretur hæresis, 314. Renovabat enim hæresim Sabellianam, 314, 310. Dixerat nomen Unigeniti traditum non esse, sed nomen adversarii, 315. Scriptum quoddam miserat Meletio et Anthimo, 316. Aiebat Gregorium dixisse Patrem et Filium cogitatione duo esse, hypostasi unum, 312. 316.

Neocæsariensis civitas multis malis præoccupata, 107. Gregorio longissimam tranquillitatem Deus concessit, 107. Soli vel cum paucis tranquilli in tempestate ab Arianis excitata, 107. Basilio per legatos et coram supplicant ut juventutem erudiat, 314.

Neophytos ordinari ob penuriam probat Basilius, 325.

Nicæa, 289. Ibi magnum pietatis promulgatum præconium, 145. Nicæna fides refertur, 213, 216, 233. Nicæna fides insuperabilis, 174. Ab initio viget in Ecclesia Cæsariensi, 233. In ore est Antiochenis, 233. Trecenti decem et octo Patres, 144. Nicænam fidem quidam male interpretantur, 215. Marcellus consubstantiale male exponit,

Digitized by Google

215. Sabellii sectatores inde ansam arripiunt, ut hypostasim et essentiam confundant, 215. Nicænos Patres negat Basilius hypostasim pro essentia sumpsisse, 215. Non sine afflatu sancti Spiritus locuti sunt, 207. Consubstantiale nonnulli rejiciunt, 145. Partim excusandi, partim culpandi, 145 Postulat Basilius ut Nicæna fides recipiatur, nec ulla vox in ea rejiciatur, 207. In Nicæna fide Spiritus pari honore numeratur et adoratur cum Patre et Filio, 182. Strictim de Spiritu locuti, nondum hac mota quæstione, 216, 233, 248, 393. Nicæna fides proponenda redeuntibus ad orthodoxos aut suspectis, 214, 215. Sed aliquid addendum de Spiritu sancto, quia nondum hæc movebatur quæstio, 216, 233, 248, 293. Nicænam fidem Basilius omnibus aliis præfert, 248. Illam non soli confessores tenebant, sed multi alii in Oriente et totus Occidens, 411. De Nicæna fide detrahit Eustathius, 348. Homoousiastas vocat eos qui illam sequuntur, 348. Nicænorum Patrum hæredem se esse Basilius gloriatur, 145. Nicæna synodus sancivit mulieres extraneas non esse, 149.

Nice in Thracia. Ibi formula fidei edita, 382.

Nicias, 198

Nicopolis, 217. Metropolis sanæ doctrinæ, 353. Pietatis altrix, 353. Nicopolitani filii confessorum et martyrum, 369. Nicopolitanus episcopus, mortuo Theodoto, eligitur Euphronius Coloniensis, 349 et seqq. Hunc Nicopolis dederat Coloniæ, 351. Hujus consilii auctor Pœmenius, qui rem statim ad exitum perduxit, 352. Non dedit tempus adversariis sibi providendi, 352. Nicopolim Eustathius venit cum agmine Arianorum, ut det illis episcopum, 366, 587. Fronto episcopatum accipit ab Arianis, 366, 368. Demonstrat se hactenus hypocritam fuisse, 366, 368. Unus aut alter cum eo abeunt, at corpus integrum manet, 367. Catholici extra muros precantur, 367. Cæteri in vacuis ædibus recubant, 367. Vicarius vim adhibet, 366. Nondum tamen exsilia et plagæ et carceres et honorum publicatio, 370. Fronto conatur eos decipere rectam fidem præ se ferendo, 370. Nonnulli fluctuant, 370. Sed denuntiat Basilius nunquam se facturum, ut aut Frontonem aut quos ille ordinaverit recipiat, 370. Presbyteri animum despondent ob continuas calamitates, 383. Basilius magnam Dei manum considerat, ac spe pacis allevatur, 385. Persecutio ingravescit, 383. Ne sanguini quidem parcitur, 384. Asclepius quidam ex plagis mortuus, eo quod cum Doec communicare nollet, 384.

Ninivitarum pœnitentia, 521.

Nobilitas ex sola virtute, 475. Nec equi nec canis laus est ex velocibus esse prognatum, 475. Alieno ornatu decorandus non est, qui propria virtute illustris est, 476.

Nomina alia generalia, ut *homo*, 115. Alia magis peculiaria, ut Paulus et Timotheus, 116. Nomina alia communia, alia magis propria, 35. Nomina corporalia sæpe ad intelligentias spirituales transfert Scriptura, 52. Nomina, quotquot de Deo dicuntur, essentiam non significant, sed operationem aut dignitatem, 281. Nominum, quæ circa divinam naturam intelliguntur, nulla secundum melius ac deterius differentia, 278. Ipsum Dei nomen nihil amplius significat quam recti et boni appellatio, 279.

Notario Basilius præcepta tradit, 431.

Noverca infantium non facienda est amita, 231. Novercæ æmulatio implacabilis, 251. Inimici mortuis reconciliantur, novercæ post mortem odisse incipiunt, 251.

Novitates verborum nonnulli effutiunt, 372. Unde Ecclesiæ quassatæ, velut vasa luxata, influentem hæreticam corruptelam recipiunt, 372.

Nox. Noctes illuminatæ, 136. Nocturni cantus hymnorum in ecclesiis Orientalibus, 374. Nocturna quies maxime apta ad orandum, 75.

Noxas conscribere, 104.

Nubibus similes plerique homines, 474.

Numerarius, 235. Numerarii duo, 235. Numerarius quidam Ptochotrophium Amaseæ ex suis opibus sustentat, 235.

Numerus est signum, quo declaratur multitudo suppositorum, 37. Quidquid unum numero dicitur, simplex non est, 81. Numerus pertinet ad quantitatem, 82. Perit accedente unitate, 86. Nihil addit aut detrahit rebus numeratis, 37. Numerus septenarius, 396.

Nuntiis malorum utile est affligi eos qui Dominum placare possunt, 389.

Nuptiæ secundæ remedium fornicationis, non occasio lasciviæ, 251. Apud nonnulla animalia in probo sunt, 574. In secundis nuptiis oblivio priorum filiorum, 586.

Nyssa Indica, 70.

O

Objurgatio cum omni commiseratione facienda, 100, 480 Asperitas fugienda, 74. Si quis se prior per humilitatem abjiciat, in increpando molestus non erit, 74. Utilis increpandi ratio in Davidem adhibita, 74. Objurgatio quomodo recipienda ab iis qui curantur, 100, 481.

Oblectamenta præsentis vitæ materiam æterno igni præparant, 101.

Obtrectatio est de absente detrahere, illius traducendi studio, etiamsi verum dicatur, 99.

Occidens totus, prope modum ab Illyrico usque ad fines orbis nostri, 63. In Occidente summa concordia, 181. Occidentales fide illæsi permanent, ac depositum servant inviolabile, 372. In occidente, uno aut altero perverse deprehensis sentire, magnum exstitit studium episcoporum, 159. Occidentis diu auxilium exspectarunt Orientales, 184, 371. Arcano Dei judicio ascribunt, quod non impetraverint, 184, 371. Necesse est, ut Orientis fidem renovet Occidens, et honorum, quæ ab Oriente accepit, remunerationem persolvat, 183. *Vide* 159. *Vide* Romanus episcopus. Occidentalium fidei tomum servat Basilius, eorumque fidem sequitur, 411. Occidentales in suis litteris, essentiæ nomen Græca lingua tradiderunt, 322. In Occidente toto glorificatur Deus cum sancto Spiritu, 63.

Oculus indesinenter circumactus clare intueri non potest, 71. Oculis non innuendum cum dolo, 99. Oculus tristis ac deorsum vergens menti humili convenit, 74. Oculos recreant cærulei et virides colores, 113. Oculo inflammato dolorem affert vel tenerrimum lenimentum, 78.

OEconomiæ causa si quid faciant episcopi afflatu Spiritus sancti, id suscipere debet clerus et populus, 350, 351. Ignoscere debent episcopis, 351. Operam dare debent, ut perficiatur, quod ab episcopis constitutum est, 350. OEconomiæ ab episcopis fiunt, a plebe confirmantur, 333. Quod ab uno aut altero homine pio factum est, id nobis persuadet rem consilio Spiritus fieri, 352. Ubi nihil humani propositum, liquet a Domino corda dirigi, 352. Ubi autem spirituales viri auctores consiliorum, eosque plebs sequitur, non dubitandum, quin communicatione Domini consilium captum sit, 352. Dei ordinationi resistunt, qui res constitutas in Ecclesiis a Dei electis non admittunt, 350. OEconomiam erga Euphronium factam valde probat Basilius, 350 et seq. Is Nicopolim translatus tempore difficillimo, 350 et seq. *Vide* Pax.

OEconomus Ecclesiæ, 425. OEconomi Ecclesiæ Cæsariensis, 365. In domo Basilii manebant, 365.

Offendiculum fratri non ponendum ad scandalum, 149.

Officiales, 289.

Olei unctionem quis sanctorum scripto tradidit, 55.

Olympius, 92, 93. A Basilio exceptus hospitio non magnis sumptibus, 76. Basilio mittit munera, 76. Remedia aggreditur, 76. Basilium Eustathii et Neocæsariensium calumniis afflictum solatur, 223, 318.

Opera bona fiduciam præstant in die judicii, 434. Operum merces a Domino, 435, 446. Operum expers confessio commendare Deo non potest, 433. Frustra viduarum et orphanorum curam suscipit, qui Deum afficit injuria, 125.

Operatio. Ex operationis identitate colligitur naturæ identitas, 280, 281.

Optimus episcopus, 393. De Ecclesiis sollicitus, et Scripturæ studiosus, 393.

Ordinationes Simoniacæ, horribile peccatum, 147, 148 Quidam hoc scelus pietatis nomine inumbrabant, 147. Putabant se non peccare, quia non ante sed post ordinationem accipiebant, 147. Accipere est, quandocunque accipere, 147. Depositionem illis minatur Basilius, 147. Antequam ministri sive subdiaconi reciperentur, in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur, 148. Chorepiscoporum electio, 428. Item presbyterorum et diaconorum in pagis, 148. Præferendus senex magnis ornatus virtutibus juniori ad exteriora negotia idoneo, 174. Reprehendi non debet qui ordinatus est invitus, sed qui ordinavit, 345. Episcopus e gremio cleri sumendus, 325. Ordinandum esse Neophytum censet Basilius ob penuriam, 323. Ad sacerdotium admitti potest, qui usuras accipit, 275. Modo lucrum injustum in pauperes insumat, et ab avaritiæ morbo emendetur, 275. Laudat Innocentium Basilius, quod, ut Moses, videre velit successorem suum, 174. Basilius quærit an, vita hominis contra canones ordinati laudabilis sit, ita ut res sanari possit, 213. Ordinationes peregrinæ an detrectandæ non sint, quærit ex Eusebio, 230. Eustathius diaconos et presbyteros ordinat in alienis Ecclesiis, 347. Negabat hæreticos episcopos esse, 380, 386. Ordinatum ab hæreticis ad fidei eversionem episcopum non agnoscit Basilius, 370. Declarat se non recepturum pace reddita eos quos ille ordinaverit, 370. Qui hominum studiis ordinati, omnia ad voluptatem indulgent, 184. Servi sunt eorum, a quibus episcopatum acceperunt, 185. Episcopatus præmium impietatis sub Valente, 184. Qui jurant ordinationem se non accepturos non cogantur peierare, 274. Quidam canon permittit ut ordinentur, 274.

Digitized by Google

Ordo civitatis, id est, curia, 171.
Oriens quidquid ab Illyrico ad Ægyptum usque protenditur, 163. Orientis parœcia, 159. In Oriente fides primum illuxit, 185. In Oriente hac voce, *cum sancto Spiritu*, velut tessera suos ab alienis discernunt, 63. Nonnulli vocum novitates effutiunt, 372. Orientales fortasse primi ab hæresi vexantur, quia apud eos abundavit peccatum, 374. Verisimilius est hostem machinari, ut ibi incipiat defectio, ubi incepit Evangelium, 374. Præter hæreticorum bellum domesticæ seditiones, 186. Velut Judæi sub Vespasiano, 186. Orientales in ærumnis consolatur pax et concordia Occidentis, 181, 183. Ad Orientem Christiani versi precantur, 54. Unde istud, 56.
Origenes gloriam defert Deo cum sancto Spiritu, 61. Illius non omnino sanæ in omnibus de Spiritu opiniones, 61. Pias voces sæpe de Spiritu emisit, consuetudinis robur reveritus, 61.
Origenes Basilii amicus, 95. Is veritatem scriptis defendit sub Juliano, 95. Hujus filios libenter vidit Basilius, 96.
Ornatum in vestibus aut calceis quærere vana ostentatio est, 100.
Orphanene, 422.
Orphanorum res Dominus suas facit, 202.
Os justa libertate et gratiæ verbis scatens, 109.
Ossifraga, 586.
Otium Dei timore destitutum magister pravitatis, 530. Otiosus comedere non debet, qui laborare potest, 100. Otiosus presbyter, id est, depositus, 150.
Otreius Melitinensis episcopus, 263. Tam dolet quam Basilius de exsilio S. Eusebii, 265.
Oves Christi quinam appellantur in Scripturis, 14.

P

Pagi præpositus, 76.
Palæstina (In) monasteria, 310.
Palladia, 228. Hanc Basilius matrem appellat non solum ob propinquitatem, sed etiam ob morum probitatem, 228.
Palladius monachus, 395. Cum Innocentio in monte Elæone degebat, 393. Rogaverunt Basilium, ut de Domini incarnatione aliquid adderet fidei Nicænæ, 393. Vid. 395.
Palladius, 431. Is recens baptizatus cum fuisset, hortatur eum Basilius, ut fidelis sit hujus thesauri custos, 431.
Palmatius ministrans Maximo ad persecutiones, 192.
Pancratii certamen, 455.
Panthera hominis imaginem dilacerat, 570 Pantheræ pelli similis ascela vitiis inquinatus, 473.
Papa, 212.
Paphlagonia, 387.
Parasynagoga conventus ab immorigeris habitus, 268, 269.
Paregorius presbyter, 149 Annos natus septuaginta habitabat cum muliere extranea, 149. Minatur ei depositionem Basilius, ac ipsam etiam excommunicationem, si depositus sacerdotium sibi arroget, 150.
Parentes debent liberos diligere non solum naturali amore, sed etiam dilectionem voluntate intendere, 103. Parentes qui filios exponunt, aut patrimonium inique distribuunt, comparantur cum aquila, 586. Parentes fovere docet Iconia, 586. Parentibus obnoxii filii quantum ad corpus ex lege naturæ et civili, 421. Anima, ut ex divinioribus accepta, Deo magis obstricta est, 421.
Parnassi Ecclesiam episcopo mortuo consolatur Basilius, 156. Hypsino pulso Ecdicius hæreticus Parnassi ordinatur, 363, 367.
Parœcia Occidentis, 374. Parœcia Orientis, 159. Parœcia Theodoti Nicopolitani, 195. In unaquaque parœcia signiferi ecclesiis ejecti, 163. Parœciæ Neocæsariensis et Cæsariensis. 507. Parœcia Cappadociæ, 377. Parœcia Cappadociæ et vicinarum regionum, 384. Parœciæ suæ pagos visitat Basilius, 308. Parœciæ et urbis clerus, 370.
Pars. Ut pars sua cum veris adoratoribus inveniatur orat Basilius, 143. Dianius moriens orabat, ut ne separaretur a sorte sanctorum trecentorum decem et octo Patrum, 144.
Parvum parvo adjungere est perutile, 478.
Pasinicus medicus, 449.
Pastor. Erga pastorem amor, si ratione contineatur, laudandus . secus, si limites transiliat, 349, 350.
Patarœ, 331.
Patientia sine humilitate haberi non potest, 575. Patientiæ magna merces, 77, 79, 459. Per patientiam in adversis partem martyrum consequimur, 79. Nemo non percussus, nec pulvere aspersus coronatur, 369. Patientiæ coronas nemo sanctorum in deliciis aut adulationibus consecutus est, 231. Moleste ferentes quæ accidunt, neque id quod factum est, reparamus, ac nosmetipsos perdimus, 79. Patientiæ exempla in ipsis ethnicis, 549.
Patres Ecclesiæ sunt columnæ, 63. Patrum doctrina vastatur, 255.
Patriarchæ nomen et habitus, 258, 259. Patriarcharum benedictiones per Spiritum sanctum, 33
Patritius vir subdolus, 449.
Patronus Ærarii, 112.
Patrophilus Ægeensis episcopus, 376. Eustathio amicus, 379. Item Basilio, 377. Stuporem significat, quod cum Eustathio dissideret, 377. Patrophilum Eustathius inviserat, 382. Unde metuit Basilius ne ex hoc congressu immutatus sit, 382. Rogat ut ad se scribat per Strategium an in sua maneat communione, 382. Sero respondet, 385. Rursus hortatur ad pacem cum Eustathio, 385. Non communicabat cum iis quos Eustathius in suam Ecclesiam accersiverat, 385. Sed tamen cum Eustathio videtur communicasse, 385.
Paulinus accipit litteras Roma, quæ eum episcopum agnoscunt, 321, 324. Has circumferunt illius amici, 324. Jactant etiam Athanasii litteras, 321. Terentium in partes suas trahere conantur, 321, 324. Paulini ordinatio perstringitur, 407. In Marcelli dogmata propendet, ejusque discipulos recipit sine discrimine, 407. Paulinum ejusque amicos Basilius ut fratres agnoscit. 321, 393. Nonnulla audiverat de Paulino, sed credere noluit quia non aderat accusatus, 194.
Paulus vas electionis, 83.
Paulus episcopus, 183.
Paulus vetus ille et novus hic, 137.
Paulus presbyter, 414.
Paulus presbyter et monachus 390.
Pauper verus ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernendus, 241. Non omni errabundo dandum, 241. Non omnis paupertas laudabilis, 497. Pauperem esse non probrosum est, sed paupertatem generose non ferre, 565. Patris paupertas nemini datur crimini, 496. Paupertas cum veritate pretiosior omni possessione, 493. Pauperes vocantur intelligentiæ inopes, 556. Pauperes opprimuntur, ut eorum ostendatur patientia, 129. Pauperis calamitas unum ex filiis vendere meditantis, 501. Paupertas immunitatem necessario tribuit, 442. Paupertatis amor in nonnullis philosophis, 76. Paupertas philosophiæ nutrix, 76. Amica et contubernalis Basilii, 76. In omnibus amplectenda ei qui ad Deum accedit, 101. Ascetæ aurum maxime fugiendum, 128. Si quis afferat pecuniam distribuendam pauperibus, suadere asceta debet ut ipse distribuat, 128. Ne illum coinquinet accepta pecunia, 128. Nihil a quoquam accipere debet ultra quotidianum vitæ asceticæ usum, 128. Nihil ex iis quæ utenda traduntur ut proprium quisquam habere aut reservare debet, 99. Omnia ut ad Dominum pertinentia, diligenter tractanda, 99. Paupertatis hunc modum præscribit Basilius ut quisque tunica contentus sit, 240.
Pax cœleste donum, 163. Pax idem ac communio, 385. Pax extremum munus a Christo relictum, 500. Conjunctio membrorum corporis Christi maximum bonorum, 245. Maxime expetendum, 64, 206. Ob pacem compositam Filii Dei dignitas comparatur, 332. Crimina etiam falsa in nobis recipere debemus, ut pacem Dei Ecclesiæ conciliemus, 332. Pacis nomine nihil jucundius auditu, 245. Pax vera requirenda, quam Dominus reliquit, 209. Sub pacis specie damnum infert hostile, cum perniciosis hominibus consensio, 585. Paci omnia postbabenda, 163. Qui idem sentiunt, omni ratione ad conjunctionem compellendi, 163. Cavendum enim ne populus orthodoxus multas in partes scindatur, una cum præpositis abscedens, 163. Decreta de recipiendis iis qui redeunt ab hæresi, 306. Perutile est Ecclesiæ membra prius divulsa conjungi, 206. Fiet autem conjunctio, si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, ad infirmiores nos accommodare, 206. A fratribus conjungi volentibus nihil amplius requirendum, nisi ut fidem Nicænam recipiant, ac fateantur Spiritum creaturam dici non debere, et eorum qui dicunt fugiendam communionem, 206, 297. In pacificandis dissensionibus alii compescendi, in alios temperamento utendum, 159, 160. A præcipuis partibus curandi initium fieri debet, 159. Basilius satis habet si qui accusantur hæresis, negent se hæc dicere aut docere, 316. Non spectat præterita, optat tantum ut sanentur præsentia, 516. Si pacem somnia perturbent, etiam si consentiant cum Evangeliis; contenti simus Evangeliis, 317.
Peccatum veræ mortis aculeus, 133. Peccata sanabilia et insanabilia, 509, 510. Involuntaria et voluntaria, 506. Peccata ignorantiæ non liberantur a pœna, 508. De peccatis quæ judicium præcedunt aut sequuntur, 518 et seq. Discrimen inter corporeas actiones et peccata quæ cogitatione peraguntur, 510, 511. Peccatum abigit angelum custodem, 503. Impudentiores facit eos qui commisere, 503. Nemo potest cum Deo conjungi, vetita patrando, 304. Peccare nobis ob absentiam Dei timoris contingit, 262. Aut nihil aut levissima peccabit, qui semper de ju-

Digitized by Google

dicio Dei cogitat, 262. Peccata præterita multi tradunt oblivioni, 509. Interdum cogitatione renovantur, 510. Peccata animas sequuntur, ut corpus umbra, 511. In peccatis quidam usque ad senium perseverant, 505. Peccatores nequaquam silentio tolerandi, 100. Peccantem qui redarguit, cum omni commiseratione redarguere debet, 100. Peccatorum implacabiles et amari examinatores, 67. Peccata aliena multi explorant et sua non vident, 520. Ob peccata proximi lugendum, 545. Peccatoris mores inculpati sunt superveniente immutatione, 126. Peccatoribus pœnitentiam agentibus lenitas impendenda, recedendum a pervicacibus, 522. Ob peccata persecutiones, 184, 272, 383, 384. Peccatis paribus pares pœnæ imponi non debent, 396. Iis non remissurum se Deus minatur, qui relabuntur, 520. Ut desperatus habetur, qui jugiter promittit emendationem et jugiter peccat, 520. Peccatum non condonabile blasphemiæ in Spiritum sanctum, 59, 248, 269. Peccata remittuntur in gratia Spiritus, 40. Ob peccatum unius sæpe multi alii puniuntur, 506, 508, 510. Peccatum vel unicum satis est ad condemnationem, 506, 507. Unius mandati transgressio satis est ad pœnam luendam, 507, 509, 513. Achar ob unum peccatum punitus, 506. Gravius condemnantur qui post factum in virtute progressum relabuntur, 469. Spectaculum miserabile, lapsus post continentiam viginti aut triginta annorum, 579. Peccatum ad mortem, 295. Vetus homo in nobis est necessario, ideo in Adam omnes morimur, et regnavit mors usque ad Christi adventum, 26. Omnes in Adamo mortui sumus, 402. Omnes serpentis fraude alienati, 402, Translati sumus de potestate tenebrarum per Christum. 15. Quanto quisque purior fuerit, tanto minus dicet se purum habere oculum, 304. Peccatis se innumeris obnoxium fatetur Basilius, cum homo sit et in carne vivat, 500, 304.

Pecuniæ sacræ, 345. Earum custodes, 345.

Pelagius episcopus, 183. Illius videndi valde cupidus Basilius, 389.

Pentecostes tempus admonitio est resurrectionis, 56. Preces stando fiunt per hoc tempus, 56.

Pentheus, 168.

Pepuzeni, 268, 269. Manifeste hæretici, 269. Montano et Priscillæ appellationem Paracleti attribuunt, 269.

Peræquator, 191, 289. Hoc munere fungebatur Helladius principalis, 423.

Peregrina vox plus solet afferre solatii, quam consueta oratio, 372.

Perfectio. Ad perfectionem plurimum valet omnia vendere et pauperibus dare, 337. Perfectorum est se non efferre, 504 Perfecta malitia cum quis peccat voluntate et facto, 511.

Pergamius, 150

Pericles, 549.

Pericula. Ex periculis erepti quid agere debemus, 105.

Perjurii sponsor, qui animas ad jurandum impellit, 134. Perjurio anni decem pœnitentiæ, 327. Perjurio, si vis illata, anni sex pœnitentiæ, 330. Secus, anni undecim, 330.

Perrhe, 210.

Persecutiones arcano Dei judicio diu sæviunt, 184. Deus ob peccata afflictionem plene admetitur, 184, 272. Sed opem ostendet ob suum in Ecclesias amorem, 383, 384. Persecutio producitur, quia nondum impleta vindicta, 373. Persecutiones non possunt Ecclesiam vincere, 369. Transeunt ut grandines et torrentes, 369. Ecclesiæ inimici contemnendi, quia Deus illorum nequitiæ debilitatem adjunxit, 369. Parum abest quin Basilius gratias habeat persecutioni, 266. Quemadmodum Israelitis Deus septuaginta annos præstituit, ita Christianos per statum aliquod tempus tradit, 408. Animum despondere non decet, 333. Prope coronæ, prope Domini auxilium, 353. Orandum indesinenter, 370. Tranquillitas fiet, cum vox inventa fuerit, digna, quæ Dominum excitet, 183, 244, 252. Si tentatio temporaria est, ferenda ut a bonis athletis : si finis mundi appropinquat, exspectandus e cœlo Christus, 231. Si persecutio gravis, ferenda est, 369. Si levis, magni ejulatus vitandi, 569. Persecutio ferenda spe consolationis, 252. Sive peccatorum luimus pœnas, persecutio avertet Dei iram, 252. Sive certandum pro pietate, Deus non sinit nos tentari ultra vires, 252. Qui persecutionem patiuntur, non miserandi, sed persecutores, 590. Beatus qui pro Christo patitur, beatior qui majora patitur, 231. Qui persecutionem patiuntur eos exspectant martyrum coronæ, confessorum chori manus porrigunt, 231. Cavendum ne in certaminibus defatigemur, 232. Non brevis labor constantiam declarat, 233. Si infractus servetur animus, cito aderit adjutor, 233. Optandum ut Deus det pacem : sed molestum esse non debet pro fide affligi, 64. Imo intolerabile pro ea non certasse, 64. Persecutiones molestæ sunt; sed etiamsi acuatur ensis et splendescat ignis, non idcirco deserenda traditio, 65. Persecutiones multæ et viritim et oppidatim, 369. Aliæ historiis, aliæ non scripta recordatione perhibentur, 369. In persecutionibus bono episcopo, veluti fundamento sublato, multi corruunt, 169. Molestum esse non debet ab ecclesiis ejici et sub dio adorare, 367, 370. Discipuli in cœnaculo; qui Dominum crucifixerant, in celeberrimo templo, 367, 370. Populi ecclesias relinquunt, et in solitudinibus precantur, 182. Terrere non debent exsilia episcoporum, 392. Nec quod nonnulli ex ipsis clericis proditores, 392. Terrere non debet lapsus multorum, 392. Etiamsi unus salvetur, ut Lot, manere debet in recto judicio, 392. Non multitudo est quæ salvatur, sed electi Dei, 392. Insidias Christo struxere principes sacerdotum et scribæ et seniores, 592. Pauci ex populo ejus doctrinam susceperunt, 392. In persecutionibus Eucharistiam laici, absente sacerdote aut diacono, propria manu sumunt, 186. Episcopi abesse non possunt, quin populos tradant insidiantibus, 376. Res majoris momenti usque ad reditum confessorum differendæ, 323. In persecutionibus nemo adeo parvus est, ut non possit esse occasio magnorum malorum, 352. Persecutiones ab iis, qui Christiani dicuntur, graviores sunt quam ab ethnicis, 391. Major merces in his persecutionibus comparatur, 392. Vide, 230, 231, 254. Persecutionis sub Valente descriptio, 184, 185. Hæc mala in plerisque civitatibus grassantur, 185. Ecclesiæ Orientalis status comparatur cum prælio navali, quod vetusta ac longa odia concitant, 64. Naufragia Ecclesiarum sub scopulis, 66. Turbæ a principibus mundi excitatæ, 66. Caligo ob ejecta mundi luminaria, 66. Clamor contendentium, 66. Anarchia populos occupavit, 66. Periculum ne Ecclesiæ brevi in aliam quamdam formam penitus transmutentur, 138. Statuit Basilius extra ecclesiastica esse tela, 228. Unicum malorum remedium habet, tempori cedere, seque persecutoribus subtrahere, 213. Persecutio in Scythia martyres facit, 245.

Perseverantia donum Dei, 261. Donum Spiritus sancti, 20. Non in proposito consistit exitus, sed in exitu laborum fructus, 125. Vanus justi labor superveniente immutatione, 126. Non qui bene incipit perfectus, sed qui bene desinit, Deo probatus, 126.

Pestilentia. In pestilentiæ morbo eos, qui caute vivunt, malum attingit ob consuetudinem eorum qui corrupti sunt, 67. Sic in dissensionibus ecclesiasticis, 67

Petra Christus figurate, 26.

Petrus omnibus discipulis prælatus, 308. Post scandalum firmius credidit, 401.

Petrus Alexandrinus, 225. Nunquam eum viderat Basilius, 225. Alumnus erat S. Athanasii, 225. Petrus canonum defensor, 412. Moleste fert receptos a confessoribus Marcellianos, contempto Basilio, 412. Basilium reprehendit, quod ad se non scripsisset de iis quæ fecerant confessores, 411. Questus est quod secum Dorotheus leniter locutus non esset, 412. Dorotheus narravit Basilio, quos Petrus coram Damaso sermones habuisset, 413. Dicebat numeratos fuisse in hæreticis S. Meletium et S Eusebium, 415.

Petrus presbyter Basilii frater, 302. Litteras defert ad maritimos episcopos, 302. Illius ædes prope Neocæsaream. 324.

Phalerius, 451. Is Basilio pisces misit, 451.

Pharaonis currus, 283.

Phargamus, locus in Armenia, ubi quotannis festus martyrum medio mense Junio, 89.

Phelus, 331.

Philagrius Arcenus, 448. Vir eloquens, 448. Curæ illi erant res ecclesiasticæ, 448. Hortatur eum Basilius ut ad pacem et dissidentium conjunctionem allaboret, 448.

Philippopolis thesaurorum præpositus, 363.

Philistinorum pastores hæretici, 81.

Philochares homo ignobilis, 363. Calumniator Gregorii Nysseni, 344.

Philonis sententia de mannæ qualitate, 283.

Philosophi illud *ex quo* attribuunt materiæ, *Per quem* autem instrumento, 5. Hæc ab eis mutuati sunt hæretici, 5. Causæ naturam variis modis definiunt, 5. Philosophorum observationibus non servit Christiana libertas, 5. In philosophis nonnullis amor paupertatis, 76.

Philosophia alumnis suis ne curari quidem magnis sumptibus sinit, 267. Eadem res apud illam et obsonium est, et ad sanitatem sufficit, 267. Philosophia quæ circa dogmata versatur, 81. Superna philosophia, 81. Philosophiæ nutrix paupertas, 76.

Phinees, 135. Justa arsit iracundia, 367.

Digitized by Google

Phryges utrique cum Basilio communicant, 307.
Pictores crebro ad exemplar respiciunt, 73.
Pietas idem sonat ac veritas, 2, 67, 96, 175. Pietatis mysterium, 57. His qui piam vitam elegerunt, mundi afflictio improvisa esse non debet, 96. Eos turbare nihil debet, 96. Pietas multo labore in animis sata, pravis doctrinis eradicatur, 141. Pietatis nomine malum inumbrare, gravius est peccatum, 147. Pietatis acquisitio minutis accessionibus augescit, 2. Pietas omni arte, et omnibus animantibus ac fructibus melior, 432.
Pisces et aves eamdem sortiti generationem, 375. Pisces velut in civitatibus et vicis habitant, 581. In externas regiones sub uno veluti signo omnes discedunt, 581. Æstate migrant in aquilonare pelagus, hieme redeunt ad aprica loca, 582. Vidit id Basilius, 582. Solus scarus ruminat, 582. Cur pisces acutissima condensatorum dentium acie communiti, 582.
Pisidæ cum Basilio communicant, 307.
Planta detorta violenter in contrariam partem abducitur, 90. Plantarum in morem, eodem in loco detinetur Basilius, 91.
Plato, 75. Ea est dicendi facultate, ut simul et sententias impugnet et personas comice describat, 226. Platonis sententia de corporis cura, 573. Platonici lepores, 226. Cur insalubrem Academiæ locum elegit, 572.
Plebs. A plebe confirmantur œconomiæ, ab episcopis fiunt, 353. Ubi episcopi consiliorum auctores sunt, eosque plebs sequitur, non dubium quin communicatione Domini consilium captum sit, 352. Basilius rogat magistratus, ut populi et rure degentium bona proposita roborent, 353. Inimici in desperationem cadunt, si viderint artificia neque a clero neque a plebe admitti, 353. Pudorem illis incutit consors in episcopum amor, 353. Magistratus Colonienses res ecclesiasticas parvi non pendunt, 351. De iis unusquisque, ut de proprio negotio, sollicitus, 351.
Pneumatomachi nondum apparebant tempore Nicæni concilii, 233. Ethnico morbo laborant, 37. Cum Stoicis et Epicureis nominandi sunt, 36. Ab Aetio acceperunt hoc principium, quæ dissimilia sunt, dissimiliter proferri, et vicissim, 4. Videntur sibi mediam viam incedere, 319. Eadem habent principia ac Anomœi, 319. Sed consecutioni non subscribunt, quia abhorret a multorum auribus, 319. Filium habent instar instrumenti, Spiritum instar loci aut temporis, 4, 5, 6. Temporalibus intervallis Filium a Patre et Spiritum a Filio disjungunt, 50. Locum hostibus destinatum attribuunt Filio, 12. Negant Filium esse cum Patre, sed post Patrem, 10. Unde etiam Patrem volunt glorificari per eum, non autem cum eo, 10. Attribuunt Patri illud *ex quo*, Filio *per quem*, Spiritui *in quo*, 4 Hanc sententiam a profanis scriptoribus acceperunt, 4. Discedunt a philosophorum principiis, cum illud *ex quo*, Patri proprium attribuunt, 6. Ab Ario jactæ impietatis semina, in blasphemiam de Spiritu S. eruperunt, 216. Pneumatomachi nolunt Spiritum S. Patri et Filio adjungi, 20. Eos secum pugnare et a semetipsis subverti ostenditur, 7, 8. Apud illos plus valet ipsorum blasphemia, quam Domini præceptum, 21. Contendunt Scripturam vitare usum hujus vocis, *cum sancto Spiritu*, 49. Illis ipsa respiratione usitatior est hæc loquendi ratio, *per Filium in sancto Spiritu*, 49. Contendunt has voces, *cum ipso* peregrinas esse : illud, *per ipsum*, et Scripturæ et fratrum usu tritum esse, 15. Non desinunt jactare præpositionem, *cum*, carere testimonio, carere Scriptura, 57. Citius linguas projiciant, quam conjunctionem et in Spiritu glorificando recipiant, 51. Inde ortum bellum implacabile, quod Basilio indixerunt, 51. Nolunt Spiritum S. cum Patre et Filio esse, sed sub Patre et Filio ita ut non connumeretur, sed subnumeretur, 10. Subnumerationem invehunt in personas divinas, 35. Contendunt iis, quæ æqualia sunt, convenire connumerationem, inferioribus autem subnumerationem, 36. Objiciunt Spiritum sanctum nec servum esse nec dominum, sed liberum, 42. Israelitas baptizatos in Moysen, et credidisse Moysi, 25. Nonnulla alia cum Patre et Filio conjungi, velut cum Paulus angelos commemorat, nec tamen simul glorificari, 24. Spiritum donum esse, 48. Nos in aquam baptizari, nec tamen aquæ honorem Patris et Filii deferre, 28. Catholicos accusant quod Spiritum dicant ingenitum, 216. Dei præcepto palam adversantur, dum Spiritum sanctum, quem Filius sibi et Patri adjungit, ab utroque dissociant, 20, 21. Prævaricatores et desertores dicendi, ut qui professionem baptismi irritam fecerint, 22. Ea negant Spiritui sancto, quæ hominibus deferuntur, 58. Ex beneficiis sancti Spiritus ansam arripiunt jejune de eo sentiendi, 42. Committunt blasphemiam irremissibilem in Spiritum sanctum, 39, 216, 248.
Pneumatomachi nullam habent excusationem, 64. Ad ignorantiæ excusationem confugere non possunt, 10. Per eorum curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet, 10. Velut malæ fidei debitores, probationes e Scriptura exigunt, Patrum testimonium rejicientes, 21. Expellunt eos qui Spiritum sanctum cum Patre et Filio numerant, 59. Videtur id eis esse impietas intolerabilis, 59. Cum Spiritus Dominus et Deus vocatur, vociferantur, lapides tollunt, 44. Nihil omittunt ad ulciscendum, 28. Bellum inferunt Basilio; sed revera fidem oppugnant, 21. In Basilium atrociter conglomerati insurgunt, 64. Bellum adversus Basilium parant, 21. Linguis eum vehementius feriunt, quam Stephanum Judæi lapidibus, 21. Machinas et insidias struunt, sese invicem exhortantur ad suppetias ferendas, 21. Basilium adoriuntur, quod gloriam dicat Patri et Filio cum Spiritu sancto, 3. Cum Basilio, ut lupus cum agno contendunt, 277. Ab una criminatione depulsi, aliam excogitant, 277. Nec, si omnia dissoluta fuerint, odisse desinunt, 277. Tres deos ei affingunt, 277. Mox in promptu Sabellius, 277. Basilium appellant novatorem, verborum inventorem et aliis nominibus probrosis, 10, 63. Exigua pars morbo laborat, reliqua Ecclesia a terminis usque ad terminos sana est, 388. Pneumatomachis objicit Basilius Orientis, et Ponti et Cappadocum, et Occidentis consensum, 63. Totas nationes et consuetudinem omni memoria vetustiorem, 63. Pneumatomachorum hæresis dux Eustathius, 406.
Podandus, locus in Cappadocia, quo senatus Cæsariensis magna pars translata, 169, 170.
Pœmenius presbyter adversariam Basilio doctrinam defendit pro Eustathio, 193.
Pœmenius Satalensis episcopus, 197, 198, 213. Consanguineus erat Basilii, 197. Mater illius auxilio sublevabatur, ac populo Cæsariensi gratissimus erat, 197, 198. Hunc tamen Basilius, quasi pupillam oculi tangens, concessit Satalensibus episcopum, 197. Pastor erat dignus nomine, non cauponans verbum, sed spiritualibus donis repletus, 198. Euphronium transfert Nicopolim, 352.
Pœnæ imponuntur, non ob ea quæ jam facta sunt, sed ut ii qui deliquere, aut corrigantur, aut aliis sint exemplo, 205. Deus pœnas non infert antequam minatus fuerit, 521. Pœna competens episcopis, arcere a communione, 427.
Pœnitentia Ninivitarum, 521. Pœnitentiam differre quam stultum, 519, 520, 522. Mors miserabilis eorum qui pœnitentiam distulerunt, 519, 520, 522. Pœnitentia, dum adhuc tempus est, agenda, 101, 521. Nulla excusatio procrastinanti, 140. Non desperandum de nobis, 139. Est via salutis, si modo velimus, 139. Multa in Scripturis peccatorum remedia et conversionis exempla, 138. Per pœnitentiam facile a peccatis sanari, 132. Non obsorduerunt conversionis remedia, nec occlusa est civitas refugii, 134. Pœnitentia non est sine morum emendatione, 520. Par peccatum impunitos dimittere delinquentes, et plectendo modum transgredi, 427. Pœnitenti de peccato non succensendum, 100. Ecclesiastica animadversio non minor est ad vindictam quam sæcularis, nec divina lex ignobilior sæculari, 167. Sperat Basilius se fures in Ecclesia comprehensos meliores redditurum, 426. Quæ enim tribunalium plagæ non efficiunt, ea plerumque Dei judicia perficiunt, 426. Pœnitentiæ gradus, 326 et seqq. Flentes stant extra domum orationis, et ingredientium precibus se commendant iniquitatem suam confitentes, 326, 328. Audientes Scripturis et doctrina auditis ejiciuntur, nec digni habentur oratione, 328. Ad eam admittuntur substrati, 328. Consistentes stant cum fidelibus, sed oblationis non sunt participes, 326, 328. Gravius puniuntur convicti quam sponte confessi, 327, 328. Deterior lapsus post jam impetratam veniam, 100. Indicandus præposito qui semel et iterum admonitus non emendatur, 100. Si ne sic quidem emendetur, exscindendus et deflendus ut membrum abscissum, 100. Pœnitentia non solum in dolore ex peccato, sed etiam in dignis fructibus posita, 100. Scire oportet quæ sunt summi juris et quæ consuetudinis, 271. In iis quæ summum jus non admittunt, sequi oportet formam traditam, 271. Pœnitentia non tempore, sed affectu dijudicanda, 271, 330, 520. Pœnitentiæ tempus minuere licet, ei cui ligandi et solvendi potestas, 328. Episcopus debet noctu et diu publice et privatim obtestari eos qui nolunt emendari, 330. Sed minime cum illis abripi, 330. Ex his quæ audiuntur, judicandum, 275. Quia cordium episcopi judices non sunt, 275. Hinc Basilius episcopo oblivionem simulanti ignoscit, 275. Quæ non tangunt statim inflictæ pœnæ, iis aliquando gravem in posterum remunerationem ferent, 156.
Pœnitentia proprie vocatur tertius pœnitentium locus, 293. Adulterarum mulierum pœnitentia inter consistentes, 295. Masculorum et animalium corruptores, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et idololatræ eodem modo puniun

Digitized by Google

tur, 272. De iis qui triginta annos pœnitentiam egerunt ob immunditiam in ignoratione commissam, 272. Clerici ob peccatum ad mortem gradu excidunt, non laicorum communione, 295. Antiquus est canon, ut qui excidunt gradu, non arceantur a communione laica, 271. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato, 271. Quare qui per voluptatem carnis gratiam abjecit, carnem domando dabit curationis specimen, 271. Diaconus qui se labiis pollutum confitetur, amovetur a ministerio, 327. Sed communicat cum diaconis, 327. Sic etiam presbyter, 327. Si quid amplius peccaverint, deponuntur, 327. Presbyterum, qui territus periculo temere juraverat, suscipi posse in clerum existimat Basilius, 291. Sed præscribit ut pœnitentiam agat ob temerarium jusjurandum, 291. Presbyter insciens nuptiis illicitis implicatus, cathedræ particeps erit, sed ab omnibus muniis removetur, 294. Clericis indefinite canones pœnam decernunt, depositionem, 325. Depositio episcopis pretio ordinantibus, 147, 148. Presbytero habenti mulierem extraneam, 149, 150. Lector cum sponsa peccans, post annum suscipitur ad legendum, 327. Nec ulterius promovebitur, 327. Si sine desponsatione peccaverit, removetur a ministerio, 327. Sic etiam minister, 327. Clerici, qui cum rebellibus abierant, sæpe in eumdem gradum post pœnitentiam restituuntur, 269. Diacono qui cum plurimis puellis aufugerat, veniam pollicetur Basilius, si redeat, 259.

Polemon presbyter Myrensis, 331.

Polydamas, 455.

Polygamia, moderata fornicatio, 271. Punitur ut digami, servata proportione, 271. Polygamia belluina, 329. Majus peccatum fornicatione, 329. Postquam anno fleverint, et tribus substrati fuerint, suscipientur, 329.

Polypi astutia, 570.

Pompeianus Antiochensis, 229.

Pondera æqualia non sunt, si lances non æquilibres, 305.

Ponti episcopi, 299. Eorum charitas deest Basilio, 299. Nec scribunt, nec mittunt qui Cæsariensem Ecclesiam consoletur, 300. Calumniis præoccupati a Basilii communione se subtrahunt, 300. Videntur existimasse aliorum auxilio et communione sibi opus non esse, 301. Eo quod maritima loca incolerent, 301. Basilius prior scribit, 300. Paratus judicandum se exhibere, sive ad se venire velint, sive accersere, 300, 302. Litterarum lator Petrus presbyter Basilii frater, 302. Scripta epistola omnium episcoporum nomine, 302. Congressus constituitur in finibus Comanicis, 309. Intermiserant consuetudinem veniendi ad festum sancti Eupsychii, 388. Rogat eos Basilius ut illam resumant, 389. In Ponto et Galatia hæretici multi, 366. Ponti munuscula, ceræ et acopa, 450.

Potentia adversa, quæ e cœlo cecidit, 87.

Potestates sublimiores, 180.

Prædicationes ecclesiasticæ iis notæ qui fideles sunt, 214. Prædicationes in Ecclesia, aliæ scriptæ, aliæ ex arcana traditione, 54. Aliud dogma, aliud prædicatio, 55. Dogmata silentur, prædicationes publicantur, 55. Prædicationes horrendæ Eustathii, 387.

Prælii navalis descriptio, 64.

Prænotio uniuscujusque potior est argumentatione in rebus conspicuis, 219.

Præparatio cordis in quo posita, 72.

Præposita vocantur divitiæ et gloria et sanitas, 364.

Præpositio *per* sæpe idem valet atque *ex*, 7, 8, 9. Præpositio *ex* sæpe idem sonat ac *per*, 8, 9, 10.

Præpositus pagi, 76. Præpositus pagorum, 178 Præpositus thesaurorum Philippopolis, 365. Præpositi quales sunt, tales solent esse qui parent, 282, 353. Imbecilliores a præstantioribus regi convenit, 353.

Præsepe. Per præsepe, cum essemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 84.

Præsidum tractator, 256.

Præstigiis anni decem pœnitentiæ ut homicidio, 327.

Prævaricatores dicendi qui professionem baptismi irritam fecerunt, 22. Væ prævaricatoribus, 22.

Preces ante et post cibum faciendæ, 75. Lectioni subjungendæ, 73. Hymnis labor manuum tanquam sale condiendus, 72. Precibus somnus interrumpi debet, 524. Preces nocturnæ, 134. Quod aliis hominibus est diluculum, id media nox pietatis cultoribus, 75. Nocturna quies maxime ad orandum apta, 75. Preces statim ac dies incipit, 72. Nihil beatius quam in terra concentum angelorum imitari, 72. Precibus opus est in rebus adversis, 79. Tentationis tempore maxime precandum, 526. Precatio et viventibus bona adjutrix, et morientibus idoneum viaticum, 262. Non res terrenæ postulandæ, sed cœlestes, 525. Precatio non in verbis posita sed in affectu, 523. Oratio præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit, 75. Idque Dei inhabitatio est, 73. Hymni æqualitatem animæ conferunt, 72. Preces prævaricantis pro impuris ducuntur apud Deum, 207. Preces Judæorum Deum exasperant, 523. Nemo aptior, qui Dominum excitet, ut mare et ventos increpet, quam qui a puero pro pietate certavit, 175. In precibus communio perutilis, 240. Ad precum communionem omnes adjungendi, 262, 523. Preces si desint, qui conspirent, longe seipsis debiliores sunt, 191. Magnum est eorum, qui Deum placare possunt, auxilium, 262. Moyse attollente manus vincebat Israel, demittente prævalebat Amalec, 525. Precationem Christi oportet ad finem perduci et impleri, 86. In templo Dei quanta modestia servanda, 523. Quidam arridentes et jungentes dextras domum Dei in locum loquacitatis vertunt, 525. In precibus operiebantur Neocæsarienses, 312. Preces sunt opus ad quod Dominus episcopos destinavit, 244. Glorificandi Dei cum Spiritu consuetudo in toto Occidente et Oriente, 63. Glorificatio fidei consimilis esse debet, et fides baptismo, 57. Glorificandi Patris et Filii cum S. Spiritu consuetudo a majoribus tradita in Ecclesiis non corruptis permanet, 57, 60. Hanc Basilius veluti paternam hæreditatem conservabat, 57. 60. A viro acceperat, diu in servitio Dei versato, 57, 60.

Preces stando fiunt per totum Pentecostes tempus, 56. Precantur versi ad Orientem Christiani, qui antiquam patriam requirunt, nempe paradisum, 56, 154. Erecti precantur Christiani die Dominico non solum ob resurrectionem, sed etiam, quia is dies imago est futuri sæculi, 56. Visum est Patribus vespertini luminis gratiam silentio non accipere, 62. Quis auctor verborum in gratiarum actione ad lucernas dici non potest, 62. Populus antiquam hanc vocem proferebat : *Laudamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Dei*, 62. Preces in Ecclesia pro peregrinantibus et militibus, pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, et pro iis qui spiritales fructus edunt, 244. Rogat Eusebium Basilius, ut in conventu jubeat sui mentionem fieri, ac ipse pro se precetur et populum sibi adjungat, 250. Cæsarienses Deum placant Spiritus sancti oraculis, non humanis verbis, 311. Cæsareæ populus de nocte surgit, et in lacrymis confitetur Deo, 311. A precatione surgentes psallunt, nunc alternis, nunc una incipiente, et cæteris succinentibus, 311. Die illucescente psalmus confessionis cantatur, 311. Hæc instituta vituperantur a Neocæsariensibus, 310. Sed tamen vigent in Ægypto, utraque Libya, apud Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros et qui ad Euphratem habitant, 310. Uno verbo apud omnes, apud quos vigiliæ et communes psalmodiæ in pretio, 310.

Presbyteri laboris evangelici episcoporum consortes, 346. Propter presbyteri dignitatem Basilius in parentis loco constitutus, 114. In presbyteri dignitate collocatus a Domino, 114. Presbyterii consessus, 174. Presbyteri ministros in clerum arbitrio suo recipiebant, 148, 149. Hunc abusum Basilius abrogat, 148, 149. Presbyteri Tarsenses plebem regunt, ab Ariano episcopo separati, 206, 207. Presbyter Basilius a tributis immunis, 115. Presbyter domus, in qua nutritus Basilius, mercede pacta colonus, 114, 115. Presbyter, qui insciens lapsus est, caret sanctificatione, 294. Nec publice nec privatim benedicat, 294.

Princeps verus non ab insignibus dignoscitur, sed ab imperatoria virtute, 554. Servus peccati non idoneus ad imperandum, 554.

Principalis, 443. Principalis Neocæsareæ, 156. Sebastiæ, 441.

Promissa violare hominum est versipellium et impudentium, 201.

Prophetæ. In prophetis falsis spiritus mendax, 317. Propheticum donum non illucescit nisi mentibus intaminatis, 317.

Propositum. Non in proposito solo consistit exitus, 125. Nulla utilitas non currentibus ad finem propositi, 125.

Prosperæ res. In prosperis rebus ratio modum animabus nostris præstituat, 77.

Protagoræ fastus et arrogantia, 226.

Proteus Ægyptius sophista, 175.

Providentia Dei in ipsis animalibus brutis elucet, 581, 582, 583. Non ideirco vituperandus quod nonnulla venenata produxerit, 583. Quæcunque patimur, divina ordinatione patimur, 583. Ad Providentiæ particulares rationes respiciens Paulus contremiscit, 557. Deus omnia in pondere et mensura nobis definit, 332. Omnia in sapientia moderatur, 443. Quæ molesta esse videntur, ea ad multorum utilitatem dispensat, 408. Citra Providentiam nostra non fiunt, 79. Quidquid accidit Dei voluntate accidit, cujus judicia explorare non possumus, 79. Vitæ nostræ moderator Dominus ad utilitatem nostram omnes eventus disponit, 196. Calamitates non frustra accidunt servis Dei, sed ad probationem veræ dilectionis, 197. Etsi rationes eorum quæ eveniunt ignoramus, persuasum nobis esse

Digitized by Google

debet, omnino utile esse quod evenit, 197. Providentiam divinam non possumus eminus intueri, 78, 443. Moleste ferimus, dum ad bonum finem deducimur, 78, 443. Inscitias nostras tolerat Dominus, 78, 443. Arcano Dei judicio ascribunt Orientales, quod auxilium ab Occidentalibus non acceperint, 184. Deus nostra melius moderatur, quam nos ipsi eligere possimus, 70. Nescimus eligere quæ nobis utilia sunt, 79. In omnibus Dei in nos amorem adorare debemus, nec ægre ferre quæ accidunt, 78. Novit Deus quomodo unicuique dividat quod utile est, 78. Mediis rebus et indifferentibus alium quam Deum præficere absurdum est et impium, 364. Est causa aliqua hominibus indeprehensa, cur alii citius hinc abripiantur, alii diutius maneant, 78. Dominus operatur miracula, 252. Asiuæ pereunt, ut rex Israel fiat, 252.

Prudentia duplex, 579.

Psalmi. In Psalmis cur dogmatibus admista harmoniæ dulcedo, 477. Psallendi mos, 311. Psalmodiæ communes, 311. In psallendo desidia quomodo curanda, 481.

Ptochotrophii a Basilio ædificati descriptio, 188. Ejusdem memoria, 263. Ptochotrophia plura Amaseæ exstructa, 235. Ptochotrophium unum in aliquo ex pagis chorepiscopo commissis, 235. Regitur a chorepiscopo, 235. Ptochotrophia ut vectigalibus immunia sint, postulat Basilius, 235, 256.

Publica negotia molesta iis qui perfunctorie id agunt, 122. Secus iis qui diligentiam habent, 122.

Pugiles generosi non egent puerorum acclamatione, 159.

Pulchri viri. A pulchris omnia aiunt cum pulchritudinis accessione fieri, 98. Nec dolere nec irasci eos dedecet, 98.

Putei hausti meliores fiunt, 242.

Pythagoræ dictum quoddam, 572. Pythagoræorum Tetractys, 98.

Pythonissa animas evocat Sauli, easque deos appellat, 279

Q

Quadruplum, 98.

Quæstiones nonnullæ videntur minutæ, sed tamen negligendæ non sunt, 2. Verbis exiguæ sunt, sed rebus magnæ, 3. Basilium non pudet in ejusmodi rebus operam ponere, 3. Bona fide interrogantibus libenter respondendum, 2. Quæstiones multi proponunt dolose et fraudulenter, ut ansam arripiant belli inferendi, 2.

Qualitatis expers Deus, 82.

Quantitas. Ex corporibus alia numeramus, alia libramus, alia metimur, 37. Signis ad quantitatis notitiam excogitatis non immutatur natura eorum quæ signata sunt, 37.

Quercus Mambre, 129.

Quies et tranquillitas jucundissimus omnium fructuum, 94.

Quis. Vox illa, *quis*, rem difficilem et raram indicat, 7.

R

